





1  
19-64

4. a. 1 -  
6 -

11780730X

*Del M. 1637. Comp. de Tho. de R. R. R.*

*Compoto d' H. R. R.  
de Montesquio  
R. 854*

FERDINANDI

# QUIRINI

DE SALAZAR  
CONCHENSIS.

E SOCIETATE IESV.  
THEOLOGI,


ET IN COLLEGIO COMPLVTENSI

*Sacrarum Literarum Interpretis;*

*EXPOSITIO*

IN PROVERBIA SALOMONIS.

*Cum triplici Indice, Rerum, & verborum, sacre Scriptura, & pro Concionat.*



*G. Rousselot fecit*

PARISIIS;

Ex Officina HIERONYMI DROVART,

Apud DIONYSIVM BECHET, viâ Iacobæâ, sub scuto Solari.

M DC XXXVII.





# САРИЯ

*Abg DIONYSIAC BECHTE*

ELVXXX · D G · M



A D  
ILLVSTRISSIMVM.  
AC REVERENDISSIMVM  
DOCTOREM D.D. FRANCISCVM  
MARTINEZ EPISCOPVM GIENNENSEM  
dedicatio posthuma.



VICVMQUE SCRIPTIS SVIS Mecanates adoptant (Illustrissime Presul) eo certe spectant, ut hominum dignitate prstantium authoritate & patrocinio tecta, fultaque se se in apertum dare, & luci committere minime vereantur. Propterea viuos, & superfites Patronos feligunt: quorum scilicet in omnem aleam contra obtreccatorum & obloquentium molestias tuitio, & patrocinium semper, & ubique presto sit. Ergo ne solus ego tot, tamque graues, ac prstantes viros inter viuos adhuc agentes omittens, quorum fidei me ipsum, ac scripta mea tradere tuto possem, ad manes configiam, ut ex ipsis Mecanatem mihi excitem? Ita prorsus, sed non sine consilio. Id enim agens rationi obseruio, gratitudini obsequor, accepta beneficia remetior, & quibus meritus es de me innumeris modis, qua possum ratione, obsecundor: ac testor demum te, quem mihi, & probis omnibus fati, mortisque liuor, & inuidia eripuit, in memoria mea hactenus vigere, ac viuere, inque animi mei gratia, & amore nunquam non superstitem futurum: ut propterea non mortuum, sed mage, opinione mea, viuum Patronum scriptis meis accommodasse mihi videar. Et sane non illa tantum (Presul Illustrissime) qua me tot nominibus deuinciunt, merita tua suadebant: sed ipsius etiam operis natura, & conditio compellebat, urgebatque, ut ea tibi sacra esse vellem, qua antiquiori iure quodammodo tua erant: non solum quia tuis sumptibus (hoc enim profusissima liberalitati tua me debere libens

fator) typis traditum est : sed etiam quia cunctam Salomonis sapientiam contineat. At quis hoc nostro saculo nouus Salomon sapientia miraculum nisi tu? Cui scilicet illud antiquioris Salomonis elogium merito adscribit posset. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium , & Ægyptiorum , & erat sapientior cunctis hominibus , sapientior Etham Ezraita, & Heman , & Chalcol , & Dorda filiis Mahol : & erat nominatus in vniuersis Gentibus per circuitum. An non inter huius saeculi sapientes maximus, aut certe nulli quantumvis maximo inferior, omnium sapientum opinione, rebaris? Habet utique sapientia tua ingens gloria illud, quo nullum locupletius, Academia Complutensis testimonium : cui non solum hoc debes, quod te ad Primariae Cathedrae Theologica fastigium olim euexit : sed etiam quod hoc tempore quando aliorum fortasse meminisse non iuuat, te unum assidua recolit memoria ; & inter suos primarios primum pro meritis nuncupat, & tanquam Salomoni suo defert : teque inter alios gremii sui Proceres non secus esse putat, quam Salomonem olim cum Etham Ezraita, cum Heman, & Chalcol, Dordaque compositum. Et quidem in hoc Prouerbiorum libro, cui scholia nostra affiximus, Salomonis consilium fuit, probitatis, & honestatis imaginem omnibus suis lineamentis perfectissime exprimere, hoc est, omnia morum precepta complecti : priuatis hominibus economiam, Magistratibus politiam, Ducibus militarem disciplinam ; Regibus denique gubernandi, ac leges ferendi artem tradere. Cui ergo potissimum opus istud sacrum esse velim, quam tibi Praesul Illustrissime? Cui-nam melius, & aptius imago, & effigies deferatur, quam ei, cuius for-ma, & species in ea expressa, & adumbrata est? Ita enim apud me ip-sum constituo, Salomonem in hac virtutis, & honestatis effigie non plures lineas duxisse, quam qua virtus ipsa in te uno delineauit, atque ex-pressit ; singula certè libens percurrerem, nisi laudibus tuis, & ei, quam de-te suscitasti in omnium hominum mentibus, & qua te mortuo superuiuit, opinioni, ac nomini nihil æquale perbreui orationis compendio me allatu-rum putarem. Quis enim (te obtestor Complutum) vel cum insigne Sancti Ildephonsi Collegium, & vniuersam Academiam Rector nuncupatus ad-ministrabas, tuam industriam, atque prudentiam ; vel cum per id tem-pus è Cathedra Primaria docebas, tuam doctrinam, & sapientiam ora-tione consequi posset? Quis item cum ad magnam Canariam, & Fortuna-tas Insulas Episcopus ; seu verius, tanquam noua, ac recens earum Fortu-na ; & veluti canis generosus Dominici gregis custodia semper aduigilans,

missus es, tuam solertiam, & animarum zelum sermone metiri valeat? Quis item, cum inibi contra aduersarios fidei impavidum pectus gerebas, & imminentes subditorum tuorum ceruicibus gladios imperatoria depelbras virtute, constantiam, & robur animi? Quis denique sanctissimas leges & constitutiones, quibus indociles eiusdem gentis mores ad pietatem, & religionem traducebas, pro dignitate extollere queat? Vos quoque appello Carthaginem, & Murciam, ut tanti Pastoris, vel in excitandis, restituendisque obsoletis pietatis, & Religionis monumentis mirram diligentiam: vel in formandis, instituendisque recte, ac legitime Parœciarum titulis eximiam industriam: vel in coercendis moribus haud morosam seueritatem contestari velitis. Ac te demum Giennium obtestor, cui tanti Præsulis in sacris, ac Pontificiis functionibus, & uniuersa rei Ecclesiastice administratione ex longo rerum usu, & periculo partam, collectamque dexteritatem ad extremum experiri licuit. Te inquam obtestor, ut grauissimi huius Pontificis sancte viuentis, sanctiusque obeuntis prudentiam, pietatem, Religionem, zelum, aliasque eximias eius virtutes, que magis, quam insula ipsa Pontificalia illum decorabant, nunquam non celebres, ac depredices. At enim istam usque adeo pulchram probitatis ideam, & imaginem omnes virtutum lineas in se colligentem tandem aliquando puluis obduxit, & iam nunc (proh dolor!) tantarum rerum patrator angusto includitur tumulo. An propterea illum, quem tellus contegit, obliuio etiam perpetua consepeliet? Minime gentium: quin potius post mortem in hominum memoria rediutus eternum perennabit. Tum quia duos grauissimos, ac præstantissimos Consobrinos morum, pietatis, nobilitatisque heredes reliquit, qui eius memoriam perpetim instaurare, ac reficere nunquam intermittent. (Hi sunt Doctor D. D. Ioannes Garsias de Ceniceros, qui olim in Complutensi Academia omnes sapientiae lauros adeptus est, & iam nunc meritis auctus, Episcopali Mythra dignum caput vulgo existimatur. Et Licensiatus D. D. Garsias de Ceniceros, qui per alios Ecclesiasticorum munerum gradus scandens, in Canariensi primum, deinde in Valentino, nunc demum in Murciano Regno hereticae prauitatis Inquisitorem dignissimum agit, & germani sui fratriis amulus paria ipsi ad quamcumque celsissimam gloriam merita affert.) Tum preterea, quia eius in omnes mentalatissime patent: que hominum recordationem continuo excitare solent. Adde etiam pias memorias ab ipso instauratas, que ipsum ex futurorum seculorum memoria excidere nunquam sinent. Nec omittendum nobile monumentum, quod ad tanti Patris recordationem in eum produ-

tendam Ecclesia Giennensis gratitudinis ac pietatis ergo super sepulchrum illius pario in marmore incidendum curauit. Quod quia praeceps illius laudes compendio colligit, ac coeret, hic subscribere operae preium duxi.

Complutum sophie, Canaris te maxime belli  
Prefectum, triplex insula Pontificem.

Juraque dictantem populis Ecclesia magnis  
Trina colit, Canaris, Murtia, Gienum.

Sic non unus homo, quater ast repetitus in uno es,  
Cum Iosue Aaron, cum Salomone Moses.

Ad extremum liceat mihi ( Presul dignissime) pro te subiucere ea, quae Nazianzenus pro suo Basilio in calce orationis in eius funere ad plebem habita subtexuit. Adeste iam (inquit) ac me circunsistite, omnis illius chorus, tam qui sacrarii estis, quam qui inferioris ordinis, tam qui ex nostris, quam qui ex exteris, encomium mecum confidite, alius alias quampiam illius virtutem exponentes: Et conquirentes, qui thronis insidetis, legislatorem: qui Rempublicam geritis, ciuitatis principem, ac velut conditorem, plebeii moderatorem: litterarum studiosi preceptorem, virgines pronubium, coniugata pudicitiae Magistrum, solitarii eum, qui vobis penas addebat, cœnobiaci iudicem, simplices itineris ducent, speculationis amantes Theologum, hilares frenum, calamitosi solatum, senes baculum, iuuenes padagogum, pauperes largitorem, locupletes dispensatorem. Quin mihi quoque videntur Et vidua Patronum suum laudaturæ, Et orphani patrem, Et pauperes pauperum amatorem, Et peregrini hospitalem, Et fratres fratribus amatorem, Et agrotantes medicum, cuiuscumque volueris morbi, Et medicinæ, Et sani sanitatis custodem, omnes denique eum, qui omnibus omnia factus est, ut omnes, aut certe quam plurimos lucrifaceret. Tu vero sacrum, ac superis iam iam (ut piè credimus) insertum caput: qui nimirum pro insula Pontifica, trabea immortalitatis induitus inter togatos calicolas degis, hoc opus, quod tuis auspiciis luci traxi, secundus aspice, gratus accipe, atque id obsequii, quod tibi ex animo defero, boni consule. V A L E.

A D



HABITUS COMMUNICATIVI  
AD  
LECTOREM.

**M**VLT A, de quibus te ( Lector candide ) in huius operis fronte præmoneri oportebat, habes infrà in Isagoge nostri Commentarii. ex qua libri huius acoluthiam , syntaxim, structuram, & compaginem, & nostrarum etiam lucubrationum formam addiscere integrum erit. Quapropter ad ea, de quibus inibi te edocendum putaui, illud tantùm h̄ic addere necef- sarium duxi , priorem hanc nostrorum Commen- tariorum partem , quæ sexdecim prima libri Pro- uerbiorum capita continet , propterea seorsum à me exhibitam : non quia posterior pars quindecim alia includens necdum perfecta , & ad prælum ex- pedita sit : sed quia ad eam cudentam sumptuum satis non suppetebat. Eam tamen propè diem luci dabimus , ita vt polliceri audeam non priùs à te priorem partem vel perfunctoriè lustrandam iri, quām posterior manibus succedat tuis. V A L E.



# ISAGOGÉ HVIUS COMMENTARII AD LECTOREM.

**D**OCTORVM omnium solemni mote comparatum est, in cuiuslibet sa-  
cri libri aditu, & limine longiori exordio multa de illius authore, mate-  
rie, ac dignitate præludere; sed quia ipsa libri inscriptio, & titulus, quem  
Salomon primo in versu operi suo præfixit, hæc omnia non obscurè com-  
plectitur, ea certe de his rebus in commentatio illius præfabimur, quæ  
ad Lectorem præmonendum satis esse videbuntur. Quapropter, ut alia  
missa faciam, in hac Isagoge aliqua de syntaxi, & structura præscribere  
in animo est; ac decernere, an inter plures eius sententias sit nexus  
aliquis, ordo, aut cohærentia: an totum opus ex dissimilibus, dispa-  
ribus, & incohærentibus compleatur. Non vnum hæc de re interpretum consilium, ac de-  
cretum.

*Iansenius.* Iansenius serio affirmat, omnes illos, qui huius libri sententias consuere, & in vnum aliquem contextum conflare volunt, frustra laborem, & operam suam impendere: quia dum singula singulis adhuc estere contendunt, vulgata lectionem passim violare, sæpius deserere, vim verbis afferre, & multa coacti, & incongrua comminiscis solent. Hoc Iansenij iudicium percellit Caietanum, & Rodolphum, qui inter sententias huius libri aliqualem cohærentiam vestigantes vulgata lectioni parum deferunt, & pleraque insulsè interpretantur.

*Arboreus.* Alij verò, in quibus est Arboreus, & Osorius, huius libri structuram non in singulis sententijs, & earum nexus spectandam esse docent; sed in toto cumulo: nam licet parabolæ singulæ, & se inuicem exolutæ, & liberæ sint; tamen omnes simul sumptæ, & congregatae cunctæ moralis doctrinæ par-  
*Osorius.* tes absolutissimè tradunt, scilicet ethicam, & economicam & politicam. Nam maior libri pars, in-  
quiunt, ad Ethicam, minor ad & economicam, non minima etiam ad Politicam spectat. Non alia fuit  
*Basilij.* D. Basilij menshomil. in principium Proverb. ubi Salomonis consilium in hoc libro paucis comple-  
xus sit: Proverbiorum liber, instruictiō morum est, & omnes deinde virtutes morales enumerans, nul-  
lam esse dicit, de qua Salomon absolutissimè non egerit.

*Athanasi.* Diuus Athanasius in Synopsi lib. 14. Proverbiorum telam quandam esse dicit variam, & ver-  
colorem ex parœmijs, strophis, parabolis, & ænigmatibus, tanquam ex licijs quibusdam conflatam: quid autem discriminis inter parœmias, strophas, parabolas, & ænigmata intercedat ibidem tradit.  
Libet autem hæc adnotare: *Est autem, inquit, dicta parœmia, quod preter vias tales sententiae con-  
scribi solite sint, ad correctionem, & doctrinam eorum, qui itinera conficiebant: preter vias autem  
scribebantur, propterea quod non omnes veritatis sermones capiebant, ut velhi, qui initinere erant, &  
affixas videbant, que scripta essent exquirerent, atque ita eruditarentur homines.* Subdit autem parœ-  
*Basilij.* miam etiam parodion appellari, quasi iuxta viam. Adde Basilium homil. in principium Proverb.  
ubi nomen parœmias ex via etiam dicit, sed paulo aliter: verba illius habes infra cap. 1. vers. 1.  
ex quibus constat, quamlibet sententiam vulgo tritam, & ad vulgus edocendum idoneam, pa-  
*Athanasi.* rœmiam appellari. Rursus strophas sic definit Athanasius: *Strophæ sunt illæ, quas, si quis mente ver-  
sus, reserabit, atque inueniet latentem in ipsis sensum.* Itaque strophæ selectiores quadam sententiae  
sunt, supra vulgacuptum, quas perito restantum callent De parabolis autem sic scribit: *Dicuntur  
autem parabolæ sermones, qui velut imagines sunt eorum, que dicuntur: ex ipsis namque propter simili-  
tudinem, quod dicitur intelligitur.* Ac demum ænigmata sic describit: *Ænigmata verò, & obscurè  
sermones, ita quidem caute sunt positi, ut mærore afficiant, si quis in illos incidat, propterea quod nihil  
manifesti habent, & ne sufficiōrem aliquam sensus prebent, ubi vero diligenter inquisisti fuerint, sensum  
indicant, quem habent.* Singula exemplis illustrat Athanasius. Qui sane huius libri non vnum filum  
perpetuum, & nusquam abruptum esse credidit: sed ex quadruplici illo sententiarum discrimine,  
tanquam ex pluribus licijs compactam, & contextam telam: in quæ sunt quidem parœmia, tanquam  
rudior, & crassior trama, & sub tegmen ad imperitos edocendos; strophæ autem, parabolæ, & ænigma-  
ta, tanquam subtilius eiusdem tela statim, aut tegmen ad exercenda doctiorum ingenia. Ad hæc ipsos  
etiam colores, & pigmenta iubet obseruare Athanasius: nam tela hæc varia est, ac versicolor, non vnius  
alicuius disciplinæ colorem præferens, sed quodammodo ex omnibus omnium virtutum doctrinis  
variegata, & distincta.

Hæc de syntaxi, & structura huius libri antiqui Patres, & interpretetes haec tenus indagarunt: sed li-  
ceat nobis antiquam istam indaginare non tam deserere, quam pressis corundem vestigiis urgere,  
perseguiri, ac promouere. Mihi in primis ita semper placuit inter singulas sententias cohærentiam,

# J S A G O G E.

& nexus aliquem frusta confungi, ut docet Iansenius; quamvis enim Salomon aliquando binas, ternas, quaternas, & vix plures sententias similes de una aliqua thesi conflare soleat, tamen filum statim abumpit, & themata nullo ordine evariat. Rufus cum Basilio item, & aliis sentio in hoc libro tres moralis doctrinæ partes ethicam, & economicam, & politicam à Salomone absolutissimè tradi: ac demum assentio Athanasio, opusque illud ex parœmis, strophis, parabolis, atque enigmatis coalesce pronuncio. Tamen huius libri membra attentius cogitationis libra examinans, & inter se curiosius conferens, tandem competri hunc Salomonis librum, cuiusque partes non omnino incohærentes esse, quinid ex omnibus unius operis satis elegantem strukturam artificiosè coalescere.

Præmittere autem oportet veteres sua conuiua non tantum ferculorum varietate, sed etiam problematum, & questionum disertis propositionibus condire solitos. Huius rei testimonia ex prophanicis autoribus de promere integrum est, Athenæus lib. 10. *Insta*, inquit, à natura scientia cupiditas efficit, ut etiam inter epulas aliquid aut docerent, aut discerent libenter, aut didicisse ostenderent. Qui maximam eius libri partem huic materiæ impedit, docens nimurum, qua ratione, & quo tempore problemata in conuiuis iactare oporteat, ac plures etiam conuiuales gryphos, seu syrpos, tūm proponens, tūm etiam edisserens. Ad hæc Plutarchus in lib. Symposiacon multis demum argumentis evincit etiam inter epulas esse philosophandum: Macrobius etiam hæc de re elegantissimo schemate sic scribit: *Sed Philosophia & coniunctus exulanuit, procul inde facebant & alumna eius: honestatem dico, ac modestiam, nec minus sobrietatem, ac pietatem. Quambarum dixerint minus venerabilem? Ita sit, ut ab eiusmodi canticis relegatus matronarum talium cœtus, libertatem conuiniorum solis concubinis, id est, viuis, & criminibus, addicant. Sed ut prophana misera faciam, morem istam cœnam problematis, gryphis atque enigmatibus condiendi ab Hebreis manasse, atque gentes etiam imbuisse credo. Nam severiora Iudeorum ingenia, ne in computationibus moderationis, & temperantiae habens laxarent, data opera eam consuetudinem in motem inuexerunt, ut aliqua graviora thematia in lautissimis conuiuiis serid semper disceptarentur.*

Hinc Hebreorum solemnum modum, pleraque sacre Scripturæ loca spirant. In primis Eccles. 34. modus prescribitur, & ordo conuiuis, quem in suis problemat serendistene debent. Nam postquam multa de conuiuis regno, de epularum distributione de vino, ac musica, dixit Iesus Syrach: de iactandis problematibus sic deum inquit: *Loqueremur natu, decet enim te primum verbum, diligenter scientiam, & non impediás musicam. Vbi non est auditus, non effundas sermonem: & importunè noli extolliri in sapientia tua. Arque infra iuniori dictat loquendi tēpus, ac modum: Adolescens loquere in tua causa vix, &c. In multis esto quasi nescius: & audiz facies simul, & querens. In medio magnatorum non præsumas, & ubi sunt senes, ne multum loquaris. Hæc autem verba de sermonibus inter epulas miscendis, ac dilectandis esse capienda nullus ambigere poterit, qui caput integrum attentius lustrauerit.*

Ex hoc etiam more lucem afferemus in ista cap. 22. illis verbis: *Quando sed eris, ut comedas cum Principe, diligenter attende, que apposita sunt ante faciem tuam, & scine cultrum in gutture tuo: & perbreui interstitio. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius, quia in similitudinem aris, & conaturis estimas, quod ignorat. Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos. In anbris insipientum ne loquaris, quia a despiciens doctrinam tuam. Lege plura in eum locum, in quem multa non vulgaria de antiqua illa consuetudine conferemus. Quid plura? Verba etiam illa difficilia cap. 25. Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo, ex eo veteri more illustrabimus; & si Deo placet, illis etiam verbis Canticorum 8. Apprehendam te, & ducam in domum matris mea, ibi me docebis. Et dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Inde etiam splendorem accersemus. Hæc omnia sibi locis à nobis accuratissime versata, & replicata sunt; atque adeò piget hæc transcribere.*

Quod si quereras, cuiusnam gereris essent istiusmodi problemata, ac sermones, qui inter epulas iactari, & discuti consueverunt? Libens dico. Omnes illos sententiarum modos, aut figuræ, quas numerat Athanasius in Synopsi, & ex quibus librum istum coalescete affirmat, in conuiuis proponi, atque edisseri solitas, scilicet Paræmias, strophas, parabolæ, & enigmata. Omnes igitur istos propositionum modos gryphos appellavit Athenæus lib. 10. ac septem gryphorum species recitat; has vero quatuor, illa membra ab Athanasio prescripta satis coercent. Paræmia igitur primæ in conuiuis iactabantur. Sunt autem paræmias ex eodem Athanasio facilitiores quædam sententiaz, vel, scilicet dicere, triviales, quas rudes, & indocti capere possint, ex quibus non pauca occurunt in hoc libro Proverb. Has vero minimè obscuras, sed apertas, & obuias sententias inter epulas inserere suadet Plutarchus suprà, & rationem optimam attexit: *Decet, inquit, quemadmodum vīnum, sic etiam sermonem, cuius in consorium venient omnes, esse communem, & vulgarem: si quidem obscuras propositiones cīscendit qui semper iacint, nibilo vulpe, & que & sopicā in communione videntur benigniores. Fabella sic habet: Vulpes vafa in latro lapide fabas elixas grui coniuncte apposuit, verum sine villo eius emolumento: quippe oris acu nini quiores lubricæ admoebantur fabæ, mox elapsæ ridiculam omnibus gruem fecere. At rursus alibi grus vulpi in lazena cœnari apparat, sibi quidem sat̄ idoneam, quod ob collis longitudinem, & exitiatem demittere in declive rostrum per lagena angustias facile posset, & illinc cibum sumere, atque vulpecula talis opportunitate destituta in eidianam perpeti cogebatur. Haud aliter quando Philosophi subtiles, & dialecticas propositiones inter pocula usurpant, & homines vulgares, qui eos mente sequi non valent fastigant. Illi quidem prouinciam in se coniuncti rugas, sermonesque illiberales, ac putidos. Hactenus Plutarchus. Qui eruditè admodum rationem obtulit, propter quam nonnumquam paræmias, & sermones triviales iacere oportet in conuiuis, ne scilicet hi, qui rudes, & imperiti sunt, dum sublimiora sapientium problemata non callent, inter se rugas scuriles, iocosæque fabellas misceant. Nam ferè ex his, qui assident mensis, non pauci stolidi, & imperiti sunt; imò ita decet, ut in conuiuis inter doctos, & eruditos rudiores aliqui interserantur. Nam cum in soli doctiorum hominum cœtu (verba sunt Plutarchi) pauciores quidam indocti confident, hi quidem ex ea consuetudine eruditioris aliquid accipiunt; & sicut mutæ litteræ ex commixtione vocalium in valde concinna, & dearticulata ærumpunt verba, ita rudes isti ex coniunctu sapientium sapere incipiunt.*

# ISAGOGE.

*Athanaf.* Ad hæc Strophe inter pocula proponi consueverunt, id est, obscuriores aliquæ sententiae, & vulgi captum superantes, quæ videlicet aliud aliquid sonant, & aliud ad significant. Ad strophas ergo reuocat Athanasius illa Pythagoræ documenta: *Stateram ne transfilias. Cor ne edito. Ignem gladio ne confude. Rectam lineam ducito: & alia id genus.* Quæ sententias inter epulares gryphos numerat Atheneus loco citato: & ab alijs symbola appellantur. Dicuntur autem Strophe, à vertendo: ea propter Eccles. 39. noster vulgatus Eccles. 39. versutias conuertit: *In versutias parabolarum simul introibit.* Et sane apud Latinos etiam sermonem vertere, aut verba versare, perinde est ac verborum sensum aliqua ratione inuolere, aut tegere. Sic Tullius 4. de Finib. *Homo*, inquit, *acutus causam non obtinens verba versare caput*, de hoc nomine infrà cap. 1. vers. 1. Denique ex eo genere sententiarum in proverbijs Salomonis perplures esse, cum Athanasio docent Basilius homil. in princ. Proverb. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & alij non pauci.

*Athanaf.* Rursus Parabole inter pocula coniuii consueverunt. Sed quamvis hoc non latissimè pateat, & omnes in vniuersum vel strophas, vel symbola, vel similitudines, vel ænigmata coërceat, ut infrà dicimus capite primo, versiculo primo; tamen Diuus Athanasius in ea enumeratione hoc nomen pressius usurpauit pro his tantummodo sententijs, quæ similitudinem, vel comparationem aliquam cohibent, cuius generis magno numero eueniunt in hoc libro.

*Athanaf.* Denique in coniuiis ænigmata versari, atque edisseri solebant. Quid certius? lege Athenæum loco citato, ubi multa confitænigmata ex his, quæ inter pocula enodari, ac discutisolebant. Et quidem illud planè in ænigmatum censem referendum est, quod in nuptiali coniuiio Philistæis replicandum proposuit Samson: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*, Iudicum 14. Ille etiam, si placet, Grypus, aut Syrus quidam fuit ænigmati ad similis, quem Christus in extrema cena obiecit, cum ait: *Verumtamen manus tridentis memecum est in mensa*: quod accumbentes discipulos non patrum tortis. Librum etiam in Proverbiorum ænigmatibus condiri docet Athanasius, & exemplis quibusdam confirmat. Itaque ex dictis constat librum istum Proverbiorum ex his certè sententiis totum confitari, & contexti quæ in sapientium cœnia statu, ac versari confuerunt, videlicet ex paræmjs, strophis, parabolis, & ænigmatibus.

*Plutarch.* Sed ut nostrum de huius libri structura, & filo iudicium feramus, aliquid præterea obseruandum est: scilicet non paucos olim fuisse, qui sermones, sententiæque ad cœnas condiendas idoneas conscriperunt. Horum censem cogit Plutarchus in lib. 1. questionum coniuiial. quest. 1. Numerat autem Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Speusippum, Epicurum, Prætanum, Hieronymum Agathonem, & Academicum Dionem, quibus etiam annumerandus ipsemet Plutarchus. Quamvis autem pleraque ipsorum opera temporum iniuria interierint; habemus tamen hodie Platonis, Xenophontis, & ipsius Plutarchi coniuiia: (sic enim ipsi inscribunt opuscula, aut libellos, in quos prædictas sententias contulerunt) atque in his non pauca obseruatione dignissima occurunt.

*Plato.* Primò, omnes isti Philosophi coniuij aliquem apparatus describunt. In his vero Xenophon ipsammet cœnationem, aut cœnaculum non ineleganter depingit. Plato vero, & Plutarchus instituendi coniuij rationem addunt. Quamnam? Non raliam certè, nisi victimæ ingentis mactationem. Nam de Agathone, qui in Platonis cœna reliquos inuitat, talis inibi sermo est: *Sequenti die post palmam, sacrificia que victoria gratia ab Agathone celebrata, parato coniuiio, disputatio instituta fuit.* Plutarchus vero sic habet: *Apparaverat Periander epulum, non in urbe, sed apud Lecheum in cœnazione ad delubrum Veneris, cuius sacrum fiebat: Nam post illum matris sue amorem, qua vitam abruperat sponte, quia rem dinam Veneri non fecerat: Tunc primum ex certis Melisse in somnis in animam induxit eam Deam honora, & sacrificiis colere.* I' que illi coniuiio, aut cœnæ, disputationi in ea instituta, sacrificium, ac victimæ occasionem dedit. Rursus Plato Homerici cuiusdam epuli mentionem faciens infrà sic habet: *Cum Homerus inquit, Agamemnonem in re militari strenuum virum finxit, Menelaum vero mollem: conuinium celebrante post sacrificium Agamemnone, Menelaum inducit ultra ad mensam Agamemnonis venientem: Hæc ille. Et quidem post sacrificium, & victimam Dijslibatam, ex ipsis victimæ carnibus splendidissima olim coniuiia exhibeti solita, non solum apud Gentes, sed etiam apud Hebreos, constabit ex his, quæ dicimus infra cap. 7. vers. 14. ad illa verba: *Victimas pro salute voni: hodie reddidi vota mea.* Et cap. 9. vers. 2. ad illa: *Immolaruit victimas suas.**

*Plato.* Secundò, quia in his epulis inter pocula, & sub poculis theses difficiles, & problemata sublimiora proponebantur; ne mens ex vino ad disceptationem hebesceret, suadetur quidem initio temperantia: sic Plato ex Pausaniæ persona: *Videndum est*, inquit, *è viri, quo pacto lenius, suauiusque bibamus.* Et infra: *Hec cum audissent omnes concessere, non ad ebrietatem in presenti coniuiio, sed ad voluptatem esse bibendum, visumque est in uniuscuiusque arbitrio fore quantum bibat: neminem vero supra quam velle cogi.* Et quidem his verbis mutuae propinationes interdictæ sunt, quibus alij alijs libantes, mutuò se ad bibendum adigere solebant: ne inde alicui supra modum bibenti ebrietas eueniret. Hanc etiam bibendi temperantiam indicit coniuiis Thales apud Plutarchum, & Callias apud Xenophontem, & ex his alter vinum aqua diluere iubet, ne forte merum coniuias ad disputandum obtunderet.

Tertio, in huiusmodi cœnis sapientissimi inducuntur coniuiæ, ac super thesi proposita propria singulis oratio datur: in Platonis coniuiio intersunt quidem Apollodorus, & eius familiaris Glauco, Aristodemus, Socrates, Agatho, Phædrus, Pausanias, Heryximachus, Aristophanes, Diotima, Alcibiades: non tamen omnes de amore loquuntur: (hæc enim erat thesis proposita) sed ex his Phædrus, Pausanias, Heryximachus, Aristophanes, & Socrates de amoris natura perorant: Reliqui tacent, & illos dicentes auscultant. Xenophon in suo coniuiio ex doctis, ac senibus exhibet Socratem, Chritobulum, Hermogenem, Antisthenem, & Charmidem, & his quidem orationem dat: alios vero iuniores miscet, ut dicentes illos, ac docentes audiant. Plutarchus etiam ad suum coniuium septem Græciæ sapientes euocat; hos vero loquentes inducit, & alios item quosdam mutos interserit, qui illorum dicta, & problemata auribus attentis captant. Expluit enim

# F S A G O G E.

suum ipsius præceptum; quo suadet indoctos quosdam, & imperitos doctioribus, & sapientioribus interserendos. Exempla litterarum, ex quibus aliæ mutæ sunt, aliæ vocales: sed ex utrifice dearticulata, & consona dictio coalefcit. Verba Plutarchi supra dedi. Et sicut inter Hebreos id quoque solemne fuit, ut in coniuuiis illis, in quibus senes, ac docti problemata, labyrinthos, strophas, & ænigmata versabant, iuuenes quoque rerum imperiti accumberent, ut constat ex illo loco Eccles. 32. ubi Iesus Syrachi iunioribus his in coniuicio silentium imperat, & Eccles. 32.  
seniores auscultare inbet: sic enim se habet: *Adolescens loquere in tua causa vix: si bis interrogatur fueris, habeat caput responsum tuum: in multis esto quasi nescius: audi tacens simul & querens. In medio magnatorum ne præsumas, & ubi sunt senes non multum loquaris.* De illo autem qui inter epulas primus eloqui debet, sic prescribit: *Loquere maior natus, decet enim te primum verbum, diligenti scientiam.*

His ergo prælibatis de libri structura, & partibus sic decerno. Liber iste *Salomonis Coniuinium* dici, atque inscribi potest: hoc enim ipsa illius series, & ordo suadet. Sanè priora capita usque ad nonum, exhortationem quandam continent ad sapientiam perdiscendam, atque adeo in his describitur, finiturque sapientia per omnes suas causas, per materiam, per formam, & per finem. Addo etiam ab affectis, eius natura enucleatur, quod adeo perspicuum est, ut in ea re declaranda verba ponere, inanis prorsus labor sit. Hortatur autem Salomon ad sapientiam ethicam, hoc est ad cognitionem morum, quæ omnes honestatis, & probitatis partes complectitur, & tota ad bene viuendum spectat; hæc enim huius libri thesis. Vbi autem Salomon hanc thesim proposuit, (qua nulla ad epulas condendas accommodatior tractatio est, ut docet Plutarchus loco citato) caput nonum sic exorditur: *Sapientia adificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c.* Apposite ad modum sapientiam per prosopopœiam quandam inducit coniuicium exhibentem, & viros sapientissimos ad dicendum proferentem. Et quidem hac in re vincit Salomon alios coniuiorum scriptores Platōnem, Xenophontem, & Plutarchum. Ex his enim Plato Agathonem inducit epulas expedientem, & coniuicias vocantem, Xenophon hanc curam Calliae dat. Plutarchus verò Periandro. An non Plato in eo dialogo de amoris natura verba facturus, ipsummet amorem coniuicias vocantem melius induceret? Et Plutarchus de politiæ partibus, scilicet de imperio, regno, & legibus sermonem habiturus, melius enim ipsammet politiam, & ciuitalem disciplinam epulum celebrantem, & exhibentem fingeret? Ego sanè ita reor. Itaque Salomon hac in re omne tulit punctionem. Illa autem verba: *Adificauit sibi domum, excidit columnas septem, cœnaculi fabricam, & elegantiam describunt, vbi sapientia epulum parauerat;* de qua elegantia non pauca in eum locum dicimus. Subdit:

*Immolauit victimas suis.* Coniuicij à sapientia celebrandi, & coniuicias accersendi occasionem aperit Salomon his verbis: non aliam certè, nisi ingentem victimationem, concinquitque cum Platōne & Plutarcho, qui similem occasionem suis etiam coniuiciis accommodarunt, ut liquet ex dictis. Nulla enim magis decora, & honesta epuli offerendi, & coniuicias cogendi ratio excogitari potuit. Attexit:

*Miscuit vinum suum,* id est, aqua diluit, ac temperauit: nam cum inter pocula problemata, gryphos, & syrpos versare oporteret, eam ob causam vini temperantiam adhibere operæ pretium fuit, ne merum capita tentaret, & ad futuram discepcionem obtunderet. In qua etiam re cum Salomone etiam cohærent Plato, Xenophon, & Plutarchus, ut ex præscriptis satis constat. Subiicit autem Salomon:

*Et proposuit mensam suam,* id est, publicum exhibuit coniuicium, vulgo *Mesa franca.* Nam sapientia huius epuli apparatrix non sapientes solùm vocat, excipitque, sed etiam rudes, atque imperitos ad cœnam suam accersit. Ita enim fatur: *Si quis est parvulus, veniat ad me: & insipientibus locuta est; venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod miscui vobis, &c.* Explet nimurum Salomon cum morem, qui in eiusmodi coniuiciis ad doctrinam comparatis obseruari consuevit, ut scilicet inter sapientes, rudes alij, & imperiti assiderent; illi docerent, hi discerent, ac mutuū doct̄rām verba captarent.

Quid plura? quemadmodum tres illi scriptores coniuiorum Plato, Xenophon, & Plutarchus, ex omnibus contiuis doctiores aliquos inter pocula loquentes, & sententias suas super thesis proposita promentes inducent: inter quos Plato singulis, non mutuis colloquijs intercessis, sed perpetuas, & minime interruptas de amoris natura orationes tribuit: ad eum modum Salomon in suo coniuicio tres eruditissimos viros inter epulas à sapientia oblatas parcerias, strophas, parabolas, & ænigmata iacentes producit, & singulis orationes longiores dat. Hi sunt. Primus Salomon, (nam seipsum primo loco dicente inducit, & cum reliquos sapientia, & dignitate vinceret, sibi etiam longiorem sermonem sumit) huius autem oratio à capite decimo exordium sumit, (hoc enim sic a spicatur.) *Parabola Salomonis.* *Filius sapiens latifidat patrem, &c.* & quidem severius carpendi, qui priora illa verba, *Parabole Salomonis,* à textu expungenda esse dicunt; quasi postea à Rabinis addita sint: cum Hebraici origines retineant, & non extra textum præscribant: sed cum reliquo verborum tenore conforment. Secundus est Aghur filius Iache, cuius oratio habetur capite 30. quod sic inquit: *Verba Congregantis, filij Vomentis, &c.* In primitiis autem legimus: *Verba Aghur, filij Iache.* Tertius est Lamuel, cuius fr̄mo habetur capite 31. cuius exordium est: *Verba Lamuelis regis.* visio, qua erudiuit eum mater sua. Hi sunt istius Salomonici coniuicii docti parcerias, & interlocutores. Atque inde lucem accipit quæstio quædam ances inter Doctores; quidam enim in eam sententiam discedunt, ut existiment duo illa huius libri capita, videlicet 30. & 31. non à Salomone suis conscripta: sed à duobus illis Aghur, & Lamuel, illosque inter vates sacros recentes. Alij, ne præclaras illas sententias Salomoni admittant, addunt illum eam nomina sibi ipsi consciuisse, ita ut Aghur, id est, Congregans, hic appellatus sit, (quemadmodum alibi Coheleth, id est, Ecclesiastes) propter concessionem ad quam sermonem habere fingitur: & Lamuel item, quod interpretatur, *Cum ipso Deus,* propter spiritum prophetiz. Sed tamen eam questionem censura nostra

# ISAGOGĒ.

*Athan. 1.* Ad hæc Strophe inter pocula proponi consueverunt, id est, obscuriores aliquæ sententiae, & vulgi captum superantes, quæ videlicet aliud aliquid sonant, & aliud ad significant. Ad strophas ergo reuocat Athanasius illa Pythagoræ documenta: *Stateram ne transilias. Cor ne edito. Ignem gladio ne confode. Rectam lineam ducito: & alia id genus.* Quæ sententias inter epulares gryphos numerat Athenæus loco citato: & ab alijs symbola appellantur. Dicuntur autem Strophe, à vertendo: ea propter Eccles. 39. noster vulgatus Eccles. 39. versutias conuertit: *In versutias parabolæ simul introibit.* Et sane apud Latinos etiam sermonem vertere, aut verba versare, perinde est ac verborum sensum aliqua ratione inuolere, aut tegere. Sic Tullius 4. de Finib. *Homo*, inquit, *acutus causam non obtinens verba versare caput*, de hoc nomine infra cap. 1. vers. 1. Denique ex eo genere sententiarum in prouerbij Salomonis perplures esse, cum A:thanasio docent Basilius homil. in princ. Prouerb. Clemens Alexandri-nus lib. 1. Stromatum, & alij non pauci.

*Athan. 2.* Rursus Parabola inter pocula conuici consueverunt. Sed quamvis hoc non latissimè pateat, & omnes in vniuersum vel strophas, vel symbola, vel similitudines, vel ænigmata coérceat, vt infrā dicimus capite primo, versiculo primo; tamen Diuus Athanasius in ea enumeratione hoc nomen pressius usurpauit pro his tantummodo sententijs, quæ similitudinem, vel comparationem aliquam cohident, cuius generis magno numero eueniunt in hoc libro.

*Athan. 3.* Denique in conuiuijs ænigmata versari, atque edifferi solebant. Quid certius? Iege Athenæum loco citato, vbi multa confitentia in ænigmata exhibis, quæ inter pocula enodari, ac discuti solebant. Et quidem illud planè in ænigmatum censem referendum est, quod in nuptiali conuiuio Philistæis replicandum proposuit Samson: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*, Iudicum 14. Ille etiam, si placet, Gryphus, aut Syrus quidam fuit ænigmati ad similis, quem Christus in extrema cæna obiecit, cum ait: *Verum tamen manus tradentis memecum est immensa*: quod accumbentes discipulos non parum torsit. Librum etiam Prouerbiorum ænigmatibus condiri docet Athanasius, & exemplis quibusdam confirmat. Itaque ex dictis constat librum istum Prouerbiorum ex his certè sententiis totum confari, & contexi quæ in sapientium cœnia iactati, ac versari confuerunt, videlicet ex paræmjs, strophis, parabolis, & ænigmatibus.

*glutarch.* Sed ut nostrum de huius libri strūctura, & filo iudicium feramus, aliquid præterea obseruandum est: scilicet non paucos olim fuisse, qui sermones, sententijsque ad cœnas condiendas idoneas conscriperunt. Horum censem cogit Plutarchus in lib. 1. quæstionum conuiuial, quæst. 1. Numerat autem Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Speusippum, Epicurum, Pyrrhanum, Hieronymum Agathonem, & Academicum Dionem, quibusdam annumerandus ipsem Plutarchus. Quamvis autem pleraque ipsorum opera temporum iniuria interierint; habemus tamen hodie Platonis, Xenophontis, & ipsius Plutarchi conuiua: (sic enim ipsi inscribunt opuscula, aut libellos, in quos prædictas sententias contulerunt) atque in his non pauca obseruatione dignissima occurunt.

*Plato.* Primo, omnes isti Philosophi conuiuij aliquem apparatus describunt. In his vero Xenophon ipsammet cœnationem, aut cœnaculum non ineleganter depingit. Plato vero, & Plutarchus instituendi conuiuij rationem addunt. Quamnam? Non aliam certè, nisi victimæ ingentis mactationem. Nam de Agathone, qui in Platonis cœna reliquos inuitat, talis inibi sermo est: *Sequenti die post palmam, sacrificia que victoria gratia ab Agathone celebrata, parato conuinio, disputatio instituta fuit.* Plutarchus vero sicut habet: *Apparaverat Periander epulum, non in urbe, sed apud Lechæum in cœnatione ad delubrum Veneris, cuius sacrum siebat: Nam post illuminatis sue amore, quæ vitam abruperat sponit, quia rem diuinam Veneri non fecerat: Tunc primum ex certis Melissæ insomnis in animum induxit eam Deam honore, & sacrificiis colere. I' aucti illi conuiuio, aut cœnæ, disputationi in ea instituta, sacrificium, ac victimæ occasionem dedit. Rursus Plato Homerici cuiusdam epuli mentionem faciens infra sicut habet: Cum Homerus inquit, Agamemnonem in re militari strenuum virum finxit, Menelaum vero mollem: conuinium celebrante post sacrificium Agamemnone, Menelaum inducit ultra ad mensam Agamemnonis venientem: Hæc ille. Et quidem post sacrificium, & victimam Dijslibatam, ex ipsis victimæ carnibus splendidissima olim conuiua exhiberi solita, non solum apud Gentes, sed etiam apud Hebreos, constabit ex his, quæ dicemus infra cap. 7. vers. 14. ad illa verba: *Victimas pro salute voni: hodie reddidi vota mea.* Et cap. 9. vers. 2. ad illa: *Immolauit victimas suas.**

*Plato.* Secundo, quia in his epulis inter pocula, & sub poculis theses difficiles, & problemata sublimiora proponebantur; ne mens ex vino ad disceptationem hebesceret, suadetur quidem initio temperantia: sic Plato ex Pausanæ persona: *Videndum est*, inquit, *o viri, quo pacto lenius, suauiusque bibamus.* Et infra: *Hec cum audissent omnes concessere, non ad ebrietatem in presenti conuiuio, sed ad voluptatem esse bibendum, visumque est in uniuersuinsque arbitrio fore quantum bibat: neminem vero supra quam vellet cogi.* Et quidem his verbis mutuæ propinationes interdictæ sunt, quibus alij alij libantes, mutuò se ad bibendum adigere solebant: ne inde alicui supra modum bibenti ebrietas eueniret. Hanc etiam bibendi temperantiam indicit conuiuis Thales apud Plutarchum, & Callias apud Xenophontem, & ex his alter vinum aqua diluere iubet, ne forte merum conuiuas ad disputandum obtunderet.

Tertio, in huiusmodi cœnis sapientissimi inducuntur conuiuæ, ac super thesi proposita propria singulis oratio datur: in Platonis conuiuio intersunt quidem Apollodorus, & eius familiaris Glauco, Aristodemus, Socrates, Agatho, Phædrus, Pausanias, Heryximachus, Aristophanes, Diotima, Alcibiades: non tamen omnes de amore loquuntur: (hæc enim erat thesis proposita) sed ex his Phædrus, Pausanias, Heryximachus, Aristophanes, & Socrates de amoris natura perorant: Reliqui tacent, & illos dicentes auscultant. Xenophon in suo conuiuio ex doctis, ac senibus exhibet Socratem, Chritobulum, Hermogenem, Antisthenem, & Charmidem, & his quidem orationem dat: alios vero iuniores miscet, vt dicentes illos, ac docentes audiant. Plutarchus etiam ad suum conuiuium septem Græcia sapientes euocat; hos vero loquentes inducit, & alios item quosdam mutos interserit, qui illorum dicta, & problemata auribus attentis captant. Expluit enim

# F S A G O G E.

sum ipsius præceptum; quo suadet indoctos quosdam, & imperitos doctioribus, & sapientibus interserendos. Exempla litterarum, ex quibus aliæ mutæ sunt, aliæ vocales: sed ex utrilibus dearticulata, & consona dictio coalescit. Verba Plutarchi supra dedi. Et sanè inter Hebræos id quoque solemne fuit, ut in conuiuiis illis, in quibus senes, ac docti problemata, labyrinthos, strophas, & ænigmata versabant, iuuenes quoque rerum imperiti accumberent, ut constat ex illo loco Eccles. 32. vbi Iesus Syrach iunioribus his in conuiuio silentium imperat, & Eccles. 32.  
seniores auscultare inbet: sic enim se habet: *Adolescens loquere in tua causa vix: si bis interrogatu fueris, habeat caput responsum tuum: in multis esto quasi nescius: audi tacens simul & querens. In medio magnatorum ne presumas, & ubi sunt senes non multum loquaris.* De illo autem qui inter epulas primus eloqui debet, sic præscribit: *Loquere maior natus, decet enim te primum verbum, diligenti scientiam.*

His ergo prælibatis de libri structura, & partibus sic decerno. Liber iste *Salomonis Conuiuium* dici, atque inscribi potest: hoc enim ipsa illius series, & ordo suadet. Sanè priora capita usque ad nonum, exhortationem quandam continent ad sapientiam perdiscendam, atque adeo in his describitur, finiturque sapientia per omnes suas causas, per materiam, per formam, & per finem. Addo etiam ab affectis, eius natura enucleatur, quod adeo perspicuum est, ut in ea re declaranda verba ponere, inanis prorsus labor sit. Hörtatur autem Salomon ad sapientiam ethicam, hoc est ad cognitionem morum, quæ omnes honestatis, & probitatis partes complectitur, & tota ad bene vivendum spectat; hæc enim huius libri thesis. Vbi autem Salomon hanc thesim proposuit, (qua nulla ad epulas condiendas accommodation tractatio est, ut docet Plutarchus loco citato) caput nonum sic exorditur: *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c.* Apposite admodum sapientiam per prosopopœiam quandam inducit conuiuim exhibentem, & viros sapientissimos ad dicendum proferentem. Et quidem hac in re vincit Salomon alios conuiuorum scriptores Platonem, Xenophonem, & Plutarchum. Ex his enim Plato Agathonem inducit epulas expedientem, & coniuas vocantem, Xenophon hanc curam Calliae dat. Plutarchus verò Petriandro. An non Plato in eo dialogo de amoris natura verba facturus, ipsummet amorem coniuas vocantem melius induceret? Et Plutarchus de politiæ partibus, scilicet de imperio, regno, & legibus sermonem habiturus, melius enim ipsummet politiam, & ciuilem disciplinam epulum celebrantem, & exhibentem fingeret? Ego sanè ita reor. Itaque Salomon hac in re omne tulit punctum. Illa autem verba: *Edificauit sibi domum, excidit columnas septem, cœnaculi fabricam, & elegantiam describunt, vbi sapientia epulum parauerat;* de qua elegantia non pauca in eum locum diceamus. Subdit:

*Immolauit victimas suas.* Conuiuij à sapientia celebrandi, & coniuias accersendi occasionem aperit Salomon his verbis: non aliam certè, nisi ingentem victimationem, concinitque cum Platone & Plutarcho, qui similem occasionem suis etiam conuiuiis accommodarunt, ut liquet ex dictis. Nulla enim magis decora, & honesta epuli offerendi, & coniuias cogendi ratio excogitari potuit. Attexit:

*Miscuit vinum suum,* id est, aqua diluit, ac temperavit: nam cum inter pocula problemata, gryphos, & syrpos versare oporteret, eam ob causam vini temperantiam adhibere operæ pretium fuit, ne merum capita tentaret, & ad futuram disceptationem obtunderet. In qua etiam re cum Salomone etiam coherent Plato, Xenophon, & Plutarchus, ut ex præscriptis satis constat. Subiicit autem Salomon:

*Et proposuit mensam suam,* id est, publicum exhibuit conuiuim, vulgo *Mesa franca.* Nam sapientia huius epuli apparatrix non sapientes solum vocat, excipitque, sed etiam rudes, atque imperitos ad cœnam suam accersit. Ita enim fatur: *Si quis est parvulus, veniat ad me: & insipientibus lecra est; Venite, comedite panem meum: & bibite vinum, quod miscui vobis, &c.* Explet nimurum Salomon eum morem, qui in eiusmodi conuiuiis ad doctrinam comparatis obseruari consuevit, ut scilicet inter sapientes, rudes alij, & imperiti assiderent; illi docerent, hi disserent, ac muti doctram verba captarent.

Quid plura? quemadmodum tres illi scriptores conuiuorum Plato, Xenophon, & Plutarchus, ex omnibus conuiuis doctiores aliquos inter pocula loquentes, & sententias suas super thesi proposita promentes inducent: inter quos Plato singulis, non mutuis colloquiis intercessas, sed perpetuas, & minime interruptas de amoris natura orationes tribuit: ad eum modum Salomon in suo conuiuio tres eruditissimos viros inter epulas à sapientia oblatas paræmias, strophas, parabolas, & ænigmata iacentes producit, & singulis orationes longiores dat. Hi sunt. Primus Salomon, (nam seipsum primo loco dicentem inducit, & cum reliquos sapientia, & dignitate vinceret, sibi etiam longiorem sermonem sumit) huius autem oratio à capite decimo exordium sumit, (hoc enim sic a spicatur:) *Parabola Salomonis. Filius sapiens latifacit patrem, &c.* & quidem severius carpendi, qui priora illa verba, *Parabola Salomonis,* à textu expungenda esse dicunt; quasi postea à Rabinis addita sint: cum Hebraici origines retineant, & non extra textum præscribant: sed cum reliquo verborum tenore conforment. Secundus est Aghur filius Iache, cuius oratio habetur capite 30. quod sic insit: *Verba Congregantis, filij Vomantis, &c.* In primitiis autem legimus: *Verba Aghur, filij Iache.* Tertius est Lamuel, cuius primo habetur capite 31. cuius exordium est: *Verba Lamuelis regit, visio, qua erudituit eum mater sua.* Hi sunt istius Salomonici conuiuii doctri paræmias, & interlocutores. Atque inde lucem accipit quæstio quædam anceps inter Doctores; quidam enim in eam sententiam discedunt, ut existiment duo illa huius libri capita, videlicet 30. & 31. non à Salomone sibi conscripta: sed à duobus illis Aghur, & Lamuel, illosque intet vates sacros recensent. Alij, ne præclaras illas sententias Salomonici admant, addunt illum ea nomina sibi ipsi consciuisse, ita ut Aghur, id est, Congregans, hic appellatus sit, (quemadmodum alibi Coheleth, id est, Ecclesiastes) propter concionem ad quam sermonem habere fingitur: & Lamuel item, quod interpretatur, *Cum ipso Deus,* propter spiritum prophetiz. Sed tamen eam quæstionem censura nostra

## F S A G O G E.

omnino difimit : dicimus enim librum integrum à Salomone scriptum fuisse : (aliud enim seruite nefas est) deinde duos illos Aghur, seu Congregantem, & Lamuëlem Regem non aliter in hoc conuiuio à Salomonē ipso induci, quam à Platone Socratem, Aristodemum, Phædrum, & alios.

Sed tamen adhuc scrupulus quidam seder animo. Nam si librum istum à capite 10. inter Salomonem, & duos illos Aghur, & Lamuëlem, quos huius conuiuij interlocutores esse diximus, praedito modo partiamur : maxima utique illius pars Salomonē cedit. Nam à capite 10. usque ad 29. eius oratio peruenit, inepte autem unusquis tot simul capita dictasse fingitur. Salomonem ergo ob sapientia præstantiam, & regiam dignitatem primum sibi locum ad dicendum in hoc conuiuio usurpare nuper dixi, & ob eandem rationem longiori oratione usum animaduerti. Nunc vero aliquid etiam in mentem venit : scilicet huius libri seriem temporis lapsu, & iniuria non parum intueram. Suader hoc contextus Septuaginta, qui longè alter capita distribuit, atque ordinat. Nam verba Aghur, & Lamuëlis capite 24. interferit, & deinde à capite 26. redit iterum oratio Salomonis, sic enim habet : *Hæ sunt disciplina Salomonis indistinctæ*, & ad finem usque libri peruenit. Quapropter dum hæc animadueterem, talis suspicio animatum incessit, contextum scilicet, non ut hodie iacet, sed paulò alter ordinandum. Ita ut Salomon initium quidem conuiuij sibi sumat, scilicet à capite 10. ac deinde post Aghur, & Lamuëlis perorat. Comprobat hoc initium capitis 25. quod sic auspicatur : *Hæ quoque parabolæ Salomonis*. Quæ verba significant iterum Salomonem sermonem adoriri : Itaque existimo post caput 24. inferi debere sermones Aghur, & Lamuëlis, ac post illos iterum Salomonem proloqui. Facile enim id accidere potuit, ut aliquis putans fortasse Aghur, & Lamuëlem à Salomonē diuersos fuisse, eorum sermones postposuerit, & posteriores Salomonis parabolas præmiserit, ut hæc cum prioribus eiusdem authoris coirent. Addo etiam aliam suspicionem. Initium quidem illius capitis 25. sic habet : *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechie Regis Iuda*. Ex interpretibus autem nullus non docet extrema hæc verba : *quæ transtulerunt viri Ezechie Regis Iuda*, extratextum esse, & post Salomonem deinde ab aliis inibi adscripta fuisse : & de his certe alijs alia dicunt, quæ nos in eum locum constabimus. Cæterum vide, an satius sit ita dicere : *qua transtulerunt viri Ezechie Regis Iuda*, id est, quæ è suo loco in alium transposuerunt Aghur, & Lamuëlis colloquia illis subiicientes, ita enim fiet ut nostram assertionem textus ipse confirmet.

Sed ut alia dimittam, quæ huic nostræ coniecturæ, de conformatione, ac structura istius libri fidem faciunt, ipsam sententiarum, ex quibus coalescit, natura id satis comprobatur. Nam ut supra ex Diui Athanasi doctrina confecimus, liber iste ex parcemiis, strophis, parabolis, & ænigmatibus coactus est : ipsissima autem sunt, quæ in conuiuiis iactati, & agitari consueuerunt, ut tradit Atheneus : quapropter nullæ aptior compago, & structura in hunc librum quadrare posserat. Nam cum sententiae illius ex earum genere sint, quæ in conuiuiis proponi, & disserti solebant, aptissime Salomon ex illis conuiuum quoddam satis elegans composuit. Ex quo certe fit, oleum omnino, atque operam eos perdere, qui singulas huius libri sententias inter se adalligare, & vincere conantur. Nam cum inter pocula propositæ singantur, debuerunt quidem ab inuicem solui, atque distrahi. Ita enim suadet Plutarchus in quæstion. conuin. 1. exemplo Platonis inter epulas non admodum serios, prolixos, & inter se valde cohærentes sermones usurpando esse, ne auditoribus tedium sint, ac labori. Debent, inquit, esse quæstiones faciliter, propositiones clarae, & rogatiuncula breues, ne perstringant rudiores, absterrantque. Ac de Platone ita subdit : *Vides etiam Platonem in conuiuio ubi de Finibus, & de Summo bono differit, & plane de rebus diuinis non intendentem probationem, neque accentem se & quasi puluere convergentem, ad apprehendendum more suo, firmiss ut eluctari non valeat aduersarius : sed sumptionibus molioribus, exemplis, fabulisque conuictus pellicentem.*

Monet igitur ex dictis librum istum nullo alio nomine aptius insigniri posse, quam Salomonis, vel Sapientia conuiuum, aut cœna. Quinimō ita sentio Platonem ; qui inter profanos scriptores prius conuiuum conscripsit, hoc Salomonis exemplari usum. Nam cum pleraque alia ex saeculis libris hausetit, & expresserit, ut tradit Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum, verisimile est, conuiuij etiam conscribendi formam, & stilum inde arripuisse. Cui suspicioni fidem facit idem Alexandrinus Clemens in prefato loco ; ubi docet pleraque morum præcepta è sacrificiis à Platone usurpata, vel potius furto ablata fuisse : sed tum maxime ex Salomonis Proverbiis, & Ecclesiaste ; ex quo fit hæc opera à Platone fuisse electa : atque adeo libri Proverbiorum formam in suo Conuiuio exprimere, & adumbrare potuisse.

Iude autem ex nomine, ac stilo istius operis eius dignitas, & præstantia non obscure deprehenditur. Nam si ea, quæ haecenus mente teneas, facile agnolces omnes illos, qui Conuiuia scripsérunt, non nisi grauissimas, & dignissimas theses sub ea Conuiuiorum inscriptione disposuisse ; nec vulgari doctrina insignes homines, sed sapientissimos, ac doctissimos loquentes induxisse. Nam Plato in suo conuiuio de nobilissima amoris natura verba facit, & Socrati, alisque grauissimis sui temporis Philosophis sermonem tribuit. Plutarchus etiam in suo Sympasio septem Græciae sapientes producit, & eorum præcipuas sententias colligit. Sed quod caput est, Christus Dominus præstantissima fidei nostræ dogmata, ac præcepta in cœna, & sub cœnam dedit apud Ioann. à capite 13. & deinceps usque ad cap. 18. & sane Christum Dominum in eo sermone, quem sub epulis ad discipulos habuit, data opera veterem morem proverbia inter epulas serendi tenere voluisse comprobant illa verba, quæ capite 16. post plerique tradita conuiuiis suis documenta subtexuit : *Hæ in proverbiis locutus sum vobis, &c.* Præmisserat autem plures satis obscuri gryphos, quibus discipulorum mentes corserat, ut apud eundem Ioannem videte licet. Nam syrus quidam est ille : *Ego sum vita vera, & vos palmites.* Nec non ille : *Ego sum via, veritas, & vita.* Item gryphus ad simile est illud : *Modicum, & videbitis me ; & iterum modicum, & non videbitis me.* Nec non etiam Homerus. illud : *Mauier cum pax tristitia habet, &c.* Mitto alia. Denique Homerus quoties Deos degraviori

## ΣΑΓΩΓΕ.

aliqua thesi dicentes producit eos inter epulas loquentes fingit, ut scribit Athenæus libro 5. vbi Homerum, Platonem, ac Xenophonti facile præfert. Itaque huius libri dignitatem non ex eo teneamus, quia eius sententias ex his esse dicimus, quæ inter cœnas epulasque inferri, ac iactari solebant. Cum constet nullum ex his, qui cœnas, & conuiua scriperunt, aliquid non graue, ac seruum valde sub hisce titulis protulisse; adeo ut Athenæus libro 5. capite 1. Platonem serio admodum incusat non dubitauerit, quod de Alcibade quædam minus decora in suo conuiuio miscuerit: & Xenophonti etiam id vitio verterit, quod adulatorem nugas quasdam inter sapientiam serios sermones seruentem produxerit: *Quia ista*, inquit, *minime seneritati conueniunt*. Hactenus de libri istius structura, quam attentiūs vestigans nancisci potui. Alia vero, quæ in hoc proœmio delibari debuerant, in primi capitil aditu versabo.

Ad extremum Lectorem de quibusdam rebus leuioribus nonnihil monitum velim. Primo, in his commentariis vulgatam lectionem à nobis semper exponi, ac præponi. Item, translationem Septuaginta nunquam non explicari: & tan istius, quam etiam Vulgata, quoad fieri potest, cum originibus, & inter se concordiam ubique quæri. Hæc nostra in omnibus capitibus opera, & industria, cui præterea aliquid addidimus in capite 8. & 9. nec non etiam in capite 31. Nam cum eorum capitum pleraque verba Virgini Deipara Ecclesia per accommodationem tribuere soleat, ne quid in his commentariis desiderares, de sanctissima Domina haud perfunctione illa interpretationi sumus. Rursus quia hic liber totus ad mores spectat, multam concessionibus materiem suppeditat, sic nostram interpretationem instituere curauimus, ut aliquam ex illa segetem nostri Ecclesiastæ demetere possent, atque ea de causa multa copiosius fortasse, & uberiori, quam interpretationem decebat prosecuti sumus. Vale, amice Lector, & hanc nostram qualemcumque operam, & studium tibi placendi boni consule.

\* \*  
IHS.



---

# FACULTAS PATRIS

## Prouincialis.

**L**GO LUDOVICVS DE LA PALMA,  
Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Toletana, potestate adid mihi facta à Reuerendo admodum  
P. N. Mutio Vitelesco Generali præposito facultatem  
concedo, ut Commentaria in Proverbia Salomonis,  
à Patre Ferdinando Salazar, Societatis nostræ Presbytero compo-  
sita, ex eiusdem Societatis Patrum Luisi Turriani Cundisalui de  
Albornoz, Francisci de Aguado iudicio examinata, & approbata ty-  
pis mandentur. In quorum fidem, has literas manu nostra subscriptas,  
& nostri officii sigillo munitas dedimus. Toleti. X. Iunii, Anni  
M. DC. XVI.

LUDOVICVS DE LA PALMA.

---

## CENSURA OPERIS.

**C**OMMENTARIOS IN PROVERBIA Sa-  
lomonis vidi. Et quidem perlegi, nec enim semel degusta-  
tos, nisi finitos possem amouere. Literam Proverbiorum  
intelligit author, & tot, tantaque consona ex Patribus, & Scriptu-  
ra colligit, vt supra modum studiosos sacræ Scripture iuuare pos-  
sit. Quid quod de B. Virgine ita benemeritum se præbet, vt vix  
ulla singularis sententia apud Patres possit inueniri, quæ illum la-  
teat? Data in Cœnobio D. Philippi Matricensis, die XX. Nouem-  
bris, Anno M. DC. XVII.

F. CHRISTOPHORVS DE OVALLE.

---

## FACULTAS. R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS IESV.

**S**TEPHANVS CHARLETVS præpositus Prouincialis Socie-  
tati IESV, in Prouinciam Franciæ iuxta Privilegium eidem So-  
cietati à Regibus Christianissimis HENRICO III. 10. Maij 1583.  
HENRICO IV. 20. Decembris 1606. & LUDOVICO XIII.  
nunc regnante 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omni-  
bus prohibetur, in libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Præpo-  
sitorum ipsius concessu imprimant: MICHAELI SONNIO, Parisiensi Bibliopolæ per-  
mittit, vt librum, qui inscribitur FERDINANDI QVIRINI DE SALAZAR, è  
Societate IESV, Expositio IN PROVERBIA SALOMONIS, ad sex proxi-  
mos Annos imprimere ac liberè possit diuendere. Datum Lutetiae XX. Februarij  
M. DC. XVIII.

STEPHANVS CHARLETVS.  
LIBER



A D

# PRIMVM TOMVM COMMENTARIORVM IN PROVERBIA SOLOMONIS.

## NOTÆ POSTERIORES.

X Cap. 1. vers. 12. *Deglutiamus eum sicut infernus viuentem, locus iste conferri potest cum illis verbis Psalm. 54. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* Et quamvis alias id ad subitum, & improvi- sum interitum, vel ad occultationem patrati sceleris referri posse dixerim; malum nunc de spoliatio- ne, vel amissione bonorum omnium capere. Nam hoc poenæ genus ciuilem mortem appellant Iurisperiti; ) à quo non abhorret illud Euangelicum Luc. 7. vbi de filio qui suum prodegerat patrimo- nium viuendo luxuriosè, sic scribitur: *Mortuus fuerat, & renixit; perierat, & inuentus est.* Nam primum deuorare, aut deglutire aliquem, perinde est ac illum spoliare bonis suis. Abac. 3. sicut qui deuorat pauperem in abscondiro. & Psalm. 34. *Nec dicant, deuorauimus eum.* & Psalm. 15. *Qui deno- rant plebem meam sicut escam panis.* Rursus infernus utrobique pro sepulchro, & sepulchrum pro morte, iuxta familiarem scripturæ phrasim. Atque adeò sensus erit, *Deglutiamus eum sicut infernus viuentem,* id est, illum bonis suis priuemus: id enim est viuenti adhuc mortem afferre, & necdum è viuis abscedentem tumulo infodere; vt quod miserrimum est post acerbissimam mortem, ad ipsius mortis acerbitatem tolerandam superiles sit. Ideo verò expositionem istam præfero, quia cum sequentibus cohæret. *Omnem pretiosam substan- tiam reperiemus, implebimus domos nostras spolis.*

Ex eodē Cap.ver.17. *Frustra autem iacit rete ante oculos pennatorum.* Duas expositiones reliquias repudiatis conieciimus in hæc verba: his tertiam adiungo, quæ mihi non insulta videtur in pri- mitiuis. n. pro *pennatis subest omnis Domini ale.* Huius autem Hebraïsmi originem habes suo loco. Ergo per dominos alarum aquilas intelligo, & alias volucres cæteris altius volantes. Addo etiam infirmiores aues, quæ retibus implicari solent, viuas plerique in aucupum manus venire; Aquilas verò, & alias validiores volucres, quæ retibus captri nequeunt, sæpius iaculis configi, ac vulneribus confectas & enectas in eorundem aucupum manibus venire solitas. Iam tenes sententiam. Ait ergo Salomon, *Frustra iacit rete ante oculos Domini ale,* id est, nequicquam rete humi spar- gitur ad implicandas aquilas, aliásque robustiores volucres; sed non ideo indemnes ac tutæ sunt, nam quas retia viuas non implicant, iacula & tormenta

sæpius confodunt, & aucti pereemptas tradunt. Non aliter de sicariis & prædoniis cogita; nam licet illos, prout sunt robusti, ac fortitudine præstantes, arte aliqua viuos tenere, ac comprehendere difficile sit, non tamen ideo impune abeunt, nam sapientia violenta morte correpti cadunt, & vulneribus confossi, vel aliter enecti, licet sero, suorum scelerum peccatas dant. Id sibi volunt subiecta verba, *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidian- tur, & moluntur fraudes contra animas suas.*

Ex eodem Cap.ver.31. *Comedent fructus via sue, & suis consiliis saturabuntur.* Sicut hæc in malum, ita vicissim illa in bonum, quæ iusto denun- tiat Isaías Cap. 3. *Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adiumentorum suarum comedet:* & de scelerato homine statim subdit: *Va impio in ma- lum, retributio enim manum eius fiet ei.* Et Ofcas cap. 11. iuxta lectionem Septuaginta. Hoc etiam sceleratis interminat, vers. 7. *Et comedent de cogitationibus suis.* Vulgatus habet, & gladiis comedet capita eorum. Sed quamvis hæc lectio ab illa verbo tenuis plurimum distare videatur, sensu tam- men cohæret; nam de consiliis suis comedere perinde est, atque ea quæ aliis cogitando instruxerant, damna experiri. Id igitur Ægyptis propemodum euenturum denuntiat Vates, vt de cogitatio- nibus suis comedant; id est, gladios, quos aduersus Hebreorum capita animo & cogitatione direxerant, in semetipso oxyus conuersos videant. Est igitur iustorum, & impiorum in simili causa valde dissimilis sors & conditio; illi enim de bonis quibus alios afficere apud se cogitant, affatim comedunt, id est ea quæ in proximos non quidem contulerant, sed conferre statuerant commoda, sibi ipsis reportant: isti verò de malis quæ aliis inferre putabant, exsaturantur; hoc est damna, quæ aliis non utique dederant, sed iamjam dare apud se decernebant, subire coguntur. Hoc enim est beneficiorum & iniuriarum maximè proprium, vt non ex effectu, sed ex intentione & deliberatione dantis compensatio- nem apud Deum inueniant.

Sed si vis horum verborum penitus inspiciatur, confusa videntur cum sequenti versu, *Auersio parvolorum interficit eos, & prosperitas stultorum perdet illos,* quasi dicat, *Hi nequissimi homines comedent fructus via sue, & consiliis suis saturabun- tur,* id est, non fraudabuntur votis suis, quin potius his quæ desiderauerant potiri licebit, & quicquid sibi proposuerant, ex animi sententia succe- det, sed tamen non ideo felices & beati: nam ea ipsa

quæ fœlicitas & beatitas vulgo æstimatur, tandem aliquando perditionem, vastitatem, & interitum ipsis adducet. *Prosperitas stultorum perdet illos.* Atqui damna prosperitatis ac felicitatis nimia habes in vers. 32.

Ex Cap. 2. vers. 4. *si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam.* Non nemo hæc verba conferens cum sequenti versu, *Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies*, ad sepulchrorum effossores allusum putauit, qui nimurum pecunias, & thesauros antiquo more tumulis infossos perscrutari solebant. *Quem morem comprobant verba Iob 3. cap. Quasi effodientes thesaurum: gaudenque vehementer cum inuenient sepulchrum.* Sensum vero sic instituunt: si veram sapientiam, id est honestatem & probitatem apud sepulchra & mortuorum tumulos inquisieris, longè certius illam inuenies, quam thesauros, & pecunias, quæ in eisdem sepulchris vñà cum cädaveribus contumulari solent: quia timorem Dei, & cognitionem sui omnibus thesauris ditionem homini eadem sepulchra cogitatione suffodienti, nunquam non reperi licet. Non repudio.

Ex Cap. 3. *Erit sanitas vmbilico tuo & irragatio ossium tuorum*, pro vmbilico subest סָדָד, alias vinculum & catenam sonat, quia nimurum omnes ventris fibras aut musculos vinculi ad instar vmbilicus continet, & constringit. Hinc vmbilici ruptio vulgo lethalis est apud Medicos. Sic Mercerus. Vide quæ ibi diximus de comparatione vmbilici & conscientiæ; & reliquis hoc adnecte; conscientiam bonam vmbilici ad instar omnes animi facultates in seipsum colligere, & innodare; atque adeò quamlibet etiam leuisimam conscientiæ puncturam magno studio vitandam, quia vel lethum ipsum, vellethi periculum adducit.

Vers. 11. *Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Septuaginta sic extulerunt: *Quem enim diligit Dominus, arguit, flagellat autem omnem filium quem suscipit.* Et secundum hanc translationem recitat hæc verba Paulus ad Hebr. 11. ab illis verbis, *Et oblitus estis consolationis, quæ vobis loquitur, dicens: Filimi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo argueris.* *Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Quam lectionem non aliter conciliare licet cum vulgata, nisi dicamus Septuaginta non verbum ex verbo, sed sententiam ex sententia eruisse: quamvis alij alia dicant, diuersitatem nescio quam in ipsis verbis primitiis commenti. Atqui translatio Septuaginta singularem, & propriam energiam habet; nam sensum illius sic conformare oportet: *Filius, quem Deus ab initio paterno amplectitur amore;* & qui adoptionem, qua semel donatus fuit nunquam amisit, etiam cum leuiter, imò leuisime deliquit, non impunè fert: illum etiam qui per grauiores culpas à Deo tanquam à parente suo auerius fuerat, cum meliora sapiens ad eundem reddit, non sine flagellis ac verberibus redeuntem excipit. Quasi dicat, Nullum amoris diuini erga hominem præclarus documentum existit, quam paterna castigatio, qua vtitur Deus in omnes; tam grauiora quam leuiora peccata & delicta bencouile admodum corripiens. Ad ea quæ in præfatum Versum conieci, adscribere licet testimonium elegans Laetant. in lib. 5. diuin. Institut. cap. 23. *Nemini (inquit) mirum videri debet si pro nostris saepè delictis castigamur à Deo: imò vero cum iactamur ac preminur, tunc maximè gratias agimus indulgentissimo Patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagiis ac verbe-*

*ribus emendat. Ex quo intelligimus esse nos Deo cura, quibus, quoniam peccamus, irascitur.*

Ex eodem Cap. vers. 18. *Lignum Vitæ est his quæ apprehenderint eam.* His verbis ad vitæ arborem in paradiſo Dei plantatam, respectum diximus suo loco. Addo duas alias acceptiones ligni vitæ: Altera est ut lignum vitæ, iuxta proprietatem Hebraicid idiomatis perinde sit ac lignum viuens seu viride & fructiferum, nō aridum ac sterile. Quam acceptiōnem amplexati sunt aliqui Hebræorum Magistri, qui sensum eiusmodi eliciunt: sapientia, id est honestatis ac virtutis cognitio non est arida, sterilis & infruituosa, sicut aliae speculatrices scientiæ, sed arboris adinstar viuentis ac virentis, optimorum operam tempestiuos & maturos fructus progerminat. Nam quod hic de iustitia, & probitate, id ipsum de viro iusto & probo Christus a seruit; *Arbor bona bonos fructus facit.* Secunda in significationem ligni vitæ vidit alter ex Hebræis, qui conferens hunc locum cum illo Sapient. 10. *Propter quem cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans,* id est per Arcam ligneam illum à communi naufragio, & interitu vendicans. Et rursus Cap. 14. *Iterum aliis nauigare cogitans, & per ferros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, &c.* id est naui ipsum veſtante. Itaque per lignum vitæ Arcam illum ligneam, qua Noë cum familia sua inter exundantis aquæ immenses imbræ seruatus fuit; vel nautum, quæ per insanos pelagi fluctus viatores suos viuos & incolumes ad portum transfert, intelligit: utraque enim similitudo ad sapientiæ dignitatem notandum idonea est, quæ nimurum sapientes, id est probitate insignes viros huius sæculi exundantis, fluctuantisque superatis difficultatibus, & periculis, à vitorum interitu & naufragio eripit, & ad æternæ vitæ portum transfert.

Ex Cap. 4. vers. 17. *Et rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.* Hebr. nisi ruere fecerint, id est, non prius ipsi somno vicii cadunt, quam alios dolis suis in casum impulerint. Septuaginta sic habent: *Et rapitur somnus ab eis εἰ μὴ κοιμῶ ταῦ.* Aliqui legunt, & non dormiunt, qui illarum distinctionum εἰ μὴ potestatem non exprimunt, quæ idem valent ac si non, vel nisi. Quapropter vocem illam κοιμῶται ad verbum medium reducendam, & actiua voci adscribendam puto, hoc modo: & *rapitur somnus ab eis nisi dormiant,* vel nisi dormierint supple ali. Quasi dicat, non prius ipsi somno se dedunt, quam alij somnum suum edormierint: quia cum noctem, quam alij sopori tribuunt, ipsi flagitiis suis perpetrandis impendant, per diem indormire coguntur, cum alij somno absoluto porvigilant.

Est qui hanc translationem Septuaginta ad motum referat, ita ut verbi illius *rapitur* vis exprimatur, quod significat, somnum non quidem placide sumere, sed raptim carpere: id enim est maximum proprium eorum qui sibi ab aliis timent, ita ut sensus sit, & *rapitur somnus ab eis nisi dormierint,* supple ali, id est, nisi omnes alij prius sopori indulgeant, ipsi quidem insomnes manent, quia omnes timent. Vel aliter, si quando aliis vigilantibus ipsi somno vincuntur, illum quidem nec placide, nec quiete, sed raptim ac perturbatissime carpunt.

Ex Cap. 5. vers. 19. *Cerua gratissima, & gratissimus hinnulus; ubera eius inebriant te, & in amore eius delectare ingiter.* Vtramque comparationem tam ceruæ, quam hinnuli vxori tradendam suo loco docuimus. Nunc vero placet, non esse duas comparationes, sed ynam; atque adeo

secundum illam vocem *hinnulus* ad significandam ceruæ ætatem adhibitam fuisse, ita vxor non cœruæ seniori, & effectæ, sed iuniori, & quæ hinnuleam ætatem necdum excessit, similis afferatur. Hortatur ergo Salomon viros ad amorem vxorum, atque illud imprimis cauendum suadet, nè (vt fieri solet) crescente ætate vxoris decrescat amor, quin potius sic diligent ipsam anum iam effectam, ac si iunior esset. Hoc sibi vult illud, *cerua amoris, & hinnulus gratie*. Quasi dicat, illa quæ senioris ceruæ adinstar, est annosa atque grandæua vxor, sic placeat ac si hinnulus esset, & erga seniorem vxorem quoad fieri possit, iuuenefcat dilectio. Id verò facile quispiam assequi poterit, si non ea impensus diligit in vxore quæ cum iuuentute intereunt, scilicet formam & speciem; sed ea quæ ætate dececente vernant magis ac florent, scilicet et pudor, castitas, sobrietas, fides. Huc spectauit Seneca in Octavia cum ait.

*Probitas, fidesque coniugis, mores, pudor  
Placeant marito, sola perpetuò manent  
Subiecta nulli mentis atque animi bona:  
Florem decoris singuli carpunt dies.*

Ex Cap. 6. vers. 1. *Defixisti apud extraneum manum tuam*. De sponsore dicitur, sunt qui affirment his verbis ad magorum præstigias allusum, qui carminibus & incantationibus suis homines defigere solebant, id est impedire, seu alligare. Qui autem ad eum modum defixi sunt, vulgo appellantur *ligados*. Huc spectat. Plinius libr. 3. cap. 28. *Defigi diris imprecationibus nemo non metuit*. Ade Martin. *del Rio disquisit. Magic. Tom. 3. in Append. libr. 5.* vbi de Magicis defixionibus non perfunctoriè agit. Verba igitur Salomonis hoc sensu donant: si prædem pro alienis debitis, aut vadem pro reo te obtuleris, perinde feceris ac si te ipsum non quidem alienis carminibus, & diris deprecationibus, sed tuis ipse verbis quasi quibusdam magicis precibus defixis, ac ligaueris. Hoc sibi volunt illa verba: *Defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus*. Nam quemadmodum qui incantationibus defixus, vel ligatus est, quodammodo sui iuris non manet, nec naturalibus facultatibus liberè vtitur: sic etiam sponsor ad vsum rerum suarum expeditus non est, sed impeditus, & obligatus. Ceterum huic expositioni non multum tribuo.

Ex eodem Cap. vers. 10. *Veniet tibi quasi viator egestas, & paupertas quasi vir armatus*. Pro'viro armato Chaldeus transtulit *virum rectam*. Theodotion *ἀποφέρειν*, id est, *Hastiferum*. Symmach. *ἀσπόδη*, id est, *Clypeatum*. Ad eas vero interpretationes, quas suo loco dedimus, aliam & aliam apponere licet, prior est nostri (Romæ, locorum singul. libr. 3. cap. 2. qui per *viatorem*, alias *curforem*, non cum qui iter agit, sed apparitorem intelligit, vulgo *executor*, quem ad publicanda, licitanda, aut diuendenda ciuium bona adhibere solent magistratus sive pro delictis, sive pro debitis. Hunc enim *viatorem* vel *curforem* dictum putat, sive quia ad omnem subiectæ ditionis locum excurrere solet, sive quia accepta potestate à iudice, reum aut debitorem abruptis moris & terminis iuris præcisis velocissime spoliat. *Hastiferum* verò ideo appellatum ex illimat, quia ius accipiat facultates debitoris sub hasta vendedi ac distrahenendi. Nullus enim ignorat antiquum morem Romanis, & aliis etiam Nationib[us] solennem auctiones publicas, vulgo *abnonedas* sub hasta peragendi. Hinc natæ familiares illæ locutiones, *hasta subiicere, sub hasta subire*, & alia huiusmo-

di. Itaque sensus est. Non aliter paupertas socordem & ignavum hominem inuadit, quam publicus apparitor, aut exactor, qui a' icuius rei, aut debitoris facultates omnes sub hasta distrahit, nihil ipsi bonorum reliquum dimittens.

Huic expositioni aliqui vel ideo parum tribuunt, quia non constat morem illum sub hasta vendendi, & auctiones faciendi Hebræis familiarem fuisse. Tamen integrum est dicere Theodotionem eo nomine *hastiferi* vsum ad significandam rem ipsam, non formam rei agenda: sicut etiam nos hodie, apud quos auctiones quoque hastis defixis non fiunt, ut significemus bona aliquius publica litatione diuendita, non inepte dicemus illa *hasta subiecta*, modum istum loquendi ex veteri vsu mutuantes.

Posterior interpretatio peti potest ex antiquo more bellum denuntiandi, qui non solum Romanis, sed etiam Hebræis solennis fuit. Nam ille, qui bellum igne ferroque peragendum hostibus publica authoritate indicebat, ante castra aduersariorum excurrens, hastam in illos intorquere, & clypeum proiicere solebat. Ad quam consuetudinem allusum existimant nonnulli Psalm. 109. ab illis verbis: *Virgam virtutis sue emitte Dominus ex Sion dominare in medio inimicorum suorum*, id est, inimicos suos debellatur Deus quasi per faciem pugnae denuntiatorem hastam robustam illis immittet. Quasi dicat, bellum ipsis sanguinolentum inferet. Inde etiam lucem afferunt illis verbis Iudic. 5. *Clypeus, & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israël*, id est, si bellum illis immissa hasta & clypeo ab hostibus indicatum fuit. Et Isaia sic habes: *A voce enim Domini proiecit Assur, & erit transitus virgæ fundatus*. & Abac. 3. *Sol & Luna steterunt in tabernaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuae*. Quia horum, & aliorum similium locorum expositiones ex praescripto ritu belli per intortam hastam indicendi, petendas premissi Authores coniiciunt. Addunt aliqui, per eam hastam, quam facialis bellum denuntians in hostes iactabat, confecto prælio, victos milites armis spoliisque detraetis traduci solitos: Hic enim erat subiugationis ritus; atque ed Isaiam spectasse ferunt illis verbis, & erit transitus virgæ fundatus. Hic autem locus Prouerbiorum lucem accipere potest, *Et veniet quasi cursor egestas, & paupertas sicut vir armatus, seu vir hastifer, seu vir clypeatus*, id est, non secus paupertas, egestasque illi incident quam facialis miles, qui postquam bellum hastæ, clypeique iactu hostibus denuntiauit, captos demum armis, omnibusque ornamentiis militibus spoliatos sub hasta cogitare subire, id est, paupertas non aliter inertem bonis omnibus spoliat, & alii ditioribus degeneri seruitio mancipat, quam viator exercitus viatos, captosque hostes detraetis spoliis seruituti perpetuae addicit.

Ex eodem Cap. vers. 28. *Non potest homo abscondere ignem in sinu, quin ardeant vestimenta*. Cum his verbis concinit Socratis dictum apud Stobæum serm. 6. *Nec ignis veste occultari potest, nec turpe flagitium longo tempore*. Quibus verbis significat conceptum animo flagitium diu celari non posse; quia sicut ignis vestibus inclusus, eisdem perforatis emicat, & teturum nidorem diffundit, ita etiam turpitudo animo concepta foras erumpit, & diffamatur.

Ex Cap. 7. *sicut bos ductus ad victimam, & quasi agnus lascivius*. Est qui putet in priori similitudine allusum ad ritum Gentilium, qui tauros Diis immolando sertis coronabant, & cornua

quoque auro imbuebant, ut tradit Stuckius de sa-  
crific. fol. 77. Virg. 10. Aeneid.

*Et statuam ante aras aurata fronte iuueniam.*  
Ouid.

*----indutaque cornibus auro  
Vittima vora facit.*

Et Lucian. *Ian verò cum immolant, primum  
fertis coronant.* Homerus addit vittas, fascias, &  
tænias ex fronte pendentes. Descriperat Salo-  
mon in superioribus fæminim ornatu meretricio  
expolitam, vt iunioribus placeret, ab illis ver-  
bis : *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio*

*præparata ad capiendas animas.* Iam nunc ado-  
lescentem similem admodum, forma exculta  
elegantique ornatu depingit eidem fæminæ ob-  
uiam factum, atque hunc cum bove, aut tau-  
ro fertis, auro & vittis ad immolationem deco-  
rato componit. Quasi dicat, species iuuenis ad  
prouocandum meretricis amorem compositi, si-  
milis est cultui bouis, aut tauri ad victimam ad-  
ornati : his enim hostiis amor impudicus non tam  
placatur, quam furit, atque insanit. Sed tamen  
quia ritus iste coronandi & auro tingendi victi-  
mas Hebræis in vsu non fuit, præmissam exposi-  
tionem non probo.





LIBER  
PROVERBIORVM.  
QVEM  
HEBRÆI MISLE APPELLANT.

C A P V T   P R I M V M.

**P**ARABOLÆ Salomonis filij David Regis Israël. 2. Ad scien-  
dam sapientiam, & disciplinam. 3. Ad intelligenda verba pruden-  
tiæ: & suscipienda eruditionem doctrinæ, justitiam, & iudicium, &  
æquitatem. 4. Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia, &  
intellectus. 5. Audiens sapiens sapientior erit: & intelligens, guberna-  
cula possidebit. 6. Animaduertet parabolam, & interpretationem, verba sapientum,  
& ænigmata eorum. 7. Timor Domini principium sapientiæ. Sapientiam atque do-  
ctrinam stulti despiciunt. 8. Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas le-  
gem matris tuæ. 9. Ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. 10. Fili mi, si  
te lactanterint peccatores, ne acquiescas eis. 11. Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur  
sanguini, abscondamus tendiculas contra insolentem frustra. 12. Deglutiamus eum si-  
c ut infernus viuentem, & integrum quasi descendenter in lacum. 13. Omnem pre-  
tiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. 14. Sortem mitte  
nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. 15. Fili mi, ne ambules cum eis,  
prohibe pedem tuum à semitis eorum. 16. Pedes enim illorum ad malum currunt, &  
festinant, ut effundant sanguinem. 17. Frustrè autem iacitur rete ante oculos penna-  
torum. 18. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes  
contra animas suas. 19. Sic semitæ omnis auari, animas possidentium rapiunt.  
20. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. 21. In capite turbarum  
clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens. 22. Usquequò par-  
vuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, capient, & imprudentes odi-  
bunt scientiam? 23. Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spi-  
ritum meum, & ostendam vobis verba mea. 24. Quia vocaui, & renuistis: extendi  
manum meam, & non fuit, qui aspiceret. 25. Despexistis omne consilium meum, &  
increpationes meas neglexistis. 26. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsan-  
nabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenierit. 27. Cum irrueris repentina calamita-  
tas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, &  
angustia. 28. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non in-  
uenient me. 29. Eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non  
suscepient. 30. Nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni  
meæ. 31. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur. 32. Auer-  
sio parviorum interficiet eos, & profferitas stultorum perdet illos. 33. Qui autem  
me audierit, absque terrare requiescat, & abundantia perfruetur, timore mali-  
malorum sublate.



# COMMENTARIUS CAPITIS PRIMI VERS. I.

PARABOLÆ SALOMONIS FILII  
*David Regis Israël.*



VAMVIS sacerorum interpretes Bibliorum non pauca in suis commentariis in cuiuslibet libri fronte præfari soleant, de auctore, de materia, de stylo, de grauitate, atque id genus alijs latius multa hac de re me dixisse arbitrabor, si priora illa verba ad trutinam vocem, quæ totius operis argumentum, naturam, & constitutionem coercent. *Parabole Salomonis filij David regis Israël.* Sic habet inscriptio, aut titulus, qui operi tanto præfigitur, ex quo auctorem, argumentum, materiam, syntaxin, grauitatem, & stylo aucupari licet.

*Parabola.* Vox grauida, quæ multas, & dissimiles ex se parit significationes, sed ut melius vim vocis concipias, perquirere oportet origines. Hebrai Codices habent, *Misle* à verbo *Masal*, Septuaginta *μελιτη*; Chaldaeus, *Mithloï*; Aquila *μέλιτη*. vt in nostra editione, quæ licet in textu Parabolæ præscribat in titulo tamen Proverbia præfigit. Sed in tanta vobis dissimilitudine, sententiarum nullum esse dissidium faciliter negotio comprobabo. Imprimis enim, vox Hebraica fuit à radice *Masal*, quæ dominari, & præesse, aliquando etiam assimilari ad significat, & per translationem *Parabolizare* (vt ita dicam) proverbia scilicet, axiomata, vel apophthegmata dicere: hinc *Masal* cum duplice cambris, proverbiis, parabola. Sed quia verbuna dominari, & assimilari significat, quidam *Masal*, id est, parabolam dictam putant, quasi *similitudinem*, aut *comparisonem*: ita fert mens Pagnini. Alii parabolam eo nomine censeri existimant, quatenus dominium, & principatum sonat. Ratio prioris placiti in eo vertitur, quia parabolæ, ac proverbia ferè similitudinem claudunt: & rem unam cum alera componunt. Verum ista sententia magnas in angustias parabolæ significationem coniicit, dum afferit parabolam ferè durarum rerum comparatione, aut contentione constare: nam constat potius plurimis sententiis parabolæ nomen indi solitum, quibus nulla subest comparatio.

Qui vero parabolam à principatu, & domino *Masal* nuncupatam esse centent, non unam afferre possunt rationem huius nominis: cum enim omnes sentiant eam vocem ambitu sua significationis quamcumque sententiam acutam,

A figuratum quemlibet sermonem, quoduis axioma, proloquium, problema aut apophthegma comprehendere. Nonnulli ob eam causam à dominio, & principatu nomen traxisse existimant: quia hæc sunt principes quædam insignesque sententiae, quæ propter suam excellentiam à Principatu nomen ducunt. Vel aliter, quia sicut Dominis, aut Principibus inferiores subduntur, & ab illis pendent: sic eiusmodi dictis præcipuis, & præstantibus axiomatis aliae subiiciuntur minores, frequentioresque sententiae, & ab illis fluunt, tanquam conclusiones ex suis principiis. Ita enim accedit, vt ex graui aliquo, & acuto proloquo innumeræ aliae in vulgus sententie deriuentur. Ad eum modum Aristotel. de poster. resolut. lib. 1. cap. 9. omnibus scientiis communia principia vocat *ἀξιώματα*, id est dignitates, nimurum quia reliquis digniora sunt, atque in alias conclusiones, velut in subiectas sibi partes principatum exercent.

B Rursus aliter, quia scilicet istiusmodi dicta, antiquorum maximè Principum, ac Regum auctoritate roborantur: ita enim fieri consuevit, vt infinitæ conditionis hominum dicta, etiam scitissima obliuioni committantur: at Principum, Regumque sententiae obseruentur, & ne seculorum iniuria intereant, litteris consignentur. Ex quo factum est, vt quidam integros libros apophthegmatis, acutis scilicet Regum, ac Principum dictis compleuerint. Quæ (cum multa alia sacculis volentibus exoluerint) dicentium maiestas, & auctoritas ab hac iniuria vendicauit. Itaque parabolæ *Messalim*, a dominio, & principatu nomen accepisse propterea dicunt: quia ferè sunt Regum Principumque hominum nata prudenter. Demùm rationem aliam afferre licet, quia videlicet ad eum modum, quo Paulus dixit in his, quæ ad fidem pertinent captiuum teneri intellectum: adeò vt mens humana, alias libera & indocilis ad instar bello capti mancipij fidei, dominio, atque ditioni subdita sit, nec illius Imperii obniti audeat. Simili ratione dignitates illæ graues, & antiquæ sententiae propter certissimam veritatem dominantur quodammodo, imperante que mentibus, ita vt illis contraire nemo ausit, vel possit.

C Iam intelliges, quanta sit hujus libri grauitas, & auctoritas, cum totus eiusmodi grauissimis dictis, acutissimisque sententiis compactus sit: quæ

Aristot.

4

nōmen *Messalim* à principatu sibi vendicant, scilicet quia inter alias Principes sunt, præcipueque sententiae: quia plurima alia prudentiae dogmata ex illis pendent: quia Salomonis Regis omnium sapientissimi auctoritate roborantur: ac demum quia tanta certitudine constant, ut illis contraire, aut obniti nec fas, nec integrum sit. Rursus iam vides, quām apposita sit operis tota inscriptio: *Parabola Salomonis filij David Regis Israel*. Nam perinde est, ac si diceret: Principes quædam sententiae, à Principe pronunciatae, quid enim tantum Principem eloquunt esse credendum est, nisi Principe dignas, præstantes, Principesque sententias? Nam ut Pseudo ille Aristot. in spurio quodam opere de regimine principum non spuriè, sed germanè ait: *Honorifica res est in Rege, à multiloquio si se abstineat*. Reddit autem rationem, quia ubi multa verba, non unus error. Ac deinde subiicit: *Principis verba pauca, digna, sublimia, & planè regia esse oportere*. Id ipsum expendit Magnus Basil. homil. 12. in princ. proverb. his verbis: *Valde verò ad precepta morum tradenda refert eum, qui scribit Regem esse. Si enim Regnum est legitima potestas, manifestum, quod ex Rege alioqui hoc nomine digno, exeuntes vitæ præceptiones multum apud omnes habeant momenti ad considerandam, conséquendamque in communi bono utilitatem; & non ad priuata commoda respicientes*. Et quidem doctrinæ, quæ fluit ex ore potestatem habentis, tantumdem momenti obtinet, vt Marc. Euang. ca. i. n. 22. Christi verbis plurimum deferre volens ita dixerit. *Strupabant super doctrinam eius, erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut scriba*. Dispicet enim quorundam expositiō, qui volunt nomine potestatem habētis notari eos, qui Doctorum gradum adepti fuerant in schola Iudæorum: quia hi potestatem habebant ad docendum. Subdit enim, *Et non sicut Scriba: Quibus verbis nobilius aliquid significari ostendit: nam supremi inter Doctores legis, erant Scribæ apud Hebreos*.

Rursus fortasse etiam inde natum, vt Euangeliū Regnum passim à Christo appellaretur: vt in parabola sinapis, & in parabola fermenti, & sèpè aliás, scilicet à dignitate, & Imperio, non solum quia fortes aperit Regni, ut ait Chrysost. in cap. 23. Matth. vel quia Regni continet promissiones, vt tradit August. sed etiam quia illius verba, atque dogmata sublimia sunt, & planè regia. Ita docuisse videtur Chrysostom. tom. 5. oration. 10. ex ultimis vbi ait: *Christus Evangelium Regni, cœ regium quiddam toti orbi promulgavit*: quia non tantum inter alias aliorum doctrinas, sed etiam inter reliquias scripturas sacras obtinet principatum: quia Christus Regum Rex pronunciauit: quia ex Euangeliō cetera fidei dogmata deriuuntur. Ac demum, quia dominatur mentibus, & in captivitatē redigit omnem intellectum in obsequiū Christi. Quæ omnia dominij, & potestatis argumenta sunt. Hæc de significatione, ac de vi illius vocis *Mafal*: quæ vñus est Hebreus.

Chaldæus habet *Mithloï* à verbo *Matal*, id est, assimilauit, vel imitatus est. Itaque similitudinem, vel imitationem sonat: non ideo sanè, quia parabola, ut eo nomine significatur duorum collatione, aut contentione constet. Sed imitatio dicitur, quasi passiuè ad eum modum, quo Plato dialog. 2. delegib. musicam, *Omnem imitationem, & similiū effetricem esse*, dixit. Qui deinde dial. 7. interpretatur seipsum his verbis. *At non superioribus sermonibus credimus, in quibus diximus, quod Rythmi, & cetera musica genera imitationes quædam sunt morum, tam bonorum hominum, quam ma-*

6  
Pseudo.  
Arist.

D. Basili.

Marc. c. 1.  
Num. 22.

D. Chrys.

8

Plato.

Tom. I.

A lorū Hæc Plato. Vbi planè musicam imitationem appellari properea dicit, quia mores hominum imitatione quadam simulat: vel potius quia mores humani ad musicæ concentum sese effingunt: quod luculentius tradidit Aristot. libro 8. polit. capit. 5. hisce verbis: *At in melodiis ipsis sunt imitationes morum, statim enim harmoniarum distincta est natura, ita ut qui audiunt, aliter disponant, nec eodem modo se habeant ad unamquamque ipsarum. Puta ad quasdam flebiliter & contracte magis: ad quasdam verò melius secundum mentem, ad aliam verò mediocriter, & compositè multum*. Et eodem modo se habent circa Rythmos: alij enim morem continent grauius, alij concitant, alij violentiores affrunt motus, alij liberaliores. Vnde constat, quod musica possit morem aliquem efficere. Hactenus Arist. Non aliter huius libri sententias, similitudines, aut imitationes appellari existimo, quia videlicet eiusmodi sunt, vt bonos mores imitentur, nimis quia mores hominum cum illis conformari, & concinere debeant. Vel ut verba usurpem Arist. quia possunt morem aliquem in hominibus efficere, immo mores bonos, quam plurimos.

C Septuaginta legunt *mæsiptia* à *θερμη*, & *στοιχη*. quæ vox viam sonat: aliquando etiam sermonem, & cantum. Inde factum, vt alij aliter de *mæsiptia* senserint. D. Basili. homil. in princip. Proverb. à via nōmen duxisse tradit. *Paræmiarum* ( inquit ) nōmen de eo, quo Vulgariter dicitur apud externos, compositum est, & de illis plerumque, quæ in triuīs dicuntur. Vnde *Paræmia* definitur verbum *θερμη στοιχη* id est, iuxta viam. Concinit D. Athan. in synopsi libr. 13. cuius verba supra deditus in Isagoge. Alij potius ad sermonem referunt, quod vulgari sermone teratur: alij ad cantum, quod vulgo in cantilenis usurpetur. Illud interim animaduersione dignum Salomonem non propterera paræmiastri, aut proverbiatoris tulisse nōmen: quod vulgo tritas, aut receptas dicendi formulas, aut sententias conflauerit, ( vt ferè alij, quorū censem facit Erasmus in prologo suarum Chiliadum, vbi Aristotel. Chrysippum, Cleantem, Plutarchum, Clearchum, Aristidem, Zenodotum, Theophrastum, & alios enumerat) Sed huius libri sententias ab ipso primum adiuentes Spiritus Sancti afflatus, & nouatas, eo animo, vt in triuīs dicerentur, vt vulgari celebrarentur sermone, vtque in cantilenis passim usurparentur. Propterera paræmiarum nōmen merentur à via, à sermone familiari, à cantu. Ideo plerisque sententiis similes cadentias concentui, atque vulgari sermoni accommodatas addidit, non dispares his, quibus Hispani, Itali, atque alij proverbiales formulas condidunt, quod magis vulgi memoriam iuuent, vt suis in locis adnotabo.

F Vulgatus interpres Aquilæ vestigia premens parabolas reddidit. Dicta est autem *θερμη* & à verbo *θερμαῖς*, quod inter alia comparare ad significat: atque comparisonem, & collationem sonat. Et quidem ita existimandum est, ex proprio & germano significatu, parabolam esse orationem, quæ rem ynam cum altera componit. Sed iam inde frequentia sermonis facti, ad multa alia significanda migrare fecit: in causa fuit vox *Mafal*, quæ multa, significatione sua, complectitur. Et tamen interpres noster, cum semel parabolam conuertisset, eandem vocem semper retinuit. Sed licet alij multas parabolæ significationes confluarent, tamen præstat omnibus D. Chrysost. in Psal. 48. ad illa verba, *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiām in psalterio propositionē meam*. Vbi multis, hac de re. Ego verò hic non paucis aga, vt ex

A ij

pluribus significationibus vocis *Masal*, & parabolæ, quæ maximè in hunc locum quadrent, dilucidè constet.

Prima significatio vocis *Masal*, seu Parabole.

**C**upra huius vocis *Masal*, vim, & originem expendens, quamcumque præstantem, aut principem inter alias sententiam, quodlibet schema aut axioma in vniuersam notari multis ostendi, sed quia variae sunt, atque dissimiles eiusmodi sententiarum species, dum singulis accommodatur, varia etiam, atque dissimilis euadit illius vocis significatio. Vulgaris ergo, & prima significatio *Masal*, vel parabole est, *collatio*, aut similitudo, seu contentio duorum. Et quamvis

Origenes,

Marc. c. 13;

xii. 28.

12

Chrysost.

Clemens

Alexand.

Job. c. 13.

nu. 12.

14

Chrysost.

Genebrard.

15

Chrysost.

Genebrard.

16

Chrysost.

Genebrard.

17

Chrysost.

Genebrard.

18

Chrysost.

Genebrard.

19

Chrysost.

Genebrard.

20

Chrysost.

Genebrard.

21

Chrysost.

Genebrard.

22

Chrysost.

Genebrard.

23

Chrysost.

Genebrard.

24

Chrysost.

Genebrard.

25

Chrysost.

Genebrard.

26

Chrysost.

Genebrard.

27

Chrysost.

Genebrard.

28

Chrysost.

Genebrard.

29

Chrysost.

Genebrard.

30

Chrysost.

Genebrard.

31

Chrysost.

Genebrard.

32

Chrysost.

Genebrard.

33

Chrysost.

Genebrard.

34

Chrysost.

Genebrard.

35

Chrysost.

Genebrard.

36

Chrysost.

Genebrard.

37

Chrysost.

Genebrard.

38

Chrysost.

Genebrard.

39

Chrysost.

Genebrard.

40

Chrysost.

Genebrard.

41

Chrysost.

Genebrard.

42

Chrysost.

Genebrard.

43

Chrysost.

Genebrard.

44

Chrysost.

Genebrard.

45

Chrysost.

Genebrard.

46

Chrysost.

Genebrard.

47

Chrysost.

Genebrard.

48

Chrysost.

Genebrard.

49

Chrysost.

Genebrard.

50

Chrysost.

Genebrard.

51

Chrysost.

Genebrard.

52

Chrysost.

Genebrard.

53

Chrysost.

Genebrard.

54

Chrysost.

Genebrard.

55

Chrysost.

Genebrard.

56

Chrysost.

Genebrard.

57

Chrysost.

Genebrard.

58

Chrysost.

Genebrard.

59

Chrysost.

Genebrard.

60

Chrysost.

Genebrard.

61

Chrysost.

Genebrard.

62

Chrysost.

Genebrard.

63

Chrysost.

Genebrard.

64

Chrysost.

Genebrard.

65

Chrysost.

Genebrard.

66

Chrysost.

Genebrard.

67

Chrysost.

Genebrard.

68

Chrysost.

Genebrard.

69

Chrysost.

Genebrard.

70

Chrysost.

Genebrard.

71

Chrysost.

Genebrard.

72

Chrysost.

Genebrard.

73

Chrysost.

Genebrard.

74

Chrysost.

Genebrard.

75

Chrysost.

Genebrard.

76

Chrysost.

Genebrard.

77

Chrysost.

Genebrard.

78

Chrysost.

Genebrard.

79

Chrysost.

Genebrard.

80

Chrysost.

Genebrard.

81

Chrysost.

Genebrard.

82

Chrysost.

Genebrard.

83

Chrysost.

Genebrard.

84

Chrysost.

Genebrard.

85

Chrysost.

Genebrard.

86

Chrysost.

Genebrard.

87

Chrysost.

Genebrard.

88

Chrysost.

Genebrard.

89

Chrysost.

Genebrard.

90

Chrysost.

Genebrard.

91

Chrysost.

Genebrard.

92

Chrysost.

Genebrard.

93

Chrysost.

Genebrard.

94

Chrysost.

Genebrard.

95

Chrysost.

Genebrard.

96

Chrysost.

Genebrard.

97

Chrysost.

Genebrard.

98

Chrysost.

Genebrard.

99

Chrysost.

Genebrard.

100

Chrysost.

Genebrard.

101

Chrysost.

Genebrard.

102

Chrysost.

Genebrard.

103

Chrysost.

Genebrard.

104

Chrysost.

Genebrard.

105

Chrysost.

Genebrard.

106

Chrysost.

Genebrard.

107

Chrysost.

Genebrard.

108

Chrysost.

Genebrard.

109

Chrysost.

Genebrard.

110

Chrysost.

Genebrard.

111

Chrysost.

*quæ peti possunt ex thesauris. Ad hæc iniquitas calcanei: dictum per methatesim, id est, calcaneus iniquitatis, ad instar, illius vicissitudinis obumbratio pro vicissitudine obumbrationis. Iacob. i. Si ergo diem malam aduersam, & restante fortunam accipimus, talis euadit sententia: Cur timebo in die mala? id est, si aduersis oppressus cur despiciam animo? Iniquitas calcanei mei circumdabit me (calcaneus pro mercede, seu retributione ponitur) calcaneus inquam seu merces iniquitatis circumdabit me: nimur luam poenam scelerum artefactæ vitæ, quasi dicat. Illi, qui aduersam experitur fortunam, id solati reliquum est, ad confirmandum animum, quod peccatorum suorum poenas (vt ita dicam) temporarias exoluit.*

18

*Psalm. 90. num. 12.**Basilius.*

Verbum *circundabit*, emphasis habet, id est circumscribit, quasi dicat. Labores & poenæ concludentur, ac circumscriptur huius vitæ terminis: vel aliter *iniquitas calcanei*, sumitur proculpa minima, nimur qitod pede ipso, ac calcaneo peccavi, scilicet leuissimum peccatum. Phrasis est scripturæ, Psalm. 90. num. 12. dicitur. *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Ne videlicet leue aliquod peccatum incurras. (Sic exponit Basilius) *circundabit me*, scilicet vrgebit me, id est, leuissimarum culparum poenas pendam in hac vita, ita ut nihil supersit vtrâ exsolendum in futura. Vel aliter, iniquitas calcanei dicitur peccatum obliuioni traditum, sic vulgo dicimus, *Cosa hechada à los cancajois*, id est, *olvidada*. Ergo Vates ait se oblitorum criminum poenas dare; ita ut quantumvis conscientiam omni labore immunem quis persentiat, id dicere posse, soluo poenas eorum, quæ obliuioni traxi. Necesse autem optime hæc interpretatio cum sequenti filo.

19

Subdit enim Vates. *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diutinarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ sue, & laborabit in eternum.* Quasi dicat, ex aduerso accidit his, qui confidunt suæ virtuti. Vox Hebraica exercitum, turmam sonat, & quidem robur significat, quod in propinquis, amicis, sociis, clientibus, aut alio quousmodo coniunctis hominibus ponitur. *Et qui in multitudine diutinarum suarum gloriantur.* Hos enim certissima occupabit mors, à qua non frater, non quiuis alter homo ex his, quibus confidunt, eos eripere poterit. Non item diutiae, quibus gloriatur: nam si semel Deus aliquem morti addixit, nullis muneribus illum placabit, vel à sententia dimouebit nullo pretio ab illo vitam impetrare poterit. *Non dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ sue, id est vita, & laborabit in eternum*, nimur laboribus addicetur æternis.

20

Quod si nomine male diei, extremum obitus diem accipiamus, valde similem reddit sensum. *Cur timebo in die mala?* Id est, in die mortis, nimur quia *iniquitas calcanei*. seu calcaneus iniquitatis, merces videlicet peccati circumdabit, vrgebit me. Vel aliter *iniquitas calcanei circumdabit me*, leuissimum etiam crimen, quod quasi calcaneo commisi: vel peccatum iam inde calcibus, id est obliuionis traditum, tunc obsidebit, concluder, anget animum metum. Nam intelligis verba psalmi præfata: non tam ænigma, quam luculentam ænigmatis solutionem claudere. Constatique *Masal*, non solum ænigma, vel sententiam obscuram, verbis conceptam implicitis notare; sed dubitationem etiam, aut nodum animo conceptum, qui solutione indiget. Sed redeo ad institutum.

Tom. I.

A Parabola pro ænigmate sumitur.

Subiicio alium locum Eccles. 39. num. 2. Vbi <sup>21</sup> sic de sapiente. *In versutis parabolæ simul Eccles. 39, introbit, & in absconditis parabolæ conversabitur.* Pro versutis Græcè, *σέργα*. Flexus labyrinthos sonat. Tradit Plin. lib. 36. cap. 13. eos qui labyrinthos adibant olim sine glomere, propter semitarum, viarumque implicatos flexus, & errores, exitum inuenire non posse. Paræ sunt labyrinthis ænigmata, quæ adire illis tantum licet, qui longum ratione filium ex mentis gloinere (vt ita dicam) ducere possint. Sic appellavit Chrysostom. discursum *rationis gloriæ* homilia in Psal. 100. Vit igitur sapientia præstans (inquit Eccles. in versutis, id est, labyrinthos parabolæ introbit, nam filo rationis, & fidei deductus, ænigmatum errores, & inextricabiles flexus euadit tandem.

Item *versetus* appellatur, astutus homo, & calidus, quia scilicet in omnes vertit se formas, vnde etiam bifrons dicitur, qui non vnam, sed duplum faciem gerit, ita dicimus vulg' *hombres de muchas caras*.

Quadrat etiam modus iste loquendi in sermones ænigmaticos, qui cum vnam speciem auribus offerant: alia tamen latet. Sic aliqui interpretantur illa verba c. 25. n. 11. *Mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo.*

Hebreæ ad verbum: *Mala aurea intra reticula, vel cancellos argenteos, verbum dictum secundum ambas facies suas.* Iucundissimus nempe est asperitus autri, quando non clare, sed subobscure, quasi per cancellos, & reticula argentea cernitur: sic verbum ænigmaticum, quod habet duas facies versutum videlicet, ac bifrons; nam cum vnam offerat

D menti speciem, & faciem aliam abscondit, cumque lateat sententia, quasi per cancellos, & retia subobscure conspiciri se linit. De his plura suo loco. De hoc genere parabolæ, seu ænigmatū capienda sunt illa verba Numerorum 13. n. 7. *At ille (scilicet Balaam) assumpta parabola sua ait, Sta Balac, & ausculta.* &c. Et deinde: *sumpta igitur parabola sursum ait, Orietur stella ex Jacob.* &c. Constat enim Balaam ænigmaticis quibusdam verbis populo multa præclara bona partim precatum fuisse, partim diuinasse. Dignum verò observatione illud: *sumpta parabola*, cuius generis sunt multa alia in sacris literis, Iob. 27. *Addidit quoque Iob assument parabolam, & c. 27. indentidem repetit. Abac. 2. Num. 29.*

E *quid non omnes isti super eum parabolam sument?* *Abac. 2.* Nam Hebreus vtitur semper verbo *Nasa*; id est, eleuauit portauit. Eleuare autem, vel portare parabolam, est parabolizandi initium facere. Latini dicunt excitare sermonem, Hispani *levantar le platica*. Hinc fluit interpretatio non inepta illius loci *Act. 9. n. 15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum in gentibus coram Regibus, & filiis Israël.* Portet dictum, pro eleuet, id est, vt primus de nomine meo apud gentes sermonem ineat, vel excitet. At inquires Paulum ibi vas appellatum, atque adeò portare nomen perinde est, atque infusum sibi nomen per omnia loca circumferire, vel à loco in locum deuehère. Occurrit Mercerus *vas* ibi usurpatum pro instrumento, vt sàpe alibi in sacris litteris.

### Tertia & quarta significatio Parabolæ.

F *Et etiam (inquit Chrysostomus loco citato) parabola, figura, aut imago, quemadmodum ostendit Chrysostomus. Paulus dicens. Fide oblitus Abraham Isaac, arbitras; Paulus ad A. iiij*

*Heb. c. 11. quia à mortuis suscitare potens est Deus. Vnde A  
nu. 19. eum in parabolam accepit. Non eadem de significacione parabolæ hoc in loco mens Patrum, & interpretum Græca habet, & tñ οὐρανῷ ἐνώπιον, ad verbum in parabola retulit autem superauit. Prima expositio Chrysostomi in eiusmodi. In parabola eum recuperauit, id est in ariete, quem Deus supposuit pro Isaac. Itaque in ariete, quasi seruatus est puer. Nam eruptus est sacrificio, & permutatus cum ariete, successit autem aries, velut parabola, & typus pueri. Secunda interpretatio Theophylacti, & Anselmi, in parabola, Id est in typo Christi eum recepit, saluum: nam sicut ariete cæso seruatus est Isaac, ad eum modum Christus Deus idem, & homo, secundum diuinam naturam, cuius Isaac imaginem gerebat, passionis exors, secundum humanam, quam aries adumbrat, pro nobis immolatus interit.*

*Tertia expositio est Oecumenij, illud, accepit eum, tam referendum esse ad Abraham, quam ad Deum ipsum hoc modo: Arbitrans, quod à mortuis suscitare potens est Deus. Vnde eum (ipse scilicet Deus) in parabolam accepit. In exemplu nimirum, ut quemadmodum Abraham unigenitum suum neci dare non est veritus: sic Deus ipse unigenitum filium suum immolandum pro omnibus tradere non dubitaret. Quarta interpretatio est Theodoreti, qui cum videret resurrectionis mentionem præmissam fuisse à Paulo: subdit in hunc modum, Fides Abraham eo processit, ut crederet Isaac etiam post cædem à Deo vita restituendum. Vnde eum in parabolam, id est, similitudinem resurrectionis accepit incolumem, innuebat enim Deus mortuos tandem aliquando suscitandos esse, sicut Isaac, qui post ebibitam iam, & deuoratam mortem seruatus, quodammodo vita restitutus dici potest. Hac patres.*

Sed ut dicam, quod sentio, quamvis præmissæ interpretationes non displiceant: tamen perplacent duæ aliae, quas non obscurè venari mihi videor ex Ambrosio de virginibus l. 3. Credidit vtique Abraham filium suum, etiam si gladio cæsus occumberet, vita reddi diuina posse virtute. Quapropter humanus fidei, & obedientiæ merito, id est assequutus, ut filium in columem, saluumque reportaret in parabolam, id est in exemplum. Parabolam enim pro exemplo accipi solet. 2. Paral. 7. Domum hanc, quam sanctificauit nomini meo, tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis. Et sœpe alibi. Tradit etiam expressè Chrysostomus in eo loco. Parabola enim (inquit) est loquela & exemplum. Duplex autem euadit sensus. Prior est: in exemplum accepit, ut nimirum ex eo exemplo statuere licet, quid deinde in simili casu præstandum. Posterior est: In exemplum accepit, aliorum, ut scilicet Dei imperia, etiam ardui, & difficilia alacres, & prompti facessere non dubitarent. Et ut illius summae prouidentiæ plurimum deferre disserent, cuius est arduis, diffi cillimisque rebus facilis exitus præbere.

Luculenter vtrumque sensum complexus est Ambrosius disceptans illud, cur nimirum Iephthe votum suum de filia immolanda opere perficere passus est Deus; Abrahamum verò filium mactare volentem, & iamiam gladium vibrantem continevit; sic ait. Dicit aliquis, quaratione illic Deus non permisit parricidium fieri, hic sit passus impieri? nunquid acceptor personarum est Deus? Non, sed meritorum, atque virtutum. Certe dum consilium esset ambiguum, signare debuit oraculum, quid ad presens facta, & ad reliquum conueniret exemplo, ubi vero iam præcessisset exemplum, ne-

cessarium non indicauit oraculum cum facti forma veteris, quid fieri oporteret, ostenderit. Vides alteram è duabus expositionem, quæ dicit Abramham in parabolam recuperasse filium suum, id est in exemplum, ut quid deinde in similibus fieri oporteret, tanto exemplo ratum, statumque maneret. Et quidem paulò ante sic idem Ambr. *Habes igitur iudicium, quo docetur prævaricandum temere non esse promissum: verum Deo parricidium non probari, in eadem assertur lectione, cum pro filio ouis subiicitur, ut ipsa potius quam filios feriretur. Habuit igitur Iephthe, quod sequeretur exemplum, quia Dominus sanguine non delectatur humano. In uno enim oraculo ad Abraham prompto docuit filiorum salutem religionis obsequio posthabendam, & offerri a parentibus Deo debere filios, non debere iugulari. Aliam verò interpretationem dilucide tradit subiectis verbis. aut fortasse, quia non una forma meritorum, ideo non una firma factorum. Pater doluit, fleuit filia, vierque de Dei miseratione dubitauit. Non doluit Abraham, nec consuluit parentis affectum, ubi audiuit diuinitatis oraculum, non distulit sacrificium, sed maturauit obsequium: non dubitauit Isaac, cum imparibus sequeretur patrem paſibus, non fleuit, cum ligaretur, nec dilationem poposcat, cum offerretur, & ideo misericordia largior, ubi fides promptior. Et bene non fleuit factum patris, qui risus est matris: pro qua devotionis exultatione, ouis pro illo iussa est immolari: quia ipse non distulerat immolandum. Nec de Dei miseratione ambiguus, nec de sui devotione sollicitus. Itaque Isaac morti erexit, promptissimæ parentis obedientiæ, filiique patientiæ tribuit Ambrosius. Sicut è contra puellæ necem à Iephthe parente opere ipso perpetrata, Deo quasi annuente, nec facinus occupante: cunctationi, & remissioni adscribit vtriusque. Ergo cum dicit Paulus Isaac in parabola recuperatum esse à Patre suo, id est, in exemplo: perinde est, ac si dicat ideo recuperatum, saluumque receptum fuisse, quia tantum, & tam excellens aliis præbuerat fidei, atque obedientiæ documentum.*

Duabus Ambrosi interpretationibus aliam addecto, quæ non ita plane illi adscribi potest: tamen ex illius verbis roboris plurimum desumit. Observuanda autem est doctrina Augustini libro 1. de Doctrina Christiana, inter parabolam, & similitudinem, (quæ Græce dicitur ὁμοίωσις) id interesset, quod parabola est qualibet comparatio, vel umbra rem vtcumque significans, similitudo autem expressior forma, vel imago rei. Certè Isaac Christi Domini typum gessit. At quis neget Christum in illo expressius adumbrandum esse, si reipsa cæsus, immolatusque fuisse à parente suo Abrahamo, sicut à suo Christus? Ergo cum eò spectare videretur Dei consilium mortem filii Abrahamo consulentis, & imperantis, ut Isaac mactatus imago esset, atque expressa Christi immolati similitudo, merito suæ obedientiæ, atq; fidei obtinuit Abraham, ut recipere eum in parabolam, nimirum ut filium suum ipse incolumem referret, ut nos similitudine parabolam acciperemus. Utique Isaac cæsus, & mactatus absolutissimam Christi cæsi, & immolati præberet imaginem: sed vt fides & obedientia parentis præmium ferret eruptus, est neci puer, & remansit tantum parabola, vel umbra obscurior. Nam sacrificium non perfectum cum perfecto & absoluto compositum non similitudinis expressæ, sed umbrae obscurioris rationem fortitur. Ad id spectant verba Magni Ambros. cit. loco. Id ergo Abraham pro tantæ fidei præmio addidit Deus, quod de figura, & expressiori significatione

Theoph. &  
Ansel.

25  
Oecum.

Theodor.

18

26  
Ambros.  
de virgin.  
l. 3.

2. Paral. 7.

Chrysost.

29

August.

27  
Ambros.

30

derogauit. Et quidem ea ratione Abrahæ præmium, honoris autem, & gloriæ sibi plurimum detulit. Subdit enim Ambrosius, Noluisse Deum in tanto facinore habere consortem, neque tantam gloriam homini fidere: quasi diceret, Mactare & immolare re ipsa filium unigenitum religiosa, & iusta de causa tanta erat gloria, ut eam Deus sibi soli absque consorte arrogare, & dignum Deo facinus nulli homini confidere voluerit. Ita que Isaac immolationem occupans, parabolam prætulit similitudini Deus, ut Abraham præmium, & ipse gloriam ferret. At inquires, cur tam longa operam in expositione alieni loci haec tenus posuisti? B certè quia ex illa duplex elicitur parabolæ significatio, constat enim ex dictis parabolam accipi pro figura, & typo, aliquando etiam pro exemplo.

*Quinta significatio Parabolæ.*

**Psal. 43.** **E**st etiam, (inquit Chrysostom.) parabola ex-probratio, & opprobrium. Psalm. 43. Posuisti n. 14. & 15. nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro, posuisti in similitudinem (Græce parabolam, Hebraicè *Masal*:) Gentibus commotionem capitum in populis, &c.

**Psal. 68.** **F**actus sum illis in parabolam, aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, &c. D. August.

**Ezec. c. 16** **A**ugustinus asserit parabolam esse maledictum ad similitudinem deductum; ad hunc nodum: Ille pereat, quomodo ille alter periret. Ex hac interpret. Augustini lucem accipit locus Ezecl. 16. vbi sic ait: Ecce omnis, qui dicit vulgo proverbum, in te assumet illud; Sicut mater eius, ita filiaeius. Quod non ita accipendum, scilicet proverbum alias tritum in te iactabitur, sed quilibet de plebe opprobrium illud in te iaciet. A parentis tuae moribus non abibis. Loquitur autem de Hierusalem, cuius matrem dixerat esse Zæthæam, & Amorrhæam. Alij ad similitudinem etiam referunt, sed aliter: Nimirum in parabolam deduci perinde esse, atque vulgo usurpari vitij nomine: sicut solemus homines sordidos, & auaros, Pygmaliones, saeuos item, Phalarides, aut Nerones, atque molles, Sardanapalos censere. Ad hunc modum David inquit, factus sum illis in parabolam, id est cum aliquem probro afficeret volunt, ait inquit esse David alterum: Nec non illud posuisti nos in similitudinem, vel parabolam gentibus, id est gentes usurpant nonuen nostrum probri loco. Dolet enim Propheta rem Iudaicam eò calamitatis, & miseræ deuenisse, ut probrosum, & infame sit Iudei non men. Auertisti, inquit, nos retrorsum post inimicos nostros, nos scilicet timore perculsus inimicis nostris terga vertere fecisti. Et qui oderunt nos, diripiebant sibi, &c. Posuisti nos in similitudinem gentibus, quasi dicat; Hinc factum, ut Iudei non men apud gentes infame habeatur, & Iudeus protimo, & meticulo homine vulgo usurpetur.

**Psalm. 43.** **E**ius generis est illud Genesis 10. 9. Idcirco exiuit n. 11. 14. 15. proverbum, quasi Nemrod, robustus venator coram Domino. Nam si vera est illorum sententia, qui Nemrod venatorem robustum, & validum non à feris captandis, vel feriendis, sed ab hominibus mira crudelitate insequendis, neci dandis dictum fuisse putant: euadet talis sententia: Idcirco probri nomine iactabatur vulgo in ferum quemlibet, atque saevum hominem; Quasi Nemrod robustus, id est violentus, coram Domino. Hebraicè: in faciebus Domini, scilicet cum Dei iniuria, non veritus Dei faciem, atque præsentiam. Sed dices, iuxta præmissas duas expositiones fieri, verti

A aut assuvi in parabolam, bonam etiam in partem rapi posse: sicut enim maledicta, & probra ad similitudinem deducimus, ad eundem modum laudes, & commendationes bonorum, precatio[n]es ad similitudinem deducere licet. Item sicut nomina famosa sceleratorum hominum ad scelerum similiu[m] aggressores notandos asciscimus: ita etiam nomina virorum probitate insignium probitate simili præditis hominibus accommodare consuevimus: atqui isti in parabolam accipi non dicuntur, alia ergo huius formulæ significatio est. Ita sentio.

B Mea ergo sententia, verti, fieri, vel accipi aliquem in parabolam, in fabulam, & in proverbum (omnes enim istos dicendi modos claudit scriptura) est, id quod vulgari sermone dicimus: *Ser blanco de las graciæ*, y *Christes de los burladores*. Nimirum exponi dicteris, & salibus irritorum, qui frequentius eiusmodi maledicta, probraque quibusdam acutis dicteris, & salibus admiscent, quæ propter splendorem, acumen, & præstantiam nomen parabolæ, atque *Masal* sibi vendicant, quod à præstantia originem traxit, ut supra dixi.

34

*Sexta significatio Parabolæ.*

**S**vndit Chrysostomus, *Parabola est paræmia*, **C**hrysost. 35 aut proverbum Ezechiel 18. Quid est, quod inter vos parabolam veritis in proverbum istud in terra Israël diventes: Patres comedenterunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Hebraicè ad verbum habetur: quorsum inter vos parabolizatis parabolam? Id est cur quasi sententiam proverbiale circumfertis? Frequentissima vocis *Masal* in scripturis acceptio pro adagione, & paræmia. Et quidem liceat in nominibus imponendis non semper sit consiliu[m]: tamen vestiganda videtur ratio, cur vox *Masal*, seu parabola proverbiis indita sit. Nonnullis visum est adagia *Masal*, vel parabolas appellari, quia similitudine aliqua constant, metaphoræ videlicet, aut allegoria. Sanè multæ sunt formulæ proterbiales in scriptura, quæ metaphoræ loquutionem continent, non inferior. Cuius generis sunt illæ. 1. Regum 10. num. 12. & *Saul* 1. Reg. 10. **E**nter Prophetas: cuius perspicua est sententia. Illa num. 12. item metaphorica, vel à simili deducta, sed obscurior, Num. 22. Idcirco dicitur in veteri proverbio, Num. 22. venite in Hesbon, edificetur, & construatur Civitas Sion. Ignis egressus est de Hesbon, flamma de oppido Sehon, &c. Mitto alia multa. Tamen inuenire licet Proverbia, quæ à simili non ducuntur. Eiusmodi est illud Proverb. 22. Proverbum est Pron. 22. adolescentis iuxaviam suam, etiam cum senuerit non 2. Reg. 20. recedat ab ea. Rursus illud 2. Reg. Sermo dicebatur in veteri proverbio, qui interrogat in Abelam num. 18. & sic perficiebant.

F Satius ergo est dicere proverbia, seu adagia appellari *Mesalim*, ob præstantiam, & excellentiam, à radice *Masal*. id est præstare, ac dominari. Sunt enim paræmia celebres quædam, præstantesque sententiae in vulgarem & familiarem usum dedicatae, quæ ab antiquitate, & longo experientia auctoritatem sibi vendicant. Quantum autem proverbia reliquis verbis præcellant, expendit Abulensis in c. 21. Num. q. 26. vbi proverbum dictum putat, quasi procul à verbo. Nam verba, inquit, dicuntur esse ea, quæ quilibet profert. Id autem, quod omnes proferunt est magis quam verbum, & distat longè à verbo. Vel aliter, Proverbum, inquit, dicitur, quia est certissimum, nam verba quedam mul-

37

## 8 *Salaꝝ. Comment. in Prouerb. Salomon.*

tum differunt ab aliis verbis. Cum autem est ali-  
quod verbum significans manifestissimam verita-  
tem, viderur illud distare ab aliis verbis, & acce-  
dere proprius ad naturam rerum, ideo procul a ver-  
bis dicitur. Hæc ille acutæ, sed non solide. Nam  
prouerbiū non procul a verbo, sed verbum pro-  
cul. Hoc est, iam inde ab antiquis ductum verbum  
significat. Præpositio enim pro, in compositione  
eam via habere solet, ut prouideo, id est procul  
video, prospicio, id est procul aspicio. Nimirum  
non distantia locorum, sed temporum. Inde fluit  
prudentia, & prouidentia.

**D. Chrys.** Hinc D. Chrysostom. Prouerbia appellat *Cana verba* non antiquata, sed antiquitate senescentia,  
gratia, & matura. Et quidem id ipsum, quod viro  
cani & senectus afferunt verbis ex antiquitate acci-  
dit, authoritas videlicet, gauitas, maturitas, &  
pondus: Ex quo fit, ut quemadmodum senes gran-  
dæ quoque adire solemus, ut consilium ab ipsis pe-  
tamus, sic nonnumquam prouerbia, adagiaque  
antiqua adhibenda sunt in consilium, quæ canam  
quandam, & omni senecta grauiorem continent  
veritatem. Vtrunque simul præcipit Ecclesiasticus  
cap. 6. num. 39. Senes patuer, atque prouerbia  
*Ecclesiast.* consulere. In multitudine inquit Presbyterorum  
t. 6. num. 39. sta, & sapientia illorum ex corde coniunge te, &  
prouerbia laudis non effugiant a te. In Græc. οὐτι-  
παία τείνος. id est adagia inter lectus, scita nimi-  
rum, & docta. Hinc facta, ut Romani Imperatores  
magnis de rebus consulti prouerbiis non  
nonnumquam responderint. Illud nunc exstat in d. ge-  
stis *Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus*, quod  
citatur ab Ulpiano in Pand. lib. 1 tractatu de offi-  
cio Proconsulis, ex Epistola Seueri, & Antonini  
Imperatorum. Atto alia.

A tamen non erat cuiuslibet parabolas illas celebres  
condere: vel si multi audebant condere parabolas,  
non tamen omnes digni censebantur: ut quas pro-  
tulissent, docti celebrarent: qui vero id assequen-  
tibus, appellabantur Hebraicè *Moselim*, id est *Num. 21.*  
parabolizantes, aut parabolantes. Numerorum 21. 27.

27. vbi vulgata habet: Idecirco dicitur in prouer-  
bio. In Hebreo est: Idecirco dicunt *Moselim*. Re-  
gia legit parabolizantes. Vatab. Parabolantes.  
Chald. quæ parabolis viuntur. Pagninus: qui pa-  
rabolas scribunt. Septuaginta: *Ænigmatæ*.  
Tanta autem erat difficultas componendi, seu ad-  
inueniendi prædicta symbola, ut ex multis sapien-  
tibus vix unus esset, qui hac arte polleret: & qui  
forte hanc artem assequiti erant, vix paucas para-  
bolas dignas & elegantes totius vitæ decursu pan-  
gebant.

Vnde pro miraculo dicitur 3. Regum 4. num. 31.  
de Salomon. *Loquutus est quoque Salomon tria*  
*millia parabolæ, & fuerunt carminacius quinque*  
*& mille.* At in iudeis, vbinam sunt tot parabola-  
rum, & carminum millia? Nam in libro isto Pro-  
uerbiorum vix nongenti quindecim versus sunt in

*Hebreo:* nec tamen quilibet versus integrum pa-  
rabolam cœret. Nec enim satis capio Hieronymi *D. Hier.*  
Glossema in hunc modum: *In prouerbiis versus*  
*nongenti quindecim, in quibus etiam continentur*  
*tria millia parabolæ:* Cum saepius duo vel tres  
versus unam parabolam perficiant. Item ex omni-  
bus carminibus, quæ Salomon cecinit, solum ha-  
bemus libellum parvum, qui Canticorum Cantico  
appellatur. De hoc numero detrahit originalis,  
quæ sic legit: *quinque millia Carminum.* Se-  
quutus est hanc lectiō nem Iosephus lib. 5. Antiqui-  
*Iosephus.*

**D**atum cap. 2. Sed auētus Compositus inquit, *Salo-*  
*mon libros de Canticis, & modulationibus quinque,*  
*& mille, & parabolarum, & similitudinum fecit*  
*libros tria milia.* Preferenda est nostra lectio,  
quæ non discedit à lectione Septuaginta Interpre-  
tum, & numerus in utraque traditus omnino reti-  
nendus. Ridicula enim, & commentitia est He-  
breorum meditatio, qui propterea, inquiunt, Sa-  
lomon tria parabolarum millia loquutus dicitur,  
& quinque carminum millia, qui ad interpretandum  
quodlibet singulare prouerbiū ex his, quæ  
sunt in hoc libro ter mille, parabolas alias adhibe-  
re oportet: Item ad exponendum quodlibet sin-  
gulare carmen quinque mille carmina ex aliis.

**E**lyranus putat librum Prouerbiorum opus Sa-  
lomonis idem appellari, non quia ipse conscrip-  
tit, sed quia sententias quasdam obseruatione di-  
gnas diuersis locis, & temporibus proferebat: has  
vero, quia aderant illi à consiliis, colligebant, col-  
lectasque in librum coagibant: quorum incuria  
omisit plura, quæ notauit. Et idem accidisse exi-  
stimat in carminibus. Displacet mihi sententia  
Lyriani: quis enim credit collectores adeò socor-  
des fuisse, ut ex tot millibus vix pauca obseruat-  
int? Rursus cum constet sacros libros à Chaldais  
exustos Esdræ opera, sine originibus solo Spiritus  
sancti afflatu restitutos, idem ipse spiritus, ne ope-  
ri tanto aliquid deesset, quæ collectores olim omi-  
serant, vati instillaret, ne tot Parabolaram, & car-  
minum millia abolerentur.

Ego vero in ea sum sententia, Prouerbiorum li-  
brum à Salomone ipso conscriptum, iustum item  
completum atque integrum ad nos permenisse,  
quemadmodum illius evasit manus. Suadet hoc  
operis ipsius perfectio, numeris omnibus absolu-  
ta, quæ sat is testatur nihil in illo desiderari, & ni-  
hil præterea addi, vel suppleri posse. Continet  
enim documenta morum omnibus virtutibus,

### Septima & ultima significatio Parabole.

**40** **S**eptima, & ultima significatio parabolæ est sen-  
tentia quælibet acuta, vel apophægma in uni-  
uersum, obscurior illa quædem, & à vulgi sensu re-  
mota. Antiquitus enim Hebreis solempne fuit do-  
ctrinam doctis quibusdam in uolucris regere, & ab  
Hebreis manauit ad Egyptios, ab his ad Latinos  
fluxit inter quos Pythagoras insignis Symbolorum,  
aut parabolæ inuentor fuit. His primum tor-  
quere atque experiri soledunt veteres sapientum  
ingenia, his cœnas lauti finas, & conuicia condi-  
re. De his interpretandis discipuli primò edoce-  
bantur, ut exulta his quasi præludiis adolescen-  
tum ingenia ad sacrorum librorum lectionem com-  
pararentur. Logica, seu rationalis scientia prior est  
Philosophiae pars ad reliquias partes adiutum refe-  
ranc: Hebreorum ergo Logica (licet dicere) in  
explicandis, componendisque parabolis tota ver-  
sabatur. Docuethoc Eusebius libro 11. de præpara-  
**41** **Eusebius.** tione Euangelica cap. 3. *Hec rationali doctrina ab*  
*ineunte etate sacrarum rerum, & utilissimorum*  
*narratione historiarum, canticorum, epodarumque*  
*exercitio, compositione enigmatum, & speculatio-*  
*nis Allegorice, diserta elegante oratione suos*  
*erudiebant. Erant enim legum sacrarum, ac eni-*  
*gmatum apud eos expositores quos, Deuterotaræ sole-*  
*bant appellare. Denonime, atque muneribus Deu-*  
*terotarum alibi dicam. Ex his constat adolescen-*  
*tes ante alias exercitationes scientiam componen-*  
*di atque interpretandi symbola, seu parabolas præ-*  
*mittente solitos, quibus ingenia exacui, & ad alias*  
*scientias comparari necesse erat.*

**42** Sed quamvis adolescentes initia disciplinæ in  
arte exponendi condendique parabolas ponerent:

43  
R. 5. 4.  
num. 34.

44

45

personis, negotiis, temporibus, locis accommodata. Rursus cum omnis scriptura sacra diuinitus inspirata sit, & propheticō spiritu, afflatusque prolatā: cumque exploratum sit, non quæ cumque Prophetæ familiariter verba faciebant, propheticā fuisse: sānē solius vatis, & non alterius erat vaticinos sermones ab aliis non vaticinis discernere, ne qualiscumque collectorum cura id assequi poterat.

46 Deinde credibile non est Spiritum sanctum ita passim, & temerè suos vates afflasse, ut quæcumque verba illorum ex ore excidebant, in Prophétias referenda essent. Demum Ecclesiast. cap. 12. Sa-

Eccles. 12. lomon sic de seipso: *Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & inuestigans compo-suit parabolas multas, quæ sicut verba vicia, & inscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.* Quapropter crediderim hæc tria parabolæ millia, de quibus hic sermo est, à Salomone, non tanquam à Propheta, sed tanquam à viro sapiente pronunciata. Vnde factum est, ut in sacrorum librorum numerum minimè referrentur, vt que Spiritus sanctus, qui alia sacra volumina Esdræ dictauit, parabolas istas omiserit. Et idem de tot millibus carminum, & de naturali plantarum, & animalium historia ferendum est iudicium. Hanc sententiam amplectitur Abulensis, & placet docto-

Abulensis. ribus.

47 Existimò autem eiusmodi parabolas fuisse doctas, & percutas sententias, apophthegmata, Symbola, vel ænigmata, de quibus fortasse potiori iure illud dici potest, non ab ipso conscripta, sed collecta ab aliis, & in codices coniecta. Ex hoc gene-re parabolæ sunt illæ, quibus inter Salomonem & Hyramum Tyri Regem decertatum est: leges ve-rò concertationis narrat Iosephus hisce verbis: *Vt vter ea explicare nequiuisset, is ei qui soluisset pecuniam penderet:* Itaque cum Hyramus ænigmata proposita à Salomone soluere non potuisset, grandem pecuniam mulæ nomine pependit. Rursus de Salomone Iosephus lib. 8. antiquitatum cap. 2. *Quæstiones ænigmaticas Tyrus Rex ad Salomonem transmisit: at ille callens eiusmodi rerum, prudenter etiam nihil inexplicatum relinquebat, sed omniam ratione peruincens apertissimè declarabat.* Dehis fortasse etiam capiendus est locus Eccles. 47: *Et replesti in comparationibus ænigmata, ad insulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua in cantilenis, & proverbiis, & comparationibus, & interpretationibus mirata sunt terre. Sed cur inquires, veluti quoddam sapientia prodigium refertur, Salomonem tria parabolatum millia elo-cutum?* Dico olim concipiendi, edisserendique eiusmodi parabolas facultatem inter res difficillimas numeratam. Sed vnde oritur difficultas, ap-eriam ad illa verba cap. 25. *Mala aura in lectis ar-genteis, &c.*

Eccles. 47 nū. 17. Prou. c. 25 Num. 12. *Expositio loci.*

Secundò, Parabola est oratio enigmatica. Non caret enigmatibus hic liber. Nonne enigmatibus adscribendum illud: *sanguisuga filie dñe sunt.* Quinto cap. 29. integrum (vt alia omittam) ex enigmatibus coalescit, & in vestibulo, & fronde Salomon ipse librum scriptum esse dicit ad animaduer-tendam parabolam, & interpretationem, verba sa-pientum & enigmata eorum. Tertio parabola est, exemplum, & quidem Salomon in hoc loco describit exempla, seu exemplaria fortis mulieris cap. 30. Regin cap. 16. & alia huiusmodi. Quarto Parabola est verbum continens figuram, vel imaginem rei futuræ: quis verò ignoret plurima in hoc libro de Sapientia, de Rege, de Sponsore, & aliis in figura Christi: Item de Sapientia, & de muliere fortis in figura Ecclesiæ, & Virginis Mariae scripta fuisse? Nihil certius. Quinto, Parabola est opprobrium, aut exprobatio. O quoties Salomon scelestos homines sordidos, & auaros, socordes, impudicos, & eius generis alios probris appetit, contumeliis one-rat. Sexto, Parabola est Proverbium, aut parœmia: Quadrat imprimis hæc significatio in hunc librum: non ideo quia Salomon vulgo tritas sententias in ipsum conflauerit: (diffidet enim facer Parœmiaster ab aliis proverbiorum scriptoribus: nam illi quidem celebratas vulgo dicendi formulae in centuriis, vel Chiliadas redegerunt, non ita Salomon) sed quas scripsit parabolas ipse propheticō spiritu confecit. Argumento sit, quod cum aliquando adagium alias tritum usurpat, addidit. Proverbium est. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedat ab ea. Tum etiam, quia si Salomon collector vulgarium proverbiorum tantum fuisset, hic liber nequaquam interscros referretur: vulgus enim quantumvis cerebro sermonem aliquem usurpet, non ideo tamen redit sacram, & canonicum.

Nihilominus liber iste parœmiarum, atque proverbiorum nomen iure optimo sibi adscribit, quia ad id maxime diuini spiritus afflatus à Salomone conditus est, vt illius sententiæ familiaribus vulgi sermonibus tereretur, & ab ore nunquam exciderent: breves enim sunt, acutæ, & in sermone Hebraico Rythmo non carent: nam plerumque similiiter cadentibus, aut sonantibus verbis constant, vt apud nostrates los refranes. Quæ omnia suadent, vt in vulgares sermones pro adagiis, & parœmiis veniant. Septimo denique parabola est symbolum, apophthegma, & in vniuersum dictum quodlibet acutum, & elegans, cuiusmodi symbolis, dictis, & apophthegmatibus scatet Proverbiorum iste liber.

*Salomonis, Vocant aliqui in questionem, vtrum integer Proverbiorum liber à Salomone conditus fuerit. Quidam Parabolæ omnes à cap. 25. & deinceps Salomoni adiunxit, aliisque authoribus adscribunt. Exordium enim capituli illius sic se habet:*

*Ha quoque parabola Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechie Regis Iuda. Rursus cap. 30. sic auspicatur: Verba congregantis filii vomentis. Item capituli 31. auspicium est; Verba Samuelis Regis, &c. Cæterum librum integrum à Salomone conscriptum decerno. Quem verò sensum premissa verba reddant supra in Isagogę diximus, & suis locis etiam dicemus. Et certe quamvis factorum librorum princeps author fuerit Spiritus sanctus, qui per Prophetas suos est eloquiutus: tamen ex ipso etiam Propheta nescio quid sacra doctrina trahit authoritatis, quatenus Deus digniori Prophetæ digniora atque maiora aperit mysteria. Sic accipienda sunt verba magni Basili homil. in Prin-cipium Proverbiorum, vbi sic ait; Apposuit an-*

Pro. c. 30.  
nu. & c. 16

49

50

51

Prou. 25.  
Pro. c. 30.  
& cap. 31.

D. Basil.

48 Parabolæ Salomonis. Cum constet tam esse varias, atque dissimiles parabolæ significationes, querere imprimis debemus; an omnes, an ex omnibus aliqui huic operi accommodetur? Et quidem (vt dicam quod sentio) cum alibi parabola diversis in locis diversa significet, hic significationum suarum totum ambitum complectitur: Nam prima significatio parabolæ est similitudo vel compariatio: hic autem liber venistas admodum atque eruditas exhibit similitudines, & figurati sermonis elegantia reliquis sacris libris præferendus est.

tem Salomonis nomen, ut persona splendore, & amplitudine auditorem facilius traheret: authoritas enim doctoris acceptum sermonem facit, ac discentes attentiores reddit: Salomonis itaque proverbia sunt. Salomonis, inquam illius, cui Dominus dicit: Ecce dedi tibi cor prudens, ac sapiens, nec similis ante te ullus est natus; nec item post te ullus est tibi par futurus. Quæ verba sic accipienda sunt; ut ex mente Basilius salomonis sapientia, atque doctrinæ cumulatissimo viro non vulgaria mysteria, & arcana Spiritus sanctus reseruerit: nec enim alia ratione ad authoritatem libri sacri Prophetæ persona & authoritas conferre potest.

Vetus est apud Patres, & Interpretes de tribus illius nominibus disceptatio, scilicet *Salomonis*, *Idida*, & *Ecclesiastes*. Quorum primum mater impo-  
suit. 1. Reg. 12. *Quæ gentis filium, & vocavit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.* Secundum indidit Nathan Prophetæ. Subdit enim: *Misitque in manu Nathan Prophetæ, & vocavit nomen eius Iedidiah* vulgo, *Idida*, id est, amabilis Domino. Tertium sibi ipse consciunt in principio libri, qui de illius nomine *Coheth*, id est, Ecclesiastes nuncupatur. Hieronymus in Ecclesiastes priora verba.

*Hierony.* Origenes in Prologo libri Canticorum. Ambrosius D. Ambr. in proœmio Commentariorum in Lucam. Saloni-  
& ali. *Sa-*lonius. Viennensis in expositione mystica Prouerbiorum. Albinus Aleuinus in Ecclesiastem. Hugo Car-  
*Albinus.* Albinus. Hug. Car. pretum turba præmissa tria nomina cum tribus libris à Salomone editis conuenire dicunt, Ita ut no-  
*Hug. Car.* men *Salomon* Prouerbiis *Coheth* Ecclesiasti, *Idida* Canticis respondeat. Nam liber, inquit, Prouerbiorum Ethica complectitur, Ecclesiastes Naturalia, Cantica Theologica, & diuina. In Prouerbiis puerum parvulum erudiendum suscipit Salomon, eumque omnibus vitæ gerendæ documentis imbuīt, ut à tenera ætate totius vitæ officia peribat. In Ecclesiaste maturæ ætatis virum instituit, ne quid in rebus humanis constans, & perpetuum esse putet, sed vniuersa potius, vanæ, mobilia, & caduca docet egregiè. In Canticis perfectum virum & despiciēterum omnium instrūctum ar-  
*Dionys.* etissimè à Deo copulat, ac diuinis iungit amplexibus. Compendio dixerim, in Prouerbiis docet in mundo vivere, in Ecclesiaste mundum despicere, in Canticis Deum diligere. Prouerbia ergo huic nomini *Salomon* respondent, quod interpretatur *pa- cificus*, quia si quis omnia præcepta & monita in eo libro tradita seruauerit, internam, externam, & æternam pacem assequetur, secum videlicet, cum proximo, & cum Deo pacem stabilem inibit. Sic ferunt aliqui. Alij verò aliter, quia cum in hoc libro Salomon inducat matrem suam sibi vitæ, ac morum præcepta instillante in cap. 4. *Nam & ego filius fui tenellus unigenitus coram matre mea. & docebat me, atque dicebat, &c.* Hic certè liber illi maximè nomini aptandus videtur, quem illi Bersabee mater indidit: id autem est *Salomon* ut suprà dixi. Rursus Ecclesiastes respondet nomini *Coheth*, id est concionator: vel quia est altior, ac digna concione doctrina (inquit Dionysius.) Vel quia more concionatoris non vnum aliquem: sed Ecclesiastem, & congregationem alloquitur. Ad extre-  
*Dionys.* mum Canticis respondet nomen *Idida*, quod interpetatur *amabilis Domino*, quia ibi de dilectione Dei est sermo, sed de hac re cuiuslibet alia atque alia excogitare integrum est.

*Basilius.*

Filius David additur, & Patris nomen, inquit Basilus, ut plane cognoscatur quemadmodum sapiens erat Salomon ex sapiente, Prophetaque Patre, & ab ipsa infantia sacras edocentes litteras. Quam-

uis enim Spiritus Prophetæ non sit hæc ditarius: tamen potest quidem suis meritis Pater illum filio impetrare. Id autem contigit Salomoni, cui Deus ob parentis sui David præclaræ merita, sapientiam, & Prophetam contulit: idè in huius libri fronte Salomon filius David inscribitur. Rursus nomen filii in sacrâ litteris, non tantum generatio, sed similitudo etiam tribuit, Matthæi 5. num. 45. *Vt sitis filii patris vestri, qui solem suum oriri facit, &c.* vt nimurum sitis similes Deo. Et passim alia. Cum ergo audis filij David, non tantum ab illo carnali generatione prognatum Salomonem intellige, sed spiritu etiam propheticō simillimum.

*Rgis*, subdit Basilius. Valde vero ad præcepta morum tradenda refert eum, qui scribit, regem esse, si enim regnum est legitima potestas, manifestum quod ex Rige, alioquin hoc nomine digno exentes vite præceptiones multum quidem apud omnes momenti habeant, ad consequendam in communī bono utilitatem, & non ad priuata commoda respicienes. Hoc enim Tyrannus à Rige differt, quod ille sua ipsius cōmodi quomodocumque, & unde cumque respicit, hic subditis consulere tantum querit. Vrget adhuc magnus Basilius, quod cōperat, & singula tituli verba ad operis commendationem conuertit, sed illud difficile, quod ita loqui videtur, quasi Salomon propria ipse scientia, & inuentione, & non diuino a flatu proverbia cōsiderit. Explico Basilius. Primi quidem dici à quibusdam nouis Doctorem istum non alloqui fideles, qui sacros libros Spiritu sancto dictante à Prophetis conscriptos esse credunt: sed infideles, apud quos, quia Spiritum sanctum sacrorum librorum principem authorem esse ignorabant, Prophetæ persona & authoritas opus commendabat. Secundò tamen, & aptius ego dico magnum Basilius à persona Regis legitimi, & non tyranni huius libri authoritatem iure optimo duxisse, quia prò certo habendum est Regi legitimo, & ex aequitate rem publicam administranti Rege dignas voces atque sententias Spiritum sanctum cœlitus instillasse: quaerat videlicet ad consequendam in communī bono utilitatem, & non ad priuata commoda referrentur. Ita enim credendum Spiritum Dei Prophetias personæ accommodasse.

*Israël*. Neque populi, cui imperabat, nomen subiicit (ait Basilius) vt ostenderet sibi non cum gentibus à Dei cognitione remotis, & veræ religiosi expertibus sermonem esse, sed cum populo pio & religioso, & veri Numinis notitia imbuto, cui non alia nisi pia & religiosa documenta probari potuissent. Sed vrgent vltierius, atque eliciunt mysticum sensum Hieron. in c. 1. Ecclesiastes. Et Origenes in Prologo Canticorum. Cur, inquit, non eodem modo tres suos libros inscripsit Salomon? hic enim *Regis Israël*: In Ecclesiaste verò habet *Regis Hierusalem*: In Canticis *Salomonem* tantum præfixit. Cætera verò, Patrem, regnumque subiicit. Prouerbia, inquit Hieronymus, quasi rudis insti-  
*F*tatio ad duodecim tribus, & ad totum pertinent *Israël*: Ecclesiastes verò, ubi agitur de mundi contemptu, & rerum omnium despiciēteria, non nisi Metropolitanis conuenit. Hierosolymæ scilicet incolis, non mundanæ huius, sed cœlestis. Quamvis enim isti mundanæ gloriæ contemptores in mundo degant: patriam tamen inquirunt: hic peregrini sunt, & extores: ibi ciues & incolæ. Ergo quia in Prouerbiis vniuersum alloquitur *Israël*, in libri scriptione posuit *Regis Israël*: quia verò in Ecclesiaste ciues Hierosolymitinos affatur, addit: *Regis Hierusalem*: In Canticis autem Parentem, & regnum subiicit, quia cum sermo sit cum perfectis, qui

56

*D. Hier.*  
*Origenes.*

*Deo per charitatis & amoris amplexus copulan-*  
*Origenes. tur: Nulla, inquit Origenes, miscetur carnalis no-*  
*minis intelligentia: qui reliqua pauld aliter accom-*  
*modat. Ipsi audi.*

## 11. Ad sciendam sapientiam, &amp; dispe-

plinam.

**E**x his verbis pleraque videntur esse homony-  
*ma, in quibus Salomon totius libri scop. m. &*  
*finem præfigit, ut sententias illius audiūs lector ar-*  
*ripiat. Opus ergo est singulorum vim & germanam* B  
*significationem expendere.*

*Ad sciendam sapientiam. Alij: ad dandam sa-*  
*pientiam parom interest. Heb. Chocma, à radice*  
*Chakam. Huius vocis latissima significatio est;*  
*quamcumque enim scientiam, cognitionem, vel*  
*peritiam sonat: & nunc ad humana, nunc ad di-*  
*uina accommodatur. Septuaginta σοφίας. Frustra*  
*hīc multi multa de his, quā de habitu Sapientiæ,*  
*ut à prudentia & scientia distinguitur, tradit Arist.*  
*Arist. lib. 6. Ethicorum à cap. 3. & magnorum Moralium*  
*lib. 1. à cap. 32. Vbi Sapientiam sic definit, Rerum*  
*magnarum, & admirabilium cognitio. Vel aliter,*  
*Rerum diuinarum, humanarumque scientia. Nam*  
*sapientia, de qua ibi loquitur Aristoteles, est merē*  
*speculatrix notitia. Liber autem Prouerbiorum to-*  
*tus ad Ethicam, bonos scilicet mores informandos*  
*pertinet. Non ergo hīc sapientia pro fide (ut tra-*  
*dunt Hugo & Dionysius,) nec in vniuersum pro*  
*rerum omnium diuinarum, humanarumque scien-*  
*tia, ut aliis videtur: sed pro cognitione practica*  
*officiorum omnium sumitur. Sic enim ait Beda.*

*Ad sciendam sapientiam, id est, qualiter secundum*  
*id vivere oportet, quod quemque constat veraciter*  
*didicisse: quo intentionem cordū dirigere, quidope-*  
*rando gerere conueniat, nosse. De hac sapientia (ni-*  
*fallor) loquitur Aristoteles lib. 1. Rethor. cap. 12.*  
*Arist. li. 1. cum ait, & quia regnare suauissima res est, etiam*  
*Rhetor. sapientem viderieſt suave, præditum enim esse sa-*  
*cientia regium est: est enim sapientia multorum,*  
*& admirabilium operum scientia. Sic legunt aliqui*  
*Ιρηνει. Scientia autem operum, quid est, nisi co-*  
*gnitio eorum, quā cum ratione geruntur, non*  
*speculativa, sed practica, ad operandum, scilicet*  
*ea, quā nouimus informans. Hoc modo sapien-*  
*tem esse regium planè est, & augustum. Nihil enim*  
*augustius, quām sibi primum imperare, deinde*  
*aliis superiorē esse: qui autem præmisso modo*  
*sapit, sibi imperat, dum semetipsum in officio con-*  
*tinet, & alios regit, & aliis longè superior cuadit,*  
*qui de illius consiliis vitam moderantur suam. Pro-*  
*bus enim vir, & Philosophus (inquit Plato in Pro-*  
*tagora) magis præstat inter alios homines, quam*  
*Rex inclitus inter plebeos.*

59 Sanè hæc est illa sapientia, quam Græci Patres  
*D. Basili. Basilius, Chrysostomus, Nazianzenus, & alij Phi-*  
*D. Chrys. losophiam sāpius appellant, & tota in moribus po-*  
*D. Na-*  
*sita est. Chrysostomus libro tertio aduersus vita-*  
*ziæzenus. peratores vitæ monasticæ, Monachos viros Phi-*  
*losophos esse dicit, atque multis disputat, sitne*  
*congruum omnes philosophari. Rursus homil no-*  
*na in Epistolā ad Coloss. Philosophiam istam sic*  
*definit. Scientia diuinarum pariter, & humana-*  
*rum rerum, Philosophia est: nonit enim quæ sint*  
*diuinæ, & quæ sint humana: & illis quidem absti-*  
*nent, ista vero operatur. Vide quemadmodum to-*  
*tam hanc Philosophiam, vel sapientiam ad actionem*  
*refert. Et quidem iuxta hanc definitionem*  
*Chrysostomi posset locus tribui illorum senten-*  
*tiæ, qui hīc sapientiæ nomine humanarum, diui-*

A natumque rerum scientiam accipiunt. Item hom. 21. in Epistolam ad Ephes. Christianam istam Philoſophiam cum mundana & Ethnica cōponens ita ait. Si enim Græci infideles triobolares quidam vi- ri, & canes Philoſophiam illam suam triobolarem, ac vilim (talis enim est Græcorum Philoſophia) immò non ipsam, sed nomen ipsius complexi mul- tos ad se flectunt, atque perstringunt: quanto magis, qui vere Philoſophus est. Triobolare appellat propter tres illius partes, Rationalem scilicet, Naturalem, & Metaphysicam: quasi quælibet obolum tantum valeat, quas quidem longo inter- uallo post se relinquit tria Salomonis sapientia, quā scilicet in tribus illis libris elicit, quam D. Hieronimus cum tribus talētis comulit, cum qui- bus hominem negotiari oporteat, præ qua omnis alia sapientia triobolaris est. Et statim subdit veri Philoſophi descriptionem ab omni honestatis & probitatis genere ductam.

Sed pro illa Gregorij Nazianzeni elegantissima 61  
 verba subſicio, que sic habent: Philoſophari, ut D. Na-  
 maximum, ita etiam difficultimum est, nec id ag- zianzenus.  
 gredi multorum est. Nūne magnum est, si quis  
 C probitati ſtudeat, ac maiorem Dei, ſalutisque ſuę,  
 quam terreni ſplendoris rationem habeat, atque hunc  
 quidem ſplendorem, tanquam ſcenam, aut perſo-  
 nan quādam ex multis & caducis preferat, hu-  
 ius mundi fabulam agens: ipſe autem cum imagine,  
 quā ſe à Deo accepit, ei que debere nonit, uitam  
 ducat. Itaque Philoſophiæ, ac Philoſophi munus  
 efficit, omnem imprimis probitatem & hone-  
 ſtatem ſectari: Deinde ita viuere, ut imagini Dei,  
 qua in ſua conditione decoratus est, nouam aliam  
 figuram, vel personam ex mundi ſcena non ſuper-  
 inducat.

Ergo illa, quam prædicti Patres Philoſophiam 62  
 appellant, Salomon in hoc loco, & ſep̄e alia in  
 hoc libro Sapientiam nuncupat: Totaque est Ethica & moralis ad informandos ſcilicet mores bonos  
 ſpectans. Ad extreum D. Basilii Homil. in prin- D. Basili.  
 cipium Prouerbiorum, de qua Sapietia ſermonem  
 habet Salomon, aperit his verbis: Ad dandam Sa-  
 pientiam illam, ſcilicet dignam, pretiosam, & ve-  
 ram, que tota in moribus ſit a eſt. Pende illa verba:  
 dignam, pretiosam, & veram, atque intelliges,  
 quām apte cum his finitionibus, aut descriptioni-  
 bus consonent, quas haec tenus tradiſimus. Di-  
 gnam dicit, id est, nobilem. Nos verò ex Platone  
 & Aristotele, eo modo sapere regium eſt proba-  
 tuimus. Pretiosam dicit: nos autem ex Chrysotomo  
 euicimus sapientiam omnem humanam, cum  
 iſta comparatam triobolarem eſt. Veram demum  
 appellat Basilii, id est, non ementitam & falla-  
 cem: nos etiam aſſe uimus ex Nazianzeno Sapien-  
 tiā istam veritatem ſequi, & omnem figuram &  
 ſimulationem personatam auferre.

F Et disciplinam. Hebraicè Masar, à verbo Ia- 63  
 sar. Quod est corripere, & erudire: Tigurina: &  
 castigationem. Vatablus autem exponit mortifica-  
 re carnem, non placet. Hugo Sapientiam & dis-  
 ciplinam inter actiuam & contemplatiuam vitam di-  
 ſtribuit, Sapientiam ſcilicet contemplationi, di-  
 ciplinam actioni accommodans. Accedit proxime  
 Lyra, & alij noui interpretes. Non omnino di-  
 ſplicet: Sic enim illius Philoſophiæ, de qua ſuprā  
 diximus, utramque partem complexum Salomo-  
 nem dicemus, quam Nazianzenus oratione 25. in  
 actiuam & contemplatiuam partitur. Sic enim ait:  
 Ad eſsum Philoſophorum optime, ad eſsum virtute  
 dexter, tam eius, que in actione, quam quæ in con-  
 templatione versatur. Et ſuper hæc Scholiastes  
 Elias աւելէ, ut eos appellare ſolemus, qui ambi- Elias.

*dextri sunt: Dicitur ergo in utroque dexter: quasi A ambidexter.* Rursus idem Gregor. in oratione de laudibus Basilius eos, qui utramque huius Philosophiae partem, & tuam nimurum, & Theoricam vitam excolunt, *Ambi dextros* appellat. Item Nizetas in Tetrasticha Nazianzeni *duos anime oculos*, actionem & contemplationem vocat. Alibi etiam Nazianzenus in oratione de fuga sua in Pontum, *duas alas*. Item in dicta oratione de laudibus Basilius actionem & contemplationem *cum terra & mari* componit, quæ sua utrinque commoda conferunt. Ergo ad huius operis commendationem non parum faciet, si Salomon in fronte operis ad utramque vitam informandam illud conferre affirmet. Est enim perinde, ac si dicat huius libri ope homines reddi ambidextros, oculatos, alatos, amphibios.

64 Cæterum *Musar*, propriè & germanè eruditio-  
nem sonat. Est autem erudire, rudem adhuc puerum expolire, & informare. Deducitur autem à castigando & corripiendo, quia puerilis institutio se-  
uierior est, minis & correptione fit. Vnde Septuaginta habent *mādēas*, id est, puerilem institutio-  
nem. Noster *disciplinam*, quæ cum à discendo  
fiuat, iunioribus ex proprietate conuenit. Sed quid  
inde? Existimo hic *sapientiam* ad grandauros, &  
doctrina cumulatos viros referri: *disciplinam* verò  
iunioribus, & adhuc rudibus accommodari. Ita-  
que Salomon huius libri præstantiam in eo collo-  
cat: quia nullus est, qui documenta & præcepta  
salubria inde trahere non possit, siue grandævus in  
matura ætate, siue iuuenis in tenera & immatura.  
Id ipsum facturum se iactabat symbolo quadam  
eleganti Zeno ille Stoæ Princeps, ut multos ad au-  
diendum alliceret. Aiebat enim in *Stoa* maturos  
*iam fructus saporem nouum accipere: immaturos ve-*  
*rō præcōces fieri.* Perinde ac si diceret seniores qui-  
dem, & maturos in sua schola sapientia in dies cu-  
mulari: in iunioribus autem & immaturis sensum  
& canos anteuersti. Vel potius aiebat senes in *Stoa*  
iuuenescere: iuuenes incanescere. Nam illi qui-  
dem, quasi iuniores in Schola proficiebant sapien-  
tia & doctrina: hi verò, tanquam senes, multa sa-  
piebant. Id ipsum se facturum pollicetur Salomon,  
ex senibus iuuenies, & ex iunioribus senes.

Zeno.  
65

III. Ad intelligenda verba prudentiæ, & suspi-  
ciendam eruditionem doctrinæ, iustitiam &  
indictum, & aequitatem.

66

**A**d intelligendum *verba prudentiæ*, In He-  
breo: *ad intelligendum verba intellectus*. Noster sequutus est Septuaginta, qui habent *λόγις φερόντος* sermones prudentiæ. Lyra exponit verba, quæ dirigunt in agendis. Hugo prudentiam accipit eam, quæ est in præcauendis infidiis. Dionysius prudentiam hanc in spirituum discretione, aut discussione constituit. Bainus *ad intelligendum*  
*verba intelligentiæ*, hoc est, verba, quæ duplice constant intelligentia: extrinsecus altera in verbo-  
rum sono: & altera intrinsecus in penitiori sensu. Proprius ad veritatem accessit Beda, qui verba pru-  
dentiarum in uniuersum verba prudentialia interpre-  
tatur: quæ nimurum leges, iuraque prudentiarum  
describunt.

Lyra.

Dionys.

Bainus.

Beda.

67

Tullius.  
Quintil.  
Arist.

Et quidem non rebus tantum quæ verbis signifi-  
cantur: sed etiam verbis ipsis prudentia quadam  
ineft. Vnde Tullius lib. 3. de Oratore prudentiam  
inter præcipias orationis virtutes enumerat. Quintilianus hausit ex Tullio, uterque ab Aristotele, qui  
absolutè docet in omnibus artibus, aut disciplinis,  
vbicunque electio inuenitur, locum esse pruden-

tia. Ergo cum ad orationem electio imprimis ne-  
cessaria sit, tum rerum, tum verborum: præci-  
putum in oratione locum habet prudentia. Igitur  
*verba intellectus*, acutas, scitasque sententias in  
uniuersum interpretor: Septuaginta vero, & vul-  
gatus, sermones prudentia, id est, conuerterunt, quia  
præcipua orationis & sententia vis & elegantia in  
prudentia eiusdem sita est, quæ in rerum atque  
verborum ponitur electione. Sic intelligo locum  
Isaie 3. nu. 3. *Auferet à Iuda validum, & fortē Isaie 3.*  
*consiliarium, & sapientem de architectis, & pru-*  
*dente eloquij mystici*, id est, eum, qui cum pru-  
dencia inuenit, disponitque parabolæ.

68

Quod si prudentiam non ad verba & orationem,  
sed ad res verbis & oratione significatas referas, ob-  
seruandum est non parum discriminis interesse in-  
ter *verba intelligentiæ* seu *peritiæ*, atque *ver-  
ba prudentiæ*. Inde enim huius libri præstantia  
cognoscetur. Verbum *intelligens*, aut *intelli-  
gentiæ*, loqui potest quilibet homo ingenio & arte  
pollens: at verbum *prudens*, seu *prudentiæ* elo-  
qui eius est tantum, qui vsu & experimento rerum  
ea nouit, quæ dicit. Vnde vulgare illud discriminem  
C inter Iuris prudentem, & Iurisperitum profectum  
est, quod innuit Tullius lib. 4. de finibus Bon. &  
Mal. Iuris enim peritus est, qui leges, legumque  
interpretationes didicit tantum: Iuris autem pru-  
dens, qui præter artem plurimorum, etiam usum  
negotiorum adhibuit. Ille iuris peritia tantum, hic  
iuris prudentia pollet.

Iam intelliges, quantum præstet nostra lectio  
aliorum lectionibus. Illi enim, qui legunt *verba  
intelligentiæ* aut *intellectus*, minus dicunt, quam  
noster interpres: & Septuaginta, qui verba, vel ser-  
mones *prudentiæ* conuertunt. Sic enim significant  
eiusmodi sententias non tantum à sapiente atque  
perito, qui arte assequutus fuerat, sed etiam ab  
experto, qui usu didicerat, fuisse pronunciatas: vt  
intelligas, quantum eidem tribuendum sit. Hanc  
experti hominis prudentiam eleganter describit Ba-  
silis in hunc locum: *Vera autem hominis consuli-  
prudentia discrecio est rerum, quia faciende sunt,  
& non faciende, & seu probus Nummularius,*  
*quod bonum est retinet, & ab omni mala specie  
caues.* Sic recitat hunc locum Antonius in *Melissa*, *Antonius*  
etsi paulo aliter in textu legatur. Accedit Gregorius *Monachus*

E *Nazianzenus*, qui eadem usus similitudine affir-  
mat verba, quasi nummos, sonitu esse exploran-  
da, an solida, & recta, an adulterina sint. Cum er-  
go prudens vir Nummularij ad instar obtineat, eius  
erit, non res tantum ipsas, sed verba etiam, tan-  
quam nummos experiri. Sic accipe *verba pru-  
dentia*, perinde esse, atque verba, quæ prudentia ex-  
aminauit, atque probauit, tanquam nummos solidos & integros, apta quidem, ut omnium ore pro-  
mantur: *como moneda corriente*, hæc enim est con-  
ditio Proverbiorum, ut tanquam probata moneta  
familiai usu terantur.

F *Et suscipienda eruditionem doctrinæ.* Hebrai-  
cè: *Eruditionem intellectus.* Redit iterum vox *Mu-  
sar*, quæ à castigando & corripiendo deducitur.  
Aquila *eruditionem scientiæ*. De lectione Septua-  
ginta postea dicam. Rodolph. itaque sic interpre-  
tatur ad *suscipiendam eruditionem*, id est, ut ex his  
Proverbis dicat homō seipsum corripere, ac sibi  
ipsi legem præscribere, quæ est optima, & præ-  
stata disciplina. Hugo, ut alios doceat. Dionys.  
ad adipisciendam potius docilitatem, ut alios videli-  
cet libenter audiat, & ab aliis edoceatur. Friget Ly-  
ra interpretatio, de Grammatica, Logica, & huius-  
modi scientiarum præludiis. Ex recentioribus inter-  
pretibus alij alia ab his parum diuersa.

Septuaginta

70

71

**Eusebius Cesar.** Septuaginta interpretatum lectio longè dissimilis est. Ad suscipiendam stropham sermonum, & solutionis Enigmatum, qui omissis verbis sententiam textus Hebraici sequuti videntur, & nostrum pariter textum interpretati. Nam cum vox Musar, rudis adhuc & imperiti informatio sit, certe eruditio intellectus erit eiusdem rudis adhuc & inculti instructio. Memini autem me supra dixisse, Hebreos, ut rudes intellectus ad sacrarū litterarū lectionem & intelligentiam cōpararent, soluendis enigmatibus, & strophis, vel symbolis edifferendis exercere solitos: His verò exulti ad expediendos sacri textus nodos, & tam litterales, quam mysticos sensus atcupandos habiles reddebantur. Eo sensu dixit Eusebius Cæsariensis de præparatione Euangeli libro II. cap. 5. eam exercitationem Hebraicē esse pro Logica, & rationali scientia his verbis. Hac rationali doctrina ab ineunte ætate sacrarum rerum, & utilissimarum narratione historiarum, cantuum, Epodarumque exercitio, compositione enigmatum & speculationis allegorice diserta, elegantique oratione suos erudiebant. Cum enim Hebraeorum sapientes ab aliis scientiis & disciplinis abhorrent, & toti in exponendis sacris libris desudarent, nulla aptior præludio, aut prævia exercitatio ad expoliendū & acuendum ingenium, quam hæc præmitti poterat.

73 Addo etiam hanc artem, in qua primū iuniorum mens expoliebatur, ab Hebraicē appellari Musar. Inde fluxit error Lyræ. At Septuaginta non verba, sed sensum venati pro illis verbis: ad suscipiendam eruditionem doctrinæ, transtulerunt, ad suscipiendas strophas sermonum, & solutiones enigmatum. Itaque mens Salomonis est hoc libro, in quo plurimæ sunt strophæ, epodeæ, enigmata, & allegoriae adolescentes ut posse ad acuendum & oblimandum intellectum, & ad reliquam Scripturam comparandam.

74 *Institiam, & iudicium, & equitatem.* Septuaginta ad suscipiendam institiam veram, & iudicium dirigendum. Tres ista voces, *Institia, iudicium, & equitas*, multa sive significationis ambitu complectuntur, & vicissim una pro alia accipi solent. Ea propter Iansenius docet esse synonyma primam & secundam vocem: tertiam confundit cum secunda. Abenhezra distinguit: *Institia*, inquit, comprehendit cultum Dei, & omne opus bonum: *Iudicium*, ut recte iudicet inter verum & falsum, & recta in iudicio loquatur. Beda *Institia* bona opera, *Iudicium* discretionem, *equitatem*, vel (ut in Hebreo habetur) *rectitudines*, rectam intelligit, & sinceram intentionem. Bedam sequitur Hugo, & Dionysius. Lyra verò *institiam* pro habitu huius virtutis: *Iudicium* pro sententia, vel executione accipit: *equitates* verò, vel *rectitudines* plurali numero ad populares spectare, dicit, quatenus *iudicium* debet inter se *equitatemque seruare*.

75 Ego verò non valde vererer dicere *Institiam, iudicium, & equitatem* synonyma esse. Sed quando horū nominum significations separare oportet, vel sentirem cum Beda, vel certe dicerem, probitatem scilicet atque honestatem in vniuersum per *institiam* significari, non quidem habitum, sed actum; habitus enim non docetur, sed vsu acquiritur. Sed enim, quia hæc *institia* omnes complectitur virtutes, suscipere, vel addiscere *institiam*, est virtutum omnium non tantum naturas nosse, sed eas etiam votis prosequi. Et quidem hanc honestatem & probitatem, qua ex omnibus coalescit virtutibus, Septuaginta hic appellant *Institiam veram*. Ruisus *iudicium* prudentiæ opus esse dixerim, quæ singulis virtutibus, in quibus

A probitas sita est, leges iuraque præscribit. Ideo Septuaginta iudicio directionem adiungunt. Sic enim aiunt: *ad dirigidum iudicium*. Demum equitatem, vel ipsas singulare virtutes intellige, vel virtutum actiones, quas cum iudicio prudentiæ exequitur vir probus. Omiserunt autem Septuaginta postremam istam vocem, quia in duabus superioribus implicitè claudatur.

IV. Ut detur parvulis astutia, & adolescentiæ scientia, & intellectus.

76 **P**ergit Salomon enumerans libri sui cumulatis simas utilitates & emolumenta. *Ut detur*, inquit, *parvulis astutia*. Hebraicē pro parvulis. *Pharaim* à verbo *Phatāh*, id est, suasit, attraxit, allexit. Itaque eos significat, qui facile aliorum suasionibus aut illecebris adducuntur. Septuaginta, ἀκαντος, id est, minimè malis, innocuis, Chaldaeus, insipientibus. Aquila ἀληφοις, id est, iis, qui se facile palpari finunt. Symmachus οὐρανος, id est, pueris. Theodosius ητανθόοις, id est, deceptis. Sed dubium, an pro parvulis ætate, an pro parvulis sensu accipendum sit. Ego quidem ad ætatem simul & sensum resero. Astutia Hebraicē *Gharmah*. Genesis 3. Serpenti datur hæc astutia. *Serpens autem erat callidior omni bestia agri*. Hebraicē *Gharom* ab eadem radice. Septuaginta παρεπιδια, id est, promptitudinem, & dexteritatem in omnibus operibus obeundis calliditatem, & astutiam: inque bonā & malam partem rapi solet. Effecit autem hoc similitudo virtutis virtutis, inquit D. Thom. 2.2 quæst. 53. Et sicut D. Thom. prudentia abusu sumitur aliquando in malo: ita etiam calliditas & astutia in bono, quandoque sumitur pro cautione, aut circumspectione.

77 **D**. Basilius Homil. in principium Proverbiorum elegansissimè utramque definit ἀράναι, scilicet & παρεπιδια, sub nominibus innocentiae, & astutiae, nec definit tantum, sed distinguit. *Innocentiam*, inquit, duplē esse nouimus. Prima est à peccatis alienatio mente, ac proposito per longam bonorum operum exercitationem acquisita, malitiae radice penitus extirpata. Altera est ignoratio mali quedam, & inexperientia, sive obætatem, sive etiam, quod alicuius artis, & vite rationem quandoque probè non tenentes fraudes in ea recte cauere non sunt edotti. Et subdit postea: *Innocentes* itaque in hoc proverbiorum loco non ex proposito, sed ignoratione videtur recipere, quam nullus usus, aut experientia laudat a astutia teneat. Sed quid est laudabilis? Quid vituperio digna astutia? Addit Basilius, est, inquit astutia (logitur de laudabili) altius animi cum attentione quadam, & arte, & studio laudabili rerum omnium agendarum. Sicut & versutia malitiantum studium & operationem exprimit. Quoniam igitur astutia vniuersorum suscipit actionem, astuti appellatio duo significat. *Improbis* quidem sensu, & arte in alienis virtutis damnis: laudabilis vero cito, & solerter bonum proprium vestigans dolos & insidias alienas rete cognoscit, atque evitat.

78 **H**is præmissis luculenta evadit interpretatio huius hemistichij: *Ut detur parvulus astuta*. Nō enim tantum significat his verbis Salomon librum istum ad id inuentum, ut parvulus, innocentibus, vel simplicibus detur peritia, & astus ad cauendas insidias & dolos, vel mala unde cumque euidentia, ut tradunt Beda, Hugo, Dionysius, Lyra, Vatab. Rodulph. & alij. Sed etiam ut detur solertia & sagax industria ad vestigationem proprij boni. Vitrumque enim complectitur astutia ex sententia Basilij, & Aristot. lib. 8. Ethicorum cap. 2. de quo infra.

Aristot.

79

Hic est astus ille, seu prudentia serpentis, de qua saluator Matthæi 10.16. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.* Quæ nihil detrahit de Christiana simplicitate, & candore. De

1. Cor. c. 4.

quo item Paulus 1. Corinth. 14. *Estote parvuli malitia, sensibus autem perfecti estote.* Et quidem serpentis illa prudentia, & naturalis vis, non tantum in fuga mali sita est: sed in prosequitione etiam boni sibi conuenientis. Vnde ex Patribus alij eam serpentis prudentiam, quam Christus imitandam proponit in cauendis insidiis collocant, quatenus videlicet caput caudæ obiectu defendit. Sic August. in Psalm. 57. & plures alij. Vel quatenus alteram aurem cauda premit, & obturat, alteram terræ adigit, ne voces accipiat incantantium, ut tradit etiam Augustini ibidem. Vel quatenus aquas salubres petens, non prius haurit, quam venenum expuerit, ne potus noceat, ut docet

D. Epiph.

Epiphanius

Hæresi 37.

80

Rursus alij ad boni sibi conuenientis prosequitionem prudentiam eiusdem referunt, quatenus scilicet verno tempore cum mitior est anni tempestas, in auram prodit: at cum bruma immittis riget, in altissimis specubus & antris delitescit, ut docent Gregor. vterque. Cum ergo in his rebus serpentis astus & prudentia testimonio Patrum sita sit, in eisdem Doctore Christo simplices, & parvuli illam imitatione exprimere debent. Non enim frustra initio obseruauit eadem voce Genes. 3. Serpentis astus notari, quia in hoc loco calliditas parvulis, vel simplicibus necessaria significatur. Nam ut docet Rupertus de operibus Trinitatis, illa verba: *Sed & serpens erat callidior, &c.* non de veteratoria illa vafriti e quam diaboli afflatus concepit ad Protoparentes ludificandos, sed de nativa illius prudentia & sapientia, quæ Saluatoris imitatione digna est visa: qua item diabolus abusus est ad dolos & insidias homini moliendas, accipi debet. Probat autem, tum quia Septuaginta conuerterunt: *Sed & serpens erat prudentissimus, &c.* Chaldaeus vero sapientissimus. Quæ voces raro malam in partem rapi conueuerunt: tum etiā quia illius astus cum reliquis animalibus comparatur. Si autem de astutia, quæ illi ex diaboli commercio acciderat, sermo esset, non bestias solū, sed homines etiam astu vincere diceretur.

81

Quæ cum ita sint, cogita quanta sit illius libri nobilitas & præstantia, qui pueris addit astutiam non aliam, nisi serpentis. Quid enim obsecro magis iunioribus necessarium, quam caput vitæ ipsam nimirum iuuentutem, à qua vita initium dicit, defendere à vulnere caudæ obiectu / & quidem per caudam senectutem intelligo, in quam tandem vita desinit.) Tunc ergo adolescens, ut caput tueatur caudam exponit vulnerati cum eo animo & conatu iuuentutem vitæ caput ab iactibus peccati defendit, ut caudam eiusdem vitæ senectutem scilicet, uno iactu sibi abscondi minimè vereatur: hoc est, nihil vereatur, si ad canos & senectam non perueniat morte corruptus immatura.

82

Rursus aures obturare, & opprimere adolescenti valde necessarium est: ne pateant scilicet improbis sermonibus atque doctrinis, quæ maximè animos iuuenum incantant. Iuxta illud Pauli ad Galat. 3. *Quis vos fascinavit non obedire veritati?* Alij legunt, *incantavit.* Loquitur autem de Pseudo

Ad Galat. cap. 3.

Apostolorum falsa & perniciosa doctrina. Item cauere imprimis debet adolescens, ne cum potu venenum hauriat: *Quapropter si forte perniciolis aliquando imbutus dogmatibus virus concepit, expuat illud necesse est, priusquam salubre sebat disciplinas.* Sic Plutar chus in lib. de officio authoris

A dedocendum prius esse dicit adolescentem: dein de docendum, ne salutiferi sermones ex venenatis & virulentis venenum, & virus trahant.

Tandem probi adolescentis est non tantum malum auertere: sed bona etiam cuncta prosequi, edocētus à serpente, qui sibi conuenientes tempestates captat, & temporum omnes iniurias fugit, id est, ad agendum & bene operandum deligit inuentæ ardorem, qui cum vere comparatur: Nam in se

B necta frigida, & hyeme similis satis agit, si lateat homo, & vitæ conseruandæ vacet. Adde etiam aliam serpentis conditionem, qua prudentia vis optimè significatur. *Vidimus* (inquit B. Nilus apud Anton. in Mehissa) serpentem exigui corporis magnum aliquod animal deuorasse: quod quidem ita facit, ossa & nervos paulatim conterit, & contraria exigit: sic etiam parua prudentia magnas sepe deuorauit difficultates, atque digessit paulatim mordendo. Addo etiam non solū paruam prudentiam, sed etiam parui pueri astutiam, quam paruam esse necesse est: ubi ritè instructa & exculta est ritu serpentis parui, non paruas difficultates pervincere ac vorare. Ad extremum D. Basilius serpentis prudentiam in eo collecauit, quod lippientibus oculis scenici succurrerit, Homil. 9. in Hexameron. Addit Helianus eodem succo catellorum suorum oculos aperire. Sic item prudentia Helianus.

oculos puerorum aperit, nimirum, ut nouam lucem aspiciant, atque vera rerum cognitione informentur. *Sic dabitur parvulis astutia, sic (inquam) in junioribus cum simplicitate columbina serpentis astus copulabitur.*

Illud certè minimè prætereundum videtur, ut astutia hæc serpentis melius intelligatur, columbam

D Hebr. appellati *Ionah.* Quam vocem adduci non possum ut credam fluere à radice *Ion.* quæ cœnum sonat, ut plerisque placet: sunt enim permundæ volucres istæ, & non à luto tantum, sed ab omni tetro odore plurimum abhorrent. Sed à radice *Ianah,* quod est capere, aut rapere: non ideo, quia columba capiat alias aues, vel ad capiendum insidias paret. Nam (teste August.) nec prauas etiam muscas, seu culices venatur: sed idem est *Ionah,*

D. Aug.

quod rapta, vel capta, ed quod columba sit captu valde facilis & venatoris insidis cedat. Contrà vero serpens Hebr. dicitur *Nachas, à verbo Nachan,* quod est curiosè, & callidè obseruare, vel insidiari: tum quia serpens in sidiosum est animal: tum etiā quia ad alienas insidias cautum adeò, ut vel ipsam incantatorū magiam eludat. Iam intelliges, quemadmodum serpentis astus, seu prudentia cum simplicitate columbæ copulari debeat. Columba simplex animal non circumuenit, non insidiatur, non captat, etiam exigua muscas. Laudabile est hoc: illud vero vituperatione dignum, quod caput facilis, quod insidiis aucupū facile deluditur. Contrà vero serpens callidum animal insidiatur, circum venit, ut morsu petat, & prædas versutissime capter. Vituperabile est hoc: illud vero laude dignum, quod alienas insidias vitat, fraudes eludit. Ergo ex columba disce non insidiari, non circumuenire, nō captare, à serpente vero fraudes eludere, insidias vitare; & columbæ simplicitatem cum serpentis prudentia copulasti.

F Quid plura? Ut detur parvulis astutia. Magnus Basilius in hunc locum de hac laudabili astutia verba faciens sic ait: *Hinc itaque, tanquam ex fonte quodam innocentem salutarem astutiam hauriunt: Vir enim astutus thronus est sensus.* Quasi dicat: In viro, qui laudabili & honesta pollet astutia, tanquam in throno sedet ratio & prudenter. Noua, sed elegans loquutio: nam sedere in ex-

84

85

86

87

88

89

90

88

Basilius.

celso throno, vel Regis est, vel Iudicis. Ergo cum Ait Basilius, in viro prudenti, velut in throno sedet ratione perinde est, ac si dicat, rationem in viro prudenti, velut Reginam, imperare, ac velut Iudicem decentiamque ferre: uno videlicet verbo praeceps rationis functiones complexus. Cuius est primum Regiae ad instar in prudenti & bene morato homine reliquis, vel animi, vel corporis facultatibus iura dare, & imperia prescribere. Ac rursus ad instar Iudicis & equissimi quid honestum, quid turpe iudicare: atque ita decernere, ut honestas vincat, turpitudo vero semper causa cadat. Cum ergo ex mente Basili rationis quoque imperium, & iudicium ad laudabilem astutiam pertineant, satis commendat librum Salomon, dum ait, ad id praestare, ut detur parvulis astutia, id est, ut in parvulis ratio thronum ascendat, imperio videlicet, atque iudicet, quod eis pluris haberi debet: quia, ut tradit Aristoteles libro tertio Ethicorum capite 1. In pueris iacet ratio, & appetitus regit omnes.

89 Et adolescenti scientia, & intellectus: Septuaginta. Et puer non vel nuper edito sensus & cogitationem. Pro cogitatione Theodosio syllogismum, seu ratiocinazione. Symmachus pro cogitatione habet sensum, & aliquid aliud pro sensu, ne sit Tautologia. Hebraice pro adolescente, *Naghar*, id est, puer: pro scientia *Dagath*, à verbo *Iadagh*, quod est cognoscere, & sentire. Propriè autem *Dagath*, vt ait Rabi David, est scientia ordinandi, ac disponendi res secundum aptam & accommodatam seriem. Pro intellectu est *Mezimah*, nunc in bonam, nunc in malam capitum partem. Significat autem propriè calliditatem & vafriciem, ut notauit Mercerus. Tigrina vertit *prosipientiam*.

90 His premissis Diuus Basilius, qui Septuaginta D. Basil. lectionem sequutus est, puerum nuper editum, cui datur sensus, & cogitatio, de interiore homine exponit: qui suscipit etiam, inquit, omnes etatum differentias. Nam de anima dicimus, quandoque in puerili statu esse, & aliam esse vegetam, & aliam senem. Huic datur sensus & intellectus, sensus scilicet, praesentium: intellectus vero futurorum. Vel aliter: ut detur adolescenti sensus, id est, omnes quinque corporis sensus ad animi vires transferantur proportione quadam, quos enumerat, accommodatque ibi eleganter Basilius. Hugo scientiam refert ad inferiora: intellectum ad superiora. Illa, inquit, crassior, hæc subtilior. Dionysius intelligit de duobus donis Spiritus sancti, scientia, & intellectu. Lyra vero est, inquit, propriè intellectus cognitionis principiorum, scientia conclusionum non tantum in speculativis, sed etiam in practicis.

91 Ego sanè potius dixerim in posteriori isto hemistichio eandem omnino iteratò repeti, & diversis verbis aperiri sententiam, quod tum Salomoni in hoc libro, tum alias in sacra Scriptura maximè solemine est. Suadet hoc imprimis lectio originalis, quæ pro intellectu habet calliditatem, ut nuper obseruavi. Rursus hæc interpretatio accommodatur optimè vulgatae verbis. Aristoteles enim libro sexto Ethicorum capite 12. & magnorum Moralium libro secundo capite 34. tanquam prudentiae partes enumerat industria, & ingenium, seu intellectum: Industria pertinet ad electionem, & deliberationem: ingenium ad executionem. Industrius (inquit Aristoteles) est, qui facultate consultandi est prædictus, & recte iudicare, ac videre aliquid potest.

Itaque industria munus est mediorum efficaciam omnino perspectam habere, atque media ip-

sa ordinare, & bonam in seriem redigere, ut electio sit prudens. Ingenium vero sequitur electionem, spectatque ad executionem hoc modo. Est, inquit Philosophus, vis quedam, quam ingenium dicunt, qua eiusmodi est, ut efficere possit, & adipisci ea, que ad propositionem finem pertinent. Obserua ea, quæ sequuntur. Itaque (id est propter hanc vim, quam ingenium vocant) prudentes eosdem, cautos, callidos, versutosque dicimus. Nec vero vis hec idem valeat quod prudentia, etiam si sine illa vis esse nullomodo possit: sed est habitus prudentie, quasi oculo animi innatus. Ingenii ergo partes sunt, ex Philosophi mente, media quæ prudentia eligit, ita exequi, ut finem efficiat asequantur. Et propter hanc ingenii vim prudentes, callidi, & versuti cum laude appellantur (& si licet dicere) sine hoc ingenio lufca vel cæca est prudentia. Nam est habitus prudentie tanquam animi oculo innatus. Et sanè quemadmodum cæcus, quamvis aliquid sibi cunctum proponat, luminibus orbatus non valet recta in eum locum peregere. Ita etiam prudens, quamvis aliquid sibi agendum animo decernat, si ingenio ad perficiendum acri, & expedito careat, nihil ad executionem perducit. Itaque industria est scientia ordinandi & dirigendi media, ut electio sit bona. De hac ergo loquitur Salomon, cum ait: Ut detur adolescenti scientia. Nam vox *Dagath*, ut suprà dixi, scientiam ordinandi ac disponendi sonat. Rursus ingenium est peritia exequendi selecta media, à qua prudentes callidi dicuntur. Hanc similiter expressit Salomon nomine *Intellectus*. Nam vox *Mesimah*, astutiam & calliditatem significat, ut ibidem premisit. Et quidem hæc Aristotelis doctrina iacit fundamenta ad intelligendam differentiam antecedentis & consequentis gratia. Sed hæc Scholasticis relinquio. Dixi autem eandem esse sententiam huius posterioris Hemistichij, & prioris, quia quod prius Salomon nomine astutia, id deinde nomine scientia, & intellectus expressit. Hæc est astutia, vel calliditas pueris perquam necessaria, hanc à teneris edocendi sunt: non illam, de qua Magnus Gregorius libr. 10. D. Greg. Moral. c. 16. Huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ vera, falsa demonstrare. Hec nimiri prudentia usus à inueniibus scitur, hæc à pueris preter disicitur: hanc, qui sciripi, ceteros despiciendo superbiunt. Hanc qui nesciunt subiecti, & timidi alios mirantur. Quia ab eis hac eadem duplicitas palliata diligitur, dum mentu peruersitas urbanitas vocatur. Hæc Gregorius. Cæte adolescens, ne tam caro nunc emas id, quod postea carius multo costabit tibi.

V. Audiens sapiens sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.

92 F **A**udiens sapiens sapientior erit. Hebraice. Audiet sapiens, & addet sapientiam. Dubitat Basil. de quoniam sapiente sit sermo, an de sapiente externis, & à fide alienis disciplinis eruditio, qui ad veram sapientiam præter nomen nihil affert, an de sapiente Christiano, qui veram adeptus est sapientiam. Et merito quidem afferit sapientem omnem, siue priori, siue posteriori modo sapientem, hoc intelligendum esse. Addunt etiam alijs sapientis nomine semen notari. Iterum lis alia interpretes disfrabit: An scilicet ista verba sint absolutè accipienda, itavt audiens in vniuersum dicatur audiendo proficere: an vero pressius de hoc tantum libro: itaut quicumque Salomonis proverbia auribus excepit, ille tandem huc ad eum modum profecturus dicatur. Beda. Hugo. Tom. 1.

Dionys. da, Hugo, Dionys. & Lyra in vniuersum accipiunt.  
 D. Basili. D. Basil. & Rodolphus, & Iansenius pressius intelligunt de hoc tantum libro, & idem sentiunt de sequentibus sententiis usque ad illa verba *timor Domini*, &c. quibus libertius subscribo.

Ait igitur Salomon *Audiens sapiens sapientior erit*, quicumque huius libri præcepta auscultauerit ( vel aliter ) quicumque huius libri monitis obtemperauerit. ( Vtrumque enim significat verbum *audio* Latinum, & Hebraicum *Samach*, auscultare scilicet, & obedire,) is quidem quantumvis sapiens, hoc est, quamvis vel multatum cognitione rerum vel probitate præstet, ( Sapiens enim æquè probum virum, vel ætate senem : & rerum peritum sonat, ut supra de sapientia dixi) sapientior longe euadit. Probitate scilicet, vel rerum peritia insignior. Quantus ergo erit liber, inquit Basilius, qui non rudes, & imperitos, sed sapientes auditores informare possit. Aliorum enim magistrorum discipuli, rudes admodum: huius vero libri auditores etiam sapientes existunt.

Hebraicè. *Addet doctrinam*, Certè hoc emphaticum est, vtitur sàpe æquiuocatione Salomon in his proverbiis, vt ambiguitas locum faciat duplice sententia: *addet*, inquit, *doctrinam*. Nec explicat, cui addet vt interpreti liceat euagari, ac duobus modis exponere. *Addet* nimirum sibi ipsi, id est, magiam sibi sapientiae accessionem faciet. *Addet* item aliis: tantum enim ipse proficiet, vt aliis etiam ex doctrina redundantia impetriri possit.

*Andiens sapiens sapientior erit*. Verissimum effatum, etiam in vniuersum acceptum, siue senem ætate consecutum, siue alium quemlibet sapientia præditum capias. Et quidem peritissimum quemque decet audire: Nam vt ait Hieronymus in Apologia aduersus Ruffinum. *Inde est*, quod quidam ineruditè sapientes remarent, quia nolunt discere, quod ignorant. *Nec Horatium audiunt commonentem*: *Cur nescire prudens prauue, quam discere malo?* Pende illa verba prudens prauè. Est enim prorsus stulta prudentia, vt quia sapientem se esse ostentet, alios audire, & ab aliis discere nolle. Et quidem duo sunt, quæ doctissimis etiam viris suadere debent, vt alios audiant etiam ineruditos, & insipientes. Prius est, quia sàpè indoctus assequitur, quod doctissimum fugit. Posterior est, quia dum sapiens humiliter auscultat, id obtinet animi sui deiectione, vt quæ alias non caperet, intelligere incipiat. Vtrumque complexus est Hugo Victorius libr. 3. Didascalion, his verbis: *Ab omnibus libenter disce, quod tu nescis. Quia humilitas commune tibi facit, quod cuique proprium fecit, sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris. Qui ab omnibus accipiunt, omnibus diuiores sunt*. Audi præterea Chrysippum in Proverbiis: *Quod tu non nosti, fortassis nouit aequalis*.

D. Hier.

Hugovic.

Chrysipp.

Iacob.

D. Aug.

A auditorem comparant ad audiendum, Attentio, Benevolentia, Docilitas. Attentio autem disponit erga superiores: Nam dicentis excellentia attentionem captat. Benevolentia erga æquales: Nam æqualitas benevolentiam parit. Doa erga inferiores: Qui enim doceri cupit, indoctissimi etiam quemque auscultat. Nemo ergo sati ad audiendum comparatus dicitur, qui aliquem refutat.

Diuus Augustinus de Ciuitate libr. 11. celeritatem hanc ad audiendum in 10 ponit, vt quisque velociter omnes audiendo percurrat, æquales, superiores, & inferiores, ad instar auis velocissimæ,

B quæ volatu suo, nunc in supremas æris plagas efficitur, nunc medias regiones tranat, nunc demum ad infimas deuolat, atque in terram se deponit. Velocitati præterea Cyrilus Alexandrinus in Ioannem libro primo capite secundo addit sagacitatem, & quandam similem ei, quæ in venaticis canibus viget odorandi facultatem: *Canes inquit venaticos imitatur sapiens; hic illuc feram querentes. Ipse enim non intellectam rem sepe, ac multum inuestigans, interrogansque tandem assequitur*. Sic etiam sapientem minores audire decet.

C Rursus, si sapientum nomine senes maturos ætate, atque prudentia intelligamus, neque hos quidem ab audiendo excipiendo esse dixerim: Audiant senes Augustinum in Epistola ad Hieronymum. *Ad dicendum, & audiendum, quod opus est, nulla etas senex videri potest: quia eti se nes magis conuenit docere, quam discere, magis tamen decet discere, quam ignorare*. Et iterum idem Augustin. ad Auxilium Episcopum. *Senex à iuene, & Episcopus tot annorum, a collega, nec dum anniculo paratus sum edoceri*: Et quidem audiendi, atque docendi terminos eleganter præfixit Seneca Epistola 77. *Tamdiu audiendum, & Seneca, discedendum est, quamdiu nescias ( eti proverbio credimus, ) quamdiu viuas*. Vtrumque verum. Nam quidam viuit homo, tamdiu nescit: Sapientissimus enim quisque dum viuit, in pluribus desipit, quam sapit; Vnde idem Seneca in proverbiis. *Debent, inquit, senes senectutis viaticum litterarum eruditonem parare discendo, ne defecerint insipienti animo. Litteras tanquam baculum infirmo corpori repertas esse dixerim, & eundem finem esse discendi atque vivendi*.

F Et intelligens gubernacula possidebit. Noster interpres pressit vestigia Septuaginta Interpretum, qui sic habent καὶ προναὸν καὶ οὐρανὸν gubernationem obtinebit. Dicitur autem καὶ προναός, de nautis propriis, inde per translationem ad alia transferuntur. Hebraicè *Tachbloth*. Plures conuertunt consilia, aut cogitationes à *Chabal*, id est, obligavit, obstrinxit: adde etiam peperit. Vnde quidam existimant cogitationes aut consilia dici *Tachbuloth*, quasi partus animi. Sed melius alij verbum, inquit, *Chabal*, inter alia significat etiam nauem gubernare. Ionæ. numer. 6. Et accessit ad eum Naclerus, vel gubernator nauis. *Rabbacobel*, participium pro Toar. Item Ezechiel 27. num. 29. *O nes gubernatores maris, & vers. 8. ipsi gubernatores tui*. Inde fluit *Chobel*, id est, *malus nauis*, Pro. 23. ver. 3, 4. & ab his omnibus *Tachbuloth*. Quæ vox ad gubernacula, vel clavos nauis notandos primo inuenta est, vel ad funes, vel rudentes significados, quibus ad vela explicata, vel contrahenda vertuntur nauæ. Et hinc per translationem ad cōsilia, vel

97

Cyrillus  
Alexand.

98

99

חכ

לכ

רְבָ

תַּחֲבָלָה

תַּחֲבָלָה

David  
Chimbi.

dispositiones, quibus res administrantur derivata est. Et ait David Chimbi Tachbuloth, sunt consilia, aut cogitationes, quas secum homo diu voluit, ac versat, quod meliores felicitat.

100

His præmissis duplum ad sensum Salomonis verba vocari possunt. *Intelligens gubernacula posse debet.* Id est, qui librum istum Proverbiorum perlegerit, atque illius sensum tenuerit: vel absolute vir intelligens meditabundus scilicet, atque rimator rerum perspicax ( id sibi vult vox originalis ) vitam suam prudenter moderabitur bonis consiliis, ad eum modum, quo Nauarchus clauso, aut funibus nauigium gubernat. Sic Basilius,

D. Basili.

Beda, Hugo, Dionys. & alij. *Diuus Basilius prædicta homi.* in principium Proverbiorum triplex excogitat mare turbulentum, & innumeris tempestibus concussum. Primum ponit in rebus humanis ac fluxis, quæ maris ad instar affidūdū iactantur, & nunquam in eodem statu permanent. In hoc mari homines, vel secundis rebus elati, vel aduersis depresso in naufragium incidere solent. Secundum mare in corde constituit, quod ab insurgentibus carnis affectibus, quasi flatibus impetu per perpetuo fluctuat: In hoc item multorum animi, quasi ingentia nauigia voluptatis, doloris, iræ, timoris, & aliarum affectionum fluctibus obrui solent. Tertium mare ( inquit Basilius ) est iter, quod tendimus in cœlum. Est enim id, quasi via maris, quæ malignorum spirituum impulsibus incitatur, & temptationum procellis exstuat. In hoc mari contingunt illa naufragia circa fidem, de quibus Paulus. *In hoc autem plurimi post ieunia multa, ( verba sunt Basilius ) post durum vitæ genu, post longas ad Deum preces, post uberes effusas lacrymas miserum fecere naufragium: similes mercatori cuidam diuini, qui de multiitudine commeatus gloriatus, vento secundo nauem impellente inveniendas tutò per mare proterit procellas.*

*Naufragio deinde prope portum superueniente omnium possessione simul, & acernatim destituitur, & mille laboribus, sudoribusque parta, uno tantum demonis impulsu facile amittit.* In hoc triplici vastissimo, ac turbulentissimo pelago mortales animi sui nauim regunt. Oportet itaque Nauarchi ad instar rationem, & cogitationes, tanquam testimonies perire vertere, ut natus ista procellas omnes proterat, & vndas conculceret. Ergo quia non est unum, sed triplex mare, quod in hoc seculo enauigamus: non item unica nauis. Nam in primo mari, id est, in seculo, totus homo nauigii ad instar obtinet. In secundo, id est, in corde, voluntas fluctuat. In tertio, id est, in via cœli animus, tanquam nauis, periclitatur. Ideo Salomon nō dixit: *Et intelligens gubernaculum possidebit.* Sed de plur. gubernacula possidebit, id est, ad omne pelagus, omnemque nauim apta nanciscitur instrumenta. Ad hæc gubernaculum, aut terno talis est, ut parvus cum sit, vastam nauigij molē facile in omnem partem verset. Iacob. 3. *Ecce naues, cum magna sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur tamē à modico gubernaculo, ubi impetus dirigenzis voluerit.* Hæc ad virtutis facilitatem spectant. Salomon ergo pro conciliis, quibus vita moderatur, gubernacula addidit, ut significaret eos, qui librum istum tenerent, ac intelligerent, ea facilitate inter vndas, & procellas vitam optimis consiliis moderaturos, qua gubernator ad puppim sedens nauim magnam temone exiguo vertit. Rursus cū ait, *Possidebit.* Hebraicè *Iknach*, à verbo, *Kanab*, quod est possedit, vel tenuit, significat nunquam futurum, ut à viro intelligenti amittatur clauso, vel è manib[us] abiiciatur. Sicut ille aliis amisi infra, de

101  
Jacob. 3.  
num. 4.102  
103  
104  
105  
106  
107

Tom. I.

A quo Salomon, c. 13. *Et eris, sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, anissō clauso.*

104

Quod si vox Tachbuloth funes, aut rudentes sonat, quibus vela, vel coguntur, vel explicantur, euadit sensus eiusmodi: funes possidebit, aut tenebit, id est, sic se geret, sic, inquam, vitam reget, ut fortunam, quæ vento comparatur, optime moderetur. Sicut enim rudentum opere nauta secundis flatibus pandit vela, aduersis vero constringit: Imò etiam aliquando sic vela disponit, ut aduersis eriam ad rectam nauigationem veritis utatur: Ad eundem modum vir intelligens tenebit funes, id est, bonorum opere consiliorum fortunæ flatibus sese accommodabit. Nimium secundis non confidens, nec in aduersis dissidens, & aduersus omnes casus sese comparans, & contrarios euentus in bonum, commodumque conuertens. Vnde Basilius. *Prudens, inquit, Nauarchus est, qui de recto, ac firmo natura proposito iis vivitur, que accidenti, nec elatus in prosperis, nec rursus in calamitatibus demissus, &c.* Vel si mauis funes tenebit, de funambulis accipi potest. Nam Chrysostom. in homilia de humilitate in Oziam homines vitam hanc in-

D. Chrys.

constantem agentes cum Schænobatis eleganter contulit, his verbis. *Nam sicut Schænobata, qui in funibus sursum, deorsumque extensis ascendere & descendere solent, si parum respicerint, precipites in orchestram decidunt, & perirent. Ita & in hac via ambulantes, si parum per fuerint desides, in precepseruntur via enim hec & angustior, & directior, nec non & periculosis, quam funis ille: imò & multo subtilior est.* Rursus idem in sermone de vitiis, & virtutibus, ad virtutem capessendam inuitat his verbis. *Quid difficultius est, quam in fine contento, spercum, qualiter super pavimentum, incedere, subire etiam, ac redire veluti strato incidentem? Dic obsecro, quid difficultius est, quam in fronte contum erigere, superposito dehinc pugione motus innumeros edidisse, ut spectatores applaudant?* Verum his omnibus facilior est virtus. Hæc ille ut virtutem facilem esse ostenderet. Itaque sic concipe. Salomon auditores suos affatus sic ait: *Qui præcepta, & documenta mea tenuerit funes tenebit, id est, in huius vitæ inconstantia, quam non secus, ac Schænobata per funes gradientes percurrimus, constans erit: ne tantis illis discriminibus impulsus excidat.*

E Secunda interpretatio huius loci est: *Et intelligens gubernacula possidebit.* Scilicet aliis gubernandis, & administrandis præficietur. Sic Lyra, Hugo item, & Dionys. qui utramque expositionem complexi sunt. Quid vero magis simile magistratibus, & rerum publicarum moderatoribus, quam naucleri clavum vertentes? Nam Republicam cum naui componendam esse author est Philo de creatione Principis, Chrysost. hom. 6. ad populum. Damascen. in histor. Barlaam & Iosaphat. cap. 36. Platolib. 2. de legib. Plutarchus in Politicis. Hanc qui moderatur, tanquam nauclerus temonem vertit. Estergo Salomonis mens eiusmodi: *Vir intelligens, gubernacula possidebit,* id est, qui huius libri documenta optimè calluerit, vel absolute vir sapientia & intelligentia prædictus, magnis rebus ut publicis administrandis idoneus erit, quas ea facilitate arbitratu suo conuertet, ac circumferet, qua Nauclerus nauim ingentem clavo exiguo in omnem partem versat. Et quidem optimi Principis officia Naucleri temonem vertentis similitudine adumbrantur.

106

F *Philo.*  
*D. Chrys.*  
*D. Dam.*  
*Plato.*  
*Plutarch.*

Imprimis autem, quid intersit, priuatum inter, & Principem, elegantia naucleri, vectorumque similitudine extensis Dion. Nicen. de regno oratione. 3. *Nam in navi, inquit, licet viatoribus*

Dio. Nic.

B ii

absque cur su agere, & ne aspicere quidem mare, quin ei etiam neque scire vbinam terrarum sint. Et multi hoc modo nauigant in serenitatibus: & hi quidem talis ludunt, illi autem canunt, ali⁹ consuuantur cōtra die. Quando autem eos apprehenderit tempestas, inuoluit spectant euentum. Nonnulli autem, & somno oppressi non prius surrexerunt, quam esent in portu. Nauclero autem necesse est aspicere in mare, suspicere cœlum, prospicere ad terram, quin & ea, quæ sunt in profundo non licet ei ignorare, nisi velit in faxa incidere sub aquis latentia, aut in arenarum congeriem. Illi quidem noctu minus obdormire licet. Interdiu autem sicuti breuem aliquem somnum suffuratur, hunc tamen suspensum habet, & dubium: ut sapè exclamat, aut ve la contrahit, aut clauum sistit, aut aliud rerum nauicarum: ita ut dormiens ille magis gerat nauis curam, quam ali⁹ valde vigilantes. Nec aliud discriminē versatur inter priuatos, atque Principem, &c. hæc Dion. Ex quibus licet colligere, quām verum sit illud, Intelligens gubernacula possidebit. Si enim eum, qui nauis clauum regit, tanta præditum intelligentia esse oportet, vt cœlum, terras, maria, & maris latebras exploratas habeat: si tantam curam adhibere oportet, vt vix illi perbreuem somnum rapere liceat: Quid tandem de principiis sapientia, & solertia dicendum erit, qui magna Reipublicæ clauum moderatur?

Ad hæc nihil fere est ad Principis officia & munera spectans, quod naucleri similitudine authores nō expresserint. Philo in libro de Principis creatione, vt Regum electionem ad sortes non esse reuocandam confirmaret, gubernatoris similitudine usus est. Item cum de prosperitate, inquit, & salute nauigantium agitur, non sorte discernitur, quis gubernaturus puppim ascendat: Sed queritur alius, qui artem gubernandi à iuuentute didicerit, qui sapè nauigauit, qui perlustrauit aut omnia, aut plurima maria, qui bene nouit emporia, portus, stationes, que vel in continentis sunt, vel in insulis, qui in mari quoque callet inuenire semitas obseruatione syderum, peritus stellarum, & cursus ad illarum motum regens: ita ut per iniua viam expeditat, & novo modo maria terrestri animali aperiat: Et postea ciuitates magnas, populosas, plenas habitatoribus, earumque administracionem, & curam rerum priuatarum, ac publicarum, sacrarum, aut prophanarum, quam merito quis artem artium esse dixerit, committimus incerta rei, & fortuite, rejecto veritatis examine? Hactenus Philo.

Rufus D. Chrysostom, homil. 6. ad populum. D. Chrys. Rempublica sine Principe diu consistere non posse, gubernatoris exemplo significat. Sicut si nauclerum a navi separaueris, scapham submersisti: ita si Principes a ciuitatibus abstuleris, feris irrationabilibus magis irrationabilem degemus vitam. Damas. mas loco citato, errores, & delicta principum eadem similitudine extollit. Sicut in nauigantibus, inquit, quando nauta fallit, modicam vitoribus afferit lesionem: quando vero gubernator, totius efficit nauis ruinam: Sic in Regibus, si quis priuatus delinquit, non tam populo, quam sibimet ipsi nocet: si vero Rex, omnis operatur conuersationis detrimentum. Plutarchus in moralibus, Principem optimos Imperij administros adhibitum esse, exemplo naucleri ostendit. Gubernator, inquit, optimos vndeque querit nautas. Ita Princeps eos asciscit amicos, qui ad Rempublicam administrandam sint idonei. Neque enim omnia per seipsum præstare potest Princeps: sed indiget aliis, quibus partem administrationis committat. Expressit hoc ea-

A dem similitudine Plutarchus: Gubernator, ait, quedam suis manibus, quedam per alios facit, & aliquid quando alios ad clauum admittens, ipse ad proraam demigrat. Sic & in Republica non debet unus occupare omnia: sed alii vicissim dare locum. Rectius enim sunt, quæ multorum manibus peraguntur.

Tullius in lib. 4. Rhetic. ad Herennium, Principem communem Reipublicæ salutem priuatis Tullius. cōmodis præferre debere naucleri quoque exemplo comprobat. Ut verè, inquit, commendatus est gubernator, qui nauigando se maius esse in colum, quam nauim: Ita vituperandus est ille, qui in Reipublicæ discriminē, sive plus, quam communi saluti consulit. Plutarchus item Principem bonam Reipublicæ administrationem ad ultimum usque magistratum esse perductum eodem exemplo confirmat: Ut nauclerus qui præternauigatis syribus iuxta portum frangit nauim, nihil magnificat: ita qui uno, aut altero magistratu recte gesto, in summo naufragium facit. Rufus idem de his, qui sine peritia, & prudentia spe quadam lucri, aut gloriae, Reipublicæ inuadunt munera: sic addit: Ut gubernator maris insolens, qui animi causa nauim ingreditur, ut spectet, aut in ea ambulet, deinde repente soluta, atque in altum reuulsa nauescans, ac vniens frustra foris prospicat: sic qui levitatis, & quasi lusus gratia Rempublicam attingunt, a semel suscepta non possunt se explicare, nauicibus si licet, sed è navi egredi, & ipsam regere non valentes.

Denique Episcopum cum gubernatore componebit Chrysostom. in cap. 24. Ioannis, & de Sacerdotio lib. 1. & alij Patres alibi. Multa item alia optimi Principis munera tum Patres, tum Philosophi naucleri similitudinibus exposuerunt, quibus studiosus compendijs supersedendum existimo. Quapropter cum præcipua optimi Principis officia nauarchi gubernacula tenentis exemplo adumbrantur, non parum commendat Salomon librum suum, dum ait eum, qui prouerbia sua probè intellexerit, aptum, & idoneum gubernaculis tractandis reddi.

E Quod si legas: Et intelligens funes possidebit, vel tenebit, perstabis quidem in eadem similitudine gubernatoris, qui funibus viritur ad vela, vel adstringenda, vel pandenda. Aut si nauis, similitudo ducetur non à gubernatore, seu nauclero: sed à nautis, ad quos peculiariter pertinet rudentes tractare. Hoc discriminē assignat Salomon infra cap. 23. ubi de ebrio, & tumultu verba faciens sic addit: Et erit, sicut dormiens in medio mari, & sicut Pro. c. 23. sopitus gubernator amissò clavo. Vbi nonnulli ex originali conuertunt: Et erit sicut dormiens super funes. Et quidem hoc prius de nautis: illud posterius de nauclero. Nautarum enim est funes moderari, naucleri vero clauum vertere. Qui autē Rempublicam, vel Regnum cum navi componendum

F esse censuerunt, nauclerum cum supremo Princepe, nautas vero cum aliis inferioribus magistratis comparant. Sic Plutarchus supra: Gubernator optimos querit nautas: ita Princeps eos asciscit amicos, qui ad Rempublicam administrandam sint idonei. Ait igitur Salomon: Intelligens funes possidebit, id est, vir intelligentia huius libri prædictus sub potentissimo Princepe magistratus optimos assequetur, & in magna Reipublicæ navi funes tractabit, id est, leges, & iura, quibus Respublica, quasi funibus astringitur, atque tota illius fortuna moderatur: his enim asflans Respublicæ fortuna, quasi pansis velis captatur: reflanti vero quasi contractis obsistitur. His item legum funibus anchora, vel demittitur, vel leuatur, quia illi, tan-

112

113

115

114

116

quam fluctuantia nautæ, securitas queritur: siue anchoræ nomine vestigia intelligas cum Plutarcho, siue religionem cum Platone, quam sacram anchoram non semel ille vocat. Vnde proverbum illud fluxit: *Ad sacram anchoram confidere*. Denique funibus nautæ profunditatem maris metuntur, ne invadosa loca nauis impingat, malos scandunt, & aliae eiusmodi præstant, quæ facile turè legibus accommodare poteris.

Rursus illud: *funes tenebit, vel possidebit*, non erit abs te ad Schænobatas reuocare, id est, fusambulos, qui librato corpore supra funes graduntur, quibus Principes, & magistratus comparandos esse suadet Gregorius Nazianzenus oration. i. apologetica de fuga sua in Pontum. *Quemadmodum*, inquit, in sublimi, & pendulo fune gradientibus in hanc, vel illam partem deflectere minime tutum est: nec etiam parva inclinatio paruum periculum facit, verum eorum salus in æquilibrio posita est: ad eundem quoque modum viramuis in partem quispiam siue ob vitæ improbitatem, siue ob imperitiam propenderit, haud leue periculum tum ipsi, tum iis, quibus præst, imminent. Ergo Salomon ait: *Intelligens funes possidebit*, id est, cū Princeps ad instar sit gradientis super funes, cuius salus in iustitiae æquilibrio consistit: certè ille, qui libri huius præcepta calluerit, tenebit, vel possidebit funes, id est, sic supra legum funes gressus reget, æquitatis, & iustitiae ponderibus libratus, ut nunquam labatur in præcepis.

Denique illud verbum *possidebit*, non est omitendum, significat enim constantiam quandam, & ab omni discrimine liberam præfectorię, aut principatus possessionem. *Gubernacula possidebit*, id est, cum securitate, cum constantia. Vnde Adrianus Imperator, vt principatus sui constantia ostenderet, percussit nummum, in quo ex altera parte temo, vel clavis fortunæ pilæ insidens visebatur cum inscriptione hac, *fortuna reduci*, innuens videlicet fortunæ globum, alias inconstantem, & volubilem temone fisti. Item Domitianus, vt tradit Bembus in suis nummis, eandem speciem imprefxit, quibus item erat inscriptum *fortuna Augusti*. Et ex hoc signo nata illa parceria, *fortunam clavos figere*, usurpatum clavis pro temone. Ergo Salomon ait: *gubernacula possidebit*, id est, cum summa fortunæ constantia, & immobilitate obtinebit.

#### VI. Animaduertet Parabolam, & interpretationem: verba sapientum, & enigmata eorum.

**P**ro Parola Hebraicè *Misal*. Vocis huius acceptio[n]es supra expendimus: *Et interpretationem*, Hebraicè *Melisa*, à radice *Luts*, id est, deridet, vel cauillis vtitur. Aliquando etiam significat *interpretari* enigmata, & obscuros sermones: fortasse quia is, qui interpretatur enigmata, inuentoris acumen deridens eludit. Septuaginta conuerterunt. *εν την οντος* obscurum sermonem. Symachus *μεγαλιπάσα*, id est, problema. Aquila *ἱππωλεῖας*, non dissidens à vulgata. Nonnulli etiam cauillos interpretantur: *Et enigmata eorum, Ve-chirtim*, à radice *Cour* quod est, *foramen cauerne*, aut latibulum, itaque enigma dicitur: quasi latibulum, quia intra verborum incipitum antra sensus delitescit obscurus.

His premissis interpres ferè parolas, & enigmata ad Prophetarum reuocant sermones, qui parabolis, & obscuris enigmatibus sunt permixti: quasi dicat ex hoc libro mentes legentium reddi

Tom. I.

idoneas, atque habiles ad Prophetias grauiores intelligendas. Ego verò sic expono: *Animaduertet parabolam*, id est, qui libri istius præcepta bene calluerit, non tantum parolas, quæ in illo continentur: sed alias, quæ à doctis viris obici, aut proponi consueuerunt, præclarè intelligent: Imò dificit etiam ipse parolas alias pulchras, & elegantes condere. Nam Hebraica, ad verbum sic sonant: *Ad discendam parabolam*. De parabolæ autem significationibus satis multa dixi supra versiculo primo.

*Et interpretationem*. Non tantum enigmata, & parolas, sed etiam interpretationem enigmatum, & parolarum inter eximia sapientum monumenta numerari ab Hebreis constat ex illo Ecclesiastic. ca. 48. vbi inter alia Salomonis opera interpretationes etiam celebrantur. Sic enim habet: *In cantilenis, proverbiis, comparationibus, & interpretationibus mirata sunt terre*. Putat autem noster Pineda in suo prævio Salomone eiulimodi interpretationes, peculiarem aliquam elegantiam, aut pù chrititudinem postulasse, quam solùm peritores adhibebant: ita vt non tantum operosum esset parolas sapientum, sed etiam eorundem interpretationes penitus callere. Suadet hoc translatio Septuaginta, qui pro interpretatione transtulerunt *obscrum sermonem*.

Ego verò aliter capio: *Ad sciendam parabolam, & interpretationem*, id est, vt sciat parolas proprio marte inuenire, & ab aliis inuentas luculenter edifferat. Nam obscuræ illæ interpretationes interpretatione adhuc agentes non valde placent: præsertim cum videamus parolas quasdam à Christo planissimè interpretatas: & alias item problematum, & enigmatum in reliqua scriptura luce clariiores legamus interpretationes. Commendat igitur librum istum Salomon, ex eo, quod quicumque eum non legerint tantum: sed etiam intellexerint parolarum formas, & naturas cognoscentes, discent inde nouas condere, & conditas ab aliis interpretari. Et quidem usus est Salomon ea voce *Melusa* quæ à deridendo dicitur, vt facilitatem innueret. Quasi dicat nodos earum perplexos deridebit, & quasi per risum interpretabitur. Possimus etiam aliter exponere, ita vt *animaduertet parabolam*, ad intelligentiam problematum, comparationum, & enigmatum referamus. Illud verò:

*Et interpretationem, vel obscurum sermonem*, vt Septuaginta, vel cauillos, vt Hebrei, de quibusvis aliis obscuris sermonibus capiamus, qui difficultates habent explicatus: parolas autem, & enigmata non sunt. Item de dolosis, & versutis verbis, quæ cauilli dicuntur, & ad fallendum, laudandumque auditorem inueniuntur, siue hi parolas sint, siue non. Eiusmodi cauillorum alter fuit ille, quo mulier Thecritis lusit Dauid. 2. Regum 14. 2. Reg. 14. num. 19. de duabus filiis, qui rixati sunt in agro. nu. 19.

**F** Quod dolosè admodum atque versutè ab ipsa pronunciatum tandem aperuit dicens: *Seruus tuus Iacob ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancille tuæ omnia verba hæc*, vt verterem figuram sermonis huius, id est, vt versutè, atque callidè verba ista promerenti. Cauillus etiam fuit ille, quo Nathan Propheta alloquiutus est eundem Dauid 2. Reg. 12. 2. Regum 12. & ali eiusmodi.

*Verba sapientum, & enigmata eorum*. Quidam non absurdè putant, hanc esse repetitionem præcedentis sententie, & cum parabolis enigmata: cum interpretatione verò verba sapientum coincidere. Itaque sensus est: *Ad intelligentiam parabolam, & interpretationem*, hoc est, verba sapientum, & enigmata eorum. Rursus alij Parabolam

B iiiij

& interpretationem pro eodem sumunt. Verba A item sapientum, & enigmata eorum, non distinguunt, & sic ad duo capita reuocant. Quod si tu quatuor distinguere omnino velis, duas priores voces sic accipies, ut supra exposui. Postiores vero duas ad hunc modum: *Verba sapientum*, id est apophlegmata, sententiae, & acutae dicta. Et enigmata eorum, scilicet symbola obscurissima, quibus quasi in latibulis sententiae absconsae de-

tinent. Origenes.  
Ad Rom.  
c. 8. n. 15.

tur similitudine Architecti, qui testudinem, aut fornicem construere volens, formam illius ex ligno, vel aliqua alia materie supponit, quam ubi moles illa coaluit, & obduravit, statim delicitur, & illa deicta testudo perseverat. Ad eundem modum (inquit Augustinus) timor tanquam forma quadam substernitur charitati. Sed ubi primum haec in animo perfecta est, timorem expellit: *Perfecta enim charitas foras mittit timorem*. Origenes etiam in cap. 8. Epistola ad Romanos de seruili accipit timore illa verba: *Non accepisti spiritum seruitus iterum in timore*. Vbi timorem hunc seruilem, qui est timor paenae, tanquam paedagogum patuulis datum esse dicit. Et rursus eundem timore tutorem, & procuratorem parvuli in fide appellat, sic enim ait: *Initium sapientie timor Domini est. Quia parvulus quidem Pedagogus est timor*.

129

Origen.

VII. Timor Domini principium sapientiae: sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.

125  
Num. 18.  
nn. 11. כָּנְסָה  
כָּנְסָה בָּזָאֶךְ  
בָּזָאֶךְ 126  
Prou. 8.  
num. 22.  
1. Ioan. 2. Psal. 109.  
num. 3.  
Jacob. 1.  
num. 18.  
Hieron. 127  
Psal. 120.  
Iob. c. 28.  
num. 38.  
Beda. August.  
Eccles. c. 1.  
nn. 14. 128

**I**nitium Hebraicè *Rasith*, à radice *Ros*. Est autem principium, & caput, sed & primitia, Numer. 18. Primitias eorum, quas dabunt Domino, tibi dedi. Vbi pro primitiis est, *Rasithim*. Septuaginta ρασιθ, principium, & principatum sonat. Sapientiae, Getica legit, scientiae, & doctrinam Hebraicè, & eruditionem, despiciunt, Hebraicè *Bazaz*, aliqui flectunt à radice *Bazach*, quod est spernere, contemnere: vel à radice *Buz*, quod est subfannavit, parum differt. Alijdemum à radice *Bazaz*, id est, deprædatus est, svolavit. Septuaginta aliqua intertexunt, quæ non sunt in scitu Hebraico: *Initium Sapientie timor Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eam. Pietas autem in Deum initium sensus: Sapientiam autem, & disciplinam impij despiciunt.*

His prædictis pendere oportet, quid nomen initium, aut principium, sonet in sacris litteris. Et quidem principium, cum de tempore dicitur, non nunquam æternitatem notat, aliquando etiam primam mundi conditionem. Infra cap. 8. Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Et 1. Ioan. 2. Ille homicida erat ab initio, scilicet conditæ creaturæ. Rurus principium sumitur pro principatu. Psalm. 109. Tecum principium in die virtutis tuae, id est, principatus. Deinde pro primitiis. Iacob. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creature eius. Pro quo Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum sic vertit: *Volens genuit nos verbo veritatis, ut simus primiæ creaturarum*, Denique principium accipitur pro initio, vel exordio cuiuscumque rei.

Ingens labor interpretum in conciliandis sententijs, quæ de timore Dei in sacra scriptura loquuntur. De timore enim Dei, quilibet sapientiae initium appellatur, atque Psalm. 120. Iob. ait cap. 28. Ecce timor Domini ipsa est sapientia. Rurus Eccles. 1. Plenitudo sapientiae est timere Deum. Et iterum: Corona sapientiae timor Domini. Quæ non parum inter se dissident. Timor enim, quicunque initium, & quasi basis sapientiae dicitur, alibi eiusdem consummatio, & coronis appellatur. Occurrat Beda ad hunc modum: sapientiae, inquit, initium dicitur seruile timor: consummatio vero, & coronis filialis alter timor, qui à Charitate non differt. Itaque iuxta mentem Bedæ, sapientiae, id est, Charitatis, & dilectionis initium dicitur: *Charitas enim in aliquando sapientiae nomen fert*. Ecclesiast. 1. *Dilectio Dei honorabilis sapientia*. Consonat D. August. guerin in 1. Ioan. 4. nu. 18. ad illa verba: *Perfecta charitas foras mittit timorem*. Timor enim paenam habet. Vbi virtus apotissima similitudine lini. & sextæ. Quando aliquid, inquit, sicutur, seta prius intrat, sed nisi exeat, non succidit linum: sic timor primo occupat mentem, non tamen ibi remanet, quia ibi intravit, ut induceret charitatem. Alibi etiam vi-

B tur similitudine testudinis, qui testudinem, aut fornicem construere volens, formam illius ex ligno, vel aliqua alia materie supponit, quam ubi moles illa coaluit, & obduravit, statim delicitur, & illa deicta testudo perseverat. Ad eundem modum (inquit Augustinus) timor tanquam forma quadam substernitur charitati. Sed ubi primum haec in animo perfecta est, timorem expellit: *Perfecta enim charitas foras mittit timorem*. Origenes etiam in cap. 8. Epistola ad Romanos de seruili accipit timore illa verba: *Non accepisti spiritum seruitus iterum in timore*. Vbi timorem hunc seruilem, qui est timor paenae, tanquam paedagogum patuulis datum esse dicit. Et rursus eundem timore tutorem, & procuratorem parvuli in fide appellat, sic enim ait: *Initium sapientie timor Domini est. Quia parvulus quidem Pedagogus est timor*.

Origen.

**C**onsideremus itaque secundum concessam sapientiam Pauli, quomodo hic spiritum seruitus, qui datur in timore, tutorem parvulorum, ac procuratorem appellaverit, qui unumquemque nostrum, donec parvulus est, secundum interiorem hominem in timore custodiatur, usque dum ad id perueniat, ut spiritum adoptionis filiorum mereatur accipere, qui est spiritus charitatis. Clemens item Alexand. libro 2. Stromatum, quia ratione timor in charitatem proficiat, significat his verbis: *Quemadmodum*, inquit, *dies sunt pars vite, que pergit ascendere: ita etiam timor est principium dilectionis, qui sit per incrementum fidei, deinde dilectio*. Quali dicat, sicut homo successione temporum, & ætatuum adolescit, donec vir perfectus euadat: sic timor quasi per quasdam ætates pergit, & ex timore in fidem, & ex fide in dilectionem perfectam euadit.

**D**iuis Ambrosius nomine sapientiae intelligit verbum Dei. Nam ad illa verba Psalm. 118. Statue Ambros seruum tuum in timore tuo, pendas hoc ipsum, Psal. 118. Initium sapientie timor Domini. Sic addit. Basis num. 38. quædam verbi est timor sanctus: sicut enim simulacrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam, cum in basi fuerit collatum, & standi accipit firmitatem. Ita verbum Dei in timore sancto melius statuitur, & in pectore timoris Deum fortius radicatur. Subdit autem postea.

**E**Accipite de verbo Dei lectum in Canticis: *Crura eius columnæ marmoreæ fundata super bases aureas, Significans scilicet columnas esse Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto: Nec basim tantum eloquiorum Dei appellavit: sed etiam eorundem tribunal, & thronum*. Addit enim: *Christi igitur eloquio, & Apostolico sermone tribunal est timor iusti*. Est autem similitudo appositissima: Si enim verbum Dei timorem sanctum in animo nanciscitur: eidem quasi solio, & tribunali insidens Index, inde carnis, & spiritus lites dirimit, pro spiritu contra carnem sententiarum fert, sceleratam, & perditam passionum atque perturbationum turbam compescit, omnibusque virtutibus iura dicit.

**F**Tertio Diuis Basilus in cap. 1. Isaiae nomine sapientiae pietatem, & probitatem, in universum accipit. Sic enim ait: *Attenta cogitatio arcanorum nobis, ne formidabilium timor pedagogus est ad exercendam pietatem*. Et rursus: *Quasi quidam inanitor timor non necessario ad pietatem condiscendam admittitur*. Itaque timori paedagogiam, & claves ad honestatem inchoandam tribuit Basilus. Et quidem hic nomine sapientiae non aliquam speculativam rerum cognitionem, sed practicam illam Phi-

D. Basil.

<sup>Gen. 1.</sup> Iosophilam, quæ sola in moribus, & actionibus sita est, accipi supra dixi. Quapropter ex tribus præfatis interpretationibus hæc ultima mihi videtur accommodatio.

<sup>133</sup> Sed prædictæ Patrum expositiones id habent commune, quod nomine *principij* exordium, vel auspiciū intelligunt: hoc autem setæ, pædagogia, basis, clauis, atque aliis eiusmodi similitudinibus adumbrant. Timoris item nomine metum verum accipiunt: Sunt tamen aliae, atque aliæ expositiones eorum, qui principij, atque timoris alias acceptiones se etantes, aliter, atque aliter interpretantur. Mito duas nugatorias expositiones: Alteram Basilius, Valentini alteram, quas refert & confutat Clemens Alexandrinus libr. 2. Stromatum. Quidam ergo *principij* nomen principatum exponunt, ad hunc modum: *Principium sapientiae timor Domini*, id est, inter omnes honestatis, & probitatis partes principatum obtinet timor Dei.

Alij item primitias exponunt, hoc modo: Timor Dei sanctus continet honestaris, & pietatis primitias. De quibus principij, vel initij significationibus supra dixi. Prior autem expositio vera est, si de timore illo filiorum sermo sit, qui a charitate non distinguitur: posterior de quovis Dei timore in viuierum accipi potest. Nam primitiae propriæ dicuntur primi arboris, vel agri fructus. At inquit inter Spiritus Sancti fructus, vel dona, timore non primum, sed ultimum censi. Sic enim ait Isaia cap. 11. nu. 3. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus Domini, Spiritus Sapientiae, & intellectus, &c.*

Et tandem definit in timorem Dei: *Et replevit eum spiritus timoris Domini*. Extremo itaque loco inter fructus, quos arbor illa, aut virga allatura dicitur, numerat timorem Domini. Quis ergo in timore Domini primitias sapientiae, primos videlicet sapientiae fructus esse dicemus? Occurrit Diuus Gregorius Magnus homil. 19. in Ezechiel. Hos gradus, vel fructus, inquit, descendendo numeravit Isaia: *Cum enim scriptum sit, initium sapientiae timor Domini, constat proculdubio, quod a timore ad sapientiam ascenditur: non autem a sapientia ad timorem redditur*. Paria dicit Basilus in eum locum.

<sup>136</sup> Basilus. Ex quibus constat timorem Spiritus Sancti, à quo omnis honestas fluit; primitias esse, præcocem videlicet, ac primum fructum. Et quidem primitiae, seu primi arboris fructus, non præstantissimi sunt: quinid præcocem fructum, aut vermis inclusus, aut astus vehemens decoquere ante tempus solet. Ad eundem modum cum audis timorem primitias esse honestatis, ne præstantissimas honestatis partes accipias, sed fructum quendam, quem plerunque aut vermis conscientiam admordens, ad maturitatem perduxit (nam conscientia morsus timorem efficiunt) aut ardoris æterni cogitatio menti obiecta decoxit.

<sup>137</sup> Verum enim verò timor Dei in sacris litteris non tantum metum eiusdem, sed etiam religionem, & obseruantiam erga illum in viuierum significare consuevit, cuius acceptio innumeræ suppetunt exempla. Genesis 20. dixit Abraham: *Forsitan non est timor Dei in loco isto*, id est, forsitan in loco isto nulla est religio, vel cultus Dei, Deuteronom. 6:

<sup>138</sup> Genes. 20. num. 11. Dent. 6. Num. 18. *Dominum Deum tuum timebis. & illi soli servies.*

*Quem locum producens Christus contra tentato-  
rem sic expressit. Dominum Deum tuum adorabis,  
& c. 8. n. 9 &c. Scatet eiusmodi exemplis sacer textus. Iob 1.*

*Psal. 21. nu. 1. & nu. 9. Psal. 21. nu. 24. 25. 26. & 24. nu. 4. & 23.  
nu. 18. & passim alibi.*

<sup>138</sup> Ultima ergo, atque germanior huius loci expositione sic habet: *Timor Dei principium sapientiae;*

A id est, à religione, & cultu Dei in viuierum incipit vera sapientia, & Philosophia, quæ in actione consistit. Suadet hoc lectio Septuaginta, quorum meo quidem iudicio mens fuit non tantum conuertere, sed etiam interpretari verba istius loci. Sic enim aiunt: *Initium sapientiae timor Domini*. Et ne quis putaret sermonem fieri de speculativa aliqua, & theoretica scientia: sed de practica, quæ in actione consistit, subiiciunt: *Intellectus bonus omnibus facientibus eam*. Quasi dicat: Illi plane intelligentes, & prædicti ista sapientia, ex Salomonis mente dicendi sunt, qui eam opere exequuntur. Deinde verò de quo timore sermo esset, exprimere volentes addunt. *Pietas autem in Deum principium sensus*. Græce ἡράκλεια, id est, religio. Sic conuertit interpres Clem. libr. 2. stromatum: *Sapientia ergo initium est, religio*. Causalem pro aduersariis supponens. Itaque posteriores duæ clausulae expositionem, & commentarium prioris continent.

<sup>139</sup> C Est ergo sententia huius loci triplex iuxta tripli-  
cem Principis acceptioem. Prima, nomine principij intelligit exordium hoc modo: *Principium sa-  
pientiae timor Domini*. Id est, quicunque sapere vult, honestam scilicet vitam agere, à religione, & cultu Dei ordiri debet. Quasi dicat: Caput totius honestatis, & probitatis est veram religionem amplecti, & ex pluribus sectis optimam sectari. Est enim, vt tradit Augustinus in lib. de Vera religione: primum de religione decretum, vt optimam, & cum ratione magis conforme eligas, nam religio cætera moderatur.

D Secunda interpretatio principium suum pro Principatu: *Principium sapientiae timor Domini*: id est, religio, tanquam Princeps inter alias honestatis partes, cæteris rebus præferri debet. Læquo autem de religione in viuierum, quarenus omnem Dei complectitur cultum. De hac Ambrosius super Leuiticum: *Præferenda est, inquit, religio necessitudini, pietas propinquitati*. Ea enim deum est vera religio, que præponit diuina humana, perpetua temporalibus. Rursus Cyrillus Ale-  
<sup>August.</sup> xandrinus libro secundo de recta in Deum fide ex omnibus virtutibus moralibus corpus mysticum pangit, & ex membris huius corporis caput religioni attribuit, quod satis bene congruit cum ea lectione, quam initio præmissimus. *Caput sapientiae timor Domini*: Et quidem sicut ex capite vitales spiritus in reliqua membra reguntur, qui vitæ motu inquit illis afferunt: Sic aliae virtutes à religione quodammodo vim, & motum accipiunt, &c. Demum si nomine Principij primitias intelligamus hoc modo, *Primitia sapientiae timor Domini*, optimè etiam primitiarum nomen in religionem, cultumque Dei quadrabit: Nam cum sapere vir probus arbori, & bona illius opera fructibus decoctis, atque maturis componi soleant iuxta ilud:

<sup>140</sup> E *Omnis arbor bona fructus facit*, Matth. c. 7. num. 17. & Psalm. 1. *Erit tanquam lignum, &c.* Matt. c. 7. *Et fructum suum dabit in tempore suo*. Cumque ex fructibus de legis præscripto primitia Deo of-  
<sup>141</sup> ferri debeat, certa religio, & cultus Dei bene primitiarum obtinet rationem. Ex omnibus enim fructibus (id est actionibus) quos vir probus ad instar arboris feracissimæ profert, una est religio, quæ Deo redditur, tota nanique spectat ad Deum, & quæ Dei sunt. Cum enim per cæteras virtutes homo sibi consulat, vel proximis prospiciat per religionem soli vacat, obsequiturque Deo.

<sup>142</sup> F *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt*. In his verbis Antithesim querunt omnes interpretes, vt posterior clausula priori opponatur. Quidam

ergo nomine sapientia, atque doctrinæ, sive eruditio[n]is, ut est in originibus, timorem intelligunt, quem Deus homini ad eum erudiendum, & informandum incutit. Itaque perinde est, ac si dicat, timorem Dei, vel à Deo inservit ad eruditionem hominum, stulti despectui ducunt. Alij aliter. *Stulti sapientiam despiciunt*: id est, ideo stulti non timent Deum, quia doctrinam, & sapientiam contemnunt. Nimium ille, qui timet Deum, & sapit, & ideo sapit, quia timet. Ille vero, qui despiciit, doctrinam temnens, ideo non reveretur Deum, quia despiciit: quasi dicat. Timor alit sapientiam, ita ut quantum sapientia ademeris, tantum detraxeris de timore Dei.

<sup>143</sup> Sanè pro illa voce *stulti*, Hebraicè legimus *Eni-lium*. Sunt qui vocem hanc ad *Ia[acob]*, reuocent, id est, ausus est: ita ut temerarium, & ad audendum projectum hominem significet. Septuaginta conuertunt *στόλοις*, id est, impij, irreligiosi, & prophani. Clemens Alexand. habet *στόλοις*, id est, sine Deo.

Aquila *στόλοις*, id est, imprudentes. Et quidem haec omnia valde connexa sunt. Stulti, atque imprudentis est nihil vereri. Nam timere ea, quæ timore digna sunt, ad prudentiam pertinet: inquit timor esse cautos reddit, atque prudentes viros. Vnde Cle-

<sup>144</sup> Cle. Alex. mens Alexand. vbi supra, timorem sic definit. *Ti-mor est cautio rationi consentanea, & eius, quod ledit, declinatio*. Itaque cautionem, & prudentiam in definitione timoris intusserit. Defectum timoris excipit audacia, qui enim non timet, audax eundem: audacia vero timoris expers impios reddit homines, prophanos, & atheos. Nam cum religione metus coniunctus est. Vnde Symmachus in Epistola ad Imperatores (habetur autem inter Epistolas Ambro[ti] lib. 2.) *Plurimum valet ad metum delinquendi, presentia religionis urgeri*.

<sup>144</sup> Sententia ergo hujus loci cum prædictis ita co-hæret: *Sapientiam, atque doctrinam stulti despiciunt*. Illi videlicet, qui præ stultitia, & imprudentia nihil timent, quoque timoris defectus audaces, & temerarios, temeritas impios, & atheos reddit. Illi quidem sapientiam, atque doctrinam id est, probitatem, & honestatem omnem despiciunt, leges omnes, tam diuinæ quam humanas summo cum contemptu transgrediuntur. Iam vides Antithesim: *In iustum sapientie timor Domini, id est religio, & pietas erga Deum: Sapientiam vero, atque doctrinam stulti, id est, impij, prophani, & athei despectui habent*.

<sup>145</sup> D. Basil. Et quidem impietas, religionis contemptus, aut Atheismus, incredibile æqui, & boni contemptum afferunt. Basilius, homilia Quod Deus non est author malorum: *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: hoc itaque cum in animum induxerunt, certamin ad omne reliquum peccati genus ruunt, &c.*

<sup>146</sup> Prox. 18. Ad id spectat illud, quod Salomon infra capite 18. *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit*. Quid enim profundum peccatorum melius dici poterit, quam Atheismus, quo nullum est grauius & exitialius scelus? Ita Rupertus lib. 20. de operibus Trinitatis cap. 5. Græcè βαθος quæ vox sumi solet pro centro. Itaque licet conuertere: *Im-pius cum in centrum peccatorum venerit*. Et quidem peccatum Atheistæ recte peccatorum centrum appellare licet. Ad ipsum enim tanquam in centrum grauitate sua omnia vndique peccata confluunt. Et sicut corpora grauija in centro non grauitant (vt Philosophi verba usurpem: ) ita peccata, cum ad Atheismum tanquam in centrum peruenient, grauitate desinunt, id est, grauitas illorum non percipitur. Inde autem oritur contemptus, & despectus tum peccati, tum etiam probitatis, &

<sup>146</sup> *A iustitia, quæ peccato aduersatur*.

Alij legunt: *Sapientiam, atque doctrinam depredantur, vel spoliant*. Verbum Hebraicum, de quo supra, ad bellum spectat, id est, exarmant. Nam qui hostem spoliat, primùm arma detrahit: deinde vestes diripit, & reliqua ornamenta, nudumque demittit. Ad eundem modum impius, prophanus & Atheus iustitiam, & honestatem primum inermem reddit. *Quod enim de ciuilibus, & prophanicis legibus dictum est ab Imperatore Leone in bello, Leo. Imp.* qui eiusdem consilio inscribitur. *Iura impietas ex-armat*. Loquitur autem de impietate religioni erga Deum contraria, potiori quidem iure de naturali, atque diuina lege, à quibus omnis honestas, iustitiaque dimanat, affirmare idem licet. Omnis enim honestatis, & iustitiae regula sine religione inermis est, & inualida. Denique impietas improbitatem non armis tantum, & robore; sed reliquis etiam ornamenti spoliat, & quasi nudum dimittit. Accerlamus iterum eiusdem Leonis verba, sic enim sententiam absolvit. *Iura impietas ex-armat, deornat, denudat*. Quibus verbis sequutus est militarem spoliandi normam: Nam miles hosti victo arma primum, deinde ornamenta, tandem vestes detrahit. Hæc imperator de ciuilibus legibus: Ego vero longè melius id ipsum de naturalibus, & diuinis, quibus omnis honestas, & iustitia continetur, dicere ausim: *Impietas ex-armat, deornat, denudat*. Nam constat Philosophos quosdam veteres honestatem, & virtutes morales coluisse: Sed quia veram religionem cum his pariter non coluerunt, virtutes in illis inermes, deornatae atque nuda (vt ita dicam) fuerunt.

<sup>147</sup> D VII. *Audi fili mi disciplinam Patri*: & ne dimittas legem matris tue.

<sup>148</sup> D *Disciplinam Patri*: Septuaginta ῥώμε, id est, *Leyes patris tui*: & ne dimittas, Hebraicè *Titos*. Alij conuertunt: *Ne euellas*. Septuaginta, ne repellas legem: Septuaginta *σι Κυριος*, id est, *statuta, constitutiones*. Aquila comutat, & in priori loco, *σι Κυριος*, posteriori ῥώμε, collocat.

E Postquam de obseruantia, & cultu Dei Salomon egit, statim de obsequio, & obseruantia erga parentes verba facit. Est enim religioni pietas valde propinqua, ne dicam, consimilis. Ideoque inter deceni præcepta proximè post illa tria, quæ religionem erga Deum suadent, quarto loco obseruare, & honorare parentes iubemur. Philo in Moysi hoc præceptum in confinio daturum tabularum exaratum fuisse tradit. Abenezra in priori quidem tabula descriptum fuisse dicit, sed à tergo: existimat enim in vtraque tabularum facie Moysem scripsisse, quæ omnia Dei & parentum obseruantiam valde propinquas, & consimiles esse euincunt. Hinc

F Valerius lib. 1. *Iustissime*, inquit, *quædam pari vindicta parentum, ac Deorum violatio expianda est*, libauit hoc ex Aristotele lib. 8. Topicorum, vbi sic ait: *Qui dubitat, virum oporteat Deos venerari, aut parentes, non indiget ratione, sed pari pena*. Sic habet vetus translatio. At inquires, vnde tanta horum præceptorum vicinitas? Rationem affero petitam ex Augustino, qui pendens illa verba Pauli: *A quo omnis paternitas in terra, & in cœlo deriuatur*, addit primum ac Principem hominum parentem esse Deum: Patres autem singulorum, vicarium illius gerere potestatem. Inde igitur ratio conficitur ad hunc modum: Sicut is, qui Regis Vicarium, aut Proregem violat, ipsi Regi iniuriam intulisse censemur, & tanquam Regis Majestatis

<sup>149</sup> August.

Iæfor punitur. Ita qui in parentem suum primi illius, ac summi Parentis vicarium iniurias est, dignus est, qui poenas perinde latet, ac si diuinam læserit impiè maiestatem: Et quidem, qui Proregem violare audet, parum abesse videtur, ut Regem etiam ipsum lædat. Ad eum modum subiicio verba Nazianzeni in lib. sententiarum: *Ille Deum abiurauit facile, qui parentem suum negat.*

D. Naz. 150

*Audi filimi disciplinam patris, &c.* Lyra, Beda, Hugo, Dionysius, Patris nomine Deum ipsum intelligunt. Sed hoc mysticum est Rodolphus ipsum accipit Salomonem, quise tanquam patrem audiari, & tanquam matrem auscultari suadet: & qui dem vtrumque nomen Doctori conuenit. Nam Hebrei Doctores Aboth, id est, Patres dicunt. Hinc Genes. 4. ipse fuit Pater canenium cythara, id est, Doctor primus, & sèpè alias. Matris verò nomen sèpius sibi Paulus arrogauit: *Tanquam parvulus in Christo lac vobis dedi, &c.* Et rursus: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Id enim conuenit Doctoribus, ut cum alias in naturali filiorum generatione obsequium, & amor inter patrem, & matrem diuisus ad singulos minor perueniat, in spirituali generandi ratione ipsi patres, simul & matres sint, ut collectum, atque integrum filiorum obsequium, & amorem ferant. De eiusmodi amore Chrysostom. Homil. 23. in cap. 19. Matthæi. *Filij carnales si modicum pater eorum fuerit senex, tadiantur de vita ipsius, & desiderant eum emori, & si citò mortuus non fuerit, contemnunt eum, quasi delirum: Filiy autem spirituales, quanto perfectiores fuerint in fide, amplius, atque vehementius diligunt Doctorem suum.*

D. Chrys. 151

Vnde igitur maior ista vehementia? Innuitur sànd filios spirituales non partitum, & diuisum in duos: sed solidum, atque integrum, atque adeò vehementiorem amorem in Doctoribus collocare, quos vtriusque parentis loco ponunt.

Aristot.

Rursus amor, & indulgentia Doctorum erga filios spirituales maior est, & impensior. Lege Amb. lib. 1. Offi. cap. 7. vbi multis agit de hoc amore. Et infra lib. 2. cap. 17. vbi sic ait: *Dulcius, ac vehementius simul vos diligo, quos Evangelio genui, quam si coniugio suscepissim.* Nam vehementior, ac dulcior est ad amorem gratia, quam natura. & intelliges, vtriusque patris, ac matris amorem erga filios in Doctore copulari. Nam vt author est Aristot. Matres dulcissimae, & indulgentissimae amant filios: Patres autem vehementissimi, atque fortius: Doctor verò, qui simul matris, ac patris sortitur vice, dulcissimi, ac vehementissimi adamant.

153

Cæterum alij melius locum istum de filiorum erga parentes obsequio in vniuersum accipendum esse contendunt hoc modo: *Audi fili mi disciplinam patris, id est, audiens esto, vel obediens paternis præceptis: Et ne dimittas legem matris tuæ, id est, ne committas, ut patris obedientia contentus, matri, quasi infirmiori, obsequi detrectes: Iubet autem filii vtriusque parentis monita auscultare: Semper enim Parentes filios docent vtilia, semper honesta suadent. Nam vt ipsi maxime præstari sunt probos filios relinquere impensè cupiunt. Et quidem aptissime patri disciplinam, matri legem accommodavit: disciplina enim Hebraicè Musar, severiorem doctrinam, & præcepta sonat, ad quæ supplicio, atque minis pueri adiunguntur: hæc verò patris severitatem imprimis decent. Lex autem Hebraicè Thorah, non ita severas præceptiones significat, matrum scilicet indulgentiae accommodatas. Septuaginta, Patri vero, accommodarunt, matri verò Cœus, vtrumque legem sonat. Sed vt Alciat. tradit lib. 2. disunct. c. 5. vero significat*

A legem scriptam, constantem, & ratam: *καὶ μηδ* verò non scriptam, consuetudine potius, quam iure inductam. Et quidem aptissima fuit ista accommodatio iuxta præfata. acceptiōem. Patrum enim præceptionibus tantundem filius deferre debet, quantum legibus scriptis. Necnon etiam ex parentibus aliqui fuerunt, qui non facientes filios verbo informare, vitæ, atque officiorum præcepta illis scripto tradiderunt. Tullius tres Officiorum libros filio dicauit, Basil. Imper. Leoni filio totidem consiliorum libros scripsit, & alij huiusmodi. Matri autem optimè conuenit *ἥπος*, quæ cum filiis ex consuetudine agere debet, atque vitæ bene gerendæ præcepta non tam docere quam ex consuetudine in animum parvuli inducere, & instillare. Budæus item in suis Commentariis obseruat quosdam ex Andocide adnotasse *ἥπος*, dici leges Draconis: *νόμοις* verò leges Solonis. Idque, vt credit Connates lib. 1. ca. 8, quia Draco duriores leges tulit: ita ut omnibus ferre criminibus pœnam capitatis adiungeret: at Solonis fuere mitiores, atque distinctiores leges. Commutata ergo nomina, & matti *ἥπος*, Patri *ἥπος* accommoda, (vt facit Aquila) & ib. *ἥπος* matris indulgentiam in monendo: in *ἥπος* Patris severitatem in animaduertendo, & rigorem in puniendo facile agnosces. Mitto alia.

Budæus. 154

Minimè verò prætereunda est illa lectio: *Ne euellas legem matris tuae*, id est, monita salubria, quæ mater in pueritia animo insevit tuo, & radices aliquando egerunt, ne eradicaretur: Nam qui admonet, quodammodo in animo eius, cui præcepta tradit, monita vel conserit, vel plantat. Qua similitudine usus est Paul. *Ego plantauis, &c.* Et quidem maternæ operæ imprimis est monita plantare, atque defigere in liberorum animis. Hac similitudine usus est Diuus Augustinus lib. 2. confessionum lo-

D. Aug. quens de matre Monica: *Præcepta, inquit, vitæ, quæ in animo plantauerat verbo, rigabat lacrymis, alebat exemplis.* Ergo fili, inquit Salomon, *legem*, quam fortasse mater plantavit verbo, consuetudine defixit, rigauit lacrymis, aluit exemplo, ne euellas. Pende vocem euellas. Tenera enim planta cum defringitur, vel absindit, iterum germinare solet: cum verò eradicatur, non amplius pululat. Ait igitur: *Ne euellas, hoc est, si honestam,*

E & bene morata consuetudinem, quam matr in animo plantauit tuo, semel fregisti, vel abscondisti, non ideo extirpas, pullulabit iterum, nisi euulseris.

Rursus similitudinē aliunde ductam dicere possumus. Vox enim Thorach, quæ pro lege in Hebraicis Originibus est, legem sonat, & sagittam, seni aculum. Ait ergo Salomon legem matris, quæ veluti aculum animo infixit tuo, *Ne euellas.* Nec absconsum est leges, aut monita salubria cum aculis, aut sagittis animo infixis conferre. Nam Sa-

F piens Eccl. 12. *Verba, inquit, sapientum, sicut sti- Eccles. 12. muli, & sicut clani in altum defixi.* At inquires, abhorret quidem à sagittis materna indulgentia.

Imò potius matrum monita, & correptiones ex amore profectæ, cum sagittis aptissime componuntur. Amor enim sua vulnera sagittans infligit. Nemo vñquam amorem depinxit, qui non illi sagittas, arcum, pharetramque addiderit. Vnde Augustin. amoris vulnera expertus: *Sagittaneras*, inquit, *Domine cor meū charitatem tua.* De his sagittis, quas amor torquet, atque animis adigit acutè admodum quidam nouus author sic scripsit: *Nemo aduersus amoris sagittam dictatum querit.* Est autem dictatum herba, cuius ope capræ, vel cerui confixi sagittas excutiunt. *Quasi dicat nullus sa-*

155

156

157

nn. 12.

gittam illam, quām amor refixit, sibi ipsi euille-re arte aliqua potest. Ait ergo Salomon: *Ne euellas legem matris tuae.* Est autem pro lege Thorath, id est, sagitta: *Ne euellas, scilicet sagittam matris tuae.* Sensus est, Matris præcepta ex amore profecta à sagittis nihil dissident: cum ergo nemo ad eas sagittas, quas amor intorsit, excutiendas, vel euellendas dictam quāt: *Ne tu euellas sagittam matris tuae* (licet sic dicere) aduersus parentis tuæ dictamina, quibus, quasi sagittis, animum confixit tuum, dictam adhibere nefas ducito; nam similes sagittæ, aut dictamina materna nequaquam propriis, aut alienis dictaminibus excutienda, sed alius animo refigenda sunt.

*X. Ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.*

**V**I addatur gratia capiti tuo, sic Aquila. Septuaginta. Coronam enim gratiarum, aut charitum suscipes tuo vertici. Addatur Hebraicè Lienath, à radice, Lauah, id est, Addidit vel feneratus est, vel dedit fenorū. *Gratia*, Hebraicè Chen. Samitur pro fauore, Genes. 6. Nō inuenit gratiam eorum oculis Domini. Et pro venustate. Infrā c. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Vtrobique reperitur vox Chen. Et torques collo tuo. Septuaginta: Et torquem aureum circa collum tuum: Aquila & alia in uniuersum, id est, ornamenta collis. Schol. & cetera, eodem sensu.

Beda, & Hugo referunt hoc ad coronam, & torquem, & qui Agonistis, & certantibus legitimè donabatur: hoc modo; Filius, qui parentibus obtemperauerit, tanquam victor in certamine pugil, coronam, & torquem assequetur. At inquires, filij bene à parentibus informati cum Athletis, & Agonistis qui conueniunt? Subiicio pulchram Chrysost. sententiam horum. de Anna, & pueri Samuelis educatione, ubi narrat apud veteres in more fuisse positum, paruulos adhuc filios, quos fortes euadere, robustosque volebant, in gymnastica exercere, & in palæstram producere, ut quasi per lusum pugilatus præludia meditarentur. Quemadmodū hodie apud nos in hastiludiis, aut torneamentis videmus nobilium pueros certaminum patronos, vulgo padinos, creari, quod illos valde ad similia certamina deinde suscipienda exacuit: Ergo Chrysost. ducta ab his certaminibus similitudine Parentes ad rectā puerorum educationem hortatur his verbis: *An nō videtis frequenter, quod qui in urbibus versantur, pueros nuper à latē depulso faciunt Tallophorus, aut Agonothetus, aut certaminum prefatos, & chorearum magistros: idem & nos faciamus, à primis statim annis inducamus eos ad disciplinam Reipublicæ cœlestis.* Tallophori autem dicebantur, qui ramos victoriae indices gestabant: Agonothetus, qui certantibus leges, & iura dabant.

Subdit Chrysostom maiora, & iucundiora ex hac spirituali puerorum exercitatione consequi emolumenta, quām ex illo ludicro pugilatu: *Hec, inquit, terrena disciplina, cum impendium afferat, frumentum tamen nullum habet.* Nam nec à corona, nec à magnifica ueste, nec à reliquo fastu uniuerso conceperat voluptatem, si querant, inuenire valeant, quod omnia illa quouis vento celerius prætercurrant. Ceterum in cœlesti politia omnia secūs habet: ciura impendium lucrum afferūt certum ac stabile. Illic enim non homines ebrii, sed Angelorum populus applaudit rem gereti. Quid dixi Angelorum populus? ipse Angelorum Dominus laudabit, & comprobabit illum. Nec uno alteriore die, sed in eternum trinmphat illic

gestans coronam, nec unquam ibi caput illud videbitur canudatum gloria. Hanc celebritatem non modo masculi liberi, sed filii nobis celebrent. Neque enim quæ admodum in externa hac administratione viris tantum imperatum est, hoc festum peragere: Verum & feminas illud recepit theatru. Haec tenus Chrysost. Quibus verbis suadet pueros eodem modo à tenebris à Parentibus informandos ad pietatem, quo ciues olim ad certamina puellos exacuebant, ut quæ admodum illi certaminis præfecturam exercentes iam tunc à pueris coronas, & torques, quibus viatores donabantur, affectare discebant. Sic etiam Christianorum liberi pietatem à parentibus edociti ab incunabulis non ad corruptibles, sed ad incorruptas coronas, & torques aspirare discant. Propterea Salomon: *Audi, inquit, fili mi disciplinam patris, &c. ut addatur corona capiti tuo, & torques collo tuo.* Hoc est, ut iam inde à pueri honestatis præludia edocitus ad coronas inimarcibiles, & torquem æternam anhelare incipias.

Hic verò commendandum est Parentum quorundam studium, qui cum vident puellos aras extuentes, & super aras Sacerdotum in morem Missas facientes, vel suggestus sibi componentes, ut inde ad domesticos concionem habeant, vel alia similia præstantes, ac præudentes, non approbant solum, atque dilaudant: sed in his etiam instituunt, atque edocent liberos suos. Nam præterquam quod ex his rebus futorum euentum omnia capramus (ut accidit in Athanasio, qui puer adhuc Episcopum agebat, & Episcopi in morem baptizabat.) Certè ad eum modum, quo veteres illi, atque nos etiam puellos nostros certaminibus præficiimus, & magistros, seu patronos, id est, padinos, creamus, ut iam inde à pueris exercitationes ad amare, & quasi per lustrum exercere incipient, quibus, cum adoleuerint, seriò exercendi sunt. Ita etiam æquum est (inquit Chrysost.) ut partatione liberos nostros à primis statim annis inducamus ad disciplinam Reipublicæ cœlestis, ut Sacerdotes, Cœcionatores, & Episcopos, & ea demum per lusum agant, quæ maiores natu serid, sanctè, atque integrè acturi sunt. Sic enim paritur corona.

Rursus non tantum præfecturæ certaminum pueris olim dabantur, sicut hodie apud nos, sed cum aliquantulum adoleuerant, in gymnastica etiam ipsi exercebantur, cursores, luctatores, pugiles, pancratistas, quinqueriones agebant. Nam pueri initiatione fortissimorum athletarum indicabant sibi certamina gymnica singulis annis, de quibus eleganter Statius Herculem allocens,

*Hic tibi festa  
Gymnas, & infantes iuuenium sine cœstibus ira;  
Annua veloci peragunt certamina lustro.* Statius.

Puerilis certaminis equestris exemplū erat apud Virgilium lib. 5. Aeneid.

*Vade age, & Ascendo, si iam puerile paratum  
Agmen habet, secum cursusque instruxit equorum,  
Ducat anō turmas, & se ostendat in armis.*

Et paulò post.  
*Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum  
Franatis lucent in equis.*

Hac de re Plutarch. Symp. 2. prob. 5. Xenoph. hist. s. Plin. libr. 34. cap. 8. & quidem Plutarch. in Plutarch. Eumen. memorat Philippum spectasse pancratia Xenoph. adolescentulorum Cardianorum, & luctas puerorum. Sed & quinquerium puerile Plutarchus numerat inter ea, quæ ludis olympicis addita pri-  
mum, sed postea adempta sunt: *Ablata est (inquit)  
pueris pentathlis corona prisita.* Erat autem quinquerium quinque certaminum prælusio: qui verò in

161

162

163

לְהַזְרָה  
לְהַזְרָה  
לְהַזְרָהBeda, &  
Hugo.159  
Chrysost.

160

164

In omnibus victor euaserat, aut coronas quinque, aut unam ex quinque conflatam ferebat. Et quidem ex hoc loco Plutarchi discimus non de nihilo pueros decertare solitos: sed ipsis etiam singulorum certaminum coronas fuisse propositas. Addendum est Plutarchus Clemens Alexandrinus libro primo stromatum, ubi sic ait: *Quemadmodum in certaminibus gymnasticis: sic & in Ecclesia coronae sunt virorum, ac puerorum.* Vbi certe Clemens puerilis adhuc in vera pietate, (ut ita dicam) prælesiones cum puerorum gymnasticis metationibus componit: & quemadmodum in illis certaminibus pueri legitimè certantes coronis donabantur: ita, inquit, in Ecclesia puelli nostri benè educati, & in virtutis stadio præludentes coronas sibi pariunt. Si ergo in hoc loco de athletica, vel agonistica corona, & torque sermo esset (ut sentiunt Beda, & Hugo, non equidem iuxta litteram, sed accommodatitudine) accommodatissima est horum puerilium certaminum similitudo hoc modo: Fili, ausculta parentum præcepta: & quemadmodum pueri in gymnasticis præludiis coronas merentur, & torque: tu etiam, si in prima virtutis à puer exercitatione te rectè gesseris, coronam, & torque meliorem feres. Adde quinquetum certamen, & Pentathlem coronam ad quinque sensus, qui in pueris, & adolescentibus effractissimi esse solent, certamen, atque victoriam referri posse.

Secunda expositio est Lyra hoc modo: *Vt addatur corona capiti tuo.* Id est, regalis, aut Pontificia, quæ sapientum capita redimere solent: *Et torques collo tuo.* Antiquitus, inquit, Sapientes vtebantur torque aurea, & bulla ad pectus demissa in sapientiae symbolum, quæ in pectore claudi existimatur. Ex hac Lyra interpretatione, quæ parum quidem accommodata videtur, aliam confidere possumus accommodatiorem. Præmittere autem oportet Principes olim corona, & torque viros fuisse. Genes. 41. Pharao, ut vicariam Regiæ Majestatis potestatem in Josephum transferret, annulum suum, & torque dedit. Esdr. 3. capite tertio de eo, qui sapientiæ sermonem protulisset, sic decernitur. *Dabit illi Rex Darius dona magna, purpura cooperiri, Cydarim byssinam, & torque circa collum, & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur.* Daniel. 5. sic Nabuchodonosor ad Danielum. *Purpura vestieris, & torque auream circa collum tuum habebis, & terius in regno meo Princeps eris.* Ex quibus liquet torque principatus olim fuisse notam insignem, quemadmodum corona. Et quidem obseruat Abulensis torque non quibusvis principibus olim datam; sed his tantum, qui cum potestate sapientiae magnam laudem copulabant, ut ex predictis constat exemplis, in quibus torques sapientiae cum potestate coniunctæ nota fuisse significatur. Itaque corona solius potestatis erat significatio: corona verò, & torques sapientiae cum potestate coniunctæ. Ergo Salomon. *Audi fili mi disciplinam patris* (loquitur de seipso) *hoc est, audi præcepta mea, quibus te in hoc lib. informo: sicut pollicor futurum,* *Vt addatur corona capiti tuo, & torques collo tuo.* Id est, ut Principis, ac sapientis insignia consequaris, eris videlicet princeps sapientia, & potestate instructus. Vel in vniuersum: audi parentes tuos, atque prædictos honores tibiparies. Et quidem D. Ambrosius in lib. de vita Josephi, ubi Joseph pietatem, & obseruantiam erga parentes extulit, propter quam impensius ab illis adamabatur, subiicit huius pietatis, & obseruantiae merito secundum à Rege locum in magno totius Ægypti

Imperio obtinuisse. Itaque in Joseph docuit experientia eum, qui audet parentes, coronam capiti suo addere, & torque collo implicare posse, ut ex dictis constat.

Tertia expositio est Rodolphi, & Iansen. videlicet Salomonem de coronis, & torquibus agere, *Rodolph. Iansen.* quibus pueri obliterari solent. Et quidem pueros olim coronari apud Hebreos non lego. Athenis (author est Philostrat. in Herois) pueri triennes, *Philost.* alias septem annorum coronabantur mense *Aprilis.* id est, mense florido Aprili, videlicet, aut Mayo, vel ut alij volunt, Octobri: quod Persis etiam & Arabibus solempne fuisse subodoratus sum ex Brissonio de Regno Persico. lib. 1. Mos autem iste, sicut alij multi, potuit quidem à Persis, & Arabibus duabus, Hebreos etiam imbuere. Et quidem huius puerilis coronamenti acutam rationem obtulit nouus author Carolus Paschalius, qui librum de coronis integrum compleuit, qui coronis ea ætate pueros propterea cingi dicit, quia viatores euaserant earum difficultatum, & periculorum, quibus interuersum primi triennii, vel potius septennij defungi solent, iam tunc robustiores effecti ad vitam diutius producendam. Ex qua ratione non ineptus sensus illius sententia euadit. Audi fili mi Parentum monita, *Vt addatur corona capiti tuo,* id est, ut eam ætatem attingas, qua pueri coronis dominantur, tanquam viatores periculorum, quibus subiacet infatilis ætas, mortis discrimina, quibus eatenus maximè obnoxia fuerat euadens. Nec similis erit hæc illi sententia Pauli ad Ephes. 6. c. 2. *Honora Patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vi benè sit tibi, & sis longanus super terram.*

Certius longè est pueros olim torque viros fuisse. Et quidem tunc torques ingenuitatis erat nota, necnon fascinationis amuletum. Ita docet Chrysostom. homil. 1. in Epist. ad Philippenses super illa *D. Chrys.*

verba, *Eleemosyna, & fides non te deferant, de quibus infra capit. 3.* Id ipsum de Bulla Romana, quæ puerorum collo appendebatur, tradunt Romanarum antiquitatum Scriptores: nimirum ingenuitatis notam, & fascini medicamentum fuisse. Ait ergo Salomon, Parentum monitis obtempera: hoc enim erit tibi pro torque, quod ingenuitatem longè melius testabitur tuam. Audeo enim dicere nullam in puero evidentiem apparere ingenuitatis notam, quam parentum obleruantiam, & obsequium. Appositissima est ad hanc rem Euripidis sententia, quam Maximus Monachus locorum communium sermon. 23. recitat his verbis. *Suos colens viuus parentes, est Deo gratius, viuus simul, & mortuus: nihil enim est, quod magis decorum, & ingenuum sit liberis, quam si à patre bono nati sint, & ipsi genitoribus dignam referant gloriam.* Itaque æquali gloria dicit Maximus ingenuis parentibus editos fuisse liberos, & pios eosdem. & obsequentes erga parentes se præbere. Deinde erit hoc tibi pro torque contra fascinum, quia nullum est amuletum, quod à pueris fascinantum virus magis prohibeat, quam corum obsequentia erga parentes. Neque solùm intelligo de corporali fascino, quod pueros immatura morte corripere solet, sed multò magis de spirituali, qui animis puerorum necem affert. Est autem hic, vel pernicioса doctrina. Ad Galatas 2. *O insensati Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati, &c.* Vel concupiscentia mores depravans: Sapientia 4. *Fascinatio nugacitatu obscurat bona, & inconstituta concupiscentia, &c.*

Rursus integrum sententiam alia expositione sic dono: *Vt addatur gratia capiti tuo, & torques*

*Tom. I.*

168

*Rodolph.*

*Iansen.*

169

*Ad Ephes.*

6.c.2.

171

*Euripid.*

*D. Maxi.*

172

*Sap. 4.*

*nn. 12.*

*collo tuo.* Gratiam sumi pro pulchritudine initio præmisit. Infrà cap. 31. *Fallax gratia, & vanapulchrudo, &c.* Promittit ergo Salomon puer recenti pro merito obseruantæ erga parentes capitæ gratiam, id est pulchritudinem quandam, & venustatem eximiam, qua omnium gratiam ineat, & oculos ad se conuertat. Et quia venustas pueri frequenter fascinationi occasionem & causam afferre solet, subdit: *Et torque collo tuo*, eandem nempe obseruantiam futuram esse pro torque ad fascinum prohibendum. Itaque futurum illi pollicetur, vt omnium oculos ad se conuertat, sine aliquo fascinationis periculo. Adhæc sunt, qui nomine gratiæ fauorem accipiant, & bonas omnium precationes hoc modo: *Vt addatur gratia capiti tuo.* Vel vt habent Primitiuæ: *Vt sit additio, vel accessio gratiarum capiti tuo.* Id est, vt omnibus gratiosus sis, omnesque bona cuncta capiti tuo precentur. Vulgo, *Todos te echen bendiciones.*

173

*Pet. I. c. 5.* Demum ex his, qui nomine gratiæ coronam intelligunt, aliqui coronam absolutè, sine allusione vlla pro illa immarcessibili usurpatam esse sentiunt, de qua Petrus I. c. 5. *Et cù apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcessibilem gloriae coronam:* ita vt corona gratiæ sit præmiū in gratiæ seruatæ, vel corona gratiæ, sit corona gratiam & pulchritudinem semper seruans, immarcessibilis scilicet, & æterna, quæ solum cœlicolis evenire potest. Vnde Clemens Alexandrinus Pædag. libr. 2. cap. 8. c. in monuisset Christianos à coronis vulgaribus abstinerere, subdit. *Pulcra amarantii corona illi reposita est, qui recte se gesserit: hunc florem terra ferre non potest, catum solummodo eum ferre potest.* Est autem Amarantus, flos, quem ferunt semper virere, & nunquam marcescere. De quo Plin. lib. 21. cap. 8. & ali. Talem florem, inquit Clemens, qui viorem, & gratiam nunquam amittat, ex terra erumpere fabulosum est, in cœlo solum pullulat. Quis autem neget D. Petrum id sibi voluisse, cum ait: *Percipietis immarcessibilem gloriae coronam* Græcè αὐτοῖς amarantinam, id est, ex amaranto. Nam Philostratus in Herois αὐτοῖς σημαῖς, pro coronis ex amaranto confatis posuit. Quasi dicat Petrus, in cœlo tandem amaranto coronam assicu- licebit: nec enim tellus florent aliquem immarcessibilem parit. Nec longius abit hoc ab obsequio & obseruantia filiorum erga parentes, de qua hic agitur: nā post præmissa verba statim subiicit Apostolus: *Adolescentes subditi estote senioribus.* Innuens quodammodo eam coronam tali obsequio in præmium conferri.

174

*Tertullia.* Pergo ad lectionem Septuaginta, quæ sic habet: *Coronam enim gratiarum suscipies tuo vertici.* Noui ad litteram, *coronam gratiarum*, idem esse, quod *coronam gratiosam, aut pulcram.* Sed accommodandi licentia suadet, vt Tertulliani verba in libro de Corona Militis, in hunc locum conferam, & exponam. *Si fuerit (inquit) aliqua Pandora (quam primam feminarum memorat Hesiodus)* hoc primum caput coronatum est à Charitatibus, cùm ab omnibus muneratur, vnde Pandora. Meminit etiam Pandoræ Diu. Ireneus aduersus hæreses: *Quod autem Saluatorem ex omnibus & onibus factum esse dicunt omnibus in eum deponentibus florem suum, non extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferunt.* Meminit etiam huius Fulgentius in Mythologio. Et quidem Hesiodus libro, qui inscribitur Opera & Dies, fingit Pandoram esse Deam, quam singuli Di donis suis ornauerunt, Pallas sapientia, Venus forma, Mars robore, Apollo musica, Mercurius eloquentia, &c. Ideoque Pandoram dici, quasi ab omnibus Diis omni bonarum dotum ge-

175

*Fulgent.*  
*Hesiodus.* Auctore donatam. Hæc dona singulorum Deorum flores appellat Hesiodus, afferitque ex his floribus coronam quandam elegantem à Charitatibus, vel Gratias contextam, & ab eisdem Pandoræ capiti impostaam fuisse. Itaque Gratiarum, vel Charitum coronam ex mente Hesiodi est omnium bonarum dotum conuentus, sapientiæ, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, iustitiae, & aliarum. Ait ergo Salomon: *Fili, audi mox parentum, & coronam Charitum, aut Gratiarum suscipies tuo vertice.* Id est, omnes bonas dotes tibi congeres. Ita vt quemadmodum illa Pandora, tu quoque Pandoras appellari possis, id est, omnibus bonis cumulatus, quæcumque decorant alios, vel honestant, ita vt nihil tibi desit in vlla gratia.

*X. Fili mi, si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis.*

*S*eptuaginta: *Ne te deceperint viri impij, neque volueris.* Hebraicè: *Fili mi, si te alliciant, vel tibi persuadeant peccatores, noli.* Omnia in idem recidunt. Sed noster accōmodatissime ad rem translatis. Cùm enim puerum recentem alloqueretur, vñus est verbo laetandi. Suadet ergo Salomon adolescenti improborum scelestæ commercia vitare: *Si te laetauerint: Hugo laetare sumpsit pro adulari, id est, si adulatioñibus suis te pelleixerint improbi.* Hugo. Consentit Beda, cùm ait, *laetare idem esse, quod ad mala perpetrandi blandimentiis impellere, & commisera favoribus & laudibus prosequi.* Haec enim sunt partes adulatoris. Sūpsit hoc Beda ex Magno Gregor. Mor. I. 4. c. 15. vbi sic ait. *Hinc sit, ut incessanter creescat culpa favoribus nutrita.* Cuicunque enim vulnus negligitur, quod diñum laudibus videtur. Vnde bene per Salomonem dicitur: *Si te laetauerint peccatores, &c.* Peccatores enim laetantur, cùm vel perpetrāda mala blandimentiis ingerūt, vel perpetrata favoribus extollunt. Similia habet Bernard. Epist. 74. At inquires, Bernard. quid laetationis cum adulazione comune est. Subiectio: Nihil callidius, aut prudentius serpēte, & tamen hic lacte inescatus capit. Sic Cardanus in serpente. Ita prudentia & astu præstantes virti adulatioñibus laetari captari solent. Ergo Salomon: *Si te (inquit) laetauerint peccatores, id est, adulatioñibus,* quasi lacte capere velint, ne consentias, &c.

Rodolphus, Iansenius, & ali interpretes non contrahunt hæc verba ad adulatioñem, sed in universum de dolosis ac blandis impiorum suasionibus accipiunt hoc modo. *Si te laetauerint, id est, si blandis verbis, promissionibus, aut quoquis alio modo animi tui robur tentare voluerint, & in suam voluntatem molliter allicere: Ne acquiescas eis, id est, noli consentire.* Hebraicè, noli. quod ad animū spectat. Quasi dicat: non tantum suadet tibi, ne improbos & fœlestos illos homines sectari volueris: sed etiam ne voluntatem tuam, aut propositum flecti patiare, vt vel approbes eorum scelera, vel affectes. Deterret quidem Salomon adolescentem ab impiorum commercio. Quād verò aptè noster interpres verbum laetandi tribuerit improbis adolescentibus blanditiis ad se pellicere volentibus, iam explico. Laetare enim matris est, vel nutricis, quæ non modò pueros alunt, sed cum lacte mores quoque pueros transfundunt. Ita docet Galenus de tueenda sanitate lib. I. Auicenna lib. I. fen. 3. doct. I. capit. I. Auicenna.

qui sic ait: *Nurix secundum mores suos consideratur: quoniam ipsam oportet honorum morum, & laudabilium esse, quæ tardè à malis animi passionibus patiatur, sicut ira, tristitia, & timore: omnes enim isti corrumpunt complexionem, & permuntant,* Galenus.

176

177

178

179 & transiunt in infantem lactatum. Et quidem ex A sententia utriusque ( Galeni scilicet , & Anicennæ ) nullum lac puerο salubrius est , quām matris proprie. *Ipsum enim*, inquit Auicenna , *est magis nutritiens, quod magis simile est substantie nutrientium præteriorum, quibus alebatur, dum in ventre erat, scilicet menstruorum matris: quia ipsa sunt, que conseruntur, & sunt lac, &c.* Ita quod certificatum est, quod extreum mammilla mairis propria in os infantis adponere valde confert ad remouendum quidquid ei nocet.

180 His constitutis hanc sententiam cum præcedenti sic neco. Dixerat nuper Salomon : *Fili mi, audi disciplinam patris, & ne dimittas legem matris tue.* Sicut enim nullum lac puerο salubrius est , quām matris : ita nullius doctrina , vel præcepta puerο salubrius conducunt , quām matris suæ : hæc enim iucundius hauriuntur , & appetentiū : hæc salutare magis nutrimentū præbent. Sicut enim extreum mammilla maternæ in os datum pueris aduersus pleuraque contagia remedium est : Sic etiam maternorum præceptorum , seu consiliorum extrema , id est, infima, adeò salubria sunt, ut aduersus quācumque morum contagia proficere possint. Subditque statim : *Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis:* Quasi dicat. Docui primum, quod tibi lac audiē sumendum esset: iam nunc doceo , à quo abstinentum sit. Si fortè impij & scelerati homines verba quædam lactis instar dulcia & suavia tibi instillauerint, vt te ad impietatem molliter pellicant, ca-

*E. Salvia.* ue ne sumas. Subiicio verba sancti Saluiani Massiliensium Episcopi in lib. 5. de Prouidentia. *Nutrices mores suos, vel bonos, vel malos, in pueros, quos alunt, cum lacte transmitunt: ita existimat de consiliariis, & præceptoribus adolescentum: viri que*

182 *enim mores suos cum doctrina transmitunt. Ergo Salomon: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Vel vt habet Origenes: *Nole hi enim nihil dissident à prauis nutricibus. Si enim ista prauos suos mores pueris cum lacte sugendos præbent, longemeliū impij suis consiliis, & conamecio scelera sua in animum adolescentis transferunt: isti ergo magis cauendi, quām illæ.* Rursus testimonio Medicorum constat nullum venenum præsentius mortem afferre , quām quod in lactis haustu propinatur: nam tenuis atque facilis lactis natura tota ipsa in venenum demigrat. Ut ergo caueat adolescentis improborum hominum virus, subdit Salomon : *Si te lactauerint, &c.* Id est, ne auscultes illorum consilia , quia cum blandimento lactis venenum miscent, atque adeò acrius est , atque nocentius. *Nocti* ( inquam ) quia præsentissimam tibi mortem , & exitium afferent illorum blanditiæ, si eas degustare volueris.

*XI. Si dixerint veni, nobiscum: insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas, contra insontem frustra.*

*XII. Deglutiamus eum: sicut infernus viuentem: & integrum quasi descendenter in lacum.*

183 *A* Dducit Salomon in his, & sequentibus verba, quibus improbi vtuntur ad iuuenes allectandos, exemplique proponit sciciorum, aut prædonum. Et quidem cùm duo sint, quæ adolescentes imprimis à perpetrandis flagitiis deterrent, timor scilicet, atque difficultas rei patrandæ, ( timorem enim assert insolentia rerum, difficultas etiam retardat inexpertos ) ne quid ex his iuuenes deterreat si-

mulato quodam artificio , qua ratione persuasione suam scelerati illi instituere soleant, declarat Salomon his verbis.

*Si dixerint: veni nobiscum, &c. Septuaginta: Si aduocauerint te dicentes: veni nobiscum. Adversarii, propriè euocauerint, id est, seorsum acceperint, id est, si te tomaren à parte. Quod est maximè solemnne his, qui deludere incautos volunt: Veni nobiscum. Quasi dicat, si metum, qui solet iuniores cohibere à flagitiis, excutiant dicentes: Aude animo, atque timorem abiice, pollicemur tibi nostrorum laterum oppositus.*

*Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas, contra insontem frustra.* Hebraicè ad verbum habetur: *Insidiemur sanguini innocentis gratis.* Septuaginta, communica, vel particeps esto sanguinis. Sed Aquila, Symmachus, & Theodot. nostræ adhærent lectio- ni. Cùm pudor iuuenem compescere soleat, hunc etiam admunt, pollicentes futurum, ut facinus eorum omnino lateat. Licebit ( inquit ) ex insidiis hominem aggredi, & tendiculas abscondere, id est, laqueis appositis captare. *Tendicula*, laqueus est occultus ad decipiendas aues instruatus: *Contra insontem frustra.* De voce illa frustra , non eadem interpretum mens. Hebraicè Chinan, quæ vox dissimiliter à nostro conuerritur interprete, scilicet frustra, temere, gratis, sine causa, immerito, iniuste. Et ut obseruant Hebræi, est particula excludens pretium, meritum, atque causam. Sunt ergo, qui existiment hoc in loco Salomonem non ex mente sceleratorum hominum, sed potius ex sua adiecissem illam vocem frustra , per parenthesis: quasi dicat. *Ista insidia, vel doli contra innocentem frustra instruuntur.* Rursus alii explicant frustra, id est, gratis sine illa causa illi nocendi. Vtraq; displicet expositio. Prior enim vim afferre videtur textui. Posterior non consonat cum sceleratorum hominum proposito. Subiicio duas alias, vel tres interpretationes magis consonas. Prima est: *Contra innocentem frustra*, id est, cōtra eum, qui frustra colit innocentiam, id est, qui non propterea Deo gratior est, aut præmium aliquod ab ipso feret, quia innocentiam colit. Nam ne iuuenem deterret à cæde & homicidio innocentia hominis, verentem fortasse Deum de iniuriis innocentis vindictam sumpturum, addunt eum frustra, & sine merito innocuam vitam agere.

*Secunda expositio esse potest: Contra innocentem frustra.* Id est, contra illum, qui putat fortasse innocentia suæ merito evasurum se nostras manus, sed frustra: haud enim illum sua tuebitur innocentia. Tertia interpretatio illud frustra , non coniungit cum illa voce *Innocentem*, sed cum verbo *abscondamus*, hoc modo: *Abſcondamus fruſtra contra innocentem.* Apud Latinos *Fruſtra habere aliquem*, est illum decipere: *Fruſtra vero esse*, est decipi, aut falli. Plautus in Amphit. *Is aduenientes seruum,* & *Dominū fruſtra habet*: id est, circumuenit, capit.

*F* Salustius in Iugurta: *Quo mihi acrius admittendum est, vt neque vos capiamini, & illi fruſtra sint, id est, illi deludantur.* Vis autem huius loquutionis fruſtra habere, est, sic aliquem dolosè tenere, vt fruſtra euadere nitatur: fruſtra verò esse, sic esse sub dolis alicuius , vt ne quidquam eos vitare contendat. Itaque fruſtra , in his locis idem est , quod dolosè. Non ergo temere, & fruſtra dicemus in hoc etiam loco fruſtra idem esse , quod dolosè. Abscondamus , scilicet tendiculas , contra insontem fruſtra laqueos nimirum dolosè aduersus innocentem instruamus: cùm præsertim hæc significatio non in hunc tantum , sed in aliis etiam scripturaræ locos aptè cadat, vt obseruabimus infra ad illa verba: *Fruſtra jacitur rete ante oculos pennarorum.*

Vbi me iudice etiam frustra ponitur pro dolosè. A Prædonum rictum, atque ora eleganter descripsit Chrysostom. homilia nona in Epistolam primam Chrysost.

Subiiciunt. ad Corinthios. Horum ora ferarum ora sunt, vel potius quam ferarum seniora audiens deuorant, crudelius lanant, virulentius mordent. Locum istum integrum de Iudeis necem Christo molientibus ex Patribus aliqui exponunt. Beda hic. Diuus August. Hieron. & alij.

187 Deglutiamus eum, sicut infernus viuentem. Hebraicè: Deglutiemus eos viuentes, de futuro, & plurali, atque adeò non temerè dicemus nostrum interpretem usurpare tempus præsens pro futuro. Infernus. Vox Hebræa ambigua est, sepulchrum videlicet, infernumque significans. Quidam ergo ex Hebreis sepulchri significationem præferunt, hoc modo: Sic deglutiamus, absumamusque eum, ac si viuus in sepulchro defossus esset. Alij verò, in quibus est Lyra, Hugo, Rodolphus, & Ianuenius malunt de Baratro accipi. Ex his verò Rodolphus diuinat fortasse allusum ad cædem Abiron, & sciorum, quos terra dehiscens dicto citius absorbit. Itaque Ianuenius & Rodolphus iuuenibus facilitatem proponi sentiunt, ut audiens facinus factu facile aggredi velint. Quasi dicant: Deglutiemus eum, quasi infernus viuentem, oculis scilicet, ac facilis eum auferemus de medio, quam terra Dathanum, & Abironem dehiscens deuorauit. Lyra verò hæc verba ad sceleris occultationem refert. Huic assentior: vim autem verborum ad hunc modum exhaustio. Deglutiemus eum, quasi infernus viuentem: & integrum quasi descendenter in lacum. Id est, sic eum de medio tollemus, ut nulla illius notitia haberipossit, perinde, ac si eum una terra absorberit, vel in puteum a tissimum, foveamque deciderit. Vulgo diceremus: Nôs sabra del mas que si le huuisse tragado la tierra, y si huuisse eaydo en vn pozo. Consonat lectio Hispanica: Tragarle hemos como el abysmo vivo, y entero, como los que decienden en poco. Denique posunt etiam hæc verba perpetrandi sceleris impetum maximum exprimere: Deglutiamus eum, id est, deuorari facimus, sicut infernus, &c. Sic vulgo: Nundamos le cien estado denajo de tierra. Consentient Septuaginta, qui sic habent: Abscondamus in terra virum iustum iniuste, deglutiamus eum, sicut infernus viuum.

189 Et integrum, quasi descendenter in lacum. Septuaginta pro his transtulerunt: Tollamus memoriameus de terra. Hebræi ad facinus decem fratrum qui Ioseph natu minimum in cisternam, vel lacum miserant, allusum fuisse existimant: parum solidè. Facile est cum antecedentibus ne cetero, nimur ad facilitatem, ad occultationem, aut impetum committendi sceleris hæc reuocando. Sed cur (inquires) non potius vulneribus à se confodiendum dicunt, sed viuum & integrum defodiendum, & de medio tollendum? Vereti certè poterant, ne sicut sanguis insontis Abel, clamabat contra fratrem de terra: sic etiam innocentis sanguinem si funderent, hic aduersus eos voces ederet, & facinus admissum proderet. Quapropter impij homines, & improbi sicarij nulli parcere volentes fonti, siue insonti, primò dicunt: Insidiemur sanguini, id est, per insidias sanguinem fundamus, & si quis forte innocens sit, & insons, sicut Abel, cuius sanguis de terra clama- re possit, hunc viuum, atque integrum defodiamus, vel in lacum mittamus profundissimum, vnde euadere non possit. Sic verò clamores sanguinis vitabimus, imo opprimemus.

190 Toti sunt in ratione aliqua ineunda, qua scelus latere omnino possit: Nihil enim est, quod magis hominem ad audendum impellat, quam si latere posse credat, id quod audens aggreditur. *Vita* (inquit Synesius) lucem fugiunt, tenebras amant, & ut securius lateant, sub terras ire solent. Sed imprimis prædonum est hoc ingenium. Vnde furæ à furuo dictos putat Varro, id est, ab atro & obscuro, quia tenebras amant: Deglutiamus.

A Prædonum rictum, atque ora eleganter descripsit Chrysostom. homilia nona in Epistolam primam Chrysost. ad Corinthios. Horum ora ferarum ora sunt, vel potius quam ferarum seniora audiens deuorant, crudelius lanant, virulentius mordent. Locum istum integrum de Iudeis necem Christo molientibus ex Patribus aliqui exponunt. Beda hic. Diuus August. Hieron. & alij.

B XIII. Omneam preiosam substantiam reperiemus: implebimus domos nostras spoliis.

191

Septuaginta habent, Possessionem eius preiosam Occupemus & impleamus, &c. Vbi metum & pudorem iuueni ademerunt, utilitatem statim proponunt, qua laetari valde, & allici adolescentes solent. Omneam substantiam reperiemus, id est, omnis generis opes obtinebimus. Vel omnem certè, quia habendi cupiditate quicunque inflammatus,

C alienis inhiat, non satis ducit aliqua, vel multa obtinuisse, sed omnia simul appetit. Vnde Aristoteles citatus à Maximo in sermone 12. Paupertas multis egit: insatiabilis cupiditas omnibus. Hanc prædonis auditatem elegatissime describit Chrysostom. homilia 9. in Epistolam ad Corinthios: Quem igitur vultis priori loco pingamus? Num cupidum & raptorem hominem? & quidnam illorum oculis impudentius? quid pernicacius? quid cani similius? Nec enim tam impudens canis visus est, quam hic, cum omnia undique diripit. Quid huius manibus celestius? quid huius ore magis temerarium, cum omnia deuorat, neque satiatur? Noli faciem & oculos considerare, quod hominis sint. Non enim ut humani oculi aspiciunt, non aspiciunt homines, ut homines non celum, ut celum. Hec Chrysostomus, atque plura, cuius integrum sententiam exhibebimus infra, cap. 27. ad illa verba: Oculi hominum insatiabiles, &c.

192 191 Pretiosam. Emphasim habet ista vox: sunt enim fures quidam ignobiles, qui in minima quæque manus coniiciunt. Non ita nos (inquirunt) sed res pretiosissimas furto queremus, & vilia aliis relinquentes nobilissimas tantum agemus prædas.

E Reperiemus. Id est sine labore inueniems. Ea quæ lucro acquiruntur, labore constant multo; quæ verò furto capiuntur, non dissident ab inuentis aut repertis: id est utiuntur ex voce, reperiemus. Vel aliter ad fortunam referri potest hoc modo: Reperiemus, id est, semper aderunt nobis optimæ, & nobiles prædæ, quæ nobis quodammodo ipsæmet occurrent, ac sese in manus dabant.

F Implebimus domos nostras spoliis, id est, ea, quibus alios spoliabimus, conuehemus in domos nostras, nec prius à latrociniis cessabimus, quam illas alioquin vacuas omnibus bonis cumulemus. Hebraicè est *Nimale*. Nam verbum *Male*, implere simul, atque euertere significat, ut obseruat ex Hebreis quidam. Est autem ea vox accommodatissima in hunc locum, ut dum ipsi domos suas à se bonis omnibus omnium implendas iactabant, eodem verbo succidendas, & euertendas esse significarent. Num qui adfiscat domum suam impendiis alienis, non discedet ab eo, qui congregat lapides in tumulum sepulture? Sed de his infra.

193

Synesius.

Varro.

כָּלְבָן  
אַלְבָן

XIV. Sortem mitte nobiscum : marsupium  
vnum sit omnium nostrum.

194

**H**ebraicè : Sortem mites , vel proicies inter nos : loculus unus erit omnibus nobis : Schol. Sors tua cadat inter nos Septuaginta posteriora verba sic conuertunt : Communem crumenam posse ideamus omnes , & marsupium vnum sit omnibus . Pro Crumenam , βαλάνων , pro Marsupio μαρσύπιον , & quidem inter utramque vocem id interest , quod βαλάνων , est saccus , aut loculus , in quem coniunctur pecunia afferuanda in thesaurum : at vero μαρσύπιον est sacculus , qui nummos quotidianis usibus addictos claudit . Itaque translatio Septuaginta hunc sensum reddit . Habeamus communem aliquem loculum , in quem congeramus afferuandas pecunias , & in quotidianos usus vnum marsupium . Complutensis priorem clausulam ademit , reliquit secundam conformis per omnia textui Hebraico .

195

**S**ortem mitte nobiscū , &c. Sors Græcè κάκης , eam , quæ fortunæ & aleæ subiicitur significat , nec non facultatum portionem , quam quis possidet , atque adeo duplē ad sensum vocare licet ista verba . Prior est Ianenij . Sortem mitte nobiscum , id est , nobiscum committe te fortunæ & sorti : experiamur simul communem fortunæ aleam . Et quidem sine vi aliqua in hanc sententiam allicere licet posteriora verba . Marsupium vnum sit omnium nostrum . Nam Marsupium Hebraicè Bum , non tantum loculum , in quem pecuniae coniunctur , sed etiam sacculum significat , in quo statim pondera afferuabantur , intrâ c. 14 . Et opera eius omnes lavides sacculi , id est , Omnia pondera . Mich . 6 . nū . 11 . & alibi . Itaque sensus erit metaphoricus : Marsupium vnum sit omnium nostrum , id est , sicut diuersa atque dissimilia pondera , quæ in uno sacculo sunt , in eandem bilancem & stateram iactantur . Ad eundem modum nos societatem inuenentes , eandem fortunam , tanquam eandem bilancem , seu stateram habeamus : aut fortunati , aut miseri erimus omnes . Quo vulgo dicitur , Origos , o pingados . Quod Prouerbiū à prædonibus primū usurpatum , & inuentum est .

196

Rodolphus distribuit hæc verba sic , Sortem mitte nobiscum , id est , cum primū præda capta fuerit , si quidem ita volueris , sortem mites , & eam capies portionem , quæ tibi sorte euenerit . Sin aliter : Marsupium vnum erit omnibus nobis , id est , in commune omnia conferam .

197

Ego verò aliter interpretor verba iuxta secundam sortis significationem . Sortem mitte inter nos , vel nobiscum , id est , si quam facultatum portionem obtines , confer nobiscum in vnum . Ea enim est prima lex societatis , vt facultates sociorū communis sint . Et marsupium vnum sit omnium nostrum . Et sint communes etiam sumptus . ( Iam enim obseruauit marsupium appellari sacculum pecunias quotidianis sumptibus adscriptas includēs . ) Et quidem verba ista dolos continent : Nam saeuisissimi illi prædones iuuenem suis bonis spoliare volentes , suadent , vt ea quæ habet , in commune conferat , vt cum primū contulerit , ipsi abripiant .

Omnis autem collatio pecuniarum , atque numerorum in prauos sumptus nefaria atque scelerata est . Prohibetur autem in iure communi lege : Nec permitendum ff. pro socio . Et in nostro iure libro 2 . tit. 10 . par . 5 . Cuius pulchra verba licet subiicere . Hacer se puede la compariá sobre las cosas guisadas , y derechas : mas en las cosas de saguisadas , nola pruden faser , nin deben como para hurtar . robar , &

Tom . I .

A matar . Loquitur autem de congregacione sumptuum . Addit autem ei simodi societates ipso iure nullas esse , nec sociis relinqui ius ad bona quæ contulerunt repetenda . Rationem autem huius legis obtulit quoddam Glossema hoc modo . Qui corrigan in res turpes puniendi sunt seuerius , quia maximum honestatis & pietatis instrumentum præsibus addicunt . Eiusmodi vero corrogationes , seu collationes pecuniarum honestatis & pietatis instrumentum præcipuum , propterea dixit Glossa , quia meminit fortasse Pauli eiusmodi collationes suadentis i. ad Corinth . 16 . & ad Rom . 15 . ad pauperes , Ad Rom . qui erant Hierosolymis , subleuandos . Itaque ait 15 . Glossa , cum collationes pecuniarum instrumenta sint charitatis & misericordia ad erogandum pauperibus necessaria , & vitam eorundem tuendam , abuti eisdem ad spoliationem & necem impensisimum est . Quomodo item corrogationes istæ pietatis & iustitiae instrumenta dici possunt , docet Ambrosius in lib . 1 . de Officiis ; Magnus ergo iustitia splendor , que alii potius nascitur , quam sibi , communitatem & societatem nostram adiuuat , excelitatem tenet , ut suo iudicio omnia subiecta habeat , opem alii ferat . pecunias cōferat , officia non abnuat , pericula suscipiat aliena . Itaque Ambrosius iustitiae , id est , pietatis præclarissimum & nobilissimum munus dicit esse societates hominum stabilire , & ad illas roborandas prædictas collationes pecuniarum suadere : his enim , quasi instrumentis sociates & consortia humana tuentur . Ergo eos , qui corrogationes istas in sceleratos usus faciunt , puniendos esse seuerius æquissimè lex iubet , quia iustitiae quodam instrumento præcipuo ad perniciem abutuntur .

D

XV. Fili mi , ne ambules cum eis : prohibe pedem tuum à semitis eorum .

199

**I**N Hebrao est : Ne eas in via cum eis . Septuaginta : Fili mine ambules vias cum eis , declina pedem tuum à semitis eorum . Pro semitis verò est , τείχος , à terendo , tritas vias sonat . Vocem autem originalem conuertere licet , vestigia hoc modo , Prohibe pedem tuum à vestigiis eorum .

E Suadet autem Salomon iuueni , vt nefariorū hominum societatem & commercia fugiat . Fili mi , ne ambules cum eis , &c . Sed vox originalis expendenda est : Ne ambules in via cum eis , &c . Nuper diximus illa verba : Sortem mitte nobiscum , dolo malo à latronibus dicta : vt cum primū suas adolescentes facultates contulisset in cumulum , ipsi abriperent . Nunc ergo Salomon , ( Primam accipe interpretationem ) Fili mi ne ambules in via , vel vias cum eis . Solent quidem latrones & sicarii socios itineris inuadere , & spoliare . Cate tu , ne cum ipsis iter facias ; nam , vt facultates , quas contulisti , ipsi inter se partiantur , nec em afferet in via . Prohibe pedem tuum à semitis eorum , id est , forte tibi aliquod eundum erit , obserua quidem illorum semitas , atque aliam viam longè diuersam suscipe , ne in illorum manus aliquando deuenias . Quomodo verò cum sequentibus hæc cohærent , deinde subiiciam .

Secunda expositio est Rodolphi , qui præmissa verba ad dedecus refert hoc modo : Fili mi ne ambules in viis cum eis , id est , ne per vias publicas velis cum illis incedere , ne dedecoris notā tibi inuras : nullum enim est latticinio turpius scelus , & fures infame valde genus hominum , cum quibus sine labe commercia inire nequaquam licet . Aristoteles seruile virtutum appellavit , & seruorum pœnis subiecit ( fustigationi scilicet , ac verberibus . )

Aristot.

200

C . iii

Plato.

Plato Dialog. 12. de legibus, sic de furibus: *Pecuniae furtum illiberalis profecto est, rapina vero turpisimum: Nullus autem filiorum Ionis, aut vi, aut dolo delectatus, quidquam huiusmodi unquam fecit. Ide non vel a Poëtis, vel a fabulosis aliis hominibus ita decipiatur, ut credat, si furto, aut vi, quidquam fecit nihil se turpe, sed quod Di⁹ quoque fecerint, commisſe.* Quibus verbis ostendit Plato summum dedecus atque turpitudinem vitij huius. *Quia cum Poëta alia vitiorum genera Di⁹ adscripserint, ex quo factum est, ut cum quis nefariorum hominum carpit scelera, Deos illi eadem admisisse obiciant, vt sceleribus suis decoram excusationem querant: tamen eo modo furti turpitudinem nemo extenuare possit: quia nullum Deorum furti reum Poëtae fingere ausi sunt.*

Ambros.

*Nam nec verum id, nec verisimile est* ( inquit Plato.) Sed de hac re elegantissime Diuus Ambrosius de Officiis libro tertio capite sexto. *Sernile hoc virtutum, familiarèque virtute conditionis, adeoque contra naturam, vt inopia magis hoc extorquere videatur, quam natura suadere.* Adde furtum teste Varrone dictum fuisse à furvo, id est, obscurō & atro, non tantū, quia fures tenebras captare solent, sed etiā, quia ignobile & indecorum: *Nam illiberales homines obscuros dicimus.* Ergo Salomon ex Rodolphi sententia: *Ne ambules in via cum eis.* Vel inter eos: *Ne scilicet per viam publicam ipsis stipatus incendas: nam cum sint infames & turpissimi, infamiam, turpitudinem, & dedecus inde trahes.* Et quidem ingenui, atque liberalis iuuenis esse, fures tanquam sordidos & infames odisse: *Suadet exemplum Aurelij Alexandrini apud Aelium Lampridiū, cuius meminit Maximus sermon. 24. Qui tanto furum odio flagrabat, vt si quis talium occurreret, paratum digitum haberet, vt illi oculum perforaret: tantique illum stomachi fuisse in furorum infamia laborantes, vt si eos aliquando videret, commotione animi, choleram nauseabundus euomeret, vultu inardescente, & bitem quodammodo spirante. Nobilis prorsus indignatio generosi animi. Verè ingens & sordida furis ignominia, qua: viro forti & sublimi sic nauseam extorquebat.* Item Plinius lib. 11. cap. 16. affirmat apem nobile & generosum animal immittissimis iris ferri aduersus fures, atque eos aculeis suis libentiū configere. Addunt etiam aliqui furatas ex uno alueo apes, & in aliud translatas, pessimè prouenire. Mitto alia.

202

Tertia expositio tum viam, tum semitam ad furandi consuetudinem refert: *Ne ambules in via cum eis.* Ne scilicet socius illorum iam inde factus eorum assuescas moribus, quinimo *Prohibe pedem tuum à semitis eorum.* ( Id est ) nec pedem vnum in eorum viam ( prauam scilicet eorum consuetudinem ) immissas: nam regredi, & pedem referre difficillimum erit. Quasi dicat, non tantū non assuefice, sed nec incipe furari. Sic Lyra. Sanum & salubre consilium: est enim eiusmodi furum ingenium, vt cum simul prædas aggredi didicerint, id nunquam dediscant. Plato in præfato dialogo de legibus fures asserit esse insanabiles. *Ciuem autem* ( inquit ) *quem ita instituimus, si quis publicè aliquid furatum esse, vel vidisse conuicerit, sine in ipso furto, siue aliter quomodo cumque deprehenderit, tanquam insanabilem mortis suppicio condemnamus.*

203

Quomodo autem is, qui semel latrocinarī incepit, eo vitio irretiri, & implicari soleat, venustissimè expressit Antiochus Monachus Græcus in Pædect. diuinæ scripturæ Homil. 41. tom. 2. Bibliotheca his verbis: *Demon improbandi furti reprobus arises, primum quidem à vilibus & exiguis rebus*

**A** sumit auspiciū sua artis, sed temporis progressus ad magna quaque prouehitur. Malitia quidem istius deploratissime ars est, rite quoddam est miris technis implexum & innolutum: qui aliquò usque se iam sinit hoc implicari laqueo: si quidem cunctetur, & negligat his tricis explicare se, & euoluere, omni mox ex parte adstringitur: atque ita deinceps inualescente consuetudine Gangræna in morem vlcus fediſſimum proſerpere inuenitur. Consuetudo enim altera est natura. Est autem Gangræna caro emortua ex vlcere, vel inflammatione, cui niſi opportunè succurratur, ad vicina proſerpit.

Bende autem artem furandi improbam reti implicatissimo ab Antiocho fuisse collatam: coit enim aptissimè ista similitudo cum illis verbis: *Prohibe pedem tuum à semitis eorum.* Nam Hebraicè prosimita est *Nathib.* Sumi autem solet ea vox pro via, quam in sylvis exterunt feræ ( auctore Rabbi Salomone ) in qua laqueos suos & retia venatores instruere solent. Ita vt perinde fit: *Prohibe pedem tuum à semitis eorum:* ac si dicat, caue, ne viam istam inire incipias, nam si vel vnum pedem immiseras, latens laqueus vel retē, id est, consuetudo furandi adeo implicabit, vt explicare non possis.

204

C Demum extrema expositio est facilior & planior: *Ne ambules cum eis, id est, ne illos sequaris, ne premas illorum vestigia.* Hoc dicendi modus vsus est Psaltæ in Psalmo 49. *Si videbas furem, currebas* *Psalm. 49. cum eo, id est, eum & mala quadam imitatione insequbare: Prohibe pedem tuum à semitis eorum.*

205

Hebraicè: *remoue, vel longè fac pedem tuum:* quasi dicat, Non tantū nefariorum hominum vestigiis inhærere non debes, sed etiam à viis, quas ipsi extrierunt, id est, ab eorum moribus longissimè abhorrere. Nam cum alijs mores omnes prauifacile ex improborum societate trahantur: furandi quidem mos ex furum consuetudine & consortio promptiā arripit. Vnde Plato præmisso loco docet latronibus & furibus gratiiores pœnas decernendas esse, atque vel in furto vno deprehensos, morte vel exilio mulctandos. Morte quidem, quia insanabiles, & siquidem mors illis indulgenda videatur, in exilium mittendos esse ne alios inficiant: *Nam latronum* ( inquit ) *ex urbibus expellenda sunt contagia.* Et quidem pende illam vocem *contagia,* significat enim morbos, qui ex contactu contrahuntur. In Græcis est *τυρεας*, quo verbo significavit Plato fures idē vitandos, quia illos, quibuscum agunt, moribus suis facile corrumptunt. *Ergo prohibe pedem tuum à semitis, vel vestigiis eorum.*

206

Huc non sine lepore accommodari potest id quod Plinius libro 28. Historiæ capite 10. refert, videlicet eam ineffe lupo aduersus equos nocendi vim, vt vestigia illius calcata equis afferant torporem & noxam. Et quidem lupus rapacitate sua fures referre tradit Chrysostomus vbi suprà. Quid autem ingenuo & liberali viro magis simile, quam generosus equus? Sicut ergo is, si semitam, quam lupus vestigiis impressit, suis pedibus triuit, morbum & noxam inde trahit, sic etiam liberali adolescens ingenio, si prædonum semitis institerit, corruptelam morum, & animi insanabilem morbum contrahat necesse est. Ideo præcipit Salomon, *Prohibe pedem tuum à vestigiis eorum.*

XVI. Pedes enim eorum currunt ad malum: & festinant, vt effundant sanguinem.

S Eptuaginta: *Nam pedes eorum ad malitiam currunt* eodem sensu. Prima expositio vulgatis est;

207

**Pedes illorum ad malum currunt**, id est, ad inferendam aliis perniciem tendunt: **Et festinant ad effundendum sanguinem**, id est, ad homicidia perpetranda summa feruntur auditate. Sed cum mens Salomonis sit iuuenem fortasse iam procluem à confortio remouere prædonum, atque ipsos etiam fures, qui effrenato impetu in cædes, & homicidia ruunt, ab eo scelere reuocare, parum apte videretur ad eos deterrendos illis obiecisse id, quod ipsi auide expetunt, scilicet machinari perniciem aliorum, & sanguinem fundere.

**Itaque secunda expositio** mihi videtur accommodior. **Pedes eorum ad malum currunt**, id est, in suam ipsorum perniciem contendunt. Audeo dicere **malum** hīc substantiè ductum sumi pro cruce, cui latrones affigi solent; quasi dicat: *Veniam a parar a la horca*. Nam crux malum, aut mala res dici consuevit. Hinc nata illa communis execratio: *Abi in malam rem*. Quæ nihil differt ab illa, *abi in malam crucem*, qua totes vtitur Plautus, & Terentius. Homerius item Iliade 3. *καὶ τὸν πάτερα* malam scilicet mortem appellat eam, quam quis patitur in cruce. Paulus item ad Galatas 3. *Christus nos redemit a maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, maledictus homo, qui pendet in ligno*. Locum adducit Paulus ex Deuteronomio cap. 21. vbi sic habet. *Maledictus a Deo, qui pendet in ligno*. Hebraicè verò ad litteram: *Maledictio, vel Maledictum Dei suspensus*. Itaque Hebrai mala rem, atque maledictionem crucifigi existimabant. Haud temere igitur dicemus ea verba, **Pedes illorum ad malum currunt**, de illo cruciatu accipi posse quia sauvissimus est, idēd malum, & mala res dici consuevit. Quasi dicat: *Van sepor sus passos contados a la horca*.

**209 Et festinant, ut effundant sanguinem**. Hebraicè, **ad effundendum** non de alieno, sed de suo ipsorum sanguine loquitur, id est occasionem præbere quodammodo satagunt, ut sanguis ipsorum effundatur. Sic enim decreuit Deus Genesis 9. *Quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: Ad imaginem quippe Dei factus est homo*. Sed multi (inquiet) homicidæ supplicium mortis effugerunt: Non infiōr: sed loquitur Deus non de ipso facto, vel eiētū, sed de merito, atque debito supplicio, quod quidem homicidiis secundum omnia legumlatorum omnium iura infligitur. Sic plures respondent. Sed aliter dicendum est illis verbis primis hominibus, qui allusionis aquas euaserant, præscribi, ut deinceps mortis supplicium homicidis irrogaret. Sicut enim illud, quod ante conceperat. *Carnem cum sanguine non comedetis*, præcepti vim habuit, ita cum subdit: *Quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius*, præcepti rationem sortitur. Atque hunc sensum reddit originalis lectio, quam multis expositionibus donant interpretes. *Quicumque fuderit sanguinem hominis in homine, fundetur sanguis illius*. Caietanus legit *in hominem*. Alij melius *per hominem*, quod quidem non prioribus verbis adnectendum, sed posterioribus, hoc modo: *Per homines fundetur sanguis illius*, id est, hominum sententia, & arbitrio neci dabitur. Et quidem expressit hoc non obscur Chaldaeus Paraphraſtes, qui sic conuertit: *Qui effuderit sanguinem hominis, per testes iuxta sententiam iudicium, sanguis eius fundatur*. Cum enim aquæ diluuij ex tanta hominum multitudine vix paucos, reliquos fecissent, (Noë videlicet cum familia) oportebat quidem eos seruari, ut rursus multiplicarentur. Ideo statim atque ex arca egressi sunt, contra homicidas legem istam adēd seueram tulit Deus.

Tom. I.

Obtulit autem rationem quandam præcepti validissimam. **Ad imaginem quippe Dei factus est homo**, quæ qualē vīm habeat, videre oportet. Chrysostomus, & Ambrosius, propterea inquiunt, dignus est eo supplicio homo homini manus afferrens, quia homo est imago Dei expressior; qui iūtem imaginem Dei violat, in Deum ipsum iniurius esse videtur, & immensam illius lādere maiestatem: Sicut ille, qui in Principis statuam manus coniicit, principi iniuriam intulisse censetur, & maiestatis reus est: sic amplificatur crimen homicidij. Sed subest alia oratio, qua non displicebit eruditis: **Ad imaginem quippe Dei factus est homo**. Reddit quidem rationem propter quam vita, atque necis potestatem homini in hominem confidebat. Cum enim hominem perire solius Dei esse videretur, qui solus vita, ac necis arbiter, & Dominus est, atque hominem ab homine occidi mandaret; tunc quando dixit. **Per hominem fundetur sanguis illius**, hoc est, per Magistratum publicum, huic enim soli in vitam subditorum licet: subdit statim: **Ad imaginem quippe Dei factus est homo**: Id est, homo ille, cui magistratus delatus est, expressa imago, & simulacrum Dei existit & ipsius vices agit, personamque illius repræsentat, atque inde in illum ea potestas, & licentia in subditorum vitas deriuatur, quæ alias Dei propria est: ut nimur non aliter ipse contra improbos, & sceleratos capitatis sententiam ferre possit, quam Deus, cuius sustinet personam.

### XVII. Frustrà autem iacit rete ante oculos pennatorum.

**XVIII. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur: & moluntur fraudes contra animas suas.**

**XIX. Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.**

**D**e hac voce frustrà, & de illius vi suprà dixi Vers. II. ad illa verba: *Abscondamus tenacula contra insontem frustrà*. Vbi multas Chinam, significaciones in censem redegi. Est enim gratis, immerto, sine causa, iniuste, temerè, frustrà. Addo etiam dolosè, ut ibi ostendi ego pro illis verbis: *Frustra autem iacit rete ante oculos pennatorum*, Septuaginta sic habent: *Non enim iniuste extenduntur retia pennatis*. Alij gratis, alij sine causa, & alij aliter. *Et ipsi contra sanguinem suum insidiantur, & moluntur fraudes contra animas suas*. Extrema hæc verba Hebraicè sic habent: *Et abscondunt animabus suis, supple laqueos*. Est autem obseruandum ex Hebreo pro *sanguinem suum, & animas suas* restitui posse *sanguinem illorum, & animas illorum*, quod variis expositionibus fecit locum. Integrum verò sententiam Septuaginta sic conuertunt: *Ipsi enim, qui homicidy particeps sunt, thesaurizant sibi ipsis mala* (Subiiciunt, *Eversio autem virorum iniquorum mala*). Sed hæc verba non respondent Hebraicis, & in Complutensi desiderantur.) *Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt* Hebt. ad litteram, sic semitæ omnis cupidi, aut auari animum dominorum illius capiunt. Septuaginta: *ha viæ omnium consummantum inqua, impietate enim suam ipsorum animam auferunt*. Aquila Symmachus & Theodot. *Sic semitæ omnis auari sequentis auaritiam*.

C iiiij

213

Prima expositio Hebraorum est eiusmodi. *G. 2  
tine, & vtrō rete spargitur in oculis pennatorum?*  
( Sic exprimendum est per interrogacionem. ) Nonne potius aucupes sanguini illorum, scilicet pennatorum insidias parant, & abscondit laqueos contra animas, id est, vitam avium, vt eas scilicet laqueis suis præfocent? Si ergo omnes isti latrones, & scarij non gratis laqueos, & retia parant iuuenibus, sed vt ditiores ex illis opprimant, atque animas vitam nimirum auferant, & bona illorum diripiunt.

214  
*Abenez-  
ra.*

Secunda expositio est Abenezra, qui ad stoliditatem avium referit hunc modo. Quod ad aues attinet, frustra ante earum oculos, rete expanditur: quia non propterea redduntur cautores, tanta est illarum stoliditas, nec enim animaduertunt, quod ipsi (scilicet aucupes) sanguini illarum insidiantur, & abscondunt laqueos contra earum vitam, id est, vt eas capient, atque cedant. sic flagitiosi prædæ intenti pericula non obseruant, quibus subiacet illorum vita ratio: non enim vident rem planè capitalem esse, & morteluendam. Id sibi vult illud: *sic semite omni auari animas possidentium rapiunt.*

215

Tertia expositio est David Bengersoni, qui vocem *Chinam*, non frustra, sed gratis, & sine causa interpretatur. Accipit autem de avium innocenciae modo, sine causa, immerito tenduntur retia coram aibus, cum ipse nihil tale meruerint, cum neminem læserint, nemini iniuriam interrogauerint. Sic prædones illi contra ius fasque innocentibus insidiantur, vt eos neci dent, ac bona illorum diripiunt. Quasi dicat: magnum quidem est crimen hominem quemcumque interficere: attamen innocentem, & insoltem neci dare ingens est pia culu n. Hactenus Hebrei, quorum interpretationes cum vulgata nostra lectio minime concinunt, quæ non sanguinem illorum, & animam illorum, sed sanguinem suum, & animam suam legit. Quapropter

*Ouidius.*

Quartam expositionem subiicio Bedæ in hunc locum, Dñi Gregorij lib. 17. Moralium cap. 10. Hugo, Dionysij, Lyræ, & Iansenij, qui ad avium astutiam, & calliditatem referunt. Nam ex aibus aliquæ astu imprimis pollent, cuius generis sunt passeræ, & aliae, quæ si viderint aucupem reti attendentem, numquam in casses veniunt. Vnde Ovidius: *Quæquenam parent retia, vitat avis.* Erat ergo sensus: *Frustra iacit rete ante oculos pennatorum.* Quasi dicat. Filij, quem remouere volo à consilio flagitiorum hominum, dolos eorum atque technas idem tibi haec nus aperui, vt quemadmodum frustra rete ante oculos avium spargitur, videntes enim cauent: sicut quoque præmonitus eorum dolos non obscurè videns minimè decipiaris. *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur,* &c. Id est, iterum, atque iterum id dico. Insidiæ, dolis, & technæ, quas aliis parant, in eorum caput recidunt, & extremam illis perniciem afferent. *sic se-  
mitæ omnis auari,* id est, ad eundem modum instituta, & consilia auarorum, qui lucris pariendis audiissimè inhiant, *animas possidentium rapiunt,* id est, ipsorum auarorum, qui iniuste parta possident, animas, id est, vitam auferunt. Itaque ex latronibus per similitudinem ad auaros doctrinam, & monita deriuari existimat hi Patres. Hanc expositionem libentius amplecterer, quia pluribus patronis munita est: Sed sunt nonnulla, quæ illam difficultem reddunt. Primo non omnes aues eo astu prædictæ sunt, vt conspecta retia semper caueant. At hic pro illis verbis *ante oculos pennatorum*, Hebraicè legitur: *Ante oculos omnis avis:* Plurimæ autem sunt aies stolidæ, quæ in casses etiam, quas vident,

A temere veniunt: His vero non frustra, aut nequid quam retia, vel laquei ante oculos instruuntur. Rursus non satis mihi suadeo à furibus ad auaros ductam similitudinem: non enim satis ad rem videtur talis comparatio: Sed potius nomine auarorum ipsosmet etiam fures significatos puto, hos enim auaritia, & lucri cupiditas stimulat. Vnde Aristoteles Ethicorum lib. 4. cap. 1. *Attamen, in-  
quit, aleatores, fures, & latrones anari putan-  
tunt.*

*Aristot.*

218

Existimo ergo vel illud *frustra accipi pro dolose* (vt supra animaduerti.) vel totum hemistichiu per interrogationem efferendum esse hoc modo. *Frustra ne iacit rete ante oculos pennatorum?* Quasi dicant: Minime vero. Aduersatua illa particula, *autem,* neque in Hebreis, neque in Græcis reperiatur, abest etiam à multis codicibus vulgatis: correcti tamen codices retinent: Sed non debet obesse, quominus verba per interrogationem efferantur, hoc modo: *Frustra ne autem iacit rete,* &c. Suadet hoc primo auctoritas Hebraorum, de qua initio dixi: deinde translatio Septuaginta, qui negationem præmittunt, vt quod textus Hebraicus interrogando significauit, idem ipsi negando exprimerent. Mens igitur Salomonis est.

219

*Frustra ne iacit rete ante oculos pennatorum:* Cum supra dixisset *Pedes eorum ad malum currunt,* &c. (id est) ad suam ipsorum perniciem tendunt, occasionemque præbent, vt eorum sanguis effundatur: nunc exprimit modum, quo id eueniet: tandem quia scilicet sicut aues, quantumuis libero cœlo vagantur, tamen dolosis aucupum retibus, & laqueis captari solent, sic illi, &c. Itaque ait: *Frustra ne iacit,* &c. Quasi dicat: Minime verò: nam

D quantumuis libere per aera ferantur, aliquando se se ad terram deponunt, & cassibus implicantur. Cum ergo aues liberæ aucupum dolis captari soleant, haud sperent illi fures, & prædones se euasuros, quantumuis liberi sibi videantur. Si (inquam) aues pennatae, & solutæ retibus capiuntur, & hæc fures tandem in furtis deprehenduntur. Hoc ipsum Septuaginta quodammodo significantius exprefserunt sic: *Non frustra extenduntur retia pennatis.* Sic conuerit Complutensis Græcè est *ἀκρος,* id est, *non iniuste, immerito.* Quasi dicat: Non immerito retia, vel laquei instruuntur pennatis. Solent

220

E quidem agricolæ, vel hortorum cultores his præcipue aibus retia, & laqueos instruere, quæ mellibus, fructibus, aut oleribus infestæ sunt. De his ergo intelligo *non iniuste retia tenduntur pennatis.* Eiusmodi quidem aues, quæ aliena deripiunt, & prædantur, merito satis atque iuste auceps insequuntur, dignæque videntur, vt in casses, & plagas tandem incident: Non aliter (inquit Salomon) latrones, qui alienas facultates furto contrectant, digni quidem sunt, vt tandem aliquando comprehendantur, & sic de admissis sceleribus pœnas dent.

221

F Nisi forte *pennata, & alata* (hæc enim voces sunt, quæ vim Hebraici nominis exprimunt) non pro quibusvis in uniuersum aibus, sed antonomasticè pro his accipi velis, quæ alarum, seu pennarum velocitate præstant. Sunt autem hæ fera omnes, & aduncis vnguibus rapaces, volucres, quæ scilicet prædis iicitant suis, à quibus nihil dissident latrones. Suadet hoc textus Hebraicus, qui, si verbum ex verbo reddas, sic habet: *Ante oculos omnis domi-  
nialæ.* Id est, ante oculos omnium volucrum, quæ alarum velocitate tantudem præstant, vt principes sint inter alia pennata. Ait ergo Salomon. *Fru-  
stra, id est, dolose iacit rete,* &c. affirmatiuè. Vel *frustrane iacit rete ante oculos pennatorum?* per interroga-  
tionem. Vel *non iniuste, id est, merito iacit*

rete, &c. Omnia enim in idem recidunt. Quasi dicat; Iustissimum quidem est, rationi videlicet, atque æquitati valde consentaneum, ut vnguines, & rapaces volucres, (sic enim latrones vocat) in retia tandem aliquando incident, & comprehensæ luant poenas. Et quidem fares, per vnguines, & rapaces volucres notari probatur testimonio Clementis Alexandrini, quilib. 2. Stromatum, vbi eam rationem affert, propter quam omnium vnguinium elsum Deus interdixerat Hebreis, ut scilicet ostenderet fures rapinis visitantes, quorum hæ similitudinem gerunt, sibi displicere. Item Aristoteles in Physiologicis eos, quorum instabiles & mobiles oculi sunt, rapaces esse, atque fures inde colligit, quia accipitribus, & aliis vnguibus haud dissimiles oculos habent. Demum nos etiam in fures iactare solēmus vulgo proverbij loco: *son Aues der apina, son Gabilanestienenvnas, &c.*

Cæterum posteriora verba cum his aptissimè coeunt: *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidianatur, & moluntur fraudes contra animas suas.* Cum enim dixerit fures tandem comprehendendos, & cædendos, sicut aues rete capiunt, & cæduntur, subdit, *ipse quoque, &c.* Quasi dicat: Cum eos tandem in scelere deprehendendos affirmem, certè cædes & insidia, quas aliis parant, in suam ipsorum perniciem, recident & non alieno, sed magis proprio sanguini, atque vita, quam tanto discrimini obiciunt, insidiari dicendi sunt, non demum alios, fraudulenter eludere, sed seipso: *Sic semita omnis auari animas possidentium rapiunt.* Non comparatione, sed epiphonem claudit Salomon hanc orationem, hoc est, rei hactenus dictæ summa quadam acclamatione. Quasi dicat hunc ad modum semita omnis auari, i. consilia, atque rationes vivendi prædonum *animas*, id est, vitam, possidentium, ipsorum scilicet qui furto quæstra possident, rapiunt, id est, auferunt, tollunt, quasi dicat; Sic tandem pereunt latrones & prædones. At obiicies illud Terentianum: *Non rete accipitri tenditur, atque miluo, qui male faciunt nobis. Illis, qui nihil faciunt, tenditur: quia in his fructus est, in illis opera luditur.* Respondeo Poëtam id dicere, quod communiter sit, non autem quod fieri oporteret. Sed vide an etiam aliquis bonus sensus inde possit deriuari per similitudinem ad hunc modum. *Frustra*, id est, nullo vsu, vel fructu rete expanditur dominus alæ, id est, feris atque rapacibus volucribus, accipitribus, miluis, & id genus aliis: quia licet passis retibus captentur, non tamen sunt ad esum habiles, vel ad mensam vtiles. Idem ergo de iniquis lucris cogitate oportet, quæ impij prædones furto corradunt; hæc enim *frustra*, id est nullo vsu colligunt: nam fere sic accedit, ut tam nefaria ratione partis pecuniis minime perfruantur. Vide attentius, quæ iam jam subnecto: inde enim huic expositioni lux patratur.

Sed quamvis superior expositio germana videatur, aliam tamen, quæ mihi genuina magis videtur, addiciam. Observare autem oportet Salomonem in his proverbiis non semel similitudine aucupij de lucris furum & auarorum egisse infra cap. 11. *Non inueniet fraudulentus lucrum suum.* Hebraicè ad litteram non aduret *fraudulentus venationem suam.* Vbi per Parabolam venationis, vel aucupij docet Salomon diuitias dolo, & fraudibus non esse quærendas: nam qui lucris iniustæ inhiant, similes sūt aucupibus, qui vel aues non assequuntur: aut si forte ceperunt, prius auolant, quam eas verubus infigant, & igni torreant. Quasi dicat: fraudulentib[us] partis numquam fruuntur. Sed de hoc loco plura ibi dicemus. Item cap. 23, diuitiis, atque lu-

A cris pennas aquila leuissimas tradit: *Non erit oculus ad opes, quæ non potes habere, scilicet iniuste, quia facient sibi pennas, ut aquile, & volabunt in cælum.* Item cap. 10. Qui inititur mendacij, hic perficit ventos, & idem sequitur aues volantes, id est, qui iniuste bona aliorum inuidit. Ergo memoria repeatere, quæ nuper dixerant flagitosi illi, vt iuuenem spe ingentis lucri allectum sibi socium adiungarent. *Omnem pretiosam substantiam reperiemus, impiebimus domos nostras polys.* Itaque duo illi à prædonibus propolita sunt; *Cedes nimurum innocentum, & lucra.* Quod attinet igitur ad cædes, siadet Salomon adolescenti, vt abstineat, quia pedes illorum ad malum curunt, &c. Id est, ad suam ipsorum perniciem tendunt, & qui alieno sanguini inhiant, proprium tandem effundunt: nec non cum ait, *ipse quoque contra sanguinem suum insidianatur, & moluntur fraudes contra animas suas.* Quod vero spectat ad lucra, ne iuuenis spe falsa decipiatur addit: *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Cum scilicet opes, quæ iniuste obtineri non possunt, pennatae sint, & altissimè volent, frustrè fraudibus, quæ quibusdam retibus humanis sparsis, petuntur: quæ i[ps]i dicat, frustra quidem perditi illi sperant, se adepturos ea bona, quæ tantopere affectant, vel adeptis frui posse. Et quidem huic interpretationi inseruit plurimum lectio Septuaginta. *Non iniuste intenduntur retia pennatis:* Quasi dicat: *Non iniuste, id est, per iniusticias, & fraudes retia prætenduntur pennatis,* queruntur scilicet opes, quæ tanquam aues pennatae auolant, & prauorū consilia fraudulenta eludunt. Hanc explicationem reliquis præferendam puto, cum qua reliqua coherent pulchritudo modo, quo nuper explicaui, *ipse quoque contra sanguinem suum insidianatur.* Id est, non modo bona, quæ audi quærunt, non obtinebunt: sed etiam insidia, quas aliis parant, in caput recident. Ac demum absolvit prædicto epiphonemate: *Sic semita omnis auari, &c.*

**XX.** Sapientia foris prædicat: in plateis dat vocem suam.

**XXI.** In capite turbarum clamitat: in foribus portarum urbis profert verba sua.

**S**apientia Hebraicè Sapientia de plurali foris spradicat. Septuaginta ἡ Σοφία ἵπει τῷ quod summi debet deponenter, (vt ita dicam) id est, in exitibus canit. Tertullianus legit: *Sapientia in exitibus canitur hymnis.* In plateis dat vocem suam, Septuaginta in plateis cum libertate agit. Est autem pro libertate μητέρα, qua sermonis licentiam significat ad corripiendum: Tertullianus conuertit in plateis constantiam agit. & de Martyribus accipit, qui in plateis casi constanter egerunt. Aquila, Sym. & Theo. dabit vocem suam, sicut nostra. Addunt Septuaginta, & in portis Dynastarum astat. Sed hæc absunt à Complutensi codice Græco, & ab Hebraicis originibus.

**In capite turbarum clamitat.** Hebraicè in capite tumultuantum. Septuaginta super muros summos clamitat. In foribus portarum urbis profert verba sua. Septuaginta in portu ciuitatis confidens dicit.

Constituere oportet ante omnia, quæ-nam ista sapientia sit, cui vocem & dicendi libertatem tantam Salomon tribuit. Beda, Hugo, Dionysius per sapientiam hanc Christum dominum intelligunt, *Qui est Dei virtus & sapientia.* Sed hoc accommodatum est. Lyra, & Iansenius practicam illam

rerum honestarum cognitionem, (de qua s̄epe ali-  
bi) id est, honestatem ipsam, vel virtutem. His  
assentior.

Supra dixit Salomon adolescentem à flagitiosis  
illis hominibus seorsum euocatum. Dixit autem  
appositissimè iuxta naturam, & ingenium vitij,  
quod latere semper cupit, & sua præcepta clancu-  
lum tradit: *Nam qui male agit, odit lucem. Longè*  
*aliter (Salomon inquit) sapientia & virtus præstat.*  
*sapientia foris prædicat non in penetralibus, aut la-*  
*ribus domorum, sed foris, id est, in liminibus do-*  
*morum verba facit. (Eam vim habet aduersoriam*  
*foris, ut alibi dicam) quod perinde est ac si dicat in*  
*viis publicis. Et quidem Septuaginta his accom-*  
*modarunt verbum ὑπέντα, hoc est cantavit. Nam*  
*cum homines detinere soleat concentus, ac melos,*  
*nihil aptius cantu ad viatores, alioqui properantes,*  
*sistendos concipi poterat. Melius me iudice Ter-*  
*tullianus, qui verbum illud ἵψεναι ad passuum si-*  
*gnificationem referens ita conuertit: sapientia in*  
*exitibus canitur hymnis. Significat autem (ni fal-*  
*lor) qualia sint præcepta, & parceriæ quibus li-*  
*brum istum contexuit, talia nimurum, ut non auribus*  
*tantum insurrari, sed publicè in viis, ac triuīs*  
*decantari queant: Nam (ut nuper dicebam) eo cō-*  
*silio Salomon plerisque sententiis similes caden-*  
*tias indidit, ut possent in cantilenis usurpari. Pergit*  
*autem per incrementa quædam oratio in plateis*  
*dat vocem suam: cantum viis, plateis verò concio-*  
*nen apte accommodauit. Tanta videlicet dicen-*  
*di libertate pollet, ut in plateis etiam vocem ex-*  
*promuat suam. Pro platea Hebraicè Rechob. Est au-*  
*tem propriè locus urbis patulus, in quem mercato-*  
*res, ac venditores contrahendi, & vendendi gratia*  
*conuenire solent. Obserua autem Septuaginta pla-*  
*teis accommodasse Parrism, id est, loquendi li-*  
*centiam, & libertatem ingentem. Nam mercato-*  
*res, & venditores genus hominum est suis negotia-*  
*tionibus deditissimum, ad quos deterrendos, ut re-*  
*sipiscant, magna opus est sermonis libertate, at-*  
*que vi.*

*In capite turbarum clamitat. Erant quidem urbes*  
*apud Heb. distributæ in pagos, vel tribus, & un-*  
*cuique tribui, vel pago præficietur unus, qui An-*  
*gulus dicebatur 1. Reg. cap. 14. dixit Saul. Appli-*  
*cate huc omnes Angulos populi, & scitote, & videte*  
*per quem acciderit peccatum hoc hodie. Iudicium 20.*  
*Omnes quoque Anguli populorum, & cunctæ tribus*  
*Israel in Ecclesiam Dei conuenerunt. Et quidem si-*  
*cuit Græci urbis partes, pagos, Latini vicos dicunt;*  
*sic Hebr. Angulos nominabant. Et quemadmo-*  
*dum à Græcis præfecti pagorum Pagitæ diceban-*  
*tur: sic etiam apud Hebreos, qui angulis præferant,*  
*Anguli etiam nuncupabantur. Quo nomine gau-*  
*dent etiam hodie Heluetiorum præpositi, qui vul-*  
*go Cantones dicuntur: non quia illis tota res publica*  
*incubit, & sicut domus angulis innititur, ut*  
*quibusdam visum est. Porro quia in eum locum,*

*F* *vbi Anguli, id est, pagorum præfecti degebant, &*  
*causas litigique audiebant, turbaplurima conuenire*  
*solebat: ideo Anguli ipsi, capita turbarum, aut tu-*  
*multuantum dici potuerunt. Confirmat hoc Me-*  
*retrix illa vaga, cap. 7. quæ frequentiam hominum*  
*querens erat quidem, nunc foris: id est, in viis pu-*  
*blicis, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians,*  
*id est, in pagorum compitis iuxta domos seu tribu-*  
*nalia eorum, qui pagos administrabant, diceban-*  
*turque Anguli, id est, cantones. Et quia meretrices*  
*eis nodi angulos adibant quod multitudo conflue-*  
*bat, ideo, vulgo dictæ sunt cantoneras: ut ibi dice-*  
*mus. Iam intelliges causam, propter quam, vbi no-*  
*ster interpres verbū ex verbo ex originibus cōuer-*

A tit. In capite turbarum clamitat, Septuaginta sen-  
sum, non verba exprimentes legerint, & in portis  
Dynastiarum adstat. Dynastas enim vicorum præ-  
positos, siue Angulos appellant, quorum ad fores  
seu tribunalia turba hominum confluere solebat.  
Rursus translatio Hispanica sic habet. En cabeca de  
los altos llogares llama á los regimientos. Ergo Sa-  
lonon affirmat sapientiam non in plateis tantum,  
quod vulgus mercatorum comineat; sed in compi-  
tis etiam libere voces suas edere: hoc est in locis,  
quibus urbis Anguli, vel cantones iura dicebant; ni-  
hil scilicet verita illorum iudicia, atque sententias.

B Et quidem non sine emphasi Septuaginta vñ sunt  
verbo, adstat, quod proprium est eius, qui senten-  
tiā auditurus suam stat coram iudice. At inquiet  
eosdem Septuag. interpres subiicere, super sum-  
mos muros clamitat, quæ verba magis respondere  
videtur his, quæ sunt in textu nostro, quam præ-  
missa. Solent vtique Septuaginta si quando in vo-  
cem Hebraicam ambiguam, quæ duos sensus ca-  
pere possit, inciderunt, vtramque exprimere, cuius  
rei exempla passim occurruunt in hoc lib. Quia ergo  
illi sententia, in capite turbarum clamitat, du-  
plex sensus poterat subesse, de compitis enim præ-  
fectorum urbaroru n, seu Angulorum accipere li-  
cebat, ac de excelsis muris, seu turribus, vbi excu-  
bia pernoctare solent: ideo vtramque lectionem  
extulerunt, Nam vox. Homioth. fluere potest à ra-  
dice Hamam; tunc vero turbas, & multitudinem  
sonat. Potest etiam oriri à radice Hamah, tunc ve-  
ro sonantes, aut sonitum edentes significat, quod  
quidem ad speculatores à fastigiis murorum signu-  
dantes referendum esse censuerunt; propterea resti-  
tuunt, super muros excelsos clamitat, id est, fastigia  
murorum scandit, vbi excubia degunt, & inde non  
clamat solum, sed tonat, ut illius vox ad omnes  
peruenire possit.

C Denique absolutum. Et in foribus portarum urbis  
profert verba sua. In portis quidem urbius supre-  
mū iudicium subsellia olim fuisse exploratum est.  
Deut. 17. & Ruth 4. & alibi. Rationem autem  
reddit Hiero. ad illa verba Amos 2. Odio habue-  
runt in porta corripientem. Adhuc ergo per suos gra-  
dus ascendit oratio: nam vocem sapientia non tan-  
tum in insimis illis paganorum magistratum sedi-  
bus, sed etiam in supremis iudicium subselliis exau-  
diri affirmat. Non omittenda hic translatio Septua-  
E & in portis ciuitatis confidens dicit, id est, magna  
cum confidentia iudices pro tribunali sedentes al-  
loquitur, causæ videlicet iuxta confusa. Hæc Salo-  
mon, ut ostendat sapientiam, id est honestatem, &  
virtutem non diligere loca secreta, & intimos lares,  
ad præcepta sua aperienda, vel insurranda po-  
tius (ut de more habent vitia) sed aperta, sed patu-  
la, sed publica. Loquitur enim in triuīs, & in pla-  
teis, comparet in tribunali, & in subselliis, vbique  
libera, confidens, audax.

F Vel aliter dicimus Salomonem sapientiam, seu  
honestatem inducere, non vt cumque loquentem,  
sed libera peccata hominum corripientem, atque  
ad debitum seruantem ordinem correptionis:  
nam vitia, quæ primum priuatè corripuit, non ta-  
men emendavit, publicè, & libere carpit, foris vi-  
delicet 1. in triuīs, atque in plateis, Parrism ad-  
hibens, id est, magnam sermonis licentiam. Cum  
vero hac non satis proficit, ad magistratus defert,  
iudices alloquitur, inferiores primum, deinde su-  
premos, ut iam dixi.

אַמְיוֹת  
צָמָס  
תָּמָם

232  
233  
234

**XXII.** Usquequo parvuli diligit infantiam: & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient: & imprudentes odibunt scientiam.

**235** **V**Squequo parvuli diligit infantiam. Hebraicè: imperiti diligitis imperitiam. Septuaginta. Quanto tempore innocentis inhærebunt iustitiae, non erubescunt. Alij Codices habent: Quanto tempore tenuerint iustitiam.

Et stulti ea, quæ sibi sunt noxia querent, &c. Hebraicè, & derisores derisionem desiderabunt sibi, &c. **B** Septuaginta. Insipientes autem dum contumelie & cupidi sunt imp̄ facti oderunt scientiam.

Incipiat libera sapientiae vox, quæ seuerius in eos adolescentes inuehitur, qui pueritiae nñias, & mores leuissimos in iuuenilem usque ætatem ferunt. Agite (inquit) usquequo parvuli diligitis infantiam? Id est infantiles mores sectamini, nonne potius adulto iam grauior, atque seuerior decet viuendi ratio? Missos facite ludos, & ludicra serio meditamini. Et stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt. Hebraicè, & derisores derisionem desiderabunt? Pueri ridiculi esse solent, ac ridiculis rebus operari dare; gident, & irrident. Eia ergo (inquit Salomon) quousque tandem pueriles risus, & ludibria sectabimini? ridiculi esse definite, ad seueria, & serio adiuvante mentem. Noster autem interpres pro irrisione convertit ea, quæ sibi sunt noxia: & quidem Beda de litera scripturarum intelligit, quæ Iudæos occidit. Hugo, & Lyra, bona delectabilia, in vniuersum accipiunt. Iansenius bona fortuna, Ego vero iocos, ac ludos pueriles, ut iam dixi. Nam leuitas morum, & studia ludicra, irrisiones, & ludibria, quæ pueris familiaria esse solent, nocua sunt valde iis, qui iam adoleuerunt: animorum enim robur, & neruos elidunt, nec locum seuerioribus disciplinis, atque preceptis faciunt. Similitudo ducta est ab infirmis, & à morbidis; qui leuiora, fruola, & inania quædam edulia, quæ valetudini obesse solent, avidè appetunt, atque illos solidos succulentos, & alentes cibos, qui morbo succurrere possent, aspernantur, repudiant. Itaque ait Salomon: Usquequo stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt? Id est, quo usque tandem imperiti iuuenes pueriles nñias, & risus, qui tanquam leues, inaneisque cibi motum seueritati plurimum nocent, impense desiderabunt: graues autem atque serias disciplinas, tanquam solidos cibos odio habebunt? Id enim est, quod statim subdit, & imprudentes odibunt scientiam: quasi dicat Quousque appetent nocuas: sana vero atque proficia tñdio quodam mirabiliter respuent?

**237** Notandum verò est filium præceptionum, quas Salomon nectit: est enim aptissimum: nam de seriis rebus acturus cum adolescenti illud imprimis illi suadet, ut ludicos, & leues puerorum mores abiiciat, & nñias aspernetur, quæ seuerioris doctrinæ tñdium maximum immittere solent. Unde iure optimo Plato de legibus dialogo 7. præcipit, ne pueris nouos adiuuenire ludos liceat, vel inuentis nimium temporis dare. Nam viri (inquit) facti assueti novationibus (id est nouis ludis) alias vires querunt, & ea que sita alias leges cupiunt. Quasi dicat omnia per lusum agentes seueram legum disciplinam, quam à maioribus acceperunt, repudiāt, & liberiorem alias inquirunt. Quis non Marcum Tullium accuset, qui iuuenibus ludendi, atque iocandi ad satietatem usque facit copiam in Oratione pro Cælio? Postremo, inquit, cum paruerit voluptibus, & dederit aliquid temporis ad ludum atatus,

**A** atque ad inanes basce adolescentia rapiditates, reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, ut ea, quæ ratione ante anō perfixerat, satietate abiecisse, & experimento contemptisse videatur. Itaque iuuenem in ludis, atque iocis tantum temporis potere permittit Tullius, quoad satietas eum reuocet ad seria, & experientia longa voluptatum ad seueria conuertat. O effusam, laxamque licentiam! An non potius experientia longa consuetudinem induit, consuetudinem autem deserere difficultum est? Non ita Salomon: tantum enim abest, ut risu atque iocis puerilibus iuuenem ad satietatem usque frui concedat, ut & tunc, cum risus, atque iocos impensius appetit, illos omittere suadat. Usquequo stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt: quasi dicat; Cupiditati effrenata, qua iuuenilis ætas ad ludos, & iocos fertur, oblistendum est, & ab illis arcenda est, tum cum maxime ea expedit.

**239** De lectione Septuaginta id tantum dixerim non esse arduum ad sensum vulgatæ reuocare. At enim; Quanto tempore innocentis inhærebunt iustitiae, non erubescunt. Id est, ex quo pueri (hos enim vocat ἀρχῆς id est, simplices sine malitia) iustitiam, & honestatem sectari cœperint, rubor omnis aberit, quia non erit opus correptione, & redargutione, ob quam male morati adolescentuli suffundi solent. Insipientes autem dum contumelie cupidi sunt: imp̄ facti odibunt sensum, & obnoxij facti sunt redargutionibus. Pro contumelia Græci & Cœti, id est, iniuria: sumunt etiam pro ludibrio, & irrisione. Itaque ait, insipientes, & imperiti adolescentes impense cupiunt iocose ac lepidè alios irridere, & ludibrio habere (positum hoc in vniuersum pro iocosis, & ludicris rebus, quibus iuniores delectantur.) Hi verò primum imp̄ facti odibunt sensum, id est, dum iocis ac ludis se se dedunt, fit ut leuitas morum eos paulatim per assuetudinem impios reddat, & à seriis, & seueris præceptionibus auertat, & obnoxij facti sunt redargutionibus. Fit item, ut cunctis prauos eorum mores corripere, & incusare liceat. Nam iuuenem intemperantem capere, & obiurgare, nullus non audet; inde vero pudor, & confusio, quæ probò adolescenti minime accident, ut supra, &c.

**E** XXIII. Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.

**240** **C**onuertimini ad correptionem meam. Septuaginta verba aliter legunt, & superioribus adiungunt: Et obnoxij, facti sunt redargutionibus, ut iam vidimus. Symmachus vero habet οὐτέ τινεῖσθαι μα, conuertimini ad argumentum seu probationem meam: En vobis proferam spiritum meum. Hebraicè: fluere, aut scaturire faciam, ducta metaphora à perrēnibus, & viuis fontibus. Sic Aquila & Theodot. ἀγελάνω, id est, effundam. Septuaginta vero præmittam vobis Spiritus mei dictiōnem.

Et ostendam vobis verba mea Septuaginta docebo autem vos sermonem. Senius est; conuertimini ad correptionem meam, id est, attendite iam nunc, cum vos arguo, vel incuso. Vel aliter. Nunc saltem, cum vos increpo, conuertimini scilicet ad meliorem frugem. En proferam vobis spiritum meum, id est, mentem meam, animi mei sensum vobis exprimam. Metaphoram vero fluendi, aut manandi Hebrai ad verborum vberem copiam, & iugem affluentiam referunt. Quasi dicat, en multis eloquar, quod sentio. Sed tamen cum hic correptione, & redargutione vtratur Salomon, redargutionem

**Beda.**  
**Lyra.**  
**Hugo.**  
**Iansenius.**

**Plato.**

**Tullius.**

**238**

242

verò non verborum copia, sed vis potius, & energia acrem reddat: Ideò existimo per metaphoram perennis, & viui fontis aliquid innui à Salomon, nihil scilicet sapientiae oblistere posse, quod minus increpet, incuseturque liberè hominum vita. Nam perennis fons, etiam si obstruatur, erumpit tandem impetu maiori, nec enim diu cohiberi potest viua aqua scaturigo. Tale autem esse debet obiurgantis, & corripiens os, quod nihil prohibe re possit, quominus aqua adinstar affluentis effundat, monitiones, hortamenta, redargutiones, adeo ut si quis illudos, quod viui adinstar fontis obtinet obstruere velit, erumpat quidem, si ita opus est, majori impetu reprehensio. Ergo ait Salomon *en proferam vobis*, id est, manare, aut fluere faciam, tanquam ex viuo fonte, *spiritum meum*, quem obstruere omnino, aut occludere nihil possit. Referri etiam potest ad claritatem scaturientis aqua: hoc modo fluere quasi ex fonte faciam *spiritum meum*, id est, proferam animi mei sensa clarius, quam ex scaturigine aqua manare solet. Hispanè dicitur. *Dire misentimientos tan claros como el agua.*

Deut. 30.

Beda, Hugo, & Dionysius, ad vindictam Dei referunt hæc verba; *En vobis proferam spiritum meū*, quasi dicat; si adhuc conuersti negligitis, proferam sanè vestris sceleribus parem vindictam, & ostendam vobis verba mea, id est, ea, quæ vobis comminatus sum, ostendam tandem experimento ipso vera esse. Et quidem spiritus pro ira non semel accipi consuevit, Deut. 30. & *in spiritu furoris sui congregata sunt aquæ*: & sèpè alibi, utraque expositio est accommodata.

**XXIV.** *Quia vocavi, & renuiſti: extendi manum meam & non fuit, qui aspiceret.*

243

**S**eptuaginta integrum sententiam sic conuer- tunt, *quia vocabam, & non audiisti, extendebam sermones meos, & non attendebatis*. Aquila vero Symmachus, & Theodot. ut in vulgata *τὴν χεῖρα μανū meam*. Lectionem Septuagintæ equi- tū sunt Origenes Hom. 1. in ea cantica, Cyprianus in oratione de singularitate Clericorum. Chaldaeus habet: *Quia vocauī, & non credidisti: leuaui manus meas, & non auscultasti*: Et quidem vox Hebraica extendere significat, & leuare.

Incipit sapientia seueram quandam, & acrem cō- minationem, qua timorem afferre vult his, qui vanissimis illis iocis, ludisque illecti ad monita sua, grauia atque seria auscultanda non confluxerunt: *Quia vocauī, & renuiſti*. Beda, Hugo, & Diony- sius, de Christo accipiunt, qui tunc vocavit suos, cum dixit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.* Extendit vero manum beneficiendo, & sanando omnes, &c. Iudæi autem nec vocationi acquie- uerunt, nec beneficiis gratiam reddiderunt.

Reliqui perstant in Prosopopœia, & de ipsa sa- pientia, quatenus honestatem pietatemque signifi- cat, interpretantur. Mitto Caeterum, qui non satis aptè de gratia, & auxilio Dei loquitur super hæc, atque sequentia verba, ex quo alij doctrinam eandem hauserunt. Distinguit enim excitantem gratiam ab auxilio sine ratione, & sine patrono. Nam vocando inquit Deus animam excitat: manū vero extendendo adiuuat, hoc vero præstat per auxilium, illud per vocationem, quas Caeterus diuersas omnino res esse decernit. Cæterum gratiā excitantem, & adiuuantem, & auxilium Dei vnam & eandem esse entitatem vocationis sanctæ, quæ propter diuersa officia, vel munera, diuersa nomina sortitur, probabilius docent Scholastici in

**A** materia de gratia. Quapropter si locum istum de prima gratia interpretari velimus, locus etiam fa- ciendus erit doctrinæ Augustini tractat. 1. in Ioan- nem, ubi non semel dicit verbum spirituale interius quod animis Deus instillat, ipsius Verbi æterni for- mat gerere, & ab ipso vim suam haurire. Cogita ergo secundam Trinitatis personam Verbum si- mul, atque brachium Dei esse, quia nimirum in illa, & per illam omnia dicit, quod est verbi munus; & dicendo similiter operatur, quod ad brachij ro- bur spectat. Igitur verbum spirituale, quo Deus animas interius affat, quodque verbi personalis non tantum effectus, sed quodammodo etiam ima- go est, vices illius agens, & vim illius in se expri- mens, utramque etiam rationem sortiri debet, verbi scilicet, atque brachij: atque adeo quatenus verbu[m] vocat, excitatque: quatenus brachium adiuuat, & auxiliatur. Audi nunc Sapientiam: *Quia vocavi, & renuiſti, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret.* Nec putes id esse diuersæ gratiæ, sed eiusdem omnino vocationis, quæ quatenus verbum, excitat, atque vocat: quatenus bra- chium, porrigit, extenditque manum, adiuuat sci- licet, auxiliunque præbet. Pende nunc ( si pla- cet) quam sit facile diuinæ gratiæ cooperando ob- sequi, quæ non excitat tantum, vel suadet verbo, sed brachio, manuque id, quod suusat, exequitur. Vide quam sit in quum vocationem renuere, & extensam ad opitulandum manum non arripere.

Cæterum vestigandæ sunt aliæ, atque aliæ huius loci interpretationes, & in primis notandum, quid manus Dei extensio, vel eleuatio in sacris litteris significare soleat. Hæc enim pro eodem accipi supra obseruauit. Ergo primò extendere manum est ultro opem afferentis, Psalm. 9. *Exurge Domine Ps. 9. n. 7.* *Deus, exalte manus tua, ne obliuiscaris pauperum.* Secundò manum extendere, valer id, quod vocare. Eos enim, ad quos vox fortasse non peruenit, ex- tensione manus solemus accersere. Isaïæ 65. *Tota Isaïæ 65. die expandi manus meas ad populum non credentem, num. 7.* &c. Tertiò, est beneficia conferentis: infra cap. 30. *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Quartò, est attestantis Genesis 14. *Genes. 14. Leu manum meam ad Dominum Deum excelsum num. 22.* possessorem cæli & terræ, &c. Item Deuter. 32. *Leu. Deut. 32. uabo in cælum manum meam, & dicam, viuo ego in num. 40.* Eternum, &c. Quintò, Leuare, aut extendere ma- nus est comminantis. Hierem. cap. 5. *Et adhuc Hierem. manus eius extensa.* Sextò, percutientis Psalm. 73. *c. 4. v. 25.* *Leua manus tuas in superbias eorum, &c.* Septimò, Psalm. 73. orantis. Psalm. 133. *Exaltate manus vestras in sancta, num. 3.* Octauio, porrige vel extendere, vel dare manum alicui est pacifcentis, & ineuntis fœdus. *Egypto dabimus manum, &c.*

Cum igitur extensio, vel eleuatio manus gestus sit quidam adeo diuersa significans, videre oportet ex tot significationibus, quænam maxime huic loco accommodetur, & quidem constabit eo gestu omnes vocationum modos quibus Deus homi- nes ad honestatem perducit, non obscurè adum- brari. Nam prima significatio est indulgere, & ul- tro opem ferre: placuit autem ista Lyræ in hunc locum, iuxta quam reddit hunc sensum: *Quia vocavi, & renuiſti, extendi manum meam*, id est, per hanc vocationem manum, vel auxilium porrexì, ut vos à peccatis, & fœcibus vestris leuarem. Sed heu stupidi! *non fuit qui aspiceret*, & qui Deo porrigen- ti manum ipse offerret suam. Porrigeret, aut exten- dere manus alicui iuris est formula, ut tradit Vlpianus Pandectarum lib. 42. tit. de re iudicata. Et de iudice dicitur, qui vocatum in ius virum culpa, si- mul & pena liberat, atque fori sumptus, iacturas, & impensas

244

245

246

impensas restituit. Et quidem fortasse eiusmodi absolutiones manu eo gestu protensa fieri olim consueverunt; que conuictudo etiam Ecclesiam nostram peruersit, in qua de more fuit Sacerdotibus manibus supra caput porrectis, & expansis, absolutionem peccatorum impetrari. Itaque ait *non vocans solum, sed etiam extenta manu veniam, indulgentiamque omnium hactenus in me commissarum culparum offerebam, quod est summa pietatis.*

247

**B** Secunda significatio extensionis manuum est *beneficia conferre*. Placuit haec Beda, atque Hugonis in hunc locum, & iuxta illam loci huius interpretatione sic conformanda est. *Quia vocavi, & renui-  
sti, & extendi manum meam*, id est, quia non venumque vocavi, sed beneficia impendens, quo nullus est suauior, atque gravior vocandi modus: & tamen ( proh stulti! ) nemo ex vobis fuit, qui aspi-  
ceret, hoc est, qui in dona conferentem intenderet & illi gratias referret. Ideo, &c. Itaque ait Sapientia *extendi manum*, Deo quidem extenterat, atque longe sunt ad beneficiendum manus, id est, liberales, & profusa. Ita enim liberalissimos quosdam Principes longim manus appellauit veteritas, vel eo sensu, quo iura longas manus appellant. Sicut enim apud Vlpiandum manu breui aliquid dare, vel accipere, perinde est atque non per anfractum, vel circumferentem conferre, aut sumere. Nam lib. 44. §. 1. de iure dotium: *breni manu acceptum quid a fæmina*, dixit, id est, non per acceptationem, sed de manu, ut aiunt, in manum. Ad eundem modum manu longa erogare laborentis posuit pro oblique, & per anfractum dare. *Pecuniam* ( inquit ) quam mihi debet, aut aliam rem, si in conspectu meo ponere reiubeam efficitur, ut statim tu libereris, & mea esse incipiat, & acquisita mihi, & quodammodo longa **D** manus tradita existimanda est, textus est in lege 79. ff. de solutionibus. Itaque longa manu datam pecuniam vocat iurisperitus illam, quam ante oculos in mensa scilicet depositus debitor, ut cum velit creditor, manum iniciat, atque auferat. Ergo Deus quædam breui, quædam item longa manu hominibus beneficia confert, ea quidem, quæ libertati non subiacent nostræ, salutem scilicet, vitam, & bona quævis temporalia breui quidem manu tradit. Non enim, ( ut solent saeculi Principes ) ministerorum opera oblique, & per anfractus donat, sed directè à manu in manum transfert dona sua: at vero ea beneficia, quæ libertati subiacent nostræ, nimis iustificationem, remissionem peccato-  
rum, & bonorum operum merita, longa manu erogat Deus. Nam haec omnia ante oculos nostros per suam vocationem deponit, ac proponit, ut cum velit homo, libere manum mittat, atque auferat. Iam intelliges Salomonem, qui cum loquatur de iustificationis dono, longam quidem, atque extensem manum Deo tradidit. *Quia vocavi* ( inquit ) & *renuisti, extendi ma-  
num, &c.*

248

**E** Tertiò, extendere manum est *vocare*, ( in eo sensu locum accipit Rodolph. ) eis enim, qui illum non audiunt clamoribus vocantem, quasi manu inuere videtur. Solet enim Deus perinde agere cum hominibus, quemadmodum homines cum surdis: sicut enim his, quia voces non percipiunt, significationibus manuum indicimus ea, quæ volumus: Ita Deus eos, qui ad illius voces penitus obsurdauerunt, quasi surdos manuum signis alloquitur, *Vocavi* ( inquit Sapientia ) & *non audistis*, ( sic Septuaginta ) atque adeo opus fuit tanquam cum surdis, & non audientibus manu agere, & hoc quoque feci: *Extendi manum meam, & non fuis*

Tom. I.

**A** qui aspiceret. At inquis, quando Deus voce, & quando manu vocat? Subiectio. Bernardus lib. 20. in Canonicavocis dictione vti Deum affirmat, cum per concessionarem alloquitur: manuum verò signis, cum miracula patrat, quæ sunt propriè signa manuum. Aliter Beda in libello, quem de indignatione inscriptis, vbi dicit manuum signis allocui Deum, tunc cum voces prædicantium non accipientem honorum operum exemplis impellit. Ad hunc modum Christus Dominus cum doctrina, manuum signa, id est, opera coniunxit, iuxta illud, *capit Iesus facere, & docere, vt ea ratione cunctos ad se vocatos traheret*. Rursus manuum designationes adhibemus ad distantes accersendos, ad quos vox fortasse nostra peruenire non potest; & iuxta hanc etiam vocandi rationem euadit sensus alter non in elegans. *Quia vocavi, & renuisti*, vel non audistis ( inquit Sapientia ) tunc cū iudicauit ( propter interuallum, quo à Deo, atque à me separati eratis: ab omni enim honestatis genere longo interstitio eratis dissipati. ) vocem meam nunquam ad vos pertingere posse, manuum significations adhibui: *extendi manum meam*, vt quos vox, clamoresque assequi non poterant, manuum documenta assequerentur. Itaque distantia, atque interuallum, quo homō per peccata à Deo, atque honestate dirimitur, ( o insignem benevolentiam! ) non impedit, quo minus viciisque, vel voce, vel significationibus vocemur, vt vocati respondeamus.

**F** Quartò, leuare, vel extendere manus est minas intendentis ( vt supra obseruaui ) & secundum eam significationem sic licet interpretari. *Vocavi, & renuisti*, & quia, vocante me, aures obturabatis vocationis minas adiunxi: *extendi manum meam, &c.* Animaduertit autē acuti. Auctor symbolorū, minas elata manū, & indice fronti cōmissō significari: id verò tunc maximè, cum pueris terrorem afferre volumus; & quidem illa exteriori significatione dum fronti indicem admouemus, futurum ve fronti eius, in quem minas iactamus, aliquid danni, vel mali inferamus, innuere est animus. Nimirum cum pudor, atque verecundia in fronte elucet, nos aliquid commissuros esse monstramus, quod frontem pueri pudore suffundat. Cum ergo sapientia puerum, vel iuuenem alloquatūr, si eleuatio, vel extensio manus minas significet, dicimus quidem eas puerorum ingerio, & conditioni accommodatas fuisse hoc modo. *Vocavi, & renuisti*. Quasi dicat; sicut si mater puerum ad se voce indulgenter prouocet: ille vero accedere ad matrem renuat; sic etiam ego *Vocavi, & renuisti*. Et quemadmodum item mater, dum pueri venire ad se nolentis peruicaciam expetta est, indicem fronti affigens minatur, sic eum male se acceptum, vt supplicium, pudorem simul, & lachrymas extorqueat. Noti aliter sapientia *extends* ( inquit ) manum meam, id est, leuauit vobis minitans. Sed tamen non fuit, qui aspiceret, id est, adhuc minas meas contempstis.

**G** Quintò, eleuatio manus symbolum est punire, aut percutere volentis: licet autem eam huic loco, quemadmodum alias accommodare sic: *Vocavi, & renuisti*; vocavi autem non viciisque, sed extensa manu, id est, severitate suppliciorum: *Extendi manum meam*, nec tamen sic effrænatam licentiam edomui: & non fuit qui aspiceret, id est, qui respiceret.

Sextò, leuare manus est iurare, potest etiam huic loco aptati hoc modo: *vocavi, & renuisti*. Tunc verò, vt tantam præteruiam effingerem, *extends*, vel, *leuauit manus*, id est, os la iure. Sed id ad-

251  
Act. c. 1.  
num. 2.

252

253

D

minas etiam pertinet, de quibus supra. Vnde quidam eam rationem assignant, propter quam digitus index fronti commissus minas innuat, scilicet, ut significet quis se per caput suum iurare, quod fuit etiam antiquis admodum solemne.

254 Septimū, extendere manus est pacisci volentis. Quadrat quoque ista significatio in verba Salomonis. *Vocavi, & renuiſtū*, nec sic destitit: sed extendi manum meam, pacem offerens, & ex quadam iniuriarum amnestia foedera inire vobis cum volens. Et quidem id Deo debet omnis peccator, quod toties tendit ad illum manus ad foedera iungenda iniuitatis, quoties illum per auxilia gratiae ad salutem vocat, adeo ut in eius potestate sit tunc, cum velit, manum oblatam arripere, & dexteram dexteram conferere.

Octauū, extendere manum est orare, aut preces fundere, & secundum hanc significationem accidit reliquis octaua interpretatio: *Vocavi scilicet, & renuiſtū*, parum est *vocavi*: extendi manus, id est orauī, precibus summis contendit; & tamen non exorauī, quia nemo fuit, qui afficeret, vel annueret.

255 Ad extremum nouam ex novo auctore, sed grauissimo interpretationem attexam, qui manum extendere hoc in loco gestum esse dixit eius, qui silentium imperat. Acto. 12. de Petro sic scribitur; *Annuens autem eu manu, vt tacerent, & 13. suribidem ea. gens autem Paulus, & manu silentium indicens, & 13. & 19. 19. manu silentio postulato, ait ergo, Vocavi, & renuiſtū, vel non audisti, nec satis id duxi, sed extendi manum silentium imperans, vt vel sic sublato strepitu, & tumultu exaudirer, nec tamen obtinui, & non fuit qui afficeret, id est, nemo attentè excipit verbamea. Sed tamen in illis locis non significatur extensio manuum, sed percussio: nam Græcè est *καταρροσ*.*

#### XXV. Despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

256 **D**espexitis omne consilium meum. Hebraicè: Octosum esse fecistis, vel cessare fecistis. Alij etiam legunt: extendisti id est, eneuastis, vel neruos incidisti. Chaldaeus commutasti omne consilium meum. Septuaginta, sed irrita faciebat mea consilia. Symmachus, & Theodor. dissipasti, omnia fere in idem recidunt. Noster interpres magis ad viuum resecavit radicem eruens.

*Et increpationes meas neglexistis.* Hebraicè: Non luistis. Septuaginta, & in correptionibus meis rebelles fuistis. Lucifer, non intendistis.

Cum bona omnia ( inquit Sapientia,) consiliis tneis vobis iudicare, & increpationibus detergere à malis similiter conarer, utrumque despiciui duxistis. ( Scio apud Iurisperitos despicere plus esse, quam contempnere: contemnimus enim, inquit, ea quæ non sunt ad rem nostram, etiæ alias magna sint; despiciimus vero parua, atque vilia.) Ergo ex hac despiciencia consiliorum reliqua eveniunt mala, quæ supra dictis variis lectionibus significantur. *Despexitis omne consilium meum:* Sunt, qui legant, excidistis, id vero ad contemptum spectat. Diuus Isidorus in originibus tradit verbum *temno*. Latinum fluxisse à verbo *τίνω* Græco, quod est rescindo, reseco. Quia, quæ aspernamur, hæc amputare, & resecare tolemus. Nam pomum, qui edere vult, & resecat, abiicitque putamina, hic propriè cōtempſile dicitur. Ergo ad rem, excidistis, inquit, omne consilium meum: id est, ea, quæ vobis consistebant, tanquam exsecta quædam, viliaque

257 A putamina rescidistis, reiecistis, vel aliter excidistis, id est, eneuastis: habet quidem neruos suos doctrina, quibus ad permouendas mentes animosque rotobatur: hos vero elidit, inciditque contemptus.

Alij legunt: cessare fecistis, vel otari omne consilium: id etiam ex contemptu prouenit. Nam virtutis monita, & consilia, quorum est proprium ad operandum impellere, tunc otari & feriari dicenda sunt, cum nihil boni operis exequuntur. Vnde vero consiliorum otium, nisi ex contemptu? Chaldaeus, *commutasti omne consilium meum*. Permutare autem sapientiae consilia est unum pro alio sumere, vel cum alio commutare, & quidem pleraque virtutis consilia sunt facile permutabilia. Cum enim pleraque virtutia virtutibus hereant, atque earum similitudinem referant, solent impij virtutum salubria præcepta, vel consilia cum virtiorum præceptis suasionibus commutare. Suadet quidem virtus liberalitatem, impius hanc cum profusione commutat: suadet virtus parcitatem, avarus fordes eligit: consulit virtus fortitudinem, audax præfert temeritatem, & sic de reliquis. Nonne hoc est honestatis, & sapientiae consilia permiscere,

259 Hieronym.

& commutare? Hieronymus ad Demetriadem. Quidam superbiam libertatis loco discunt, adulacionem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiae vice amplectuntur, & futilitas simplicitatis nomen imponunt, ac demum fallaci, ac pessima similitudine decepti vestris pro virtutibus gloriariuntur. Nonne hi annos nummos cum adulterino commutant? Ecce permutationem, de qua agimus, sicut ille, qui pretiosa pro vilibus erogat, & aureum nummum cum adulterino sciens, volensque commutat, pretiosa despicit, & aureum nummum contemnit. Sic ille, qui consilia sapientiae commutat, eadem contempnere, atque despicere dicendus est. Dixerim quidem hanc esse celebratam illam, & in proverbium deductam permutationem Glauci, & Diomedis: ex parte quidem Glauci stupidam: ex parte vero Diomedis prudentem, & solertem. Cuius meminit Imperator Iustinianus in Proclario Pandect. ubi multis

260 Iustinian.

E quia vestris temporibus talis legum inuenta est permutatione, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus, & Diomedes inter se faciunt dissimili permutantes.

261 οὐα χακεῖν, ἐκαὶ τοῖς  
εὐαλοῖς. Id est.

Aurea aris, centena nouenarijs.

Historia refertur ab Homero Iliad. 6. ubi tradit Glaucum aurea sua arma Diomedi dedisse pro æreis, & centenos boues pro nouenis ad sacrificandum. Ergo Imperator in sua prudenti legum permutatione Diomedem imitatus est: paucas enim leges, atque emendatas pro multis, atque depravatis commutavit. Illi tamen imprudentes, atque impij, qui sapientiae omnia consilia commutarunt, Glaucum stolidissimo homini similes sunt, qui è contra pauca, & pretiosissima virtutis præcepta, atque leges, cum innumeris præceptis, atque nefariis tum mundi, tum carnis, & concupiscentia legibus commutabant. Hæc est sapientiae iusta expostulatio: *Commutasti omne consilium meum*.

262 Ad extremum Septuaginta reddiderunt irrita fecistis omnia mea consilia. Græcè ἀνύπει, id est, ex auctorata: ( si licet dicere) id est, sine auctoritate, atque adeo sine vi, hoc etiam spectat ad contemptum, qui cum omnem auctoritatem præceptis

adimat, ad transgressionem reddit promptos. Hæc dixi, ut constet quam aptè noster interpres transtulit *desperisti*, radicem assignans, ex qua cætera pullulant. Itaque dicere possumus reliquos interpretes ramos indicasse: vulgatum verò radice in eruisse.

XXXVI. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit.

263 **E**GO quoque in interitu. Hebraicè: *in fractura, vel contritione*. Septuaginta, *perditione*. Aquila, *inundatione*. Symmachus, *collatione*.

*Ridebo*. Septuaginta ἀπομνησθε. Augustinus in Ioannem tit. 23. vim vocis sic expressit. *Ego vestra perditioni superridebo*.

*Et subsannabo*. Septuaginta, *gaudebo*. Lucifer. Gratulabor autem aduersum vos. Aquila, Symmachus & Theod. *subsannabo*, vt Vulgata.

*Cum vobis id, quod timebatis, aduenerit*. Hebraicè, *cum veneris terror vester*. Septuaginta, *cum veneris vobis interitus*.

Ab his verbis reliquas capitilis huius sententias accipit Beda de strage, quam Deus edidit in Iudeos ob Christi Domini necem. Lyra, ne Deo risum trbuere videretur, interpretatur causaliter hoc modo; *ridebo*, & *subsannabo*, id est, rideti, & subsannari faciam, derisibiles scilicet, atque subsannabiles reddam. Lyram sequitur Hugo, hic autem subdit discrimen inter risum, & subsannationem: risus, vel irrisio (inquit) perficitur ore, subsannatio vero naso: irridemus cum voluptate, subsannamus cum ira: irrisio est res leporis, subsannatio indignati animi: lepos enim in ore, ira ostenditur in naso.

264 Reliqui prosopopœiam vrgent, & quemadmodum verba, & minas, sic etiam risum, & subsannationem Deo tribuunt. Reuocanda sunt in memoria ea, quæ supra diximus Vers. 22. sapientiam scilicet in iuuenes propter leuem, iocosam, & ludicram viuendi rationem, atque mores minime graues, & serios, indignatam in has minas prorupisse. Propterea iam nunc cum de suppicio agit, quo in illos animaduertere decreuit, illud quidem eorum culpæ accommodatissimum excogitat dicens: *Ego quoque in interitu vestro ridebo*: quasi dicat, ridere, iocari haec tenus licuit vobis: ludibriis, succuribus, irrisiōibus usque adeo dediti fuistis, vt seueram, & seriam disciplinam penitus exosam haberetis. Par pari referam: *Ego quoque in interitu vestro ridebo*, & *irridebo*. Nec irridebo solum, quod solet esse leporis, ac salis; sed etiam subsannabo, quod est iræ, & indignationis maximæ. Hunc sensum eleganter exprimit Augustini lectio:

*Ego quoque perditioni vestre superridebo*. Nam superridere propriè est risu risum excipere, vel risum risu punire. Et quidem Augustinus in eo loco cum constituisse duo hominum genera: alterum, quod desperatio à virtute deterret; alterum, cui spes nimia omnem sollicitudinem, atque curam adimit salutis curandæ: De hoc minime sollicito secundo genere hominum prædicta verba potissimum accipienda esse dicit. *Ego perditioni vestre superridebo*: Nam (vt author est idem doctor) inanis illa, atque temerè concepta spes viuendi licentiam parit, vacuos omni sollicitudine, & metu reddit homines: atque adeo eorum risus, iocos, atque ludos nihil interturbat. His ergo, atque eorum perditioni superrisuram se minatur Sapientia, id est, risu risum eorum excepturam.

Tom. I.

A Sed quomodo ( inquires ) ridet sapientia? Bernardus sermonе in Psalmum, *Quis habitat in adiua Bernardi*. 266  
Sapientiam ridere propterea in hoc loco dici existimat, quia sapientes omnes, & probi rident, cum sceleratos homines perditum iri, se autem incolumes, ac hospites euadere contemplantur. Est autem hic risus approbans Dei consilium, iuxta illud. *Verum amen oculi tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis*. Hoc vero accommodatitudinē videtur. Diuus Augustinus, cum nomine sapientiæ Deum ipsura intelligat, de quo *Ps. 2. n. 4.* Psalmi. 2. canit David: *Qui habitat in cœli irridebit eos, & Dominus subsannabit eos*, non ita accipendum esse dicit, quasi Deus buccis irrideat, & naso subsannet: sed ipsam Dei præscientiam, quæ nouit eos, qui sceleris nunc temere admittunt, tandem aliquando supplicio afficiendos, risum Detrappellari. Nam Deus præcious pœnarum, quas impij daturi sunt, quodammodo secum ipse ridere videtur, quia certè, ( si posset ) vere rideret atque irridet. Sed hoc non quadrat in hunc locum, si quidem Deus, vel Sapientia, non in supplicij præscientia, sed in ipso supplicio, ac perditione improborum ridere dicitur. Quapropter cum risus ex voluptate prouenire soleat, subsannabo ex indignatione, propterea ( me iudice ) cùm risu, tum subsannatura dicitur Sapientia, vel Deus ipse, quia supplicium, quo in sceleratos illos animaduertet, cum voluptate exequetur, & indignationi suæ satisfactum eo modo volet.

267 C Sed expendendæ sunt lectiones illæ supra notatae. Noster legit *in interitu vestro*, de morte accipendum est. Hebreus, *in fractura vestra*. Est, qui referat etiam ad mortem, per quam absinditur vita filum. Vide, an potius de graui animi dolore, & luctu, quam Hispanicè dicimus, *quebranto*.

D Si ergo Musica in luctu importuna est narratio, nihil minus habebit importunitatis risus in luctu. Heu, quantum dolebunt impii, cum illis lugubris sonantibus rideat Deus! Septuaginta: *in perditione vestra*, vel *in casu vestro*, certè in nobis lapsus, vel casus hominis etiam amici solet risum nolentibus extorquere, quod experientia docet, & Aristoteles obseruat in Problematis. Accidit autem hoc (nescio qua ratione) cadentibus aliis, vt cum tam doleamus, risum sustinere minimè possimus.

E Ergo cum ait Sapientia, vel Deus ipse, *Ego in casu vestro ridebo*: certè innuit risum eius ad instar obtinere illius, qui ex lapsu, vel casu alterius in nobis excitatur: atque ipsum liberè præstare, quod nos coactè omnino facimus. Dolet enim simul, atque ridet: dolet quidem ob malum, quod sustinet illius creatura: ridet autem, quia eo modo iustitia suæ facit satis. Aquila habet: *in inundatione vestra*. Aquila.

F Et quidem appositiæ inundationem posuit; de his enim agit, quibus tot diebus iocari, & ludere pueriliter licuit, atque vitam sine mœrore, & angoribus agitare, qui cum suorum scelerum nullas pœnas dederint in hac vita, necesse est, vt in morte, quasi collectus hinc inde suppliciorum riulis pœnae inundent. Tunc ergo inquit Deus: *ego superridebo*, id est, cum illorum pœnae quasi superatis ripis super effluxerint, tantus mihi risus affuet, vt quodam modo super effluat. Id enim est *superridere*: risum scilicet ex magna copia, quasi exundare, & super effluere.

G Symmachus denique habet: *in collocatione vestra*, id est, cum in loco statuetur quisque suo apud inferos, inter impias, saeuissimasque dæmonum cohortes. Sed tamen aliqui sic aiunt: *collocatio*, Laius est conuentio ex pacto; id, quod vulgo dicimus *testamento*. Itaque petinde est, ac si dicat,

270 Symmach.

D ij

in vestris pactis, & conventionibus ridebo. Sed tamen hoc quamvis referri possit ad paetum, quod supra inire dicebantur: *Sortem mitte nobiscum, &c.* tamen nimis serum videtur. Græcè quidem est, ὥστε verbum est militare ordinationem militum ad significans, id est, aciem instructam ad pugnandum. Sed hoc nihil ad rem nostram: significat etiam descriptionem militū, quæ sit ad stipendium conferendum. Secundum hanc significationem dic (si placet) tunc risuram esse sapientiam, cum impij tandem in damnatorum serie describentur, ut peccatorum suorum stipendia capiant. Est enim stipendium peccati mors aeterna, ut docet Paulus. **B** Addo, eam lectionem parum aptam esse.

**271** *Et subsannabo, cum vobis id quod timebatis, aduenierit.* De subsannatione supra Septuaginta habent, gaudeo, id est, subsannando gaudere me monstrabo. Sic accipendum illud: *gratulabor aduersam vos.* *Cum vobis id, quod timebatis aduenierit.* Sic noster exultit id, quod Hebraicè ad verbum est, *cum venerit horror vester.* Iudicavit enim sumi effectum pro sua causa, horrorem scilicet pro his, quæ horrorem inveniunt. Septuaginta quidem assignant id, quod horrorem tunc inveniet, *cum venerit vobis interitus,* id est, cum affuerit interitus, atque finis vitæ tumultuarius.

**X XVII.** *Cum irruerit repentina calamitas;* *& interitus, quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia.*

**272** **C**um irruerit repentina calamitas. Hebraicè. *Cum venerit, sicut desolatio pavor vester.* Septuaginta. *Cum venerit vobis subito tumultus.* *Et interitus, quasi tempestas ingruerit.* Hebraicè, *velut turbo.* Septuaginta, *eversio autem similis procellæ affuerit.* Aquila. *similis concussioni, ac terra motui.* Græcè αὐτοῦ.

**273** *Quando venerit super vos tribulatio & angustia.* Hebr. afflictio, & coarctatio. Septuaginta, oppressio. Vel potius obsessio, ut habet Complut. Aquila *superfusio*, ducta similitudine ab inundatione. Theodotion. *Præcipitatio.*

**Paul. 2. ad Thes. c. 5.** Significat quidem Sapientia repente quidem, & præter opinionem, & expectationem suam mala isthac illis euentura, quemadmodum inquit Paulus 2. ad Thessalon. cap. 5. *Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, & non effugient.* Hæc autem repentina rerum commutatio co[n]paratur primum desolationi, *cum venerit sicut desolatio pavor vester.* Id est, id, quod tantopere veremini. Dicitur autem similitudo ab agris, & messibus, cum ab hostibus populantur, id enim est, *desolare.* Virgil. II. Aeneid.

**Colum.**

*Sat funera fusi*  
*Vidimus, ingentes & desolamus agros.*  
Item Colum. lib. I. cap. 3. *quos hostis profugiendo desolauit agros,* itaque ait non secus repente interitus, atque eversio miseros illos iuuenes inuadet, quæcum hostis ab insidiis progressus agros depopulatur, ac messes nondum maturas, & falci apatas exurit.

**274** Secundò, comparat cum tempestate, turbine, aut procella, *Et interitus, quasi tempestas ingruerit.* Hebraicè, *ut turbo.* Septuaginta, *ut procella,* id est, cum in homines illos impios tranquillam, & securam vitam in malitia sua, quasi in malitia agentes, non aliter interitus incurret, quæcum tranquillo mari, & vndis silentibus subito tempestas, procella, & turbo ingens exoritur, & fluens in cœlum

vsque tollit. Est etiam appositissima ad hanc repetitionem rerum commutationem adumbrandam. Aquila lectio. *Cum eversio similis terra motus aduenierit.* Hoc est, sicut accidit sæpe, ut tellus primùm immobiliter quiescens, stabilis, & inconcussa, tota subito moueri, concuti, atque iactari incipiat tanto impetu, ut moles, atque arces munitissime suis nonnunquam sedibus conuulsæ, disiectæ, & subruæ solo æquentur: Sic pariter eueniet improbis, ac scleratis hominibus, quos in magna rerum omnium tranquillitate, & quadammodo immobiliter quiescentes, stabiles, inconcussos similis terræ motui eversio inuadet, atque perdet.

**275** *Quid plura? Quando venerit super vos tribulatio, & angustia, vox Hebraea, coarctationem sonat, & propriè quidem dicitur de via strictiori, quæ pertransiri nequeat: traducitur vero ad animum, cum vnde cinctus nullam reperit viam, per quam euadat.* Id autem sibi vult illud, *quando venerit super vos afflictio, & angustia,* id est, cum iam affectis rebus in eas angustias conieci siatis, ut vnde arctè cinctis non sic via, per quam euadere possitis. Id ipsum significarunt Septuaginta nomine obsessio. Referri etiam potest ad conscientiae angustias, quæ animum mirandum in modum vident, coarctant, obsonunt. At inquires, vnde illa supereffusio? Aquila, certè verbum Zuk, ex quo Zukah, significat etiam effundere. Sed reuocanda quidem est hæc significatio ad priorem: est enim propriè ex coarctatione, & expressione effundere, quemadmodum oliuæ, atque vnde succum in torculari reddunt arctius expressæ. Itaque illud, *cum venerit supereffusio,* sic est interpretandum. Cor vestrum afflictione, & dolore pressum, atque expressum supereffundet. *Quid autem supereffusum dicemus?* certè dolor, & afflictio, cum premit cor, lachrymis exprimere solet, de his ergo potest intelligi supereffusio. Comparat autem (si placet) hanc supereffusione lachrymarum cum verbo superridebo, de quo supra ex Augustino, erit que sensus: tunc cum improbi homines ex nimio dolore, & angore lachrymas supereffundent; mihi (inquit Sapientia, vel Deus ipse) ex nimia voluntate risus quoque supereffluet. Postremam Symmachii lectionem: *cum venerit super vos præcipitatio,* sic interpretor, cum præcipites in Tartara mittetimi: vel aliter, cum malum præceps super vos ruerit, id est, subitum, repentinum, ut cum superioribus cohæreat.

**276** Ad extremum obserua totum locum de iudicio extremo explicatum fuisse à Beda, in cuius repentinum, subitum, atque præcipitem aduentum præmissæ similitudines aptissimè cadunt.

**F** *Tunc inuocabunt me, & non exaudiām;* *mane consurgent, & non inuenient me.*

**277** **T**unc inuocabunt me, & non exaudiām. Hebraicè, & non respondebo. Septuaginta seruant eandem personam: *& erit cum inuocabitis me non exaudiām.*

*Mane consurgent, & non inuenient me.* Septuaginta absoluē: *Querent me mali, nec inuenient,* & quidem verbum Hebraicum, Sachar, magna quadam sollicitudine querere ad significat, id autem, quod ea sollicitudine inquiritur manè, vel diluculo queri dicitur ab Hebreis. Tigurina matrabunt ad me.

Verba sunt eiusdem Sapientæ. Reddit autem

Aquila.

נִזְבָּח  
נִזְבָּח

276

277

נִזְבָּח

Rodohp. rationem Rodolphus, propter quam mutata persona non iam ipsos affatur. Quia transacto, inquit, pœnitendi tempore, non amplius dignatur eos alloqui. Ita enim accidit, ut obduratis, atque obfirmatis in peccato, et si sufficientia, valde tamen

178 debilia auxilia Deus immittat, ita ut eos quodammodo deseruisse, atque non alloqui videatur. Ait ergo, Tunc, id est, in eo articulo cum viderint sibi interitum adesse, inuicabunt me, nimis recurrerent ad priora consilia: hoc est (*sapientiam inuocare.*) id est, resipiscere volent sed frustra, non enim exaudiam, vel non respondabo: Quasi dicat, par pari referam, hactenus ego clamau, & non exaudierunt: posthac clamabunt illi, & ego non exaudiam (meritissimum supplicium, quo Deus animaduertere solet in eos, qui voces illius non auscultant. Zachariæ 7. factum est sicut loquuntur est, & non audierunt, sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus.)

Zach. 9. num. 13. 279 *Mane surgent, & non inuenient me.* Supra obseruauit mane surgere ex phrasim Hebræorum comuni accipi solitum, quasi accuratissime aliquid vestigare, sumptum fortasse, ut quidam existimant, ex eo, quod euenire consueverat his, qui manna de cœlo defluum colligebant, quibus necessarium erat ante solis ortum præcurrere ad colligendam benedictionem: Sic dicitur Sapientia 16. aliter tanquam hybernalis glaciest abescerat, & tanquam aqua superuacua disperibat, propterea mane surgere, idem erat, quod diligenter quærere. Et quidem ad rem nostram huius origo formulæ accommodata est: *Mane surgent* (inquit Sapientia) & non inuenient me, id est, etiam si ea diligentia, & cura ad me vestigandam surgant, qua multo mane ante solis ortum surgebant filii Israël ad manna colligendum, tamen non inueniar ab illis. Quasi dicat: Manna quidem peribat his tantum, qui diluculum non captabant: ego tamen, etiam si scelesti isti homines multo mane surgant, quasi euanscens dispvero.

280 Illud vero difficultatem afferit, quâ scilicet improbi illi, qui conuercionem suam in vita finem, quasi in vesperum distulerunt, mane surgere dicantur. Rursus, si vere mane surrexerunt, & accuratâ ad inuestigandum diligentiam adhibuerût, cur non inuenisse dicuntur? qui enim se à non querentibus inuentum aliâ dicit, cur non potius ab accurate querentibus reperitur: Præsertim cù ipsa sapientia alibi dicat, & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Infra c. 8. Respond. quod hi mane primum surgere dicuntur, quia (ut sè animaduerti) adolescentes, atque iuniores alloquitur sapientia, qui vita sua, quasi mane, & diluculum quoddam agunt; monet autem, ne præcepis honestatis posthabitum, intemperantia, ac libidini habenas remittant, nam fiet quidem, ut morte immatura correpti poenas maturè luant: & tunc quidem etiam si resipiscere velint, & quodammodo mane euigilent, in ipsa scilicet iuuente, & vita auspicio, tamen non inuenient sapientiam. Causa iuuenis intemperans: nam nonnunquam sera etiam est in iuuentute resipiscencia.

281 Proverb. Velaliter: *mane surgere dicuntur*, ita ut mane exteriā, & sequentem diem significet, Iob 7. Ecce nunc (id est hodie) in puluere dormiam, et si mane me quaerieris, non subsistam, id est, sequenti die. Ex his vero suppetunt plura exempla in sacris litteris, in quibus etiam vita præsens, unus quoque dies præsens appellari consuevit, quam futura vita, tanquam mane diei sequentis excipit. Ergo ait Sapientia: *mane surgent, & non inuenient me*, ita ut mane pro hesterni diei initio accipiatur, quod est futuræ vita symbolum. Quasi dicat statim post interitum, quem sua illis sce-

Alera attulere, meliora sapere volentes vestigabunt me, sed frustra: nam sera tunc est ad bonos mores via. Dicam etiam nunc aliqui d magis subtile quam solidum. Iuxta scripturæ phrasim, nonnunquam mane, sumitur pro vespera diei: cum enim dies suos festos Hebræi à vespera inchoarent, si forte dicebant, mane id fiet, vel illud, loquentes de die festo, numerabant quidem mane ab ipsa vespera. Nonnunquam etiam vesperam ad manè similiter exten-debant, sicut nos, qui dies nostros à media inchoamus nocte, cum mane dicimus, à media etiâ nocte numeramus: imo etiam ex vsu Ecclesiæ matutinas horas appellamus, quæ à media nocte cani incep-  
282 runt. Consule super hac re Maldonatum, Salmo- P. Maldon nem, & alios interpretes ad illa verba: *Vespere una P. Salm. sabbati, qual uice sit in prima Sabbati.* Ergo iuxta ea, quæ præmisimus, ita interpretandus est locus: *mane surgent, & non inuenient me*: ita ut quemadmodum naturale hoc mane à vespera præsentis diei numerari consuevit; sic etiam mane mysticum futuræ vitæ à vespera; id est, à fine huius vitæ numeremus, & quidem longè melius nos dicere possumus extremam vitæ huius metam ad futuræ initium quodammodo spectare, quam Hebræi vnius diei vesperam ad mane alterius. Quia quicunque ad finem vitæ sine pœnitentia peruererunt, iam inde ab hoc fine damnatis quodammodo anumerantur, quia in fine vitæ conuerti ad Deum incertum, ratum, ne dicam impossibile cum Augustino: Ergo ait Sapientia, *mane surgent*: id est, iam inde, cum ad extreum vitæ peruererit, à quo exorditur mane futuræ, meliora sapere, & salutem suam curare incipient. Sed non inuenient me.

D Quod si absolutè *mane surgere*, sit accuratam diligentiam adhibere, intelligere debemus hoc de quadam humana cura, quæ careat debita intentio-ne finis honesti, & quæ non tam sit suscepta de salute æterna sollicitudo, quam fuga imminentis mali. Hæc autem tantum abest, ut vere conuersioni inferiat, vt ad damnationis potius exitium ferat. Cura ista incessit Iudam, postquam peccauit, de quo Ioann. Chrysostomus *Dixit* (inquit) *peccanti tradens Io. Chrys. sanguinem iustum, sed non potuit vitare peccatum. Sic enim de eo ait Spiritus sanctus, & oratio eius fiat in peccatum, ut in eo, quod pœnitentia festinavit ad portum, ibi incidet in æternum, & sine reparacione naufragium.*

*XXIX. Eò quod exosam habuerunt disciplinam & timorem Domini non suscepserunt.*

*XXX. Nec acquieuerunt consilio meo: & detraherunt uniuersæ corruptioni meæ.*

F 283 *E* o quod exosam habuerunt sapientiam. Hebraicè, oderunt scientiam, & timorem Domini non suscepserunt. Hebraicè, non elegerunt. Septuaginta, & verbum, vel sermonem Domini non assumperunt. Ita est apud Cyprianum lib. 1. aduersus Iudeos. Sed licet codices aliqui habeant λόγον, in pluribus legitur, τὸν δὲ φόβον, id est, timorem. Schol. habet, & δὲ εὐαγγελίαν, id est, pietatem, vel religionem: sic legit August. in lib. de spiritu, & litera.

Nec acquieuerunt consilio meo. Hebraicè, & noluerunt consilium meum. Septuaginta, neque volebant meis attendere consilijs; Aquila, Symmachus, & Theodot. & detraherunt uniuersæ corruptioni meæ. Hebraicè spreuuerunt. Septuaginta subsannabant meas redargutiones. Symmachus & Theodot.

irritauerunt. Tigurina execratis sunt.

286

Sententia horum carminum est perspicua, cum enim malorum, quæ improbis hominibus evenient, summa numerando percensuisset, iam nunc tantæ perniciet causas, & origines offert: *Quod nimur exosam habuerunt sapientiam.* Verbum originale *tædium* significat, quo quis afficitur erga escas, quod quidem valde notandum: concitent enim cum sequenti versu. *Comedent igitur fructus via sue, &c.* Ita enim deavit, ut quibus sapientia fastidium attulit, eum cibum pœnarum, & suppliciorum ad satietatem usque ederent.

287

*Et timorem Domini suscepereunt.* Emphasim habet hic lectio originalis, non elegerunt, significat enim, hos quidem, qui, cum ad finem vitæ peruerterunt, tunc timore Dei concuti incipiunt, non sponte, & ex electione, sed quodammodo coacte id præstare. De quibus Augustinus serm. 36. *Age pœnitentiam, dum sanus es: si sic agis, dicotibi, quod securus es, quia pœnitentiam egisti eo tempore, quando peccare potuisti: si vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes, peccata dimiserunt, non tu illa.*

August.

Septuaginta, sermonem Domini non assumperunt. Assumere quidem est, ad se sumere, & quidem id solet esse prauorum hominum vitium: doctrinam audiunt, & non ad se sumunt, sed aliis accommodant, applicantque quod est duri cordis argumentum. Sicut enim lapis iactum super se granum duritie sua excutit, & transfert in vicinam tellurem: sic pariter illi, quibus durum, sicut lapidem contigit cor, cum forte incidit verbum, statim excutunt, atque in alios transferunt. Græci est *πενitēσθαι.* Propriè dicitur de terra, quæ cogit, coeret vel coarctat susceptum granum. Nam verbum *πενιτέσθαι* est *coarctatio;* vel in angustum cogo. Itaque licet conuertere quia sermonem meum non coarctarunt: possumus autem sic interpretari: non intellexerunt strictè doctrinam meam, sed euasionibus, & Epiphilius excogitatis extenderunt. *Nec acquiecerunt consilio meo, cum bona scilicet suadebam.*

288

*Et detraherunt uniuersa correptioni mea, cum à maiis similiter deterrebam.* Hebraicè, preuerunt, sed de contemptu doctrinæ multis egi supra versu 23. Pergo ad alia.

XXXI. Comedent ergo fructus via sue: & suis consilijs saturabuntur.

289

**C**omedent fructus via sue. Hebraicè de fructu vita sue, & suis consilijs saturabuntur. Septuaginta, & sua ipsorum impietate implebuntur, Lucifer, saturabunt animas suas.

290

Interpretes passim, Beda, Hugo Dionys. Ianse-nius, & Rodolphus metaphoram ducunt ab agricultoris hunc ad modum, *Comedent fructus via sue,* id est, fructus, quos praui eorum mores germinarunt. Hi autem sunt pœnæ, & cruciatus, iuxta illud Pauli: *Quæ seminat homo, hac & metet, &c.* Sed pende illam vocem fructus, Hebraicè, *Pheri*, primores fructus sonat, quos arbor adhuc tenera profert, cum nondum excreuit. A radice *Pharach*, quæ significat crescere: ita obseruant radicum vestigatores. Cum junioribus sermo est, qui à se prima ætate in temperantia, ac libidini addixerunt: atque adeò accommodatissime in illos quadrat comedent priores fructus via sue, id est, priorum scelerum, qui in primæva ætate admiserunt, pœnas luunt: non differt Deus supplicium in senect. m. Nec propterea pauci isti fructus, quia priores: *nam sui consilijs saturabuntur,* id est, de his ad satietatem usque sument.

**A**lij vero non tam prima plantæ teneræ poma, quam cuiuslibet arboris immatuos, acres, seu acidos fructus ea voce notari volunt; etiam hoc eleganter dicitur de his, qui ea sceleræ, quæ vernante adhuc ætate admiserunt, immatura morte luunt: immatura inquam, atque adeò peracri, & peracerba: nam immaturi fructus acerbi sunt, & acidi. Et quidem nemini vel acerba magis, vel amara mors esse solet, quam iuueni intemperanti, & nemo melius dicitur, quam iste, *gustare mortem, cum moritur, atque adeò longissime abest ab illorum fœlicitate,* de quibus dicitur Luc. 9. *sunt de hic stanibus, quinongustabunt mortem, &c.* Nihilominus tamen præmissa verba alium ad sensum allici posse credo, vt non tam de pœnarum saturitate, quam de bonorum temporalium ingluie intelligantur: nectenda verò sunt cum sequentibus hoc modo.

XXXII. Auersis parvorum interficiet eos: & prosperitas stultorum perdet illos.

**C** **A** Versio parvorum, vox Hebræa, auersionem, & quietem sonat & ob eam causam Pagninus, Chaldaeus, Vata. & alij legunt requies parvorum: Symmachus, vt noster, ἐπιπορφητής sed auersio, Septuaginta verò longè aliter: *Pro eo, quod iniuriam inferebant parvulus, occidentur.*

**D** **E** Et prosperitas: Hebraicè *tranquillitas:* Septuaginta *examinatio aut inquisitio:* Aquila, & Symmachus *prosperitas,* sicut noster Chald. Error stultorum.

**D** **C** Comedent ergo fructus via sue, id est, liberè fruentur bonis huius vitæ, imò de his ad satietatem usque sument, & consilijs suis vel impietate sua saturabuntur. Sed heu miseris! nam ipsa fœlicitas, & rerum omnium affluentia eos denique euertet, *auersio parvorum interficiet eos:* auersio scilicet, vel à bono, vel à Deo, quam secunda fortuna causare consuevit, siue requies, id est, tranquilla rerum omnium affluentia paruos, hoc est imprudentes penitus euertet. Et prosperitas similitate stultorum perdet illos. Itaque significat fortunam prosperam, qua impij vntur in hac vita, eisdem extremam perniciem. Eleganter Chrysologus, hac de re serm. de Curialium nugis apud Nannium. *Nouerca virtutis prosperitas basiliis suis sic applaudit, ut noceat.* Et in fœlici successu sic fortunatus obsequitur, ut in fine perniciens operetur, conuinis suis ab initio propinans dulcia, ut cito inebriati fuerint, letale virus misceat, & si quid deterrire est: Accedat Chrysologo Emissenus Eusebius hom. de SS. Epiphoro, & Alex. *Ante hunc potentem vocas, qui in mortem suam foris est, cui prouentus fallax umbra presentium eternorum congregat causas malorum?* Quis beatam dixerit validam in sumum igitur dextram? quis probabiliter laudet velocem ad ardua precipitia festinantem? quis eius miretur ascensum, quem de summo prospicit esse casum? Exultans in rebus pessimis, & de sua perditione lætanatur, similis illi, qui forte sumentes exitiales herbarū succos, curvis perire dicuntur. Cum ergo prosperitas, virus sit, atq; venenū prætentissimum, nonne illi, qui id ad satietatem usque sumpfit, prætentissima quoque nex aderit? Ita plane, *Comedent fructus via sue, & consilijs suis saturabuntur, atque requies, fœlicitas que eos de interficiet, & prosperitas perdet.* Vulgo dicitur aphorismi loco, *Omnis saturatio mala, pessima vero panis:* Fœlicitas auté in sacris litteris, *panis saturitas, appellari consuevit.* Ezecl. 16. *Hac fuit iniquitas sodoma, sororistæ superbia, saturitas panis, & abundantia.* Ergo ad rem nostram dicemus similiter, *omnis saturatio mala, pessima vero fœlicitatis satietas.* Est quoque

291

Chrysol.

292

**Iob. 10.** saturatio pœnaru[m], atque doloru[m]: de Christo enim **A** Domino prædictis Isaia: *Saturabitur opprobriis, & Iob 10. Saturatus afflictione, & miseria.* Sed tamen dolores decoquere solet patientia multorum. Vnde D. Greg. Nazian. in definitionibus, patientiam moziænnus. *lestiarum omnium decoctionem appellauit.* Sed tamen istam panis fœlicitatis saturatatem decoquere qui possit, vix unus, aut alter inuenitur. Adde etiam prosperitatis saturatatem cum ea conferri, quæ à fructibus immaturis, & acribus concipi solet, quæ decoctu[m] diffi[ci]llima sunt, vt obseruauit in superiori versu.

**294** Ceterum Septuaginta causas malorum, quibus Deus scelestos illos homines cumulauit, aliude pertinet. *Pro eo, quod iniuriam inferebant parvulis, occidentur.* Itaque auersionem parvulorum injurias illis illatas acceperunt, & ob eas seuerissime puniendos esse affirmant. Parvulos autem vocat insontes, atque innocentes, quorum sanguini se insidias paratu[ro]s supra dixerant. *Veni, in si diemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra.* Addit & examinatio, vel inquisitio eorum perdet impios. Vel absolute accipendum est exanimatio perdet impios, id est, ultimum Dei examen, atque iudicium, quod denique subire cogentur eos supplicii addicet æternis. Vel his verbis impiorum cauſam ab innocentibus, & insontibus, quoru[m] sanguinem fuderunt, examinandam, dirimendamque: ac tandem horu[m] iudicio improbos damnandos esse dicit. Vnde Tertullianus, Martyres in carcere constitutos solatur his verbis. *Habet tenebras carcer, sed lumen estis: habet vincula, sed vos soluti estis Deo: triste illuc spirat, sed vos estis odor suavitatis; index expectatur, sed vos estis de indicib[us] ip[s]is indicaturi.*

**295** Sed illud non omittendum eadem voce Hebraica significari prosperitatem, atque examinationem: ut constet nullam fortasse probationem honestati, atque virtuti maiorem ad eam examinandam accedere posse, quam secundam fortunam. Nam ut optimè Diuus Anselmus in sententiis: *tribulatio probat unam patientiam, prosperitas vero virtutes omnes examinat;* quod facile, qui cunctas enumerauerit, assueetur. Ad hanc Caldæus transtulit, *error stultorum:* adiunctus etiam prosperæ fortunæ error, est enim fortuna fatua, atque bruta (sic Tullius appellat) quos igitur moderatur, in errores pertrahit in numeros.

**XXXIII. Qui autem me audierit, absque terrore requiescat: & abundantia perfretur, timore malorum sublato.**

**296** **PNU** **Q**ui autem me audierit. Hebraicè, & audiens, vel obtemperans mihi, absque timore requiescat. Hebraicè: *Habitabit cum fiducia.* Septuaginta, in spe, Schol. requiescat in pace securus. Et abundantia perfretur timore malorum sublato. Hebraicè, & pacatus erit a pauro malo. Alij: *Et prosperè ager procul a timore malo:* vtrumque sonat vox, *Saanam.* Scilicet, quietum, & abundantem, seu fertilem. Septuaginta: *Et requiescat absque timore ab omnimalo.* Chaldaeus, *Prosperitas, qua stulti superbiunt, a bonos vertitur.* Hugo Cardinalis, & Dionys. intelligunt defutura vita, in qua solum plena, & secura requies, & affluëtia reru[m] omnium, reliqui de hac vita præsenti. Cum his sentio. Itaq; cum proximè dixerit Salomon requiem, & tranquillitatē, qua truuntur improbi, præsentissimam necem illis afferre, atque à prosperitate, seu fœlicitate eosdem penitus deturbari, propterea quod sapientia cōsilia detestatis sunt: *Iam nunc de piis hominibus contra-*

Tom. I.

rium omnino decenit. *Qui autem me audierit, id est, qui præceptis meis, atque monitis obtemperauerit, is quidem absque terrore requiescat,* ita numerum quiescat, vt nullus terror illius requiem interturbet. Item *Habitabit fiducialiter:* seu in spe, vt habent Hebræa, & Septuaginta. Hoc disident probi ab improbis, quod improbi in requie, atque fiducia inquilini sunt, atque hospites, nam spes illorū desparationi proxima est, atq; adeò ab spe in desperatione ocyus demigrant. Probi tamen habitatores sunt, & incolæ. *Habitabit (inquit) in spe.* tanquam in patria atque ædibus deget propriis, à quibus nulla animi perturbatio cum expellere poterit. Quid plura?

**B** *Et abundantia perfretur, timore malorum sublato.* Hebrai sic exponunt. *Prospere ager a timore mali,* id est, sine timore mali, nimis, sic fœlix erit, vt aduersi nihil timeat; non quia immunis omnino fit ab infortuniis, sed quia licet hanc incident, de fœlicitate illius nihil detrahunt, semper scilicet fœlix, & sibi simili, siue in prosperis, siue in aduersis. Iuxta illud infra c. 12. *Non contristabit iustum, quidquidem acciderit.* Fauent non nihil huic expositioni Beda, atque Lyra, & Clem. Alexand. qui sic ait li. 7. Stromatum. *Namque fortunæ dicuntur incommoda, ea viro bono non sunt formidabilia, quoniam non sunt mala.* Sed aptior est interpretatio Iansenij, & Rodolphi ad hunc modum, qui verbis meis audiens fuerit, bonis cunctis affluet, vel prosperè ager, id est, non variam, sed constantem experietur fortunam, adeò vt omni metu vacet, *timore malorum sublato,* id est, infortuniorum, quæ solent fœlicitatem commutare. Itaq; iusto promittitur his verbis constans quædam, & perpetua sine commutatione fortuna: quia sapientia, & honestatis, & iustitiae præceptionibus acquieuit. Et quia de temporali fœlicitate sermonè fieri existimo, (nam eam impiorum fœlicitati, & fortunæ, de qua supradixerat, opponit, atque obiicit) audeo dicere pietatem, bonos hominis mores fortunæ volubilem rotam, quasi adacto ingenti clavo, sistere. Sic Philo Iudeus de legatione ad Caïum. Hinc fluxit verissimum illud proloquium, *fortunam sui cuique fingunt mores:* quo usus est Cornelius nepos in vita Pomponij. Vide plura, quæ congerit Paracelsus in hanc sententiam. Ad hanc D. Hieronymus in calce lib. 4. aduersus Iouinianum, & Tertullianus de Monogamia aiunt fœminas vniuiras, non autem bigamas, Fortunæ muliebris sacra olim peragere solitas. Sed inquirit Plutarchus in apophategnatis rationem huius ritus. Nam cum fortuna tam sit varia, & inconstans; nunquam ipsa vni indissolubili copulatur consortio, vel coniugio, sed modo huic, modo illi: cur ergo fœminas vniuiras adamat? Ratio (inquit) est in promptu. Fortuna, quibusdam coniux, quibusdam vero pellex est, probis quidem coniux non inconstans, sed indissolubili sociata connubio. Improbis autem pellex, nunquam stabilis, semper inquieta. Ut ergo veteres significant fortunam, probitate præditos homines imprimis ad amare, quibus coniugio copulatur: Improbos autem odisse, quibuscum metrictis in morem agit, ideo fœminis vniuiris gaudere fixerunt. Hanc fortunæ stabilitatem significant illa verba, *& abundantia perfretur, timore malorum sublato.* Alij, *prospere ager.* Et ne hoc instabile, & inquietum, sed potius clavo fixum existimes, & coniugio firmatum perpetuo, Septuaginta reddunt, *& quiescat timore malorum sublato.*

**298**

**Jansen.**  
**Rodolphi.**

**300**  
**Tertull.**  
**Hieron.**

**Plutarch.**

F



## C A P V T S E C V N D V M.

**I** ILI mi, si susceperis sermones meos , & mandata  
 mea absconderis peneste. 2. Ut audiat sapientiam  
 auris tua : inclina cor tuum ad cognoscendam pruden-  
 tiam. 3. Si enim sapientiam inuocaueris , & incli-  
 naueris cor tuum prudentia. 4. Si quæseris eam quasi pecuniam,  
 & sicut thesauros effoderis illam. 5. Tunc intelligestimorem Domi-  
 ni ; & scientiam Dei inuenies. 6. Quia Dominus dat sapientiam:  
 & ex ore eius prudentia , & scientia. 7. Custodiet rectorum salu-  
 tem , & proteget gradientes simpliciter. 8. Seruans semitas iustitiae,  
 & vias sanctorum custodiens. 9. Tunc intelliges iustitiam , & iu-  
 dicium , & aequitatem , & omnem semitam bonam. 10. Si intra-  
 uerit sapientia cor tuum , & scientia animæ tuae placuerit. 11. Con-  
 filium custodiet te , & prudentia seruabit te. 12. Ut eruaris à via  
 mala , & ab homine , qui peruersa loquitur. 13. Qui relinquunt  
 iter rectum , & ambulant per vias tenebrosas. 14. Qui latantur  
 cum malefecerint , & exultant in rebus pessimis. 15. Quorum via  
 peruersa sunt , & infames gressus eorum. 16. Ut eruaris à mulie-  
 re aliena , & ab extranea , qua mollit sermones suos. 17. Et reli-  
 quit ducem pubertatis sua. 18. Et pacti Dei sui oblita est : incli-  
 nata est enim ad mortem domus eius , & ad inferos semitæ ipsius.  
 19. Omnes , qui ingrediuntur ad eam , non reuertentur , nec appre-  
 hendent semitas vita. 20. Ut ambules in via bona : & calles iu-  
 storum custodias. 21. Qui enim recti sunt , habitabunt in terra , &  
 simplices permanebunt in ea. 22. Impii vero de terra perdentur :  
 & qui iniquè agunt , auferentur ex ea.

I. *Fili si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te.*

**S**i susceperis, Hebraicè. *Takach*, à verbo, *Lashach*, quod est, accipere, aliquando emere. Infrà c. 31. considerauit agrum. & emit eum, & alibi. Hinc factus locus alteri lectioni: *Si emeris sermones meos, & mandata mea absconderis penes te*, Hebraicè. *Tecum*, Septuaginta integrum sententiam sic extulerunt: *Si suscipiens eloquium meum mandasti absconderis penes te.*

**Lyra, & Hugo.** *Si susceperis sermones meos.* Lyra existimat eo verbo notari docilitatem discipuli, qui doctrinæ facilem, ac docilem aurem accommodat. Hugo Cardinalis similitudinem duæm existimat à tellure, quæ iactum semen excipit, abscondit, ac sic demum germinandi vim illi præstat; & sanc docilis discipulus nihil dissidet à tellure crebris arationibus mollita, & ad recipiendum semen comparata. Vn-

**Petrarcha** de meritò Petrarcha dialogo 41. loquens cum magistro, cui indocilis, & prædurus obtigerat auditor, sic ait: *Discipulum indocilem habes? perdis operam, littus aras, semina proiecis, natura non vincitur. Acrus Terre aride colonus es, sole bone, quid te torques?*

**Laertius.** *Si emeris sermones meos.* Ita quidam legunt ex Hebreo: quæ verba ingentem addiscendi audiatur signifiant, quæ labori, quæ temporis non parcit: his enim emitur, & comparatur sapientia. Laertius lib. 6. cap. 6. Metrocles dicebat (inquit) res alienas emi pecunia, & domum, & vestem, & alias disciplinas autem evi tempore, atque labore. Quod longè verius asseritur de vera sapientia, id est, de virtute. Sed de hac sapientia emptione alibi pluribus agendum nobis erit, scilicet c. 3. ad illa verba: *Melior est acquisitionis eius negatione aurum, & argenti. Et mandata mea absconderis penes te.* Hugo, & Arboreus referunt ad humilitatem hoc modo, ne manis glorie flatibus bona opera tua pateant, illa absconde. Rodolphus, & Iansenius duæm existimant similitudinem ab illo, qui thesaurum defodit, & abscondit.

**Euripid.** *Sed tamen germana expositio huius loci alia est, Si mandata mea absconderis penes te:* Abscondimus ea, quæ seruari volumus. Vnde Hispanica Biblia sic locum istum conterunt. *Si tomares mis dichos, y mis preceptos guardares contigo.* Et quidem sunt aliqua preciosissima, & nobis charissima, quæ nec ipsi quidem arcæ fidimus, atque adeò nobiscum gestamus, ut ea ratione melius asseruentur; Ergo hunc ad modum seruanda, & custodienda sua præcepta iubet Sapiens: *Si mandata mea absconderis penes te, vel tecum:* vt habeat Origenes. Diuus Maximus confessor locorum commun. sermon. 17. refert Euripidem Philosophum, adolescentem quendam multos libros ementem conspicatum, sic eum affatum. *Non arcæ, o' adolescens, sed pectori!* Non aliter sapiens: *Fili si emeris sermones meos, ne putas fortasse eos arcæ mandandos, pectori potius imo includendi sunt.* Propterea subdit. *Et mandata mea absconderis penes te.*

**Eusebius Emissen.** *Absconderis.* Tria in homine latibula, in quibus pretiosa quæque asseruari possunt enumerat Eusebius Emissen. in cap. 13. Matthæi agens de thesauro abscondito. *Hunc autem thesaurum ille abscondit, quimente retinet, corde diligit, & eius nungquam obliuiscitur: illud enim abscondimus, quod charum habemus, & amittere timemus.* Hæc ille. Quibus verbis significat tria in homine interna, & arcana loca, in quibus omnia pretiosa reponenda

**A**sunt, intellectum scilicet, voluntatem, atque memoriam. In his ergo præcepta diuina recondere præcipit Salomon, cum ait. *Si mandata mea absconderis penes te.* Nimirum si mente conceperis, si voluntate prosequutus fueris, si memoria item a fidua recolueris. Ex his intelligitur celebris ille, & vulgo tritus dicendi modus: *Sernare, vel custodire mandata pro eo*, quod est implere, vel opere exequi. Dicitur enim similitudo à rebus magni pretij, quæ in tutto loco reponuntur, ne pereant. Nullus autem in homine vel tutior, vel secretior locus, quam mens, quam voluntas, quam memoria. Qui ergo Dei præcepta mente considerat, voluntate amplectitur, memoria recolit, hic verè eadem seruare, ac custodire dicendus est.

II. *Vt audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.*

**V**T audiat sapientiam auris tua. Hebraicè. Ad attendere faciendum ad sapientiam auren- tuam. Sic Aquila, Symmachus, & Theodot. Septuaginta, Obediet sapientie auris tua. Græcè, ἀκοντεῖ, sic habet Vaticanus. Alij Codices vertunt, Obediet sapientie auris tua. Sed non ita bene.

**Inclinacor tuum ad intelligendam prudentiam.** Septuaginta, adiicies cor tuum ad intellectum. Aquila ἀκανθεῖς, id est ac clinem reddes, vel ac clinabis. Hebraicè *Thatek*, à verbo *Natah*, quod est inclinare, sèpius extendere, expandere. Inde nata alia lexio. Extende cor tuum ad cognoscendum, &c. Addunt huic sententiæ Septuaginta verba quædam, quæ non reperiuntur in nostris, nec in Hebraicis. *Adiicies autem ipsum ad admonitionem filio tuo.* Sed de his postea.

**Vt audiat sapientiam auris tua.** Aure videlicet interna audiat. Vox Hebraica fluit à verbo *Kasab*, quod (vt admonet Mercerus) gestum externum significat, scilicet arrectis auribus intendere, atque de feris illis poprissimè dicitur, quæ maximè polent sensu auditus, quod quidem aures arrigendo testantur. Inde naturalis historiæ authores apri auditus præstantiam tribuunt, quia leuissimo quo quis strepitum etiam longissime insohante aures eriguntur.

**E**rgo Salomon hanc audiendi vim optat in discipulo ei similiem, qua polletaper, vel si quod est aliud animal, quod eo sensu ceteris præstet: scilicet, vt sapientiam etiam leniter, & à longe sonantem arrectis auribus excipiat: vt nullum verbum etiam eorum, quæ ad sapientiam à longe spectant, ipsum fugiat. Cæterum si verbum *Kasab* dicitur propriè de his animantibus, qui sensu auditus ceteris præstant: Basilius quidem in Hexameron. homil. 8. eam præstantiam anseri tribuit. Sic enim ait: *Vt perungili cura genus anserum occupetur, & acutissimum sit ad ea sentienda, quæ ceteros lateant, quæ iam olim, & ipsam urbem, sedem ac domicilium imperij conservauerunt, &c.*

**F**ed & Cœlius admonet Calins. in quibusdam Aphrosij codicibus, vbi sensu im excellentias inter animantia partitur, cum ad sensum auditus deuenisset, pro apri anseres subiecisse, atque his audiendi præstantiam adiudicasse. Et sane in anseribus hæc audiendi vis colligitur ex eo, quod leuissimi admodum strepitus dormientes excitant, & exturbant. Demus etiam id Salomoni: *Ad attendere faciendum sapientie auren tuam.* (Ita legimus in Hebræis) id est, sic audi sapientiam, sicuti acutissimi auditus animantes audire consueverunt. Cum vero nulli, vel acutior, vel attentior sensus iste euenerit, quam anseri (vt diximus) sic con-

6

תְּהִלָּה  
מְבָרָךְ

7

8

בְּשִׁירָה

אַלְפִּים

אַלְפִּים

אַלְפִּים

אַלְפִּים

9

10

cipe ac si dicat: anseris auditum imitare, itaut A quemadmodum illum quicumque tenuissimus sonus dormientem excitat: sic te pariter, si forte obdormisti, quilibet sapientia tenuissima vox vigilem reddat, atque intentum. Ad extremum Aristoteles lib. 9. de Historia animalium cap. 5. docet acerrimi auditus esse ceruos, cum aures arrigunt: quod si easdem demittunt, & deponunt, penitus obsurdescere, capi, & perimi. Ergo Salomon iuuenes iubet aures arrigere ad excipiendam sapientiam. Est enim prorsus hac in re homo ceruinæ naturæ: Si aures demittit, & audire recusat, penitus obsurdescit: at cum aures exacuit, & arrigit, tenuissimas, atque leuisimæ Dei voces obaudire potest. Rursus expendenda est vox illa *auris tua*, pro qua Hebraicè *Ozen*, quæ lancem propriè sonat, & per similitudinem aurem, quæ lancis ad instar obtinere videtur. Sed quid inde? Paulò post subiiciam.

*Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* Hæc nomina *sapientia*, *prudentia*, pro synonimis ferè accipienda sunt ad eam scientiam, & cognitionem practicam notandam, quæ tota in actione versatur, ut sèpe haec tenus obseruavi. Ergo Beda, Hugo, & Dionys. de humilitate accipiunt, & animi defensione. Nimirum *inclinare*, id est, dimitte cor tuum, humilitas enim ad veram sapientiam excipiendam animum comparat. Iuxta illud, & *reuelasti ea parvulus*. Iansenius, & Hugo ad attentionem animi referunt. *Inclina*, scilicet, id est, intende. Sed vide, an de benevolentia potius accipi debeat. Cum enim Salomon iuuenem in suam de rebus agendis sententiam adducere velit, suadet quidem non tantum ut aures intentas, sed etiam animum benevolum doctrinæ accommodet: nam benevolentia valde conductus ad probandum praceptoris doctrinam, & mentem auditoris flectendam. Puta igitur aures esse bilances, quibus orientantis eam in partem trutinæ ad instar flectitur mens, quod suasionis pondus incumbit: id vero longem melius, atque facilius praestat, si ad persuationem pondus voluntatis quoque momentum, quod est amor, atque benevolentia accedat. *Amor enim meus*, inquit Augustinus, *est pondus meum*.

Sed redit iterum Hugo, & verba illa *inclina cor tuum*, ad libertatem refert: à quo etiam non dissentio. Ait enim, *inclina cor tuum*, applicando scilicet liberi arbitrij indifferentiam, ut cum gratia coniuncta operetur. Similitudinem vero ductam ab statera insinuat, quæ immisso pondere alteram in partem vergit, vel inclinatur. Et quidem Basilius in Psalm. 61. eleganter de libero arbitrio. *Tibi namque*, inquit, *propria datur libra, que sufficiens discrimen boni ac mali demonstrat, corporeanamque pondera in libra lancibus libramus, que vero ad instituendam vitam eligenda veniunt, per liberum arbitrium discernimus*. At enim Tertullianus fortasse eleganter liberum arbitrium non cum libra, sed cum Libripende contulit. Erat autem Libripens olim apud Romanos quidam magistratus, quo præsente testamenta, & mancipations, & venditiones celebrabantur: aderat autem libram manutenebas: is vero, qui emere volebat, misso in alteram bilancem aris pondere exiguo, vbi primum stateram ab æquilibrio dimouerat, rem in suam vendicabat potestatem. Et quidem functio isthac seu munus Libripendi prius inuentum fuit ad appendenda rerum pretia, antequam nummorum, aut monetarum usus percrebuisse: at postquam monetae usus percrebuit, conseruatum fuisse creditur, ut statera præsens suo æquilibrio iustitiam, & equi-

tatem in contractibus emancipationum, & venditionum seruandam notaret. Vide plura apud Brisonium in libro de formulis testam̄torum. His præmissis venustè admodum Tertullianus. Ut ergo (inquit) *bonum iam suum haberet homo emancipatum, quasi à Deo, & fieret proprietas boni in homine, & quodammodo natura, Dei institutione adscripta est illi, quasi Libripens emancipati à Deo boni, libertas & potestas arbitrii, que efficeret bonum, ut proprium iam sponte prestari ab homine, &c.* Quid illustrius? quasi dicat: Quemadmodum in emancipationibus, & venditionibus eueniens sollet, ut Libripende astante, atque libram manu tenente res emancipata, vel empta, in potestatem transeat em incipantis vel clementis: sic pariter bonum, quod solius Dei proprium esse videbatur, libero arbitrio intercedere, qui voluntatem nostram libræ ad instar indifferentem tegit, in potestatem atque proprietatem hominis succedit. Siue liberum arbitrium libra sit (ut docet Basilius) siue Libripens voluntatem indifferentem, quasi libram manu tenens (ut tradit Tertullianus) certè triusque illius libræ lances sunt aures, quas Hebraicè C *Oznam*, id est, *bilances*, appellari iam obseruanis: quas sic distribuendas esse censeo, ut cum in libero arbitrio duplex sit indifferentia, ad bonum scilicet, & ad malum, quasi duplex vnius libræ brachium auris quidem altera vni indifferentia, altera alteri inferiat. Ergo ad rem, cum supra Salomon, vel Spiritus sanctus sermones suos scripsit, & attente excipere adolescenti præcepisset: *Fili, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconditis penes te, ut audiatis sapientiam auris tua*; id est, si ita exceperis, ut aure attenta retineas. *Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* Quod facile admodum præstare potes. Nam cum auris sit cordis, aut liberæ voluntatis lans, eam quidem meorum præceptorum, atque consiliorum pondus sic onerat, ut suopote nutu in probitatem honestatemque mens propendeat. Obserua vim gratiae, & vocationis Dei.

Nec prætereunda est silentio illa lectio: *Extende, vel expande cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* Id est, angustos animi tui sinus explica, ut tantam sapientiæ doctrinam capere possint. Cum enim Christus Dominus de ineptis ad audiendum perfetissima Euangeli consilia ageret. Matth. 19. Non Matt. 19. omnes (inquit) capiunt verbum istud. At rursus: qui potest capere, capiat. Vbi non capere (ex sententia Nazianzeni oratio, in hæc verba, & Ambrosij in exhortatione ad Virgines: & Origenis tra. 7. in Matthæum) perinde est, ac non esse capacem tantæ virtutis, & perfectionis: ergo ut is, ad quem sermonem habet Sapiens, totius perfectionis, quam illi suadere vult, capax reddatur, sic præcipit modo: *Expande cor tuum ad intelligendum* (scilicet practicè) *prudentiam*, id est, honestatem, & virtutem: nimirum, ut integra capere, & integrè exequi possit.

Ad extremum videre oportet, quænam sit vis illorum verborum, quæ Septuaginta in sua interpretatione subiiciunt, quos vel diuersis codicibus usos fuisse credendum est, vel certe putandum hæc sententiam ab alio hunc in locum translatam (ut sèpe alias eueniit in textu Græco: ) *Adiicies cor tuum ad intellectum: adiicies autem illud ad admonitionem filio tuo.* Quod perinde est, ac si dicat: Adiicies quidem primum cor tuum ad intelligentiam mea præcepta, & tunc licebit similiter idem adiicare ad admonendum filium tuum. Est autem vishuius sententiæ talis. Alloquitur quidem Salomon auditorem, sicut pater filium ab illis verbis:

Aristot.

178

Beda.  
Hugo.  
Dionys.

12

August.

33  
Basilius.

Tertull.

14

15

16

17

Origenes.

18

19

Fili, si suscoperis sermones meos, &c. Nunc vero addit adicies, &c. Id est. Si me audieris patris in morem monentem, pollicor futurum ut te quoque filius tuus, cum forte monueris, exaudiatur. & correptiones paternas excipiat. Cae pater, qui filium peruicacem experiris, & monita salubria detestantem, ne forte id ideo euenerit, quia tu haecenus Deum optimum maximum tibi salubriter & paternè consulente non auscultasti, &c.

**III.** Sienim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentie.

**IV.** Si quiesceris eam quasi pecuniam: & quasi thesauros effoderis eam.

**20** **S**i enim sapientiam inuocaueris: Hebraicè; si ad intelligentiam clamaueris. Scholast. οὐρανού, φεύγοντο, Intellectum, prudentiam. Et inclinaueris cor tuum prudentie. Hebraicè. Si intelligentia dederis vocem tuam. Consonat lectio Septuaginta. Itaque inclinare cor idem est, quod humiliter deprecari. Sed & codices aliqui Græci addunt hæc verba: διδοὺς ζητῶντες μετὰ μὲν τῷ φωνῇ. Si sensum quiesceris, magna, vel contenta voce quæ quidem in codice Vaticano margini sunt inscripta: In Complutensi, & aliis in textu esseruntur; sed ex Patribus aliqui, qui loci huius meminebunt, prædicta verba non referunt. Hilarius in Psal. 117. Hieron. in cap. 50. Isaiæ. Ambros. serm. 5. in Psal. 118.

**Hilarius.** **Hieron.** **Ambros.** **21** **S**i quiesceris eam quasi pecuniam. Hebraicè, si quiesceris eam tanquam argentum. Sic habent Septuaginta. Et tanquam thesauros Symmachus, & Theod. ἡ θηρίου (id est) tanquam abscondita, vel occulta, eodem sensu. Effoderis. Hebr. Thach-pesenah, à radice Chavas, id est, scrutatus est, inquisiuit. Septuaginta, inuestiges, &c.

**D. Hilar.** **22** **S**i enim sapientiam inuocaueris. &c. Beda nomine Sapientia Dei filium intelligit. Nam cum sit ipse Sapientia Patris, Sapientia & intelligentia ab illo exoranda est. Sanum certe consilium. D. Hilarius in Psalm. 117. At enim inquit, inuocanda est Sapientia, id est, omne legendi officium intellectum est deputanda. Itaque sapientiam inuocare, vel clamare ad illam, & intelligentia similiter vocem dare, ex mente Hilarij, est illam per lectionem inquirere. Nam cum legendi voces efformamus, quid aliud facimus, nisi ad sapientiam clamare, atque ipsam aduocare? Rursus ex libris, eadem sapientia nobis clamantibus respondet. Et de his, quæ vel ignoramus, vel dubitamus, edocet. Referunt Alphonsum sapientissimum Hispaniæ Regem, cum aliquando libri cuiusdam externas tabulas, quibus contextus erat, digitis pulsaret, & ab aulico Principe rogaretur, quid crebris pulsibus quateret, sic occuruisse: Nequaquam ad surdū clamo, & aper-to libro subiecit, discede, nam mihi pulsanti iam respondere incipit. O fortissimum dictum! Sic narrat illius Chronologus. Quod factum, dictumque Hilarij expositionem non parum illustrat, quæ clamare ad sapientiam; atque ad eandem voces dare de diuina lectione interpretatus est. Reliqui inter-pretes, Hugo, Dionysius, Ianicius, & Rodolphus: inuocare (inquiunt) sapientiam, est illam à Deo pre-cibus contendere. Iuxta illud Iacobi 1. Se quis indiger sapientia, postule a Deo, qui dat omnibus affluenter.

**Caietan.** **23** Mibi vero non displicet interpretatio Caieta-ni, qui prosopopeiam hic agnouit & præmissa verba ad discendi attentionem refert: Homines enim sapientia & cognitionis expertes sapientiam

ipsam, & terum cognitionem, tanquam ali- quid à se valde remotum, & separatum meditan-tur: tum etiam tanquam aliquid maximi pretij, ac demum tanquam aliquid arcantium, & occultum. Et quidem has diuinæ sapientiæ proprietates docuit perspicuis verbis Job capite 18. Salomon ergo eidem opinioni sese accōmodans, & vestiganda sapientiæ præcepta tradens: Si ad sapientiam (inquit) quam tu valde remotam, & separatam cogitas, clamaueris, & valide ad illam emissam vocem dederis. Si rursus eandem sapientiam, quam tu ingentis pretij rem esse concipis, quasi pecuniam quæsieris. Denique si sapientiam, quam tu fortasse occultam, & arcana esse existimas, tanquam thesauros in terra clausos effoderis, tunc intelliges timorem Domini, &c. Itaque perinde est, ac si dicat Salomon: Remota est sapientia. Ergo validos ad illam clamores emittere oportet. Pretiosa est sapientia. Ergo pecunia in morem accuratissimè inuestiganda. Occulta est sapientia. Ergo tanquam thesauri in terre penetralibus abditi perseruanda est. Dicam de singulis.

**C** **24** **R**emota est sapientia. Propterea dicit: Si ad sapientiam clamaueris, & ad intelligentiam dederis vocem tuam. Nec non, ut habent Septuaginta, Si sensum quæsieris magna voce. Quibus verbis vocis magnam contentionem significauit, quæ ad distantissima pertingat. Aristotel. in Problematis sectione 11. multa eleganter de vocis contentione: sed quædam ad rem nostram. Primo asserit omnes, quinatura sunt calidissimi, validissimas voces emitte solitos: frigidos autem exilem, & gracilem. Secundò aliqua esse, quæ vocem frangunt, atque hebetant, nimius videlicet cibus, nimiusue potus, fletus item atque metus. Quæ duo vocem quoque tremulam reddunt. Denique asserit acutam vocem, quam vulgo triple dicimus, longius peruenire, quam grauem. Magnam ergo vocem, & contentam cum iubet adhibere Salomon ad sapientiam euocandam, postulat quidem primum homines ardentes, & calidos, impigros videlicet, atque sollicitos, non frigidos, & inertes: requirit deinde temperantes, & parcus, non intemperantes, voluptatibus, luxui. & ebrietati addicatos: exigit item alacres, non moestos vel tristes: audaces, non timidos: ac demum illos postulat, qui acutam vocem efflare possint. Chrysostom. homil. 61. ad populum acutè admodum de acuta voce: asserit enim grauem in Ecclesia vocem emittere cohiuges: acutam vero virgines reddere. **H**i enim (inquit) sunt Eunuchi mente, moribus candidi, voce sublimes, (sic habent Græci Codices pro mente sublimes) quorum scilicet vox alte sonat, id est, oratio, & preces ad Dei aures in cælum usque perueniunt. Ergo cum Salomon acutam vocem ad euocandam è longinquæ sapientiam requirit, pudicitiam corporis, & animi vegetam integritatem exigit. Quod quantum ad veram sapientiam parandam opis afferat, nemo ignorat.

**F** **25** Rursus sapientia magni pretij res existimatur. Propterea subdit: Si quiesceris eam quasi pecuniam. Beda, & Lyra, tanto, inquiunt, conatu, quanto auarus quarrit pecuniam. Itaque Salomon eandem curam, & solicitudinem in paranda sapientia adhiberi vult, quam auarus homo in comparandis, congerendisque diuitiis ponere confuevit. Auarus sane, ut diues euadat, omnes contrahendi modos experitur, emit, vendit, permuat, & cum aliter non potest diuitias acquirere, furto conatur augere. Hæc itidem ad sapientiam comparandam auditus illius discipulus præstat, emit, permuat. Diximus supra ex Laetio, quemadmodum Laetio.

Job. c. 18.

24

Aristot.

26

27

Beda.

Lyra.

modum emittit sapientia. Sic enim ait: *Rer. alienas emi pecunia, & domum, & vestem: disciplinas autem emi tempore, & labore.* De qua re multis acturi sumus infra.

28  
Plato.

*Rursus permuat, vendit.* Sic enim opus est. Elegansima verba habet Plato in Phædonē. *Præclarum est, inquit, voluptates voluptatibus, dolores doloribus, & metum metu, & maius minori tāqnam nummos commutare.* Sed ille dumtaxat rectus, ac verè aureus nummus, cuius gratia reliqua oportet commutare, atque venundare, scilicet sapientia. Loquitur autem de Ethica, & moralis sapientia, de qua etiam Salomon in hoc loco. Quapropter sicut hi, qui ænea numismata argenteis, vel aureis permuntant, magnam vim, & ingens pondus æris, exiguo valde auri, vel argenti pondo compensant: ita pariter, qui ex Platonis sententia sapientiam permutatione parare sibi volunt, laborum, sollicitudinum, molestiarum, atque aliarum quarumlibet temporalium rerum aceruos, & cumulos pro qualicumque sapientia erogare debent. Demum auaritia auaros homines ad illicita furtū impellere solet, cum aliter lucra parare non possunt: Auidus etiam sapientiae adolescens furto quodam honesto illam sibi acquirere potest. Intrā cap. 4. *Principium sapientia poside sapientiam, arripe illam, & exaltabit te.* Rursus quemadmodum auaritis insatiabili quadam ditescendi appetentia semper laborat, de quo illud vulgo iactatur,

*Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.*

Ad eundem modum contingit sapienti. Vnde inter sc̄illissimā simul, atque pia Pi secundi maximī, atque sapientissimi Pontificis dicta refert Platina illum crebro iactare solitum: *Nec auarum pecunia, nec doctum cognitio rerum unquam repleuit.* Sic ille de vulgari sapientia, quod longè melius accipere licet de hac diuiniori, de qua agimus. Sed parum est sapientiae appetentiam cum auaro conferre, nam huius auiditas cum illius appetentia collata longe est impar. Audi Gregorium Nazianzenum in Iambicis, vbi utrumque inter se contendentem eleganter inducit.

*Auarus olim quispiam hoc dixit: Bona Mibi gutta sortis est prior mentis cado: Nam sorte vacue mentis infelix status, Ad quem hoc reicit quispiam prudentium, Mibi gutta mentis est prior sortis mari.*

Hæc ille.

Comparat inter se utramque auiditatem, auarus quidem pecuniarum guttam præfert mentis cado, (est autem cados mensura quædam, alias amphora Attica, quæ capiebat vrnas tres.) Is vero, quem sapientiae cupiditas incesserat, guttam illius mari diuitiarum præposuit: inferior ergo ille.

Beda.

Cæterū aliter etiam Beda præmissa verba exponit: *si quæseris eam quasi pecuniam.* Hoc est, si ita quæseris sapientiam, quasi infinitas per hanc, & ineffabiles diuitias acquisitur, quæ interpretatione non abhorret à littera: & quidem nihil est, quod ditionem reddat hominem, quam vera sapientia, siue pietas, in dolis ditescimus virtutibus: sed de hac realibi euenerit sapientia occasio dicendi. Libet tamen hic addere verba Basili in Epistola 24. *Virtus, inquit, possidenti pretiosum est peculium.* Similia verba habet Magnus Anton. in Melissa. *Maxime bonum peculium est cuiuscumque propria virtus.* At quid est, peculium? Primo quidem peculium, in leg. Cogi. ad Trebellium. est pecunie cumulus, quem quis repositum habet ad subitos casus. Et quidē id soli accidere potest virtuti. Subiti enim casus fortunæ quævis alia bona euertere solent. Sola virtus ad subditum casum reposita dici potest,

D. Basil.

Et quidē id soli accidere potest virtuti. Subiti enim casus fortunæ quævis alia bona euertere solent. Sola virtus ad subditum casum reposita dici potest,

A Nam solam illam subiti euentus non attingunt. Rursus peculium germanè significat eas facultates, aut copias, quas filius familias, vel seruus (qui quidem de communī legē nihil suum vendicant) peculiari priuilegio, seu proprias possident. *Fortuna* (inquit Seneca de ira lib. 2.) in hominum bona, tanquam mancipiorum ius omne habet. Ergo ex his bonis, quæ fortuna subiacent, nihil homo sibi tanquam proprium arrogare potest, cum seruus sit fortunæ. Sola virtus hominis peculium est, in quam nullum ius fortuna habere potest. Hinc illud Gregorij Nazianzeni in carminibus.

*Que tenet hic mundus, cuncta hac aliena putabis,*

*Virtus, hanc habeas, si modo sola tua est.*

Sed tamen silentio premenda non est lectio originalis, quæ nouæ interpretationis ansam præbuīt quibusdam: *Si quæseris eam, quasi argentum.* Nam sunt ex Hebræis, qui putent non de cupidis auaritiae similitudinem desumptam, sed ab his, qui argenti venas, quas natura in altissimis terræ visceribus penitus abdidit, perscrutantur. Et ut hæreamus ipsis verbis, similitudo quidem ducta est non ab his, qui venas illas, quas intuenterunt, altè fodunt, sed ab his, qui nec dum repertas istiusmodi venas querunt: *Si quæseris eam quasi argentum.* Et quidem veram sapientiam ad eundem modum querendam esse, sicut auri, vel argenti venas, sicut etiam verba Iob cap. 28. vbi de sapientiae inquisitione multis agit: præmittit autem sic. *Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur.* Ac subinde etiam attexit Iob. *Sapientia vero ubi inuenitur?* Quod perinde est, ac si dicat, cum in argenti atque auri venas, quantumvis internis penetralibus obrutas, homines quibusdam argumentis, & indicationibus vestigando incidere soleant: oportebit etiam veram sapientiam ad eundem modum exquirere, quæ nimis suis etiam indicationibus se prodit. Et quidem multa sunt signa, quæ ab his, qui venas argenti vestigant, obseruari solent, quas colligit, supputatque Georg. Agric. l. de re metallica: Sed ut alia dimittam, duo certissima tradit signa:

D *Georgius Agricola.* Nam primò iubet obseruare fontes, & scaturientes (cum scilicet vetæ latentes suspicio aliunde incertis, ) quæ ex clivo, vel montis radicibus erumpunt, atque arenas lauare: solent enim aquæ erumpentes auti, vel argenti ramenta secum voluere: sin minus latentia metallorum sapore produnt suo.

E Diuus Hieronymus ad illa verba: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, nomine montium doctores accipit Ecclesiæ, additque eosdem montes coagulatos esse, & montes pingues in exteriori facie, at interius ditissimas argenti, & auri venas claudere. Ergo in his montibus (id est) in doctotibus sapientiam argenti adinstar querendam esse docet Salomon. Quod si præceptoris, vel doctoris diuitias internas explorare vis, obseruare te iubeo fontes ab illo erumpentes. Salomon intrā cap. 10. Os, inquit,

F *iusti vena vite.* Septuaginta vero aliter conuertent. Fons, scilicet, *vite in manu iusti.* Cum igitur Patres passim intelligent hæc verba de doctoribus, constat certè ex eorum tum ore, tum manibus fontes erumpere: Sic nimis, vt ex ore aquæ in morem verba ex manibus vero opera fluant. Hos ergo fontes experiri debet, qui doctoris sui facultatem, & spirituales diuitias nosse vult: an scilicet opera, & verba auri ramenta secum voluant, id est, quædam honorum interiorum pignora: an etiam honestatem, & pietatem sapiant.

G *Et quasi thesauros effoderis eam.* Beda in hunc locum eleganter. Qui thesauros effodit, circiter terre rudera, fecit in altum foueam, & sedulus insit labori, donec thesauros, quos inquirit, attingat. Et qui

Seneca.

D. N. 4.  
Nazianzenus.

33

Georgius Agricola.

34

Hieron.

35

Beda.

A nimirum quæ sitam natus gaudeat, atque gestiat.

V. Tunc intelliges timorem Domini: & scientiam Dei inuenies.

**I**N hoc loco nullum est lectionum variarum disfidium. Chaldaeus habet: & scientiam à facie Dei inuenies. Omnes timoris Dei acceptiones supra tradidimus cap. i. vers. 7. vbi tres illius significations dedimus: diximus enim sumi, vel ut sonat, pro ipso Dei metu, vel pro honestate in vniuersum, vel pro religione, & pietate erga Deum. Si ergo pro metu Dei, vel pœnarum, quibus terrorem incutit peccatoribus, accipiatur: sic fert sententia Dñi Ambrosii ibi citati, vbi multis de hoc loco) haec verba cum superioribus sic necunda sunt: *Si quæsieris eam* (scilicet sapientiam, seu pietatem) *quasi pecuniam*, & *sicut thesauros effoderis eam*, tunc quidem prius intelliges timorem Domini: Hic vero cùm sit principium sapientiæ, te ad veram sapientiam, & honestatem manu ducet: *E sic scientiam Dei inuenies*.

Et quidem vt hæc verba cum præscriptis coëant, memoria repetenda est veterum consuetudo, apud quos in vñi fuit ea loca, in quibus thesauros deponebant, aliquo signo notare, quod perpetuum latentis thesauri indicationem cōseruare posset. Id vero frequentius erat eiusmodi. Qui thesauros altè foderant quibusdam interuallis carbones terræ permixtos subteriaciebant, vel cinerem: Ea est enim carbonis exulti, ac cineris natura (teste D. August. lib. 5. de Ciuitate Dei) vt nulla humoris iniuria tabescat. Propterea antiqui agrorum terminos defossis carbonibus notabant: qui vero carbones exiliebat, reus alieni existimabatur. Quia ergo carbones ad thesauros notandos, & indicandos adhibebantur, inde natum est illud Prouerbium: *Theſaurus carbones erant*. Lucianus in Texuide: *Venunt* (inquit) *iuxta prouerbium theſaurus noſter carbones erant*. Rursus in Philo. *Proinde iuxta id, quod dicitur solet, tu nobis qui theſaurus credebaris, carbones extitisti*. De cinere etiam suppetit illud Alciphrontis in epistola quadam, *Nam omnes theſauri ciuiſ mihi erunt*. Neque verò nata est parœmia ex euētu quopiam, quo quisquam thesauri spe fodiens carbones, vel cinerem inuenit, eaque res in vñi vulgi, & sermonem abiit, vt perperam sentit Erasmus, sed certè ex eo, quia cum thesauri cinere, vel carbonibus iniectis notari solerent, sèpe accidebat, vt cum aliquis in carbones defossos incidisset putans thesaurem ibi latere, diu, ac multum foderet, nec tam inueniret. *Quod etiam noſtro ſeculo quibusdam contigisse compertum eſt*: Inde igitur ductum, *Theſaurus noſter carbones erant*, & non aliunde.

Rursus Georgius Agricola libr. 3. de arte Metallica obſeruat in venis etiam argenti, & auri caput assignari, & cor. Est autem caput illa pars, quam effert in lucem, quæ licet parum diues sit, si tamen metallica constet materia, ea scilicet, ex qua metallum coalescit, diuitem (inquit) fodenti venam pollicetur. Ergo cum alqmon dixisset: *Si quæſieris eam, quaſi argento. & quaſi theſauroſ effoderis eam*, appositè admodum ſubdit, tunc intelliges timorem Domini, tunc postea scientiam Dei inuenies. Qui venā argenti quærit, gaudet quidem, cū in caput incidit venæ, & quamuis diues admodum caput non sit, hoc tamen illum in ditioris venę ſpem adducit. Adeundem modum ei accidit, qui ſapientiam veram, id est honestatem, & iuſtitiam, tanquam argenti diuifimam venam quærit: si timorem Dei, qui eſt initium, & caput ſapientiæ, attigit: Loquor autem de timore ſeruili, (id eſt) de timore pœpæ.

39

40

Augusti;

41  
Georgius  
Agricola.

**C**hryſoft. qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, quidquid ſibi terrenum in eſſe compererit, expurget, fuſſam hu-militatis faciat &c. Hæc ille expendens ſcilicet vo-cem effoderis.) Accedat verò ad illius ſententiā noſtra coniectura. Pende autem non diētum à Salo-mone, & ſicut theſauros foderis, ſed effoderis. Nam theſaurum effodere eſt tādiu fuſſam ducere, quoad fodiendo ad eruēdum theſaurum perueniatur. Ita-que admonetur ſapientiæ, vel pietatis inquiſitor de perſeueratiā. Accipe verba Chryſoft, elegantiſſima in hanc ſententiā: *Qui theſaurum effodiunt in mundo, licet infinitas capiant diuinitas, non prius abſtunt, quam totum exhaufierint. Non enim, ut multa tollant, ſed ut nihil relinquant, hæc eos p̄cipue cu-ra tenere ſoleat. Multò magis hoc nos in diuinis fa-cere theſauris oportet, tandem effodere, quoad totum exhaufērimus apparenſ. Apparenſ autem dixi, quo-niam omnia exhauiſire non datur. Hæc ille in Homil. super oratione Annae.*

**H**ieron. & Chryſoft. 36 Rursus laboris magnitudo significatur, qua ad ſapientiam, & virtutem enitendum eſt. Nam fodendi labor ingens censetur, vnde vetus fluxit parœmia eorum, qui voluptati, & otio dediti laborem vitant: *Fodere non didici*. Apud Aristophanem in Aui-bus excusat ſuam defidem, & vmbra tilem viuen-di rationem Sycophanta his verbis, οὐδὲ φεγγίων, οὐδὲ λευκῶν θησαυρῶν. *Quid quæſo faciam, quando fodere nescio?* Rursus in Euangelio laborandi inſuetus ille Regis œconomus ſuis quoque furtis ob-tendit illud. *Fodere non valeo*. Ergo Salomon ait ad ſapientiam ligone opus eſſe: Nam fodiendo, id eſt, incredibili labore comparatur. Demum di-ētum fuſſe effoderis, non foderis, alia de cauſa adiicere poſſumus. Nam fodere mercenarij eſt, ef-fodere autem Dominus dicitur, qui in agro proprio fuſſam agit. Sic diſtinguit eiusmodi duo verba *fodio*, & *effodio* iuriſprudentia, vt docet Schardius: ob eam cauſam (inquit) Thesaurus effodientis, non autem fodientis eſſe dicitur. Ergo in iure ſic decer-nitur, vt ſi quando mercenarius homo alienum agrum fodens in theſaurum incidit, nihil inde perci-piat, quia tunc non tam ipſe, quam is, cuius ope-ras exequitur, theſauri inuenitor appellari debet. Et quidem theſaurum iſtum veræ ſapientiæ in agro cordis propriè latere docet D. Hieron. & Chryſoft. vt ſupra vers. 1. atque adeo in ſuo ipſius corde fuſſam agere debet, quicumque ad theſaurum illum peruenire vult, propriam ſciliſt ſalutem quærens.

**S**eneca. Adde Senecam in Prouerbiis, vbi ſic habet. *Ut au-ri aliquid extrahamus, terram euertimus: ut ſum-mum bonum occupemus, & ſapienſiam reperiamus, peccatum ſcrutari piget*. Et qui in ſuo corde, tanquam in agro proprio inueniret, is iure ipſo vēdicat ſuum: qui autem de ſua ſalute nihil ſolicitus aliena fortal-ſe dat operam, nihil certe diſidet à mercenario, qui operaſ alii collocat ſuas, & in alieno fodiendo agro deſudat: is verò licet ad theſaurum in proximi ſui corde fodio pertigerit (ſalutem ſciliſt illius ope-rando) proximum quidem ditem facit: ipſe tamen nihil inde lucri trahit. Sed vide an potius referēdum ſit hoc ad voluptatem, & gaudium quod inuenire ſo-let his, qui poſt diuturnum laborem in theſaurum incederunt: hanc enim vim habere videtur verbum *effodio*, quod eſt non tantum fuſſam agere, ſed rem ipſam defoſſam fodiendo extrahere. Ita ſentire vi-detur Rodolph. cui libentius aſſentior, vt ſenſus ſit: *Si tanquam theſauros effoderis illum: Si nimirum illam fodiendo, id eſt, laborem tuum, atque operam impendendo veluti theſaurum eduxeris: Existimo enim Salomonem hiſ verbis ita auditorem ſuum ad labores pro ſapientia ſuſcipiēdos acuere, vt non foſſorem, ſed effoſſorem futurum eſſe promittat, qui*

Tom. I.

Nam licet timor iste, quod caput venæ imitatur, A parum diues sit ob charitatis defectum, tamen proximè in charitatem migrare solet: atque adeo sicut in venis perscrutandis à capite ad cor venit, in quo maxime venæ ditescunt: sic etiam in iustitiæ disquisitione à timore illo seruili, tanquam à capite minus diti, ad charitatem ditissimam, tanquam ad cor, duducimur. Rursus cum Salomon dixerit sapientiam thesaurem in modum effodiendam esse, apte quoque subiecit: *Nunc intelliges timorem Domini;* & de timore ad scientiam peruenies. Nam quemadmodum is, qui thesaurem fodit, primo attingit carbones, vel cinerem, quibus thesaurorum loca notari solent: at tunc demum certior redditus, non longe abesse conditam illam vim auri, vel argenti ea indicatione edocetur: sic etiam inquit Salomon, si sapientiam thesaurei ad instar foderis, *tunc primo intelliges timorem Domini:* Timorem scilicet gehennæ, atque pœnarum, quem carbonibus, ac cinere non inepte significari crediderim. (Nam carbo ignis ex unum est, ignem facile concipiens, ac cinis, sub quo etiam ignis dolosè delitescit, gehennalis incendijs quædam symbola, vel documenta sunt; timor vero iste non fallax iustitiæ, & charitatis indicatio est, quippe qui ad charitatem deducit. Tunc vero postquam timorem Domini intellexeris, seu inueneris, non longe abest thesaurus sapientia, iustitiæ, & charitatis: subdit enim, & sapientiam inuenies, &c.

43  
D. Hier.

Diuus Hieronymus in Isaiam cum incidisset in hunc locum, nomine timoris Dei timiditatem quædam intelligit, quam ipse θλιψης, appellat, quæ quidem propria virtus est eorum, quos homines timidae, vel timorate conscientia appellare consueuimus. Et quidem *eulabia* fluit ab θλιψε, quæ vox, teste Luciano, idem est, quod bonam, vel commodam ansam habens, vel accipiens. Inde per similitudinem translata est ad significandos cautos homines, & timoratos, qui res, & negotia, quæ nimis multas plerumque ansas habent, ex quibus apprehendi possunt bona, semper ab ansa capiunt: unde fit, vt cum aliis, qui minus cautæ res suscipiunt, nec, vt ita dicam, bona ex ansa capiunt, res non aliter è manibus casis conatibus decidere soleant, quam ei, qui vas aliquod, vel amphoram ab ansa paru firmata captauit: cauts tamen, atque timorati, qui bona ex ansa res semper accipiunt, omnia prospere cedant. Id ergo efficit bona illa timiditas, seu *eulabia*, reddit quippe hominem cautu & timidu, vt bona semper ab ansa res suscipiant. Rursus cum θλιψε, nontantum sit bonam ansam accipiens, sed etiam bonam ansam habens, vnde ipse homo accipiat: quadrat etiam in cautos, ac timoratos homines, qui eiusmodi sunt, vt ansam aliquam bonam, & firmam habeant, ex qua tum à Deo, tum ab hominibus apprehendi possint. Is enim, qui timorem Dei exuit, liceat sic dicere, nihil habet firmum, ex quo assimi possit ad virtutem, vel ad res quilibet alias gerendas. Nihil enim dissidet à vase vel amphora in firmis ansis, quam vnde cumque assumptum ruere, ac coteri necesse est. Vnde Iob tantis versatus temptationibus propterea nunquam decidit, *quia rectus erat, ac timens Deum.* Vbi Chrysost. habet, θλιψε, id est vir, ita dicam, bonæ ansæ.

44

45  
Hilarius.

Hilarius loco supra citato nomine timoris eum accipit, qui charitate formatus est. Sic enim ait expendens ista verba. *Nobis autem timor Domini omnis in amore est, morumque eius dilectio perfecta consummat.* Hærent Hilario Beda, Hugo, & Dionys. & secundum hanc interpretationem sic verba ista cum superioribus innodanda sunt. *Si quasieris eam, quasi pecuniam, &c. Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei innuenies, id est, tunc qui-*

dem timorem Domini nancisci licebit, qui à vera sapientia nihil dissidet, secundum illud Iob 27.12. Iob. 27. *mor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia: ac si dicat: Hic timor tibi erit pro magna vi pecuniarum, atque vice ingentis thesaurei.* Nam & Isaías ait cap. 33. *Timor Domini ipse est thesaurus eius.* At quomodo timor ille filiorum charitate informatus, cum thesauro conferri potest? Certè cius, qui thesaurem adiuuenit, proprium est timore percelli. Vnde D. Macharius, Homil. 7. sic ait. *Christiani sub timore semper degunt, ac tremore, quemadmodum qui habet thesaurem, gaudet quidem propter thesaurem, nihilominus metuit, ne quoquomodo latrones irruant, ac deprendentur.* Ac timor ipse quomodo thesaurus dici potest? Respondeo in timore isto charitate perfecto duplē motum inesse: alterum in bonum, qui charitatis est, & proficiuntio summi boni: alterum in malum, qui est fuga mali, per quā homo timet ea omnia, quæ Deo, vel charitati aduersa sunt. Hæc autem conferta, & copulata, siue unus, siue plures actus sint, timorem filiorum perficiunt: & quidem quatenus charitas est, thesaurus dicitur, & quatenus timor, ad thesaurei custodiā pertinet. Itaque timor filiorum Dei non unum quid, sed duo est, scilicet thesaurus, & thesaurei custos. Veteres Poëtae dracones asseruandis thesaureis præficere solebant. Vnde Apostoli in suis cōstitutionibus de auaris verba facientes sic aiunt. *Auanus serpens locum obrinet, quan aiunt in thesaureis cubare.* Ergo audacter dico eum, qui timorem Dei charitati cōsertum habet, thesaurem quidem possidere, & draconem etiam aliquem terrificū qui asseruando thesauro semper inuigilet. Charitas enim thesaurus est: timor vero eidem incubans & illum asseruans, draco.

#### V.1. Quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius scientia, & prudentia.

46  
**Q** Via Dominus dat. Hebraicè dabit. Et ex ore eius. Sichabent Septuag. Chalda. Et à facie eius cognitio, & intelligentia. Aquila, Symmach. & Theod. ex ore eius sicut in vulgatis.

E Aperta admidum est horum verborum sententia, nam perinde est, ac si dicat, Sapientia quidem, de qua nunc agimus, Dei donum est, & solus Deus scientiam, & prudentiam edocere potest. Insuper Beda purat verba illa ex ore eius scientia & prudenteria referri posse ad processionem verbi iuxta illud: *Ego autem ex ore Altissimi prodidi.* Sed hoc accommodatitum est. Vel aliter, ex ore eius, inquit, sapientia, & scientia fluere dicitur, quia os hominis nisi ab eo sanctificatum, & consecratum sapientiam alloqui non potest. Nihilominus prior expositio germanior est. Subdit Lyra illa verba sapientiam, scientiam, & prudentiam, non esse synonyma. Lyra.

**F**Sapientia enim (inquit) est rerum diuinarum cognitio. Scientia, rerum speculatiuarum. Prudentia, agibilium. Parum interest hoc, an alio modo accipiantur: dum tamen illud constet sapientia istam, siue scientiam, siue prudentiam Deo doctore & magistro indigere. Et quidem Salomon seruauit accuratestimum gratia ordinem. Cùm enim initio capit is auditorem monuisset: *Fili, si suscepis, vel audiueris sermones meos, &c.* non satis dicens, si se docentem exterius audiet (vt verè satis non est) suadet, vt eisdē de rebus Dei interius animū informantē audiat: Ideo addit, *Quia ipse Deus dat sapientiam, & ex ore eius prudentiam & scientiam,* vnde ait August. l.1. ad Simplicianum. q.2. *Cum igitur Euangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non cre-*

48

August.

49  
Gregor.

Athanas.

P. Vazq.

50

dunt, sed qui credunt predicatori forinsecus sonantibus, intus à Pare audiunt, vel discunt: qui autem non credunt, neque discunt. D. Gregorius. Hom. 30. in Euangel. Nemo (inquit) docent homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, quianisi intus sit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vanum laborat. Ecce unam loquentis vocem, omnes pariter audit, nec pariter sonum audit e vocis percipitis. Cur ergo dispar est vocis intelligentia? Nisi quia prater hoc, quod vox loquentis communiter admonet, est magister, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet. Id ipsum D. Athanas. eleganti pluuiæ similitudine expressit in sermone de lemente. Uniformis (inquit) est ipsa pluuiæ que deiicitur: sed tamen multiplicem operatur sementem. Frumentum enim efficit fabam milium, zeam, &c. Vide hunc locum, & alia apud nostrum Gabriel. Vazq. i. part. disp. 89. c. 4. & 7. Ergo eam ob causam Salomon postquam suscit adolecenti, ut se dicentem exterius audiret, addit auscultatum esse quoque Deum interius animum affantem, quasi aliter nullam vim illius verba forent habitura.

## VII. Custodiet rectorum salutem: &amp; proteget gradientes simpliciter.

## VIII. Seruans semitas iustitiae: &amp; viam sanctorum custodiens.

D. Aug.

Rodolph.  
& Iansen.

52

Isa. c. 3. in  
6.  
August.

**C**ustodiet Hebraicè *liphon*, à verbo *Saphan*, quod est abscondere, vel occultare, aut reponendo conseruare. *Salutem* Hebraicè *Thesuah*, ex verbo substantiuo *tasab*. Eius vocis multiplex est significatio, *Essentiam* sonat vel *existentiam*, vel *substantiam*. Sunt etiam, qui *formam* aliquando reddant. Item *rationem*, *legem*, *prescriprium*, & *quidquid solidum est*, vel *stabile*. Inde variae huius loci translationes fluxerunt. Pagninus legit: *Et absconde rectis essentiam, & in thesauro reseruabit* Rabbr Leui: *Reseruabis rectis id quod est*. Ali, quos refert Mercerus. *Reseruabit rectis fortunam, vel successum*. Rabbi Moyses, reponet *iustis legem*. Septuaginta, *Thesaurizat recte agentibus salutem*. Diuus Augustinus libro primo contra aduersarios legis, & Prophetas, capite 17. sic habet: *thesaurizat diligentibus se salutem*. Demum plures legunt, *thesaurizat vel abscondit sapientiam*. Ex his Rodolphus & Iansenius, qui præterquam quod voci Hebraicæ eam significationem subesse volunt, contendunt etiam nomine salutis, quod vulgatus usus est, eandem sapientiam verana notari, quæ nihil dissidet ab honestate & iustitia, in qua salus animi sita est, quibus ego subscribo. Nam & Isaías ait capite 33. vers. 6. (sequor autem lectionem Septuaginta, quam attingit etiam Diuus Augustinus loco citato) *In thesauris est salus nostra*. Quid verb in eo thesauro contineatur, exprimit his verbis: *Sapientia, & scientia, & pietas in Deum, isti sunt thesauri sapientia*.

*Et proteget gradientes, &c.* Hebraicè. *Et clypeus ambulantibus perfectè*. Septuaginta, *Proteget gressum eorum, & cum sequentibus connectunt*.

*Simpliciter*, Hebraicè *perfectè*. Tigurina *Innocenter*. Chaldæus vero ingram orationem sic extulit: *Absconde iustis incolumentem, & auxiliabitur his, qui ambulant absque macula*.

*Seruas semitas iustitiae, &c.* Septuaginta: *Ad custodiendas vias iustificationum, & viam, reuerent*

Tom. i.

53  
tum se custodiet. Hebraicè, *Et viam misericordiarum eius custodiens*. Ad rem.

*Custodiet rectorum salutem*: Lyra corporis & animi salubrem sanitatem exponit, quasi iustitiae & rectitudinis meritò assequantur iusti utrunque salutem. Sed id nequaquam cum superioribus coheret. Rodolphus & illius indiuiduus comes Ianzenius omnes illas voces, *custodiet, reponet, atque thesaurizat*, in concordia adducunt. Ita ut tensus sit. Deus quidem non omnibus æquabiliter imperietur bona sua ( scilicet sapientiam, & animi salutem) sed abscondit, reponit, reseruat, ut videlicet suo tempore proferat, atque rectè agentibus, & non aliis eroget: vel *diligentibus se*, ut legit Diuus Augustinus. Hæc vero sic eum superioribus necunda sunt. Cum Salomon ad extremum dixisset de iis, quæ ad veram sapientiam pertinent, Deum esse audiendum, quia videlicet *ex ore eius sapientia & scientia*, addit modum, quo ipsam impendere, vel proferre solet: neque enim omnibus, nec semper aperit, sed abscondit, reponitque, & cum placet, his tantum profert, qui rectitudinem colunt.

*Rodolphus Ianzenius.*

D. Aug.

Caietan.

*C*æterum Caietani expositio videtur mihi accommodior, quæ sic se habet. Cum suprà Salomon sapientiam thesauri ad instar absconditi effodiendam esse affirmasset, nunc subdit rationem: quia scilicet Deus custodit, reponit, occultat, thesaurizat [ omnia in idem recidunt ] salutem, sapientiam videlicet veram, quæ est iustitia ipsa, & salus animi. Si enim Deus thesauri ad instar sapientiam abscondit, rectè fit thesauri in modum effodiendam esse. Dicitur autem abscondere vel thesaurizare rectis, vel rectè agentibus. Hebraicè *Iesarim*, id est, *sedulis*. August. *diligentibus se*, quia locuples iste thesaurus, quem sic latere Deus voluit, nisi à sedulis, & accuratam diligentiam nauantibus non eruitur. Sed expendenda sunt illa verba, *Thesaurizat, custodit*: quibus vim verbi originis extulerunt vulgata, & Septuaginta: quamvis enim ad eandem rem significandam tendant, tamen per gradus quosdam: qui gradus insinuant modum, quo Deus sapientiam & salutem reponit, atque occultat *Thesaurizat*, rei occulta magnitudinem & pretium inuit: nec enim, qui vilem rem occultauit, thesaurizare dicendus est. *Custodit* ( sic habet vulgata ) significat additam huic thesauro custodiari. Sapientiam ergo Deus, *thesaurizat, custodit*. Quia non solum thesauri in modum occultat, sed etiam additæ custodia tuerit. Certè mos thesauros occultandi, aut reponendi inde natus, quia in magnis obsidionibus, cum urbem aliquam ab hostibus debellari cogit, solent ciues pretiosissimas quaque res altius defodere, ne in hostium manus deueniant. *Quidam* verò olim, vt tuti thesauros reponerent suos, incantamentis utabantur, quibus dracones, aut alia quæpiam vastissima monstra custodia thesaurorum præfiebant. Vnde illud nuper citatum ex Apostolicis Constitutionibus. *Avarus locum Draconis sortitus est, quem auunt in thesauro cubare*. Quæ monstra, vel incantamenta non nisi precibus, & illicitis quibusdam sacrificiis, & carminibus adimi, aut expiari posse credebant. Ergo sicut thesaure ab hominibus propterea defodiuntur, ne hostes partis ab ipsis diuini potiantur: sic Deus thesauri in morem diuinitatis suas occultat, scilicet sapientiam & salutem, ne videlicet hostibus illis perfrui liceat: Ideo consultè Augustinus, *thesaurizat diligentibus se*. Et quidem ita thesaurizat, vt non abscondat tantum, sed etiam custodiat thesaurum suum, ne dicam incantet. Diuus Gregorius Nazianzenus, vt virtutis adipiscendæ difficultatem extolleret, in Poëmate de humana virtute sic habet ( fidé Græcæ

D. Aug.

55

*E*st. *thesaurizat, custodit*. Quia non solum thesauri in modum occultat, sed etiam additæ custodia tuerit. Certè mos thesauros occultandi, aut reponendi inde natus, quia in magnis obsidionibus, cum urbem aliquam ab hostibus debellari cogit, solent ciues pretiosissimas quaque res altius defodere, ne in hostium manus deueniant. *Quidam* verò olim, vt tuti thesauros reponerent suos, incantamentis utabantur, quibus dracones, aut alia quæpiam vastissima monstra custodia thesaurorum præfiebant. Vnde illud nuper citatum ex Apostolicis Constitutionibus. *Avarus locum Draconis sortitus est, quem auunt in thesauro cubare*. Quæ monstra, vel incantamenta non nisi precibus, & illicitis quibusdam sacrificiis, & carminibus adimi, aut expiari posse credebant. Ergo sicut thesaure ab hominibus propterea defodiuntur, ne hostes partis ab ipsis diuini potiantur: sic Deus thesauri in morem diuinitatis suas occultat, scilicet sapientiam & salutem, ne videlicet hostibus illis perfrui liceat: Ideo consultè Augustinus, *thesaurizat diligentibus se*. Et quidem ita thesaurizat, vt non abscondat tantum, sed etiam custodiat thesaurum suum, ne dicam incantet. Diuus Gregorius Nazianzenus, vt virtutis adipiscendæ difficultatem extolleret, in Poëmate de humana virtute sic habet ( fidé Græcæ

56

D. Aug.

D. Nazianzenus.

E. ij

lectionis sequar, numeros omittam, *Virus diffi-*  
*cilis ardua, profunda, incantata*: sicut habetur Græ-  
*cæ in asperis*: quamvis ali legant *τερπόνη*, id est,  
*incitata*, quam vocem Scholia stes refigendam pu-  
tauit. At enim quomodo virtus incantata dicitur?  
Thesaurus incantatus appellabatur ille, qui non  
absconditus tantum, sed insuper custodia aliqua  
firmatus, vel munitus erat: nimurum, quia magi-  
cis artibus euocatus, vel Draco, vel aliqua alia im-  
manis bellua eidem inuigilare credebatur, quam  
carminibus sopire, vel sacrificiis expiare opus erat  
illi, qui thesaurum exahurire volebat. Sic virtus,  
vel sapientia non occultata solum est à Deo. & the-  
sauri in modum defossa, ita ut labore opus sit ad  
effodiendum: sed incantata, ut carminibus opus  
sit ad illam excantandam, scilicet crebris ad Deum  
orationibus, & precibus, nec non etiā in sacrificiis,  
(sic enim thesauros excantari lex tradit) nam hi-  
scē rebus immanes quædam difficultates, quæ in-  
cubant virtuti, atque homines vastissimorum ad  
instar Draconum exterrere solent, sponuntur, adi-  
tūque ad virtutem immunem præstant. Sed qui-  
bus præstant? *Rēctis, recte agentibus, & dili-*  
*gentibus Deum.* Hi enim thesaurum istum excan-  
tant, diuitiasque illius percipiunt: hi etiam illum  
auerunt sine lite. Propterea obseruanda sunt etiam  
verba illa, *reponit, vel referuat*, quibus vis sunt  
alij interpres: hæc enim innuit thesaurum istum  
his, qui audie quæsierint, ita restituji, ut securè  
percipient, & sine lite: ne dicamus liberalitatem  
humanam profusorem fuisse, quam Dei. Nam in  
præmissa lege unica C. de thesaur. lib. 10. sic Im-  
perator: *Theſaurum querere, & inuenio vi libe-*  
*ram tribuimus facultarem, ne ulterius Dei bene-*  
*ficiūm inuidiosa calumnia persequatur, & superfluum*  
*fit hoc precibus postulare, quodiam lege permisum*  
*est, & Imperatorie maiestatis videatur preuenire*  
*liberalitas postulanda.* Si enim Imperator existimans  
Dei beneficium esse thesaurum inuenire, tantum  
dilectum illi tribuit, ut illud lite, aut calumniis infesta-  
rinas duixerit: quis negat Deum plus delatum  
suo ipsius beneficio, ut nimurum, qui de illius be-  
ficiencia sapientia, atque salutis thesaurum inue-  
nerit, is quidem sine lite & calumnia percipiat to-  
tum? Iacobi 1. *Si quis autem vestrum indiget sa-*  
*pientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluerter,*  
*& non improferat.* Id est, non intentat item, aut  
calumniam (sic aliqui interpretantur) sed partis,  
inuentisque frui sinit. Rursus ad liberalitatem Im-  
peratoriam pertinere existinuit Leo, *preuenire*  
*postulanda:* Liberalitatem hanc Deo defuisse, non  
nisi Pelagianus aliquis, asseueret. Atque Iacobus  
ait: *Postulet à Deo.* Hinc excitatur quædam diffi-  
cultas, quomodo scilicet Salomon ad sapientiam  
adipiscendam, quæ ab honestate & iustitia nihil  
differt, ut sæpe diximus, nostram toties exigit ope-  
ram, solicitudinem, & industriam postulet, ac de-  
mum eam rectis, aut recte agentibus, vel oranti-  
bus, vel diligenteribus thesaurizatam, vel repositam  
esse affirmet, cum constans sit fidei nostræ veritas  
conatus nostros gratia Dei præueniri. Respondeo  
Diuum Iacobum & Salomonem non de primo iu-  
stificationis initio, aut de prima gratia, sed de ipsa  
iustificatione, & de aliis donis, quæ post iustificationem  
Deus largitur, haec tenus loquitos fuisse, ut  
confiter Dei Maiestatem longe melius, quam om-  
nes seculi Imperatores sua liberalitate *preuenire po-*  
*stulanda*, per gratiam videlicet præuenientem (sic  
enim appellant Scholastici.)

Ex variis autem lectionibus, quas initio præmi-  
si, unam, aut alteram expendam. Pagninus legit.  
*Thesaurizat rectis essentiam.* Exponit autem in suo

A thesauro ad hunc modum: *Reservat rectis essen-*  
*tiam suam, vt scilicet illis clara viſendam offe-*  
*rat in calo.* Et quidem quamvis hæc expositio ac-  
commodatitia planè videatur, tamen apta est com-  
paratio: nam visio Dei tunc clara, nunc cum the-  
sauro abscondito recte comparatur. *Quam qui*  
*inuenit homo, id est, qui locum cognovit, vbi*  
*latet: Vadit atque vendit vniuersa quæ habet,*  
*atque emit agrum illum, id est, cælum, quod qui-*  
*dem venale est, atque meritis bonorum operum*  
*comparatur.*

B Alij verò nomine *essentia*, constantem in bo-  
no perseuerantiam accipiunt, quam Deus repo-  
nit, thesaurizatque rectis, atque diligenteribus  
se: Nam vt ait Bernardus in Epistol. quadam: *Per-*  
*seuerantia est unica filia summi Regis*, qui hanc  
duxerit, beatitudinem, atque aeternam felici-  
tatem dotis nomine accipit. Addit verò: *Finis vir-*  
*tutum est, earumque consummatio, totiusque bo-*  
*ni repositiorum.* Ergo accommodatit de perseueran-  
tia dicitur, reponit *instus essentiam*, cum ex  
Bernardo totius sit boni repositiorum, id verò no-  
minis aptè quadrat in perseuerantiam: hæc enim ea,  
quæ per vitæ istius decursum reposuimus merita,  
nobis denique aperit.

C *Et protegit gradientes similiter.* Verba ista non  
cum superioribus, sed cum sequentibus copulan-  
di sunt hoc modo. *Protegit gradientes simpliciter*  
*seruans semitas iustitiae, & viam sanctorum custo-*  
*diens.* Quasi dicat, non tantum interius docet, mo-  
uet, atque impellit Deus (vt iam inde ostendimus)  
sed exterius etiam, *protegit gradientes simpliciter*,  
vel *innocenter.* Et quidem externam hanc protec-  
tionem eleganter exprimit lectio originalis: *Chy-*  
*penus est ambulantibus perfectè.* In hunc locum ad-  
uocare oportet ea, quæ docent Scholastici de gra-  
tia antecedente, comitante & sub sequente: Nam  
in his verbis, (mea quidem sententia) loquitur Sa-  
lonon de gratia sub sequente, quæ à quibusdam  
Scholasticis protectionis externæ gratia appellari  
consuevit, cuius vis est voluntatem iam excitatæ, &  
volentem detractis impedimentis, vel obicibus ad  
executionem operis iam voliti perducere. Lege no-  
strum Gabriel. Vazquez, 1. part. disp. 88. cap. 10. P. Vazq.  
vbi istius gratiæ munera ex Conciliorum, Patrum  
que verbis aucupatur, vbi expressè tradit ea de gra-  
tia esse accipienda illa verba Psalm. 16. *Perfice gressu*  
*meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia* Psalm. 16.  
*mea.* Id est, me vias iustitiae ingredi iam volentem num. 5.  
sic institue, ut pedes tandem meos in semitis po-  
nas, nec ab his amplius aberrare permittas. Item  
illud: *Cor hominis disponet viam suam, sed à Do-*  
*mino diriguntur gressus eius.* Ad eundem modum  
locum istum interpretari licet: *Protegit gradientes*  
*simplificiter*, id est, protectionis externæ gratia, quæ  
veluti clypeum obtendit: sic Deus tuetur iuste, in-  
nocenter, seu immaculatè gradientes, ut viam eo-  
rum ab omni defendat, seruet, muniat incursu. Id  
sibi vult illud: *Seruans semitas iustitiae, & viam*  
*sanctorum custodiens.* Luculentius id expressit tran-  
slatio Septuaginta, qui sententiam, non verborum  
sonum extulerunt: *Protegit autem gressum eorum,*  
*ad custodiendas vias iustificationum, & viam rene-*  
*rentium secundum.* Quibus verbis externa illa pro-  
tectione ad excusationem operis boni gressus homi-  
nis regens aptè significatur. Sed expendenda adhuc  
sunt verba singula.

D *Protegit gradientes simpliciter Hebraicè:* *Chy-*  
*penus est ambulantibus perfectè.* Vox originalis est,  
*Magen.* In ancipiis est, ex qua potissimum radice  
eruenda sit, an ex *Ganan*, an vero ex *Magan*.  
Qui ex priori deducunt, conuertunt scutum est

62

63

64

כז

בג

בג

**Psalm. 5.** *ambulantibus perfecte: qui verò ex posteriori erunt, A corona est. Vtrumque aliquando copulauit David Psalm. 5. cùm ait: Scuto bona voluntatis tua corona nostra. Quod ita exponit Chrysostomus: tua erga nos benevolentia, ô Deus, corona fuit nobis, & scutum. Hoc est, gloriā attulit, atque securitatem: Addit enim Chrysost. perinde esse, ac si diceret, securitate, atque gloria cinxisti nos. Talia enim sunt (inquit) dona Dei secura atque decora: At in hominibus non ita est. Sed qui est quidem in gloria non est omnino securus: qui est autem in securitate, non omnino in gloria, neque hec facile euidentur. Dioco (verbigratia) qui sunt potentes, & summos gerunt principatus, & magistratus, sunt quidem splendidi & illustres: sed non sunt securi, immo vel eorum maxime in gloriam, quia sunt in securitate. In Deo autem non ita est: sed utraque insigniter concurrunt. Haec enim Chrysostomus, qui luculenter euicit solam Dei benevolentiam, securitatem simul atque gloriā homini præstare posse, quæ nimirum scuti adinstar, atque coronæ obtineat. Id ergo Salomon fortasse innuere voluit alicipi illa voce Magen, cùm ait, scutum, vel corona est ambulantibus perfecte: nimirum securitatem atque gloriā illis impedit. Neque verò loquor tantum de gloria apud Deum. quam ex bonis operibus referunt iusti, sed etiam de gloria apud homines, quam honestas conciliat. Et sæpius pertinet ad gratiam externæ protectionis, de qua nunc agitur: est enim ad tuendam, immo alendam virtutem maximè necessaria.*

*Seruans semitas iustitiae, & viam sanctorum custodiens. Deus quidem semitas seruare, vel custodiere dicitur, id est, seruare faciens. Ita Hugo. Quam interpretatione confirmat lectio Septuaginta. Imb & originalis Linzor. id est, adseruandum, &c. Vtique D. Nazianzenus. Dæmonis astum sic describit D. Greg. Nazianz. in Poëmate de virtute humana.*

*Sæpe mihi rursus delectum callidus hostis  
Virtutis, vitiisque adimens, mea lumina fallit:  
Ut fera signa pedum, quæ signis callida delet,  
Hanc venatorem virtutis ledat ut arre.*

Ferunt leonem, cum fugit, obliquè incedere, & signa pedibus impressa cauda euerrere, atque delere, ne scilicet venator vestigiis infestens illum assequatur. Ed spectant verba Nazianzeni, quorum sententia hæc est: Sæpe mihi accidit, cùm sit animus virtutem amplecti, atque vitia infectari, ut inter utramque virtutis atque vitiis semitam anceps hæream, nec facilè utramque dignoscam: vitiis quidem semitam satis ego cognoscerem (inquit Gregorius) si Diaboli illum terentis a fiduci vestigia distinguere liceret. At enim ea est illius effteratissimi leonis versutia, ut sua ipse vestigia deleat, ut virtutis atque honestatis sestatorem eludat, & ab recto tramine exilire faciat. Ergo Deus seruat iustis semitam iustitiae, ita ut ab illa nulli diabolici astus illos deuos agant.

*IX. Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & aequitatem, & omnem semitam bonam.*

**E**t omnem semitam, Pagninus. Et omnem orbitam bonam. Dissidet autem orbita & semita: nō orbita est via, per quam currus voluntur: nō item semita. Aquila habet rāurē, id est, flexus. Symmachus bīnūrālQuovs, id est, gyros, rationes, vulgo los caracoles. Hanc dissimilitudinem peperit vox originalis Maghribal, id est via, quam cùm à ro-

Tom. I.

tunditate dictam inteligerent, quidam ex interpretibus retulerunt ad rotas, quibus via exteretur, & hi orbitam conuertunt. Alij ad flexus, sive gyros, quibus via contorquetur. Ad rem.

*Tunc intelliges iustitiam, &c. Quid inter sit discriminis iustitiam inter, & iudicium, & aequitatem, iam inde obseruamus, capite I. vers. 3. ubi ipsi sima verba legere licet: quæ verò ibi diximus, in hunc locum transferenda sunt. Itaque ait Salomon: tunc quidem cùm Deus protexerit te, & ad semitam iustitiae induxerit: Intelliges, id est, cognosces planè & practicè, ita ut iam inde aberrare non possis, nisi sciens, & volens. iustitiam, & iudicium, & aequitatem, id est omnes virtutes, & omnem semitam bonam, oppositiuè, quæ nimirum iustitia, iudicium, & aequitas sunt omnis bona semita, per quam incedere debemus. Hæc est sententia satis perspicua: sed diuersitas illa semitæ, orbitæ, flexum, atque gyrorum suadet, ut locum istum altius expendamus.*

Diuus Augustinus in Psalm. 141. viam inter, & semitam id intercedere existimat, quod semita angusta, sit atque arcta: at verò via lata, atque patens. Lyra semitam appellari eam viam affirmat, quæ per alta & montana loca tendit, vtrumque eodem recidit. Itaque virtutes semitæ dicuntur, quia arduæ, & in angustum contractæ: attamen quæ ducit ad perditionem, lata est, & patula. Sed unde istæ angustiæ, & clivi difficiles? Ex eo profectò, quia vitium pergit per plana: virtus autem per ardua, & acclivia: in planis verò locis viæ sunt latissimæ: per clivios autem vix relinquitur locus viæ. Itaque illastum arctas, tum perdifficiles esse oportet: Immò sapientis montium, atque clivorum difficultas viam distorquet, & per quosdam anfractus, ambages, & gyros regit. Et quidem hac sola ratione licet in concordiam adducere nostram lectionem, Aquilæ, & Symmachi. Si enim noster interpres semitam, illi verò flexus, atque gyros bonos conuerterunt, pugnantia non dicunt, sed collectæ singulorum lectiones omnem virtutis difficultatem exprimunt aptissimè, cuius via ardua est, atque adeò angusta, flexuosa, & obliqua. Clemens Alexandrinus libro quarto stromatum producit testimonium Hesiodi in hunc modum.

*Longa via inflexa est, arcta, atq; acclivis ad ipsam: Ardua namque prius: sed cum ad fastigia ventum est,*

*Fit facilis, que difficilis valde ante clueret.*

*At inquires, longam, arctam, & acclivem ad virtutem viam esse fateor: inflexam verò minime: immo rectam, nunquam aberrantem, nunquam deuiam. Tortuosa est (inquit Ambros. in Psalm. I.) seculi via: virtus autem non anfractus sequitur sed compendia. Est nihilominus verissimum quosdam esse in virtute bonos flexus, atq; gyros: nam clivi quidem sublimis, & prærupti montes, qui in via virtutis occurunt, sunt quidè tentationes innumeræ, quæ difficilem & arduam viam istam reddunt. Ex his autem non omnes confidenter consenseris clivis superare licet: sunt enim præruptæ, atque precipites: sed plures declinandas sunt per anfractus (si licet dicere) circumdeundo. Hanc similitudinem subobscurè innuit D. August. expendens illud, quare Christus assumptus dicitur à diabolo in monte excelsum. Non ipse subiit (inquit) sed assumptus dicitur. Nam & viatores moniū altissima fastigia non descendunt, ut compendia querant, præcipiti a timentes: sed per ambages elidunt. Hos ergo gyros, atque flexus bonos docet, atque suadet virtus, atque de his Salomon: Tunc intelliges iustitiam, iudicium, & aequitatem,*

E iii

*atque omnes flexus & gyros bonos.* Neque propter hos via honestatis, vel tortuosa, vel obliqua dici debet: sicut via, que Matrito Vallisoletum tendit, recta dicitur, quamvis ad altissimos illos montes, qui vtramque Castellam disiungunt, facilius superandos circuitione aliqua vti opus sit. Hæc de semita.

Alia translatio habet orbitam, *Et omnem orbitam bonam.* Est autem orbita vestigium rotarum. Vulgo dicitur, *camino carretero.* Quam lectionem sati aptè eliciunt interpres ex voce originali (ut supra obseruauit.) Cæterum occurrit statim difficultas: Hæc tenus enim arduam, difficilem, arctam, & per clios euntem virtutis semitam statuimus. Nunc verò cùm orbitam dicimus latam, eandem facilem, & per plana tendentem fateri opus est: tales enim sunt viæ, per quas currus deuoluuntur. Id verò cum multis aliis Patrum testimoniis aduersetur, tunc maximè celebri illi proloquo, quod Pythagoræ adscribit Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum furti illū accusans, quod scilicet ex sacra Scriptura decerpserit: est autem eiusmodi: *Noli ingredi via regia.* Atqui via regia, seu Basilica (sic enim Græci appellant, ut tradit Alcijatus de verborum significatione) ea tantum via dici debet, per quam currus spatiösè deuolui potest. Quomodo ergo viâ virtutis orbitam, vel Basilicam (regiam videlicet) planam, latam atque spatiösam appellare licet?

Chrysost.

Chrysostomus attigit hanc difficultatem concione 3. de Lazaro, atque illi occurrit: *Si angusta (inquit) via est, & aspera, quomodo rursus lenis atque facilis dicitur? illud quidem dictu est propter naturam afflictionis: hoc verò propter spontaneam voluntatem adeuntum.* Quasi dicat, acclavis sanè virtutis via natura sua, quia multa præcipit ardua, atque difficultia; sed si eadem proclivi voluntate suscipiatur, incipit esse plana: tantundem enim (si liceat sic dicere) de cliio virtutis detrahit voluntas nostra, quantum ipsa ad virtutem proclivis est.

74  
August.

Rursus Diuus Augustinus in Psalm. 30. cùm incidisset in illa verba. *Posisti in loco spatio pedes meos,* excitat hanc difficultatem. Quomodo spatiōsum simul, & angustum est virtutis iter? Subdit autem: *Certe angusta via est laboris angusta est, amantiata est.* Itaque spontanea voluntas virtutis viam ex acclivi planam reddit (ex mente Chrysost.) amor verò eandem ex angusta latā, & patulā efficit, auctore Augustino: aptè ergo quæ nuper semita dicebatur pro laborantibus, nunc eadem pro amantibus, & sponte suscipientibus orbita dici potest, plana videlicet, atque lata viâ. Sic intelligo verba Pauli ad Hebr. 1. vbi sic ait: *Omnis autē disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed mortoris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per ea reddat iustitiae:* Hæc tenus descripsit virtutis difficultatē subdit modum, quo difficultas isthac peruinenda est: *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite.* Et quidē manus remissa, & genua soluta eriguntur, & roborantur per studiosam quandā, proclivi emque ad operandum voluntatem & amorem impensum. Ideo attexit. *Et gressus rectos facite pedibus vestris,* ut claudicans non quis erret, magis autem sanetur. Græcè legimus ῥηγίας ἐρδας, quæ vox fluit à Ἡχος, id est, rota: significat autē germande rotarum vestigium, seu viam, per quam currus defertur. Vnde quidem aptè admodum conuertit: *Facite orbitas rectas,* seu bonas pedibus vestris. Quasi dicant, si prompto & alaci animo honestatem suscepitis, si amaueritis (inquam) his adeo erigimini, vt liceat vobis virtutis viam, alioqui arduam, acclivem, & arctam in quandam Basilicam planam, latam & curvam viam conuertere. Addo

Paul. ad  
Heb. 12.

etiam, & rectam: ut non claudicans, qui erret, &c. Planities enim efficiet, ne claudicet: rectitudo verò, ne erret.

Sed redeo ad bonos Symmachy gyros, & Aquilæ flexus, vox quidem *θεωρικῶν*, propriè quidem de equis dicitur, quis frænis obtemperantes in gyros eleganter se inueniunt, glomerantque. Et quidē eiusmodi gyrationes ad virtutē pertinent, atq; adeo iure optimo bonos gyros, appellare licet. D. Chrysost. in libello contra Gentiles sic inuehitur in Julianū: *At non sustinuit infelix ille, qui potius morso fræno prorsus obsistens, seque & furoris, & insanie (rationis gyros relitto) dedens in extremi exiti⁹ voragine concrevit.* Pende illa verba, *rationis gyro relieto:* Quibus innuitur tale futurū esse rationis imperiū, vti equorū ad instar frænū molli ore excipientiū nos rotet, atque in gyros conuertat. De his gyris accipiendo est etiā Salomon, & D. Iacob. Apost. c. 3. cum ait: *Si autem quis fræna in ora mittimus ad consentiendū nobis, & omne corpus illorum circumferimus, id est in orbem torquemus: Si quis verbo non offendit, potest fræno circumducere totum corpus.* Quasi dicat: ille qui verbo non delinquit refrænans linguam, nihil equidem dissidet ab equo, qui frænum molli, atque facilis ore suscipit. Vnde quemadmodū equum fræno regere & moderari ita licet, ut omnem in partem versare, atque omnes in orbes rotare facile sit: sic etiam is, qui linguam semel infrænauit suam, reliquum corpus suum, id est, reliquias actiones facili negotio temperat, atque regit, & in elegantes illos rationis gyros glomerat. Ergo Salomon ad id spectans sic addit. *Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & equitatem, & omnes gyros bonos,* id est, omnes rationis gyros, quæ hominem sibi obtemperantem omnem in partem versat, & torquet.

Aliter etiū bonos gyros interpretari licet ducta similitudine à saltatoribus, qui ferè saltationes suas gyris absoluunt. De his enim eleganter admodum Chrysostom. serm. 81. de defensione lunæ, ad illa verba: *Cantauimus vobis, & non saltastis, ybi sic ait.*

*Sicut enim corporaliter, qui saltat, nunc in aere suspenditur, nunc ad altiora iactatur, nunc alternis*

*saltationibus loca diuersa collustrat: ita & qui spiritualiter saltat, interueniente fide modo in aëris sublimitatem erigitur,* id est, *ad cœlestium cogitationem: modo saltibus paradisi, calumque collustrat.*

E Et sicut qui corporaliter saltat, volubilitate membrorum se exercens gyrum sibi saltationis acquirit:

*Ita qui spiritualiter saltat, fides alacritate semper monens, se gyrum sibi integrum orbis acquirit.*

Extrema sic explicò Hispanè. *Así como el que dança, acá una mudanza con una vuelta entera: así el que dança al spiritual ha de acá una mudanza de su vida con una vuelta entera: en cuyo circulo cerrado está signifiada la perseverancia in el bien.*

Hæc dixerim, quamvis aliū fortasse ad sensum allici possint Chrysost. verba, de quibus alibi: *Hic profecto optimus*

*etiam gyrus,* de quo Symmachum interpretari licet. Rursus alios gyros bonos habet Chrysostomus homil. 1. in Epistolam ad Philippen. *Qui currit (inquit) si decem circuitionibus, quas Gra. vocant*

*στύλους, iam factio postremam omittat, totum*

*perdit: ita & nos si ab accepto honorum operum*

*cursu defecerimus, totum perdidimus, totum corrupimus.*

Loquitur autem de his qui in stadio currabant, pertinentque ista verba ad perseverantiam, sicut illa priora.

Rursus de Symmachy bonis gyris, de flexibus

Aquilæ, atque de nostra semita. Et quidē pri-

mo reuocanda sunt in memoriam ea, quæ suprà

diximus de illis tribus *iustitia, iudicio, & equitate:*

*Nam ex mente venerabilis Bedæ, atque aliorū, ibi Beda,*

76

Iacob. 3.  
num. 3.

Chrysost.

78

79

decreuimus per iustitiam Deo satisfieri: per iudicium libi ipsi hominem consulere: per æquitatem vero proximo. Itaque haec tria triplicem significant respectum, ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. Rursus accersenda est Diui Dionysij Areopagitæ diuinior quædam, secretiorque doctrina, qui libro de Diuinis Nominibus capit. 4. circa medium omnes motus differentias Angelis spiritualiter adscribit, motum videlicet rectum, circularem, atque eum, quem reflexum, seu reflexionis appellant. Et quidem ita inquit, Moneri sanguine dicuntur altissimi illi spiritus, circulariter quidem, dum æternis illis principio, ac fine carentibus fulgoribus coniunguntur: per rectam vero lineam, quando ad inferiorum prouidentiam prodeunt, recte omnia peragentes: reflexe autem, quia & inferiorum prouidentiam agentes in sua identitate nunquam discedendo perdurant, circa identitatis auctorem pulchrum, & bonum indefinenter Chorem ducentes. Verba, quibus agit de motu circulari & recto perspicua sunt: Ea vero, quæ de reflexo subdit, hunc reddunt sensum: tunc motu reflexionis spiritualiter mouentur Angeli, cum prouidentiam inferiorum agentes ex his ad Deum, cui semper hærent, quodammodo nobis redire, & quasi resilire videntur.

81  
Dionys.

Rursus eosdem motus animis nostris per similitudinem accommodans Dionys. sic addit: Porro animæ quidem motus circularis ingressus est ad seipsum, & ab exterioribus omnibus, spiritualiumque sui virium uniformis glomeratio, veluti in orbe quodam ei, ut nusquam aberret, eamque ab extimis erroribus conuertens in seipsum. Itaque motus animæ circularis in eo constituit Dionysius, ut flectatur, & conuertatur in se ipsam. Cum enim circularis motus ille sit, qui ab uno punto ortus in idem recurrit, animus certè circulariter tunc moueri dicitur, cum à se exiens, & per exteriora vagatus tandem in semetipsum reuoluitur, atque sibi ipsi vacat. Subdit Dionysius: Recta vero linea mouetur anima ad ea, quæ circa se sunt, prodicens. Reflexè, in quantum ab his resilit, flectiturque ad Deum: abstineo à verbis, ut compendio studeam. Itaque omnem animæ motum qui paucis complecti vollet, ita dicit: Circularis animæ motus est, per quem in seipsum redit, ac sibi vacat: Rectus, per quam ad externa, id est, ad proximos prodit, atque illis propicit: Reflexus, per quem ab externis ad Deum reuocatur, & illi seruit. Rursus ad tres istos motus pertinent tres illæ lectiones, quas suprà enumerauimus, semitam, flexus, & gyros. Gyrus enim circularē innuit, flexus reflexum, semita rectum. Benè ergo Salomon: Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & æquitatem, Deo videlicet inseruiens, tibi pròspiciens, proximo consulens: nimilum Omnes semitam bonam oppositiuè, & omnes flexus bonos, ac denique omnes gyros bonos. Sic enim omnes motus differentias spiritualiter imitaberis.

X. Si enim sapientia intrauerit cor tuum: & scientia animæ tua placuerit.

XI. Concilium custodiet te: & prudentia seruabit te.

83  
Dionys.  
SI enim sapientia intrauit cor tuum. Septuaginta. Si enim sapientia venerit in tuam mentem. Aquila, Symmachus, & Theod. in cor, ut habet noltra. Et scientia animæ tua placuerit. Hebr. in ham, à Tom. I.

A verbo Nagham. Quod est pulchrescere vel dulcescere (si licet ita fari) dicitur etiam de pulchris & amoenis locis, quasi amenari. Hinc nata dissimilitudo lectionum. Pagninus habet: Si scientia animæ dulcerit. Septuaginta: Si sensus esse animæ pulcher videbitur. Aquila & Theod. id est, si venustus erit. Alij legunt, si fuerit scientia amena animæ.

84  
Consilium custodiet te. Hebraicè, cura custodiet super te: Tigurina, Prospicientia. Et quidem verbum Hebraicum propriè dicitur de excubiis, qui verbi asseruandæ inuigilant. Et sapientia seruabit te. Hebraicè. Intelligentia. Septuaginta. Cogitatio. Aquila, Symmachus, & Theod. Prudentia. Sententia loci perspicua est, ad hunc modum, Si sapientia, hæc vera de qua agimus, animum tuum tenuerit, atque illius incredibilem suavitatem experientia ipsa didiceris, iam tunc te suis consiliis interius moderari inciper, atque consilium, quod tibi ipsa suggesterit, custodiet quidem te, vel super te, ut habent primitiuæ. Quasi dicat, non aliter, quam excubitor aliquis miles, qui ex specula pròspiciens urbem asseruat tibi asseruando inuigilabit, & scientia seruabit te. Manifesta repetitio, sed emphatica: significat enim accuraram atque securam fore custodiam: nam repetitiones augent sententiam. Sed experienda sunt verba singula, an boni sensus aliquid præbeant.

85  
Si enim sapientia intrauerit cor tuum. Hugo, Si ita penetraveris, ut ad effectum usque peruenias, id est, si non mente tantum conceperis, sed voluntate etiam prosequutus fueris. Cum emphasi adhibita est vox illa, intrauerit. Id est, ierit intro: nam cum prauum sit cor hominis, atque inscrutabile, nihil à labyrintho aliquo differre mihi videtur: quapropter ad interiora illius penetrare per difficile est. Vniuersas humani cordis officinas eleganti descriptio perseguitur Diauis Macharius hom. 15. quæ D. Macharius habet 2. tom. Biblioth. Sanctorum Patrum. Cum ergo (inquit) cor sit infinitæ profunditatis, ibi sunt triclinia, cubicula, fores, vestibula, ministeria multa, & exitus multi: ibi est officinatum iustitiae, tum iniuriantis: ibi est bona negotiatio, & contraria: ibi est mors, & vita: magna domus, & perplexa. Non ergo facile est ad penates illius peruenire, & internas officinas peruadere: tamen peruadit sapientia: si intrauerit sapientia cor tuum.

E scientia animæ placuerit. De nomine scientia, item, quod saepius de sapientia diximus, constat esse affiandum, scilicet pro omni honestatis atque probitatis genere accipiendam esse. Copulamus autem varias lectiones huius loci: Si dulcis, si pulchra, si amena visu fuerit. Omnes illo verbo complexus est noster: Si placuerit. Nam dulcia vel pulchra, vel amena id est in bonis numerantur, quia placent. Sed tamen singula ad trutinam vocanda sunt: Si scientia dulcis videbitur, virtus initio amaritudinem præfert, sed tamen deinde exercitatione dulcescit. Ergo perinde est, ac si dicat Salomon, si visu consuetudine, & familiaritate virtutis id effeceris, ut ipsa virtus amaritudine sublata dulcis atque iucunda videatur. Quantum vero delestationem & suavitatem visu ipso virtus sibi adsciscat, elegantè Chrysostomus: Licet in obvendo virtutia laboris aliquid habeat, multa deinde animum implet delectatione, & tantam intrinsecus afferat voluptatem, quantam sermo nullus exprimere posset. Quid enim tibi de presentibus iucundum esse videtur, nonne laeta mensa, & corporis sanitas, & gloria, & dignitas? sed hac suauia, si illi comparas voluptatis, sunt omnibus amiora adeam collata. Hæc ille hom. 63 ad populum. Qui cum ad modum virtutis dulce-

E iiiij

Chrysost.

87

dinem experiri iubet, quo ciborum suavitatem ex-ploramus : ita enim accidit, ut cum aliquis mel sumpsit, deinceps quae prius dulce sapiebant, amarum sapere incipient. Ita (inquit Chrysost.) virtutis mira dulcedo, atque suauitas inde colligitur, quod qui eam gustarunt, reliqua bona externa de-lectabilia, quae prius audiē sumebant, tanquam acria, & omni absynthio amariora respuunt. Rur-sus tanta est dulcedo virtutis (inquit Chrysostomus ibidem, missa facio illius verba, quia praelongat, & sententiam arctius adstringo) ut vel stilla illius minima, cum iam dulcescere capiat, omnes amaritudines, angores, molestias, & labores suauitate quidam mirabili conditos gratum in saporem adducat. Quid plura? si scientia animæ tuae dulcis videbitur. Non tantum consuetudo virtutem con-dulcat, sed etiam audiitas, & ardor, fames, videlicet, qua sumitur. Hanc postulat Salomon in hoc loco, ut per ipsam honestas edulcaretur.

88

Septuaginta habent: si sensus animæ tuae pulcher videbitur. A dulcedine virtutis ad illius pulchritu-dinem gradus est: Sed quid, quod Seneca in libro de beata vita? Virtutem, inquit, inuenies pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas haben-tem manus. Deformis ergo est virtus, & non pul-chra. Occurrat Chrysostom. in Psal. 44. affirmans virtutis decorum totum esse internum, & in eo sen-su accipit illa verba: Omnis gloria filii regis abintus. Itaque licet exteriū deformitatem p̄t se ferat: tamen int̄is pulchritudinem abscondit. Accedit

Chrysost.

August.

89

August. Epist. 222. ad Consentium: Quid est aliud, inquit, iustitia, & virtus in nobis, quam interioris hominis pulchritudo? Et quidem sicut in corpori-bus bona colorum temperies, atque partium compositio, & conformatio pulchritudinem efficiunt: sic etiam animos virtutes consertæ, & bonam in fornam redactæ pulchros reddunt: & quia virtutis omnis decor interior est, ab illis solum cognoscitur, qui eam intimè callent. Ideo Salomon ait: Si sensus animæ tuae pulcher videbitur, id est, si virtutem penitus intueri licet. Neque enim pulchra videri potest, nisi ei, qui interiora illius peruerterit. Itaque perinde est, ac si dicat. Si introierit sapien-tia, id est, honestas cor tuum, & tu si nimiriter ad in-teriora illius peruerteris, &c. Quanta sit hæc virtutis pulchritudo, vñico verbo allequatus est Philo Iudæus de vita Moysis, qui cum alijs saepè, tunc maximè Platonizauit. Sic enim ait: Virtus non pulchritantum, sed ipsius pulchri idea est. Nota est doctrina Platonis, qui cuiuscumque rei Ideam aliquam separatam meditatus est, & quidem de Idea pulchri, seu pulchritudinis in specie egit in Conuiuio his verbis. Cætera omnia, quæ pulchra sunt, illius Ideæ participatione pulchra sunt, ea scilicet conditio-ne, vel nascentibus, vel intereuntibus alijs nihil sub-trahatur illi, aut addatur. Addit Plato futurum, ut si alii contingere ipsum pulchri Ideam videre, inter fœlicissimos censeretur. Quam fœlix, inquit, illud spectaculum fore putamus, si cui contingit, ut ipsum pulchrum intueretur, sincerum, integrum, pu-reum, simplex: Num vitam istius parisi facies, hominius videbilest, qui illuc suspicit, qui tam præclarum spectaculum continetur? Nonne cogitas, quod sibi solum cernens eo oculo pulchrum, sed virtutes ipsas pariet: quippè quirem ipsam, & non simulacrum attingat: cumque virtutes veras pariat, atque alat, Deo amicus efficietur?

90

Plato.

Hactenus Plato, qui asserit eum, cui pulchri Ideam contemplari liceret, quasi ab illa fecundatum virtutes omnes veras, solidasque, non fucatas, & simulatas fœlicissimo partu editu-rum, atque eundem Dei familiarem amicum effi-ciendum esse. Cum ergo ex mente Philonis ipsa

A virtus sit pulchritudinis Idea, quicunque ad virtu-tem intendit, atque eius pulchritudinem videt, in ipsam pulchri Ideam intueri dicendus est: atque adeò omnes veras, solidasque virtutes, non earum umbras, atque simulachra inde trahere. Ergo cum Salomon ait: si sensus animæ tuae pulcher videbitur, perinde est, ac si dicat: si virtutis in vniuersum pul-chritudinem, atque adeò ipsam Ideam pulchri in-tuitus, omnes tibi singulares virtutes verè, & non per simulachrum accenses. Succedat Platoni Ari-stoteles, & quantum ad honestatem seständam va-leat illius pulchritudinem intueri, paucis exprimat

B in hymno de laudibus virtutis: O virtus arðna, la-borisque generi humano, pulcherrima vita inuentio, tuam (O VIRGO) ob venustatem etiam mori in Gracia opabilis habetur mors, atque labores vehemētes ac indefessos perpeti. Tu ergo gratia Hercules Io-nue satus, sed que filij suis factus, quid possent, decla-rantes. Hec ille: qui virtutis venustatem, & pul-chritudinem solum intueri tantum posse affirmat, ut plures gloriosum duxerint, postquam illam con-templati sunt, vel mortem oppetere, vel morte ipsa grauiores labores exantare. Quid is diceret, si

C Martyres nostros assequutus fuisset? Pende ergo, quanta Salomon complexus fuerit illo verbo: Si sensus animæ tuae pulcher videbitur, id est, si virtutis pulchritudinem contemplari licebit, cum talia, tamque magna eiusmodi contemplatio præstare soleat. At inquires, quid tantoperè virtutem com-mendas, cum exploratum sit, virtutem habere næ-uos suos, & pallorem suum? Id quamuis tibi dede-rim, nihil tamen inde effeceris. Excipe Plutarchi Plutarch. elegantissima verba in Morali: Ut qui verè amant, etiam balbutiem, næuos, & pallorem adamant in amatis: sic admirator virtutis non horret Aristidus exilium, Socratis paupertatem, nec Phocyonis condem-nationem. Labores, inquit, quosdam inglorios,

D 93

quos viri virtutis studioli subire solent, næuos, & pallorem virtutis dicere licet: sed ei, qui virtutem ardentius adamat, etiam ista placent. Ergo (si ita libet) exponamus Salomonem ad hunc modum: Si sensus animæ tuae pulcher videbitur, id est, si ita audiē virtutem arripueris, & tam ardenti amore prosequaris, ut virtus etiam cum suis næuis, atque pallore, id est, cum suis molestiis, & angoribus pul-chra omnino videatur, ita ut næuos etiam, atque pallorem adames.

E Extrema lectio est Originalis ad hunc modum: Si sapientia, vel scientia animæ tuae amena fuerit. Cuius lectionis elegantia suadet, ut illam quoque ad trutinam vocemus. Amœnitas ad agrum refer-tur, cum luxuriante quadam viriditate oculos deli-nit. Ad id spectant illa verba Eccles. 40. Gratiam & speciem desideravit oculus tuus, & super hæc viri-des sationes. Nota est oculorum natura, qui cum Ecclesiast. aliis coloribus contemplandis, vel pestingantur, 40. vel fatigantur: tamen viridi visendo mirum in modum reficiuntur. Propterea medici his, quibus oculi parum firmi sunt, iubent viride aliquid oculis obtendere, ut aspectu illius lumina roborentur. Obserua præterea animum nostrum plurimis præ-ditum esse oculis. Diuus Maximus producit testi-monium Plutarchi locorum communium serm. 2. Corpus enim antet tantum oculatum est; retro vero cæcum: at mens ante, & retro; nam præterita, atque fu-tura per prudentiam cernit. Hi autem omnes oculi, quibus animus noster insignitur, contemplatione virtutis mirum in modum exacuantur, ac reficiuntur ad aliarum rerum perspicacem intuitum. Excipe verba Senecæ ad id appositissima lib. 2. Epis. 116. Visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet:

F Maxim. seneca. sic & nos si aciem animi liberare impedimentis volue-

rimus, poterimus perficere virtutem. Ergo virtutis aspectus animi aciem exacuit. Addit vero illius Philosophi Scholiastes Senecam illis verbis: *Vt si oculorum quibusdam medicamentis acui solet, non ad collyria spectasse, quibus oculi iuuantur, sed ad ea, quorum aspectu tantum reficiuntur: qualia, inquit, sunt, vel virides campi, vel virentes smaragdi, ut accommodata sit comparatio.* Itaque perinde est, ac si dicat. Quemadmodum oculi intuentes virides campos, vel virentes smaragdos aciem recipiunt: sic prudentia, & animi acies contemplatione virtutis accrescit, siue ad præterita, siue ad futura perspicaciū intuenda. Diuus Isidorus libro 16.

*Isidor.* 95 originum cap. 7. de smaragdi pulchritudine habet hæc verba. *Herbas virentes, frondesque exuperat inficiens circa se viriditatem repercutiū aerem: sculpentibus quoque gemma nulla gratior oculorum refectio est.* Virtus ergo smaragdi nomen fert, huius smaragdi elaboratrix, vel sculptrix anima est, non tantum contemplatrix: sed tamen dum sculptit, elaboratque virtutem, acies illius perspicacior redditur, & acutior: D. Isid. Nero Cæsar gladiatorum pugnas in smaragdo appetebat. Cum enim delitosus ille Imperator non hebetare, sed magis iuare vellet oculorum aciem, interposito smaragdo ludos gymnicos aspiciebat: Nam cum stadium ea ratione de smaragdi colore totum viresceret, gratissimum oculis offerebat spectaculum. Cum igitur virtus smaragdi ad instar obtineat, habes profectò aliquid, quod reliqua omnia inoffensis luminibus aspicere possis. Displicet laborum, molestiatumque aspectus, ingratæ sunt pugnæ, & agones, qui in hoc huius mundi amplissimo stadio frequentissimè visuntur, interpone virtutis smaragdum: Illa enim, cum primum hæc omnia suo colore imbuit, gratissima reddit intuentibus. Hæc, & alia multa complexus est Salomon illis verbis: *Si scientia animæ tua amena fuerit,* &c. Subdit.

*Tullius.* 97 Consilium custodiet te. Hebraicè, *Custodiet super te.* Duxa similitudo est ab excubiis, quæ virbi asseruandæ inuigilant. Ita enim de prudentia, atque cæteris virtutibus contemplari licet nimirum virtutes alias, tanquam milites obarmatos, in castris esse ad conserendam cum aduersariis vitiis pugnam comparatas: at prudentiam tanquam excubitorem aliquem in mentis acie, vel specula semper vigilem, semper insomnem esse, vt venientes ex aduerso hostes eminus speculetur, atque belli signum militibus det. Et quidem prudentæ, seu prospiciendæ speculam adscribit Tullius: *Tanquam ex aliqua, inquit, specula prospexit tempestatem futuram.* Pergo ad alia.

XII. *Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersè loquitur.*

XIII. *Qui relinquent iter rectum: & ambulant per vias tenebrosas.*

*Tullius.* 98 **V**ut eruaris à via mala. Aliqui habent: à via mala: & ab homine, qui peruersa loquitur. Septuaginta. Et ab homine loquente nihil fidele. Eleganter expressis vim vocis Hebraicè Hispanica lectione, & translatio. *De hombre fablante trastornamientos.* Caieranus loquente versutias.

*Qui relinquent iter rectum.* Septuaginta hæc verba referunt ad consequentia cum nota exclamatio- nis. *O qui reliquistis vias rectas, abeundo in vias tenebrarum!* Hugo interpretatur hæc verba de adulatore hoc modo: *Vt eruaris à via mala,* ea videlicet

**A**cet, cui se commisit is, qui peruersa loquitur, id est, adulator. Sed cum sequentia in hanc sententiam alii non possint; parum apta videtur hæc interpre- tatio. Lyra, *Ut eruaris, inquit à via mala,* id est, ab idolatria, quia per illam homo auertitur à Deo: *Et ab homine, qui peruersa loquitur.* Quales, inquit, sunt Sacerdotes idolorum, & Doctores Gentilium: *Qui relinquent iter rectum,* id est, legem naturalem, & diuinam: *Et ambulant per vias tenebrosas,* id est, in tenebris errorum cæcutiunt, &c. At cur Lyra ampliorem horum verborum significationem in eas angustias coniecit? pressit scilicet Rabinorum vestigia, ut solet aliquando.

Caiet. Rodolph. & Iansen. his verbis vniuersalem *Caietan.* significationem nō admittunt, estque sensus: *Vt eruaris à via mala, & ab homine loquente peruersa,* id est consilium, vel prudentia id prohibebunt tibi, ut prauam viuendi rationem caueas, & doctrinam quoque prauam non auscultes. Hæc enim sunt, quæ bonis moribus imprimis aduersantur, vita praua, & perniciosa doctrina: *Qui relinquent iter rectum,* & *ambulant per vias tenebrosas.* Hæc posteriora verba ad vnguem respondent prioribus: Describit enim vtrumque genus hominum, scilicet sceleratè viuens, & perniciosa docens: *Qui relinquent iter rectum sceleratè viuentis: & ambulant per vias tenebrosas* perniciosos errores sectantes, eosq[ue] discipulis tradentes, quibus quasi cimmeriis tenebris, tum ipsorum, tum auditorum mentes offusa cæcutiunt. Sed nunc vero ad sententiam verborum aliquæ obseruationes accedant.

*Vt eruaris à via mala.* Aliqui habent, à via mala, id est, malam, & sceleratam vitam agentes: *Et ab homine, qui peruersa loquitur.* Tres occurunt lectiones aliæ, quæ vulgatæ nostræ afferunt splendorem. Prior est Septuaginta *ab homine loquente nihil fidele.* Id est, nihil fide dignum, Græcè *ποτε οὐδὲν,* id est, nihil credibile, vel suaſibile. Aliquando etiam *ποτε* significat poculentum, ex quo nata vox illa medicis visitata *pisto.* Et quidem cum prius dixerit Salomon, *Vt eruaris à via mala, vel mali: appositissime subiecit, & ab homine loquente nihil fide dignum,* vel nihil suaſibile. Nam cum mores fidem doctrinæ faciant, nihil potest ille fide dignū, vel aptum ad persuadendum docete, quem constat prauè viuere. Nam praui mores Doctoris omnem admittunt doctrinæ fidem. Vel aliter, *nihil fidele,* id est, nihil non fallax, *οὐτέ ποτε* Græci appellant, verum vinum ex vuis confectum, & non fallax, vel *ποτίτιον* ex hordeo, vel alii. Ita dictum vnguentum Magdalena Nardum Pisticum, id est, verum non ementitum, aut simulatum. Iubet ergo Salomon ab his cauere, qui nihil fidele loquuntur, scilicet nihil verum, quamvis veritatis speciem habeat. Appositissima ad hoc est D. Irenei sententia lib. 3. ad Irenæus.

*E*t uersus hæreses, cap. 19. vbi sic habet. *Sicut si quis aquæ mixtum gypsum dans pro facto seducat per similitudinem coloris, sicut quidam dixit superior nobis de omnibus, qui quolibet modo depravant, quæ sunt Dei, lacte gypsum male miscentes.* Itaque cum boni Doctores lac dulcissimum propinare soleant incipientibus (Ita enim Paul ait: *sicut parvulus lac vobis dedi*) pessimi isti preceptores pro lacte gypsum aqua dilutum hauriendum præbent. Eandem similitudinem usurpauit D. Gregor. Nazianz. in tract. de fide. *Vt enim gypsum aqua permixtum latitatem coloris mentitur: ita hic verisimilem confessionem traditionis inimica suggestit.* Hi sunt, qui loquuntur nihil fidele, qui scilicet lac pisticum non præbent, sed ementitum, atque fucatum, doctrinam scilicet perniciosam, quam qui eibunt, non aluntur, sed adiungunt potius interna

*F*Paulus. *Na-*  
*Nazianz.*  
*P*aulus.  
*Irenæus.*

103

viscera. Ad hæc nuper obseruari potionis quodam genus à medicis nō appellari. Sed quamvis aliquareferat ad verbum πίνω πίνω, &c. tamen alij derinant ex voce οἶνος. Significat autem poculum quoddam fidele, in quo nec veneni, nec noxiæ alterius qualitatis suspicio subest: quod item salutibus succis, atque aliis cor iuantibus coalescit. Hæc propria, & germana significatio, quamvis medici abutantur nomine, & quasi à pīno, dictum sit, pīnum appellant carnem pistillo contulam & iure dilutam. Ergo Salomon, cum ait nihil ab illis prauis hominibus pīnū proferri, planè significat, doctrinam, quam aliis propinat, semper de veneno suspestatam esse, nihil salubre, nihil cordi amicum, sed cuncta exitialia, & virulenta cohibere. Vnde eleganter Vincentius Lyrinensis aduersus Hæreses. *H̄i sunt, inquit, qui male pīcula, & noxiæ succos medicaminum titulus præcolorant, ut nemo ferè, ubi supra scriptum legerit remedium, non suspicetur venenum.* Quid infidelius, quam venenatis pīculis remediiorum nomina superscribere?

Secunda lectio est, *Del hombre, que fabla transformamientos*, id est, ea, qua homines transuersos agūt, & quidem vox illa, *transformamento*, proprio dicitur de naui, cum ad vadosa loca impellitur, & impingens alteram in partem decubuit, ut obseruunt alij ante me, qui sic restituendum putarunt, *ab homine, qui loquitur peruerentia, aetue*. Inde ergo defertur similitudo ad mentis naufragia, cum vide licet ad errores, tanquam ad vada impingens, à sua rectitudine flectitur, atque dehincens quamlibet paruam doctrinam tanquam falsam, & amaram aquam excipit. Ergo Salomon ait: *Consilium custodiet super te, id est, prudentia periti iustar Naucleri gubernaculum mentis tuæ versans te naufragio eripiet, Ut erraris a via mala, Del mal rumbo, & ab homine, que fabla transformamientos*. Cuius scilicet verba à vadis, & syrtibus non dissident, in quas naues impulse dehincunt. Quomodo autem eiusmodi praui consiliarij mentes imperitas transuersas agant, & ad syrtes perducant, eleganter Origen. in 14. cap. Epistolæ ad Romanos. *Sicut enim, inquit, Piratae solent in mari in locis vadosis, occultisque scopulis per obscurum noctis lumen accendere, quo nautantes sub spe confugiendi ad portum salutis, ad naufragia a perditionis inuehant: Ita & quoddam mens sapientia falsa ab illis oribus solet accendi, non per quod euadant, sed per quod percant homines mundi huius fluctus, & vita pelagis nautigantes.* Propterea nautigantes huius vitæ undas, non omni lumini, id est, non omni sapientia, neque omnibus omnium consilijs credere debemus. Similitudo est perspicua: Sed ne quis ignorantia veteris, atque hodiernæ etiam consuetudinis non satis capiat, nouerit quidem more comparatum esse, ut in arcibus portuum editissimis nocturno tempore pharus aliqua accensa semper sit, qua naues tempestate pulsæ, vel de nocte appellates lucem eminus conspectâ sequutæ recta in portum tendant. Iam intelliges Piratarum fallacias, qui lumine accenso portum quidem ementuntur, ubi vada sunt.

Vel aliter, *Fablan transformamientos*, vel peruerentia, persistens in eadem similitudine sic expono. Non dissident eorum verba à nauigis, quæ motu crebro, & assidua succussione nutant, & nauigandi insolentibus nauream molestissimam conuouent. Sic accedit illis, qui verbis illorum hominum salutem suam fidunt. Nam cum falsas doceant opiniones, semper nutant, & nunquam in eadem sententia permanent: his autem nutationibus succussi auditores nausea corripiuntur, & si quid bone doctrinæ hauserant, id euomunt, atque in posterum eius-

A dem doctrinæ tædio mirabiliter laborant. Quid plura? *Fablan transformamientos*. Similitudinem à vertiginosis ductam affirmare possumus, id est, suis verbis, atque doctrina hominibus vertigines capit, immittunt. Diuus Gregorius Nazianzenus in oratione de se ipso elegantissime vertiginosos describit: *Quemadmodum etdem terra stat quidem sanis, & non agrotantibus: mouetur autem vertiginosus, & his, qui se circumvolvunt, cum videntium passio ad id, quod cernitur, transmutatur: ita & nos facile decipimus propter inimicitias, &c.* Profectò impiorum hominum est semper circumferri, atque in orbem agi. Ita enim ait Prophetæ: *In circuitu impi ambulant.*

B *Qui auditores quoque suos similiter in gyrum trahunt. Vnde quemadmodum his, qui se aliquali spacio in gyros commouerunt, nihil constans, & firmum, sed omnia mobilia, omnia irrequieta videntur, & rotabilia, propter vertigines capit, quas patiuntur. Sic pariter hic accidit, qui improborum hominum doctrina circumferri sensunt, eorum scilicet, que fablan transformamientos.* Nam postquam eorum erroribus imbuti sunt, nullum deinceps dogma firmum, atque constans videtur, sed omnia infirma, atque mobilia, tam in fide, quam in moribus.

C Tertia lectio est Caiet. ab homine loquente versutias. Id est, ab homine, qui callidis verbis, atque dolosis tibi imposturam facere vult. Supra obseruavi versutias Græcè appellari σπόρας, id est, flexus, labyrinthosque irremediables. Neque dissident ab his, iniquorum hominum dolii, & deceptions; quas qui semel adiit, quasi labyrinthum ingressus pedem referre nesciit omnino. Chrysost. hom. 2. Chrysost. in Epistol. ad Roman. Eorum enim cogitatio, & sententia (loquitur autem de impostoribus) labyrinthocupiam, & gripis similis est nullum usquam finem habens. Ergo (inquit Salomon) sola sapientia te eripere poterit ab homine, qui peruersa loquitur,

D id est, flexuosa, & obliqua qui loquitur scilicet versutias, & labyrinthos, quos qui semel adierunt, regredi nunquam possunt. Vel aliter: *Ab homine, qui loquitur versutias.* Sunt, qui putent versutos appellari homines callidos, vel astutos à vertendue talis, ducta similitudine ab hisce omnibus, qui in talorum ludo imposturas faciunt. Vnde ista verba in eam sententiam allucere licet, quam reddunt

E verba Pauli ad Ephes. 4. quæ sic habent: *Ut iam Paulus ad non simus parvuli fluctuantes, & circumferamus omni vento doctrinæ, in inequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, expendam tantummodo verba illa: In inequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Græcus codex habet επικυλλα, id est, in alea hominum, &c. Itaque similitudo dicitur ab his, qui in ludototorum periti ludendi imperitos fallunt. Ait ergo Paulus. Ne patiamini vos perinde ab improbis hominibus deludi, sicut solent ab aleotoribus versutissimis decipi imperiti, ut pecunias illorum corradiant: agitur enim in hoc ludo non pecunia, sed animus, & vitæ æternæ denarius.

F Neque alia est mens Salomonis, cum ait: *Ut erraris a via mala, & ab homine, qui loquitur versutias.* Subdit.

G *Qui relinquent iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas*, id est, qui dimissa salubri, & recta doctrina sectantur errores innumeratos, qui tenebrarum adinstar obtinent: vel quidem ista recta viendit ratione, latere cupiunt. (Nam qui mala agit, odit lucem, & tenebras amat) ne scilicet arguantur eorum mala opera. *Quos eleganter Diuus Ireneus, cum sepius contulit in prologo lib. 4. Hæreses. Sed enim sepius isti, quorum figura illud quoque pesculentum de cibis lex recensuit, ut traductionem*

Vicent.  
Lyrin.  
104

105

Origenes.

106

107

Nazian.

108

Caiet.

109

110

III

Irenæus. *sai sentiunt, tenebris huic blasphemia in se enomum.*  
Irenæum affectatur Nazianz. in oratione habita  
coram 150. Episcopis: illi enim, inquit, sermones,  
quemadmodum & sepiæ armamentum, contra seipso  
expunt quo effugiant venantes, & latitent inda-  
gantes. Nota est sepiæ proprietas, & natura.

XIV. Qui letantur, cum male fecerint: & exultant  
in rebus pessimis.

**Q**UASI latantur, Hebraicè semechim, à verbo  
camach, quod est latari, ridere: ideò aliqui  
conuertunt, qui rident in rebus malis, Hebraicè de  
singulari Ragb. id est in malo. Sumitur aliquando  
pro tristi. Itaque idem est, ac si dicat, qui tunc læ-  
tantur, & rident, cum maximè tristitia affici debe-  
rent.

*Et exultant.* Hebraicè *Gilu*, à verbo *Gul*, quod est, cantu, aut tripudiis internæ lætitia signa exte-  
rius præbere. Itaque licet conuertere, & cantant,  
vel saliunt in rebus pessimis, Hebraicè, *in peruersi-  
tatis malis*, eadem vox supra. Propterea Hispanica  
translatio conuertit *transformamentos*.

Sententia verborum adeò est facilis, ut non indi-  
geat interpretis opera: tamen quædam verba ex-  
pendere oportet, quæ emphasi sua non carent: *Qui  
lætantur, cum maleficerint: vel aliter, qui rident in  
rebus malis.* Vel ideo certè infortunatissimi, quia  
eorum risus inde periculosis: qui idèo deplorandi  
sunt, quia rident. Excipe carmen satis elegans Di-  
ui Gregorij Nazianzeni in Poemate de virtute hu-  
mana.

*Id facio, quod mens mea damnat, & odit:  
Oblecto que malis, mortemque in pectore fixam  
Rideo Sardonicorisu, &c.*

Et quidem non eadem de risu Sardonico scriptorum sententia: sed tamen quidquid de isto risu diversi dixerint, in hos deplorandos homines aptissime quadrat. Zenodotus affirmat Sardone more comparatum fuisse, ut filii parentes suos, cum septuagesimum annum excesserant, Saturno sacrificarent, ridentes interim, ac mutuo se complexibus stringentes, ut eiulatum compescerent. Non diffident ab his impij homines, qui non patres, sed quod est omni parente chatius, scilicet animas suas Dæmonio sacrificant: tamen rident, & in cachinnos soluuntur. Alij verò asserunt in Sardone insula nasci herbam apio similem, quæ Sardonæ nomen ab insula sibi asciuit. Hæc verò, pota, vel comesa mentem adimit, in vesaniam adigit, deductisque labris in ridentium morem emori tandem cogit: Hinc risus Sardonius. De hac Dioscorides lib. 6. Plin. 25. Hac profecto herba exsaturati videntur impij, qui

cum venenum iam inde animo conceperint, morti proximi rident Sardonico risu. Quadrat profecto in hos, quod Saluianus lib. 7. iactauit in populum Romanum: *sardonicus*, inquit, *herbas omnem Romanorum Populum putes ex saturatum, moritur, & rider*. Et quidem Eusebius Emissen. expendens haec ipsissima verba Proverbiorum, sic ait: *Exultant in rebus pessimis, & de sua perditione latentur, similes illis, qui forte sumentes exitiales herbarum succos cum risu perire dicuntur*. Reliqua huius authoris verba habes supra cap. 1. ver. 32. Rursus aliud risus genus mortiferum narrat Arist. de Historia Animalium. lib. 3. c. 10. *Ictu etiam trajecta prae cordia in praelyrisum attulisse proditum est, scilicet calore, quem moueat vulnus*. At quid aliud est peccatum, vel peccati conscientia, nisi sagitta animam transuerberans? Et tamen lethali confixi vulnera rident impi: *Qui rident, cum male fecerint*. Addit August. ser. 24. de tempore,

**A**loquens de peccatorum risu. illos nequaquam rideare ex animo, sed exterius cachinos edere: interius vero cruciari delictorum conscientia, propterea risum eorum, amarulencum, atque catinum, appellat. Vulgo dicimus, larisa del perro. Nacanistū maximè, eum ex ira, & rabie irrit, aut ringit ridentis speciem, & similitudinem exhibit: ita de risu ini-  
piorum dicendum est eos potius irrire, quam ridere.

**B** *Et exultant in rebus pessimis.* Ut iam inde animad-  
ueri, verbum H̄braūm germanè significat animi  
gaudium exteriori aliquo signo, cantu videlicet,  
aut tripudio testari. Sic admonet Mercerus. Ita-  
que perinde est, ac si dicat, qui cantant, vel saltant  
in rebus pessimis. De saltu quidem statim fese of-  
fert menti illud, quod narrat Strabo lib. II. Geogra-  
phicæ scilicet in Cambysena iuxta flumen Alazonium  
Aranearum quoddā genus nasci, quod si quem mo-  
mordit ad saltandum, & tripudiandum impellit,  
quoad veneni vis cor peruadit, atque tunc demum  
occidit. Haud dissident ab his improbi, & scelesti  
homines, *Qui saltant in rebus pessimis.* Cum enim  
quolibet araneo virulentius peccatum cor momor-  
dit, saltibus tamen, & tripudiis indulgent. Sed proh  
**C** dolor! tunc cum saliunt, cum exultant, & latitum  
phant, cœsti miserandum in modum concidunt.

phant, enecti miserandum in modum concidunt.  
Quiddam simile alijs minus locupletes auctores af-  
firmant de stellione, vel si quod est aliud animal,  
quod vulgo dicitur *Taranula*. Neque verò missum  
faciam illud, *Qui cantant in rebus pessimis.* Heu mi-  
seri! Accipite Ambrosium Epistolarum lib. 1. Epi-  
stola 6. vbi hos eleganter cum cicadis componit  
quas existimat esse Ephimeras, id est, in diem natus  
*Vere, inquit, sicut cicadas, quia de die in diem vivunt*  
*quaestu querunt pūctus suo. Quid entmaliud sunt homi*

Dnes nullius ponderis, nullius discipline, nisi ut videantur sicut cicade ad mortem nati diurnam strepere magis, quam loquentes? qui sub ardore feruentium cupiditatum se mulceant cantu sibi noxi, statimque occidant nullum fructum ferentes, nihil habentes gratiae. Ex Augustino etiam suspectit similitudo illa hominis ad fallendos metus de nocte canentis, quam a verba illa Psalmi: *Et nocte canticum eius, contulit hanc ad fallaces improborum cantus, & luxus notados asciscere licet.* De fallacibus improborum hominum gaudiis, & voluptatibus acutè admodum scripsit. Cum viator, inquit, solus de nocte per viam

**E** parum securus pergit, cantare consuetus est: veritas  
men cantus illos non voluptas, sed timor suadet.  
putat enim cantu metum quodammodo eludi. Ac  
eundem modum accidit improbis hominibus. Qui  
ambulant per vias tenebrosas, ut nuper diximus. H  
quidem si quando cantant exultantes in rebus pes-  
simis, hoc est, si delicias, & gaudia, non tam quidem  
ex voluptate id faciunt, quam ex metu, ut scilicet  
ea ratione timores, quos propria illis conscientia  
immittit, in malè tuta via, seu vitaquā agunt, elude-  
re, atque fallere possint. Bene ergo Salomon, post-  
**F**quam dixit, *Qui ambulant per vias tenebrosas, subi-  
cit, qui lamentantur, cum malefecerint, & exultant,  
vel cantant in rebus pessimis, ut innueret cantus, at-  
que omnia scilicet impiorum gaudia non esse vera  
sed fallacia.*

XV. Quorum viae peruersae sunt; & infames gressus eorum.

**Q**uorum viæ peruersæ sunt. Hebraicè: *Quorum viæ eorum obliquæ.* Septuaginta, ὅκλιαὶ καρπῶν, id est, tortuosaæ, & incurvæ. Item ὅκλος est inæqualis, confragosus. Symmachus habet ἔκλινα



id est, obliquæ, & ances. Hesychius interpretatur, ὅρμος, id est, obliquè gradiens cancri more. Aquila σπελαια, id est, incurvæ. De angue specialiter dicitur teste Hesychio, qui sinuosa, & incurua via semper graditur. Sed & σπελαιος specialiter strabos, seu Arabones significat, qui scilicet oculos intorquent ad videndum.

120 Et infames gressus eorum. Hebraicè, & recedentes in orbitis eorum. Vnde Septuaginta sic conuertunt, ut est in Complutensi, & ains, Et orbitæ eorum ad longe te faciendum à via recta. Pro orbitis est vox προχαι, de qua supra. Correctio verò Clementis locum integrum transtulit sequuta Ambrosium in Psal. 33. ad hunc modum: Flexuosi cursus eorum ad longe faciendum à viare ita, & alienum à iusta sententia. Aquila sic habet: Et iactant se in flexibus suis. Head. Et subsannabit in gyris suis, De vocibus Græcis, quæ respondent flexibus, & gyris supra diximus, versu 10. vbi de bonis flexibus, & gyris, nunc verò de malis, &c.

Sententia horum verborum facilis. Lyra præstat in idolatria, exponitque ad hunc modum, Peruersæ viae eorum, qui cultum Dei adscribit creaturæ, quod est summa peruersitas: Reliqui de impiis in vniuersum accipiunt: Peruersæ viae eorum, & infames gressus eorum, id est, præterquam quod eorum viuendi ratio est nefaria, atque scelestæ, est etiam turpis, & in gloria: nam apud omnes probos male audit. Referri etiam possunt priora illa verba ad doctrinam, id est, peruersa docent. Sic Rodolph.

121 Sed sunt plura in hoc loco, quæ si examini subiiciantur, bonum sensum reddunt ad præmissam sententiam illustrandam.

122 Quorum viæ peruersæ sunt. Imprimis colligere lumen omnes superiores lectiones: sic autem constabit omnes difficultis, & periculosæ viæ conditions in impiorum viam cadere. Originalis enim habet: obliqua, Septuaginta, incurua, inqualis, confragosa, Symmachus, ances: Aquila, distorta, & ad vi-sum eludendum apta. Non sunt plures pessimæ viæ conditions. Expendamus aliquas per transcursum, obliqua. Sic habet originalis, quis possit asse-qui anfractus, & ambages, per quas pergit impiorum via? Sed vnde hoc accedit? via illa, per quam curvis feruntur, plerumque obliqua est, & per plures ambages regitur: quia cum animus Aurigæ sit omnes cliuos, & arduos colles vitare, vt planiora capter, anfractus sequitur: Via impiorum via curulis est, vt statim dicam: atque adeò obliqua, tortuosa, nam dum nullam experiri molestiam; nullum laborem perpeti volunt sèpius à via recta virtutis, atque rationis flectere opus est, & vitiorum anfractus sequi. Symmachi item, & Aquilæ lectiones non sunt præteruolandas. Alter enim usus est quodam nomine, quod auctore Hesichio cancri viam, seu motum adsignificat. Alter verò usus paut aliud, quod de motu anguis sinuoso germanus dicitur. Utrumque motum peccatori accommodauit Greg. Nazianz. in Poëmat de virginitate his verbis.

At velut obliquo gradientes tramite Cancri,  
Aut velut oblongi sinuose membra trahentes  
Angues, viuetis depreſi pondere carnis.

123 Et quidem utraque incedendi ratio motum peccatoris ad vitia venustè exprimit. Nam vt Ror delius in Cancro tradit ex Aristot. Plinio, atque aliis historiæ naturalis authoribus constat Cancrum obliquè moueri, neque enim in eam partem, in quam oculi intendunt, sicut reliquæ animalia, sed in latus mouetur, & quidem ferè in latus sinistrum. Non aliter impius in vitia fertur, qui viam rectam derelinquens, quam rationis oculi semper indicat,

124 A & aspiciunt, læuam, & sinistram viam carpit, viam inquam illam, quam Deus odio habet. Vias enim, quæ à sinistro sunt, odit Deus, teste Propheta. Rursum Plinius docet Cancrum, qui recta via incedere nescit, auero motu mira velocitate retrorsum ferri. Sic item peccator auersionis motu, in quo peccati natura consistit (est quippe auersio ab incommutabilib[us] bono) in flagitia, & scelera omnia celerrimus contendit. Basil. in cap. 1. Isaïæ: Quemadmodum Basilius.

ii, qui ad perfectionem contendit in anteriora extendit se: ita peccator in id, quod pondè est, retrocedit elongans se à Deo: quapropter disperit, dicente scriptura. Ecce

125 B qui elongant se à te peribunt. Ad hæc siilla verba non de corrupta, atque nefaria impiorum vita, sed de illorum prava doctrina, & dolosis consiliis accipiamus, aptissima etiam est Cancri similitudo. Sicut enim Cancer non tendit in eam partem, in quam oculi vergunt: sic isti non docent ea, quæ vident, atque sentiunt esse veriora, sed sinistras rerum omnium interpretationes, & doctrinas tradunt. Vnde Plato contra Sophistas qui fallacibus quibusdam argumentationibus imposturam ignaris faciunt, neque ea docent, quæ ipsi sentiunt esse vera, Herculis fabulam sic venustè inducit in Euthydemum. Hercules quidem multo sum imbecillior, qui pugnare simul non valuit aduersus Hydram Sophisticam, cui propter sapientiam prævnu sermonis capite amputato multa repullulabat: atque etiam aduersus Cancrum sophistam quendam ex mari aduentantem: & nuper, vt arbitror adductum nauis: à quo cum Hercules ad sinistram ageretur, verbis que acriter morderetur, nepos sui Iolai auxilium implorauit, qui summopere illi succurrerit. Fabula sic se habet, cum Hercules in aquam descendisset, vt Hydram multiplicitem neci daret, Cancer inuasit pedem, atque mortu[m] sinistram in partem agebat, vt pugnam intermitteret: tunc Hercules Iolai neporis sui auxilium implorauit, qui accurrens illi opem attulit. Plato autem fabulam 126 Plato interpretatur de Sophistica arte, & de Sophisticarum argutiis reuincendis, atque Cancrum Sophistæ similitudinem referre dicit, qui fallacibus rationibus, & persuasionibus Herculem, qui viri probi, imò ipsius virtutis gerit imaginem (vt docet Nazianz. contra Julianum) à via virtutis recta in læuam agere vult, vt non ille vitia, sed à vitiis ipse supereretur. Sed obserua vim dolose persuasionis:

127 E Hercules à cancro demorsus Iolai auxilium degreditur, atque experitur: Virtus enim cum prauis suasionibus mordetur, vel ipsa sibi satis non est, suppetias querit, &c. Salomon ergo de viris impiorum, qui suis dolosis consiliis imperitum rerum iuuenem à tramite virtutis deuium agere contendunt, satis aptè dixit: Quorum viæ obliquæ sunt, id est, qui Cancri similes sinistrum in latus obliquè gradientur, & in eandem partem alios suis documentis pellicere volunt. Denique si dicamus eos serpentis in morem sinuose, atque obliquè moueri. Quod innuit Symmachi lectio. Et Nazianz.

At velut oblongi sinuose membra trahentes, Angues.

Accommodata sunt verba Augusti. in Psal. 139. vbi de serpentis gressu, vel potius reparacione sic habet. In serpente maxima astutia, & dolus nocendi: propterea etiam serpit, non enim vel pedes habet, ne eius vestigia audiantur, in eius itinere, velut lenis est tractus, sed non est rectus: ita ergo impij repunt, atque serpent ad nocendum habentes oculum venenum sub leni contactu. Item Dijus Ambrosius in D. Ambr. hunc locum sequutus lectionem Septuaginta: Flexuosi cursus eorum, sic addit: Flexuosis cursus eorum, sicut lubricus, & flexuosis auctor ipsorum. Simile quid pronunciat Dijus Ephrem loquens de turpi

eturpi saltatione, atque de orbibus, quos saltatores A conficiunt. *Vnde igitur suas disdicere Chorea? quis talia Christianos edocuit?* non sanè hac eos docuit Petrus, non Ioannes, nec quis alius diuino Numinis afflatus: verum iste draco antiquus suis voluminibus docuit. Quasi dicat: Draco ille antiquus sese in spiras, & volumina gyrans docuit homines turpes, in Choreis gyros, & orbes. Ad eundem modum si nuos, & flexuosè gradiens impios obliquos, & tortuosos gressus edocuit.

128  
Plutarch.

*Et infames gressus eorum.* Id est, inglorij, Plutarchus in libro de utilitate capienda ab inimicis: *Mala,* inquit, *vita ad se trahit conuicta.* Necesse est quidem impios infamia laborare, & dedecore. Sed enim lectio nostra cum originali in concordiam quomodo adducenda est? Originalis enim habet: *Et recedentes, vel retro gradientes in semitis suis* (obserua primum hæc verba referri posse ad motum Cancri retrogradum.) Deinde, qui duas lectiones conformare volet, dicat regressum illum, seu recessum impiorum ad infamiam reuocasse interpretem nostrum, similitudine ducta à desertoribus militibus, quorum tam apud Hebreos, quam apud alias gentes semper fuit insignis dedita. C coris nota: & ideo cum emphasi dictum videtur, *Infames gressus eorum.* Quanta vero esset desertorum infamia apud Heb. eos satis declarat oratio Iudee Machabæi habita ad milites recedere, atque militiam deserere volentes: *Non inferamus, inquit, crimen gloria nostra.* Mach. libro primo capite nono. Vbi obserua non dixisse laborem, aut notam, sed crimen: quod non obscurè innuit recedere, ac militiam deserere apud Hebreos fuisse crimen. Item apud Romanos constat duo fuisse crimina emanationis, & desertionis, utrumque infame, sed desertoris ignominiosius. Denique desertorum apud Lacedæmonios ingens dedecus fuit; Plutarchus in Agesilaō: *Lacedæmones, inquit, desertores omni magistrature repellabant, ad matrimonia non admittebant, obuius quisque, cum volebat, occidere poterat: ipsique squalidi, abiectique circumibant, ista sustinentes, barbam partim radebant, partim nutritabant, & pallia demum consutis vario colore pannis afferabant.* Ergo ad id fortasse resipiens noster interpres cum in originali interuenisset, *recedentes in vijs suis, conuerterit, infames gressus eorum.* Quod satis innuit eos, qui à virtute ad vitia deficiunt, atque Deum deserunt, & qualem desertoribus militibus infamia notam sibi inure. At inquires, cur infamiam expressit? Quasi scilicet iuuenem à congreſsu impiorum hominum detergere volebat: in iuuenibus autem viget pudor, atque metus infamia. Vel etiam, quia infamis verba nullibi fidem faciunt. Sie decernitur §. Sed cum instituta de testamentis, & sèpè alibi. Et quidem legum latores propterea infami fidem admunt, quia nihil est, quod ad fidem præstandam magis moueat, quam fama bona (ut inquit Alciat. de verb. signific.) qui vero famam, & bonam estimationem amisit, is fidei detimento non veretur. Cum igitur Salomon contendat iuuenem impiorum hominum consiliis, & promissis acquiescere non debere, ut fidem omnem illorum verbis detrahatur, addit eos infames esse, & inglorios. Sed adhuc expendenda est lectio originalis.

129  
Plutarch.

*Erecedentes in orbitis suis.* Septuaginta ad verbū. Orbitæ eorū ad recedere faciendū à via recta, & alienū à iusta sententia. Pro orbita est Ἐξία, id est, via, per quam currus feruntur. Incidimus in viam planam, & curulem impiorum, quæ dicit ad perditionem. Sed quo modo, inquires, eam viam, quam nuper obliquam, confragosam, inæqualem, & difficilem dixit Tom. I.

Salomon, eandem nunc viam curulem appellat: nimirum planam, & aqualem, & spatiostam: tales enim esse solent curules viæ, D. Ioannes Chrysostomus in con-

Chrysost.

cordia adducit ista duo, atque multa scriptura loca verbo tenus dissonantia reddit concentui, Hom. 18.

in Matthæum, ipsum adi. Sed tamen cum latam, & spatiostam viam peccatoris esse aliunde constet, quomo-  
do curulis sit, facile aperio. Hanc viam peccatores

voluptatibus, deliciis, atque bonorum omnis tem-  
poralium affluentia vecti metiuntur, quæ omnia

bona cum sint instabilia, & inconstantia, à rotis ni-  
hil diffident. Ambr. in lib. de Abraham: *Bona huius* Ambri

*seculi instabilia sunt; & rotarum in morem cum ipso*

*seculo volantur.* Ergo, qui bonis eiusmodi innun-  
tatur, super rotas ferri, & via illorum curulis aptè di-  
citur: *Orbitæ eorum ad recedere faciendū à viarella,*

*& alienū à iusta sententia.* Quia cùrsequatur curules

vias, eos ab itinere recto deterrere necesse est. Nā

curules viæ séper circuitus anfractusque lequuntur.

Aquila legit, qui iactant se in flexibus suis, id est, gloriatur, nec gloriatur tantum in ipsis, sed substan-

*niant in gyris suis.* Sic habet Symmachus, id est, aliis exprobant, & alios derident, quod dissimiles suis

vias sectantur. Sic enim accidit impiis hominibus. De flexibus, obliquo, & sinuoso incessu peccato-  
rum, exemplo cancri, & serpentis supra diximus,

nunc pauca de gyris subiiciam. Gyros peccatorum eleganter descripsit Propheta Psalm. 11. cum ait: *In Psal. 11.*

*circitu impij ambulant.* Mitto multa, quæ in hunc

locum coniiciunt Augustinus, Basilius, Chrysosto-  
mus, D. Thomas, Beda, Bonavent. & alij. Cum vero

(ut supra obseruauit) vox Græca ἐπινωκτος, quam

Symmachus usurpauit, gyrum, & orbem sonet pro-  
priè, quem equus fræno, atque sellori obsequens

perficit. Accipe pessimum peccatorum gyrum ex

Chrysostom. homil. 37. in Matthæum. *Peccatores, in-* Chrysost.

*quit, qui sunt diaboli, quia diabolus in peccatoribus*

*sedens instigat eos per deserta facinorum, id est, per*

*fornicationes, & auaritias, &c. in orbem.* Bene ergo Ecclesiastes: *Spiritus potest item habentis ascende-*

*rit super te, locum tuum ne dimiserit, Diuus Cyrillus*

*in Isaiam conuertit, cornutum ne dimiserit, id est, ne*

*illud abduci, & per omnium vitiorum orbem gy-  
ros glomerare finas.*

E XVI. Ut eruaris à muliere aliena, & ab extra-  
nea, quæ mollit sermones suos.

V T eruaris à muliere aliena his verbis respon-  
det in translatione Septuaginta: *Fili, ne com-*

*prehendat malum consilium.* Hebraicè, ad verbum.

*Ad eruendum te à muliere aliena.* Symmachum no-  
ster sequutus est.

Et ab extranea. Hebraicè alienigenam sonat. Eadem quæ ppè voce solent censi, qui non erant Israëlitæ, sed infideles, & gentiles.

Quæ mollit sermones suos. Symmachus: *Cuius verba lubrica.* Rodolphus conuertit ex Hebreo, quæ verba sua polit. Chaldaeus: *Cuius verba lenia sunt.* Tigurina: *Quæ verbi suis blanditur.*

Lyra ceptam interpretationem persequitur, & Rabbi Salomonis insistens vestigiis intelligit de idolatria ad hunc modum. *Prædicta sapientia, vel prudenter eruet te à muliere aliena,* id est, ab idolatria, quæ à Deo alienat: *Et ab extranea,* id est, alienigena (nam ab exteris gentibus hauriebant Israëlitæ idolorum cultum (quæ mollit sermones suos, id est, quæ promittit delectabilia carnis. At enim interpretatio ista est allegorica. Reliqui de torno accipiunt: ex quibus Hugo sic interpretatur: *Vt eruaris à muliere aliena,* id est, à fornicaria: &

132

133

F

*ab extranea.* id est, ab adultera. Rodolphus sequutus Abenezram, utrum nomen *aliena*, & *extranea*, de adultera exponit, quæ aliena dicitur, quia est alterius viri: *Extranea* vero, sive *extera*, vel *alienigena*; quia quamvis incola esset Israël: sic tamen vitam suam instituerat, quasi gentilis, & extranea. Et quidem respicere potuit Salomon quorundam gentilium morem, qui in sacris Veneris, Priapi, & aliorum Deorum uxores suas prostituebant, vel alias nationes, apud quas adulterium non erat lege vetitum: ideoque extraneam, seu extérnam appellasse, quia moribus suis exterias referebat. Demum interpretari sic licet: *ab aliena*, id est, ab adultera, quæ virum haber, vel in vnuersum à fornicaria, quæ aliena dicitur, id est, non tua: & *ab extranea*, id est, *ab alienigena*, juxta id, quod cautum erat. Regum cap. 11. num. 2. *Non ingrediemini ad eas, neque de illis egredientur ad vestras. Certissime enim abducent corda vestra, ut sequamini Deos eorum.* Queliber ex præmissis tribus expositionibus est accommodata. Sed verba singula de more enucleabo.

*Vt eruaris à muliere aliena,* id est, à coniuge aliena. Pendet hic versus à superioribus, vbi præmisit Salomon: *Et consilium seruabit te,* atque sensum eiusmodi reddit: Consilium id præstabit, vt euadas alienæ mulieris laqueos, *Vt eruaris:* vt scilicet, si forte aliquando Veneris tyrannidem expertus es, ab illa in libertatem vendiceris. Vox Hebraica fluit à radice *Nazal*, quæ furati, vel furto auferre propriè significat. Itaque perinde est, ac si diceret, *Vt eripiaris*, quasi furto ablatus. Nec caret emphasi: nam Venereus luxus in eum, quem semel delinuit, absolutum dominium habet. Sic appellat Plato circa initium libri 1. de Republica *agrestem*, scilicet, *furiosumque Dominum.* Propterea Venerem Reginam dici, & coronam capite gestare tradit Paulanias, tanquam dominam eorum, quos in suam vendicat potestatem: ergo venustè dicitur, *Vt eripiaris*, id est, vt quasi à domino proprio auferaris, quod est furti quoddam genus. Vel aliter, si de illo accipiamus, qui nanquam libidini indulxit, ita exponendus est locus, *Vt eripiaris*, tamnempe est, tamque latum Veneris, atque libidinis imperium in homines, vt si quis illius declinauerit dominium, is illi quodammodo eruptus, atque fuffuratus clam dicatur.

Sed tamen circa septuaginta interpretum lectio-  
nen obseruandum est nihil esse, quod magis pru-  
dentia, atque sapientia neruos elidat, quam libi-  
dinem. Hinc Veneris etymologia, quam Plato  
libro ultimo de legibus appellata esse voluit à *ve-*  
*priuatiua particula, & rās*, id est, mens, veluti, *sine*  
*mente*, quod scilicet mentem hebet, & ingenij  
aciem obtundat. Item Euripid. in Hecuba ean-  
dem Aphrodisiam dictam esse affirmavit ab *a* pri-  
uatiua similiter vocali, & *φρούριος*, id est, prudentia,  
veluti *sæprudentia*, vbi eandem insipientia Deam  
appellat. Augustinus libro 1. Soliloquiorum cap.  
10. *Nihil, ait, esse fentio, quod magis ex arce deiçat*  
*animum virilem, quam blandimenta fæminea, cor-*  
*porumque illiciti contactus.* Rursus idem Augustinus in Psal. 57. ad illa verba: *supercedidit ignis, &*  
*non viderunt solem, de igne accipit luxuriz, que in-*  
*ternum animi visum suo fumo obcæcat.* Similia  
his verba passim inuenies apud Patres. Et quidem  
liber rationes assignare, cur tantopere Venus men-  
ti noceat. Prior est, quia libido omnibus externis  
sensibus affert hebetudinem. Diuus Chrysostomus in homili. Quod nemo lœditur, nisi à semet-  
ipso. His vero, inquit, qui in delicijs, & luxuria  
vitam ducunt, sensus ipsi tardit, graues, obtusi, &

*A quodammodo consepulti.* Cum ergo mens sensuum ministerium ad suas adhibeat functiones, his im-  
peditis ipsa hæret, & quasi spasmodum patitur, vt  
verba usurpem Galeni libro 14. partium cap. 10. Galen.  
vbi *minimam Venerem mentis spasmodum afferre di-*

Hypocrat.

*cit.* Optimam rationem attigit Hypocrates libro quarto de morbis prope finem, vbi tradit: *Maxi-*  
*mam prudentia partem in sanguine sit am esse, ideó-*  
*que mentis vacillationem, sive phrenesim inde effi-*  
*ci, quod bilis venas, sanguinemque subintrat, eumque agitat.* Qui ita intelligendus est, per sanguinem scilicet sanguinorum sensuum organa in eam temperiem adduci, qua prudentia inseruiunt; qua propter sanguinis vel alteratio, vel defectio a sensu ipso transcat necesse est. Illud autem exploratum est ex communi Medicorum, & Philosophorum cōspiratione, sperma ex purissimo sanguine coalescere, atque adeo Venere sanguinem immixui, ne dicam delibari, & ex consequenti organa sensuum hebescere atque obtundi. Cum igitur hæc vera sint, scilicet Venere, atque libido pru-  
dentia atque mentis robur infringi, prudentia atque mens suæ incolumitati prospicientes, nihil ca-  
uent magis, quam Venerem, atque libidinem. Ideo Salomon libertatem iuvenis ab incontinentia pru-  
dentia adscribit. Imò Septuaginta interpretes non sine consilio pro illis verbis, *vt eruaris à muliere aliena*, ita conuerterunt: *Fili, ne te comprehendat malum consilium.* Quasi perinde sit Venere delini-  
ri, & malo consilio, id est, imprudentia, vel insipientia corripi, Græcè μηνικαταλεγη sed Iohannes Pico obseruat se aliquando legale in codice quo-  
dam Græco κατατάσθια, id est, te exanguem redat malum consilium. Vel ne tibi sanguinem aufe-  
rat, id est prudentiam ( inquit Pico ) quæ sanguine significatur, quæ lectio sanè cohæret cum his, quæ suprà diximus assignantes causam, ob quam pru-  
dentia deficit in libidinosis: scilicet sanguinis de-  
fectum.

*D Et extranea.* Iam inde suprà obseruaui nomine *ex-  
tranea* significari alienigenam, vel indigenam: & qui-  
dem fieri potuit, vt econamine quilibet meretrix appellaretur, quia ( vt paulò post dicam ) non erat  
liberum scortis urbem incolere apud Hebreos: sed extra urbem in semitis sedebant, id est nō ciues, non  
incolæ, sed exterae, dicebantur: *Quæ molliit sermones*  
E *suis*, id est, quæ blandis, ac mollibus verbis animarum delinuit labefactat. Quantum scemina verba mollia, & blandimenta possint, eleganti oratione ne prosequutus est D. Cyprianus, in lib. de singula-  
ritate Clericorum his verbis. *Decarbonibus scintil. Augus-*  
*ta profiliunt, de terrorubigo nutritur, morbos apides si-  
bilant, & mulier fundit concupiscentia pestilentiam,*  
*in risum aliquando resoluitur, nunc blanditas exhibet,* & ( quod est venenosus super cuncta ) psallere de-  
lellatur, aut canere, cuius cantu tolerabilius est audire  
basilicum sibilanem. Hanc vim habent impudicæ

*F fœmina verba, quæ molliit sermones suis, vel quæ polit  
verba sua, vel demum: cuius verba mollia, & lu-  
brica sunt: sic enim habet triplex lectio suprà re-  
citata. Quid enim mali non efficient verba mollia,  
polita, & lubrica? nam mollia cum sint, blandiuntur,  
deliniunt, & cordis intimos recessus peruidunt. Au-  
di Basilius constitutionum vita Monastica cap. 4.  
Si quis dicat ex asiduo se cum mulieribus colloquo,  
congressu, atque conuersu non deliniri, & non ad-  
modum lœdi, hic sine dubio, aut maris naturæ par-  
ticipes non est, & portentum est quoddam insolens-  
tissimum, & præter omnium opinionem admirabile,  
& in utrinque sexus confinijs ( vt ita dicam )  
positum. Aut certe cum totius immensis libidini-  
bus obrugatur, ebrys, atque placitide correptus*

similem se esse non sentit, qui grauiissimis affecti morbu, morbum tamen à se omnem abesse existimat. Sed unde hoc nascitur, ut etiam in his ex colloquio fœminarum libido excitetur, & tamen non sentiantur? Profecto quia verba illarum mollia, atque adeò insensibiliter in cordis intima descendunt. Rursum polire dicitur *verbasua*, id est comes & urbano sermones habere, quos quidem tanquam perniciosos Ambros. Virginibus interdicit. Teritur, inquit, officijs pudor (id est verbis officiosis, & comibus) risus subrepit, modestia soluit dum affectatur urbanitas. In interroganti non respondere infania, respondere fabula est. Cum ergo ista mala præstent in feminina officiola, & urbana verba, quibus ipsa vtitur, quanta documenta eadem viro afferent, qui audit, cui impudentia, risus, & immodestia gestus fœminæ pro veneno sunt? Ad extreum Symmachus habet cuius verba lubrica sunt, expressit hanc lectionem Hispanica translatio. *De laetitia, que sua dichos de lezna. Græcè, ἐν ἀδηποί* dicitur propriè de Anguilla, quæ dum manibus prensatur, elabitur. Et quidem vetus proverbiū circumfertur, *Cauda tenes anguillam*, quod quidem in eos dictatur, quibus res est cum hominibus lubrica fide, quorum videlicet promissiones lubrica in morem anguillæ soluta fide retineri non possunt, id est, tibi res est cum fœdriago. Ita quidem exponerelicit, cuius verba lubrica sunt, quæ scilicet pacta fœdera non seruat. Propterea subdit, quæ reliquit ducem pubertatis suæ, & pæcti Dei sui oblita est, id est, quæ fœdus cū marito, & cum Deo initum abruptit. Quasi dicat: *Vt eruaris a muliere adultera*, quæ conugis fidem fecellit nedum adulteri. Vel aliter. *Cuius verba lubrica sunt*, quia si semel illius verba in mollem animum descenderunt, inde extrahi difficile admodum est. Ad id spectat illud à Simonide in Iambis pronuntiatum, *An anguille in fragmento*. Strigmentum erat oleum, vel ceroma, quo gladiatores vtebantur, quo lævia, ac labilia membra redderentur: significat autem anguillam supra modum labilem: cum ipsa per se lubrica sit, nec facile manibus stringatur, si oleo eadem imbuatur, lubricissinam reddi necesse est, & captu per quam difficilem; Ad eundem modum, si verba meretricis per se lubrica in mollem, atque delitiis illique factum animum inciderint, tanquam in fragmento *Anguilla* captari, atque foras extrahi non possunt.

XVII. *Quæ reliquit ducem pubertatis suæ & pæcti Dei sui oblita est.*

**Q**UÆ reliquit ducem. Hebraicè *Halup*, propriè significat ducem militum, qui videlicet mille imperat militibus, à radice *Heleph*, id est, *mille*, sicut Centurio dicitur, qui centum militibus præficiuntur. Septuaginta retulerunt ad radicem, *Halaph*, id est, didicit, atque adeò conuerterunt, quæ reliquit doctrinam. Symmachus *disciplinam*, Theodot. *γεράσων*, id est, *Ducem, Rearem*, vt vulgata Chaldae. *que reliquit ducatum*. Tigrina, *Maritum pubertatis*. Hebraicè, *puberatum suarum*. Septuaginta, *innuentus*.

*Et pæcti Dei sui oblita est*. Septuaginta, & restamenti diuini oblita est. Aquila, Symmachus, & Theodot. *Dei sui*, vt vulgata.

Lyra prefatam expositionem de Idololatria, *Quæ reliquit ducem pubertatis suæ*, id est, Deum: & pæcti Dei sui oblita est, id est, legis sibi data. Reliquæ de scorto, vel adultera intelligunt. Beda, Iansen, Arboreus, & Rodolph. ad hunc modum. *Quæ reliquit ducem pubertatis suæ*, id est, quæ primum

A coniugeum, quem sibi in ducem asciverat iuuentus, statim atque adoleuit, descrivit: *Atque pæcti Dei sui oblita est*, id est, sceleris nuptialis: vel legis vetantis olin adulterium. Et quidem suadere vult Salomon verbis adulteræ molibus, & blandis non esse fidendum. Quasi dicat: nulla profecta fides illi habenda, quæ oblatam Deo, atque coniugi violauit.

Cæterum cum præmissa illa verba. *Vt eruaris a muliere aliena*, & ab extranea, &c. de adultera, & scorto exposita sint ab interpretibus: hæc similiiter ad eundem sensum allicienda videntur. Ergo aut dicemus propterea, Salomonem nomen illud *Ducus non mariti usurpasse*, quia commune est marito, & Patri, seu curatori pueræ: ad *vtrumque enim pertinet illam assertiare*, & sensus erit; *Vt eruaris ab adultera*, vel meretrice, quæ reliquit ducem pubertatis, id est, maritum, vel curatorem, cuius custodiæ commissa erat, dimisit. Vel aliter priora verba de puella innupta, posteriora de uxore accipienda erunt, ad hunc modum: *Quæ reliquit ducem pubertatis suæ*, id est, vt caueas à puella, quæ deseruit Patrem vel tutorem suum, cum scilicet, qui eam ad pubertatis usque annos afferuerat, vt maturam coniugio marito traderet. *Et pæcti Dei sui oblita est*, id est, vt rursus ab ea vendiceris, quæ obliuioni commissis pœnis, quas Deus adulteris imposuit in lege, & testamento suo, violat fidem coniugi dataam. Sed sunt aliqua obseruatione digna ad illustrandam hanc sententiam.

*Quæ reliquit ducem pubertatis*. Crediderim sane magno consilio interpretem nostrum usum ea voice pubertatis. Tunc enim præcipue puellæ custodia indigent, cum pubescere incipiunt. Ita docet Aristoteles lib. 7. de historia animalium capit. 1. *Fit etiam*, inquit, *ut per id tempus* (loquitur autem de tempore pubertatis, cum mensis incipiunt) puellæ custodri præcipue debeant, maximè enim ad *Venerem* incitantur, cum hac incipiunt. *Quod si iam inde nihil plus communere tentent, quam corpora ipsa multo adhuc usi venereo mutentur sequi, seruareque temperantia solet per ætas superiores*. Hæc Aristoteles. *Ecclesiast. 42.* Ad id pertinent verba Ecclesiast. 42. *Filia patris num. 9.* abscondita est vigilia, & solitudo eius auferit somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur. *Adultera*, id est, fornicaria, sumitur species pro

**E** generè. Neque enim adultera esse poterat filia, quoque à domo patris in mariti domum foret translata. Aptè ergo Salomon, *quæ reliquit ducem pubertatis suæ*, id est, eum qui pubertati illius afferuandæ & tuendæ magis accuratam diligentia tunc adhibebat, siue pater ille sit, siue curator, cū ætas lubrica, & labilis imprimis est. At quis erat curator iste. siue dux? *Halup*, id est, Princeps super millia, siue Chilarchus. Expende quam sit difficultis puellæ ad turpitudinem proclivis custodia, vir fortis, qui mille militibus gubernandis, atque in officio continendis satis foret, puellæ vni afferuandæ præficetur, nec tamen potuit. Venustè Philosophus quidam apud Stobæum. *Non est*, inquit, *vel murus, vel pecuniam difficilis custoditu, quam mulier*. Et quidem aptè; nam ad murum aliquem defendendum ab hostibus non parua manus est dux aliquis cum mille militibus: hæc tamen ad puellam tuendam, defendendamque à paucis satis nō fuit. D. Ioannes Chrysostomus. lib. 3. de Sacerdotio describit militum præsidia, quibus pater familiam tueri solet. Pater, inquit, secundum carnem multa habet præsidia, quibus proclive illi sit filiam afferuare: ad virginis enim custodiæ opitulatur, tum mater, tum nutritrix, tum eunuchi, tum famulorum turba, tum domus cœlestæ. Tandem quidem multitudinem exercitum

346

147

Arist.

Ecclesiast. 42.

9.

148

Chrysostomus.

licet dicere, & tamen hic exercitus ad vnius assertationem puellæ aliquando non est satis. Quid plura? Quidam nomen *Haluph* referunt ad vocem *Halaph*, quæ in Kal. est discere, vel potius speculari. Cantic. 4. *sicut turris David, quæ adificata est cum propugnacalù*. Alij ad descendum, id est, ad speculandos inde hostes. Itaque *Haluph* dictum esse volunt Principem, quasi excubitorem, & peruvigilem. Talis esse debet pater, vel curator, qui Eccles. 42. puellam nobilem custodit, Ecclesiast. 42. *Filia patris est vigilia, & solicitude asserit eius somnum*, id est, non secus pater filiæ asseruandæ inuigilat, quæm excubitor aliquis miles arcu tuendæ. Qualis esse debeat hæc cura, & quænam Parentis vigilia, venustè expressit Emblematista, qui Palladem Virginem depinxit, & draconem lateri eius hærentem, deinde verò subiicit,

*Cur diue comes hoc animal? Custodiarerum*

*Huit data, &c.* Ac deinde.

*Innuptas opus est cura asseruare puellas*

*Peruigili, laqueos undique tendit amor.*

Quo inuolucro intenire voluit eum, qui puellam puberem custodit, draconis instar peruvigilem futurum. Draconem enim sopore nunquam vinci credebant olim, propterea asseruandis thesauris præesse existimauunt: at qui virginitas thesaurus est omni thesauro locupletior. Ad extreum alij deducunt ab *Heleph*, quod est, *bos*, inde, *Haluph*, id est, *bubulcus*. Qualis vero debeat esse eius cura, qui puellam, tanquam bubulcus vitulam, custodit, satis exprimit vetus fabella de *Argo luminum populositate concepto*, (vt Fulgentij verba usurpem in mytholo.) *& oculorum immensam in uno corpore segetem habente*, qui vni tantum vitulæ asseruandæ tot oculis inuigilabat. Vel aliter *Haluph*, dicitur ab *Heleph* (vt quidam volunt) id est, à *boue*; quia sicut *bos* ducit armentum, sic *Princeps populum*. Itaque *Haluph*, dicitur est, quali *bos*, & quidem hoc nomen aptissimè cadit in maritum, cuius tanta fuit incuria in custodienda uxore, vt eo dimisso adulterum sequi illa potuerit impunè. Quo enim alio nomine hunc aptius notare licet, quam bouis *reperiens*. Itaque perinde est illud, quæ reliquit dum, ac si dicat, quæ reliquit bouens imperitum.

*Et parti Dei sui obliterata est*, id est, legis, quæ adulteris pœnam irrogat. Mira sanè est adulteræ *cordia*, & animus illi ad audendum projectus, quam tot pœna à flagitio non deterrent: vel potius cæca omnino adultera, & luminibus orbata, Diuus Chrysostomus homilia octaua de pœnitentia, postquam pœnas recensuit, quibus tam leges diuinæ, quæ humant in adulterias animaduertunt, quibus posthabitibus flagitium tantum foemina petulans admittit, sic ait; *Cacitas mala est adulterium, oculorum est morbus, non corporis solum, sed animæ prius*. Subdit verò rationem, qua Christus huic morbo occurrit, eleganti similitudine. *Medici*, inquit, *non ad morbos instant solum, sed ad causas etiam tollendas*. *Quamvis agrotantem oculum viderint, pranum reuma desuper a temporibus compescunt*. Sic & Christus facit, inde compescit reuma impudicitia per timorem legis, quare non modo adulterium punit, sed concupiscentiam quoque vicitur. Et quidem Christus ipsiusmet temporibus, cohuius reuma pudicitia dicitur, quia turpes cogitationes, & delectationes tunc prohibuit, cum dixit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c.* Hæc igitur petulans foemina parti Dei sui obliterata est, id est, legis diuinæ, qua medici ad instar cuiusdam non tantum adulterij morbum, sed ipsam etiam morbi radicem tollere voluit Deus.

XVIII. *Inclinata est ad mortem domus eius: & ad inferos semitæ illius.*

**I**nclinata est ad mortem. Hebraicè, incurvata est, aut vergit, Septuaginta: posuit enim iuxta mortem domus suam. Symmachus *œwer*, id est, terminauit. *Et ad inferos semitæ illius*. Hebraicè, & ad manus, vel mortuos, vel gigantes semitæ illius. Est autem vox celebris *Repsam*, quæ omnes illas significations subit. Septuaginta, & penes infernum cum terrigenis orbitas suas. Aquila flexus, Symmachus gyros, de quibus vocibus supra. Diuus Ambrosius de Cain. libro 1. cap. 5. integrum sententiam sic exultit. *Via & inferorum domus eius deducentes in secessum mortis.*

Lyra, vt assolet, exponit de idolatria; Reliqui de meretrice ad hunc modum. *Inclinata est ad mortem domus eius*. Id est; Ratio viuendi illius ad mortem ducit, scilicet æternam. Sic Beda, Ianuenius, Hugo, Dionysius Arboreus, & Caeteranus. Expendit autem vocem illam, *Domus eius*, Rodolphus Baynus hac ratione: adultera dereliquit domum mariti præferens in adulteri domum traduci; sed enim, *Declinans à domo mariti declinavit ad domum mortis*. Friget ponderatio. Addit etiam exponi posse præmissa verba non tantum de æterna morte, sed etiam de temporali, in cuius pœnam adulteri incident: vel etiam de morte immatura, quæ ob Veneris vsum nimium iuuenes de medio tollere solet. Et iuxta hæc duplicum ad sensum allici possunt verba sequentia, & ad inferos semitæ illius. Id est, ad orcum, ad tartara; vel aliter, ad sepulchra, quæ inferorum nomine passim notantur in sacris literis (piget exempla hic adscribere, cum sint obvia) Taceo olim in templo Veneris Libilitæ ea, quæ ad parentalia, & funera spectabant, venalia esse, vt Plutarchus prodit in Numa. Millum facio epigramma illud peruetus, quod defcriptum erat in gymnasio Adriani, in quo Venerem Parcatum vetustissimam fuisse aperte innuitur, quod scilicet ipsa vita stamina nequaquam neret, sed abrumperet. Omitto templum aliud, quod Veneri Homicidæ sacrum faisse scripsit Plutarchus, επωνυμος. Hæc enim vulgus concessionum textit D. Chrysostomus hom. in Psal. 50. *Quid speciosa Chysoft. mulier?* inquit, *sepulchrum dealbatum*. Et alibi, libidinem ipsam communem generis humani sepulturæ, esse dicit: Bene ergo Salomon ad inferos, id est, ad sepulchra semitæ illius. Subiicio tamen meas de sensu literali huius loci coniecturas: & pendo vim singularium verborum.

Observanda verò sunt aliqua animaduersione digna. Primū est. Meretrices olim apud Hebreos extra urbem degere solitas, circa semitas, & diuerticula. Vnde dictæ sunt, *Semitarie*, vt fusè docuimus in cap. 1. Canticorum ad illa verba, *Ne vagari incipiam*. Secundo prænotandum casplerumque in locis imis, atque subterraneis degere, scilicet in forniciis: & hinc fluxit verbum *Fornicari*, & *fornix*, pro lupanari. Seneca lib. 1. Controversiarum in libidinosum, *Redoles*, inquit, *adhuc nigri fornicis fuliginem*. Et in Priapeia: *Nigri fornici oblitus fauilla*. Et ob eandem causam scortorum domunculæ dicuntur lustra, & spelæa, id est, specus imi. Vnde D. Hieronymus expendens illa verba Ezechiel. 16. *Edificasti tibi lupanar*, pro quo Septuaginta habent, *Edificasti tibi habitaculum fornicationum*, subdit Aquilam attigisse etymologiam nominis Hebraici, qui convertit vice, *lupanaris*, β' τυρον, id est, *foueam*. *Vt significaret, inquit, caneam, ac defossum*

*specum, & tenebrosum, in quo profliturum libido  
versatur. Hec cum vera sint, Salomonis verba sic  
interpretor de Scorto. Inclinata est ad mortem do-  
mus eius, & ad inferos semitæ illius. Id est, domum  
quamdam incolit, quæ vergit ad mortem, & ad in-  
feros, nam cum domus eius sit fornix aliquis imus,  
aut specus: qui ad illam descendit, ipso descensu  
testatur se ad mortem, & inferos recta pergere.  
Sic vero exprimitur vis illius vocis, Inclinata est,  
quæ proinde est, atque vergit, descendit. Vnde  
Hispanica translatio sic expreſſit, *Vaya à la muerte  
su casa, y sus pasos á los matados.* Ad eundem modum  
Tertullianus in lib. de Corona militis, agens  
de Mithra, id est, solis militibus, qui in spelæo,  
id est, in specu profundo, atque atro initiabantur,  
sic addit, *Qui cum initiabuntur in spelæo, in castris  
vere tenebrarum, id est, in loco tenebroso, qui ve-  
ras illas tartari tenebras adumbrabat, in qua stan-  
dem aliquando eos incidere necesse erat.* Quod  
si hæc expositio minus placet, subijcio aliam ac-  
commodatiorem. Obserua igitur tertio Mer-  
etrices, quas vrbe egredi cogebant Hebrei, in se-  
mitis degere solitas iuxta sepulchra, & tumulos  
defunctorum, quos extra urbem sibi erigebant, C  
aut defodiebant Hebrei, neque id solum apud  
Hebreos vsu venerat, sed etiam apud Ethnicos, vt  
eruditè admonet Adrianus Turnebus lib. Aduer-  
sat. 13. cap. 19. qui iuxta hunc morem exponit illud  
Martialis, *Admittar inter bustuaras Mæchas, de  
scortis, scilicet inter busta, atque monumenta pro-  
stantibus. Vnde ipsemet Martialis alibi sic habet.**

*Abscondunt spurias, & monumenta lupas.*

Et secundum hanc eandem consuetudinem in-  
terpretari licet illud Hieremiæ cap. 1. vbi in Hie-  
rusalem Meretricis nomine inuectus Propheta sic  
ait. *Quomodo dicas, non sum pollutus? post Baalim  
non ambulau? vide vias tuas in conuale, scito quid  
feceris. Quem locum Septuaginta sic conuertunt.  
Vide vias tuas in sepulchris multitudinis. Sic inter-  
pretatur Hieronymus. Et quidem ita euuenisse cre-  
dendum est, vt Meretrices ab vrbe exactæ, inter  
fornices sepulchorum, quæ erant etiam extra vr-  
bem, in diuerticulis morarentur, & nonnunquam  
ipso etiam monumentorum specus intrarent ad  
occultandam libidinem. Hinc illud Poëta.*

*Abscondunt spurias, &c.*

Ergo Salomon, vt deterreat iuuenem à meretri-  
cis congressu, sic ait: *Inclinata est ad mortem domus  
eius: & ad inferos semitæ illius, id est domus qui-  
dem, quam incolunt, vergit ad mortem: & semitæ,  
in quibus prostant, ducunt ad monumenta, & se-  
pulchra: atque adeò, qui illas adit, ipso itinere te-  
statur, qualis futurus sit finis illius peccati, quod  
admittit: nimurum sepulchra, & mors tum temporalis,  
tum æterna. Hunc sensum reddit etiam lectio  
Septuaginta. Posuit iuxta mortem domum suā, &c.*

*XIX. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuer-  
tentur: nec apprehendent semitas vitæ.*

**O**MNES, qui ingrediuntur ad eam, non reuer-  
tentur, &c. Hebraicè: *Omnes eentes in eam,  
non reuentur, neque apprehendent semitas rectas,  
non enim apprehendentur ab annis vitæ. Ancipitem  
vocem originalem, quæ semitam, & circulum so-  
nat, de semita, & de vitæ circulo exposuerunt utro-  
que modo efferentes ( vt statim dicam) Chaldeæ.  
Omnes qui egrediuntur, non reuentur in pace, neque  
capient semitas vitæ.*

Hæc verba quodammodo in ancipiunt sunt: pos-  
sunt enim referri ad meretricem, & ad mortem.

*Tom. I.*

**A** Et quidem Beda, ad mortem reuocat hoc modo,  
qui semel in mortem inciderunt, hi quidem regre-  
di non possunt, ac rursus viræ huius auras repetere.  
Quasi dicat. Causa iuuenis à meretrice, quæ ho-  
minem ad mortem perducit; quod si mortem se-  
mel incurris, te in vitam afferere, ac vendicare non  
poteris. Reliqui de meretrice ipsa capiunt, nam  
ingredi ad aliquam ex vulgato Sacrae Scripturæ  
dicendi modo, est illam cognoscere. Quid cer-  
tius? Omitto exempla, quia obvia. Sic Rodol-  
phus, Ianuenius, Caietanus. Et quidem cum sen-  
sum reddunt præmissa verba. *Omnes, qui ingredi-  
tutur ad eam.* Id est qui cum illa libidinem expleue-  
rit. *Non reuertetur, &c.* Hæc verba sic nectenda  
sunt cum superioribus. Dixerat quidem domum  
meretricis ad mortem vergere, & semitas illius ad  
inferos, id est, ad orcum, vel ad sepulchrum: nunc  
eidem rei insistens addit. *Non reuertetur, nec ap-  
prehendet semitas vitæ.* Quod perinde est ac si di-  
cat: sicut qui in mortem incidit, in sepulchrum,  
vel barathrum, nec regredi, nec vitæ, nec saluti re-  
stitui amplius potest: ad eundem modum, qui ad  
meretricem quavis morte, sepulchro, vel barathro

grauiorem ingrediuntur, neque pedem referre,  
neque reduces ad salutem gradus ferre possunt  
( loquitur autem non de absoluta, sed de moralis  
impossibilitate.) At enim, eorum, qui voluptati  
carnis & libidini diu indulserunt, difficultiam  
esse resipiscientiam Patres, vñanimi conspiratione  
decernunt. Hinc est illud Osee 5. *Non dabunt* Osee. 5.  
*cogitationes suas, ut reuertantur ad Deum suum,*  
*quia spiritus fornicationum in medio eorum. Quem*  
locum non de idolatria tantum accipi devere  
docet Hieronymus, sed de carnali libidine, cu:us Hieron.  
summam licentiam habent idolorum cultores, ex  
quo difficultima redditur eorum salus, quatenus  
libidini nuntium remittere difficultimum ducunt.  
Ad eum sensum allicit Hieronym. illa verba Pauli  
ad Ephesi. 2. *Spiritus, qui nunc operatur in filiis dis-* Paul. ad  
*fidentia, in quibus, & nos aliquando operati sumus, Ephes. 2.  
in desiderijs carnis nostræ, &c.* Exponit enim de spi-  
ritu fornicationis, qui operari dicitur *in filiis diffi-  
dentiæ, id est, in eis, qui de sua salute desperent.*  
Græcè est ἀργύριος, significat autem *ingentem effi-  
ciam, quia se ei vitio dediderunt, vel potius ab*  
ipso vitio capti, & detenti sunt. Ab hac dicuntur

**E**nergumeni, qui obfessi sunt à Dæmonie. Et qui-  
dem qui libidini habenas laxauit, nihil abest ab  
Energumeno, & obfiso. Vnde Chrysostomus li-  
bidinem appellavit *Dæmonem voluntarium.* Ad Clem. Al.  
hæc Clemens Alexand. lib. 2. Pædagog. cap. vlti-  
mo hanc difficultatem resipiscendi venustè adum-  
brauit. *Paruam, inquit, epilepsiam dicebat sophista*  
*Abderetanus esse Venerem existimans morbum im-  
medicabilem.* Et quidem Græci hunc morbum  
inter immedicabilia numerabant, quem ( vt au-  
thor est Pseudo Hypocrates in libro de morbo sa-  
cro ) morbum sacrum idè appellabant, quia nisi  
Deo aliquo medicinam cœlitus immittente sanari  
perfectè non posse credebant. Quæ omnia aptissi-  
mè in libidinem cadunt.

Ingentem hanc euadendi difficultatem Salomon  
significauit similitudinibus mortis, & sepulchri, &  
inferi, à quibus resurgere, ac se vendicare plane  
impossible est. Et quidem quod spectat ad mor-  
tem, Diuus Ioan. Chrys. ad Populum, homil. 32. *Chrysost.*  
non minoris esse negotij affirmat hominem carnali-  
bus peccatis deditum sanæ menti reddere, atque  
mortuum vitæ restituere. Quod attinet verò ad  
sepulchrum, Ditus Augustin. lib. 83. qæstionum;  
qæstione 65. suscitauit à Christo Lazarum, & à  
sepulchro euocatum sic allegoricè accommodat.

164

Augus.

F iii

B. Nilus.

165

D. Aug.

166

Clem. Al.

Ezech. 21.  
num. 14.

167

D. Basili.

Dicit illi Martha, Domine iam quarta dies est, & fater. Ultimum quatuor elementorum terra est. Significat ergo fatorem correnorum peccatorum, id est carnarium. Quod autem exiuit de monumento, animam significat recedentem a carnalibus delitie; quod vero insitus obnubitus, hoc est, quod etiam a carnalibus recedentes adhuc tamen in corpore constituti, alieni a carnalibus molestiis, esse non possunt. Accedit Beatus Nilus in lib. de oœto vitiis. Ac proinde fieri nequit ut homo suis metu pennis ad castitatis aram reuoleat, nisi diuina eum gratia a perturbationum carnalium fouea in altum subduxerit. Et quidem nomine Fouea, sepulchrum intelligit, de quo sermo erat. Demum quod ad inferos pertinet, Diuus Augustinus ad illa verba Psal. 28. *Domine deduxisti ab inferis animam meam*, nomine inferorum intelligit carnis voluptates, alibi etiam concupiscentiae, atque libidinis ignem aeterni ignis amulum appellavit. Ex his fit non minoris esse operis hominem voluptatibus carnis semel mancipatum ab his emergere, quam mortem, sepulchrum, vel orcum ipsum euadere.

Sed vocanda est ad trutinam interpretatio Septuaginta, quæ sic habet, *Nec apprehendent semitas rectas, non comprehendentur ab annis vita.* Græcè γελαμβάνονται, quod ita conuertere licet. Non excipient eos anni vita, non peruenient scilicet ad canos. Id est, non explebunt eam ætatem, & annos, quos homini natura prescripsit, iuxta illud: *Vita hominis in ipsis septuaginta anni, &c.* Duo itaque dicit. Primum, eos, qui Venerem sectati fuerint, nec reddituros esse amplius ad bonam frugem, nec ad multam ætatem, & longos annos pertinenturos. Nisi velis per annos vita, futuræ vita æternum æuum accipere hoc modo, *Nec comprehendentur ab annis vita*, id est, non excipient eos æuerna tempora. Pende momentaneæ voluptatis compendium, quanta afferat dispendia, scilicet triplicis vita, vita gratiæ, vita temporalis, atque vita æterna. Et quidem fortassis ad id pertinent verba Clementis Alexandrini loco citato: *Voluptas carnis tripliciter luitur.* Quamvis enim Scholastæ illud tripliciter ad augmentum significatiois spectare affimet, satis bene quadrat in hanc triplicis vita iacturam. Sic exponunt nonnulli locum Ezech. 21. qui sic habet: *Tu ergo fili hominis Propheta, & percutie manus ad manum, & dupliceatur gladius, ac triplicetur gladius intersectorum, hic est gladius occisionis magna, qui obstupescere facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas.* Nam triplices, inquiunt, gladius triplicem vitam petit, vitam gratiæ, vitam temporalem, & æternam vitam. Et ideo addit, *multiplicat ruinas*, hoc gladio Deus in libidinosos & lasciuos animaduertit.

Cæterum silentio inuoluenda non est lectio Paraphrastis Chaldaici: *Omnis qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur in pace.* Significat enim reuerti quidem fortasse posse, sed non in pace. Omnis enim qui Veneri diu indulxit, cum meliora sapere instuit, oportet quidem ut sanguinolentum secum ipse bellum ineat, ad subiugandos lasciuientes animi sui motus, quod bellum non geritur sine sanguine, ut docet Hieron. in Epistola ad Nepotianum. Eleganter Diuus Basilius vim feminæ aduersus vi- rum describens ait: *sicut enim secretissima in magne lapide natura vi, nouimus non ipsum ad fer- rum duct, sed ad se prius ferrum attrahere: ita & semineum corpus aduersus masculinum ineffabilem accipit vim, per quam fermè dixerim ignorante ani- ma, quæ in ipso est, viri corpus ultrò ad se trahit.* Et quidem ferrum ex primo magnetis contactu illius proprietates trahit, & similem quandam ipsi ma-

gneti vim, quam amicitiam vocant, qui de natura huius lapidis disceptant; unde fit, ut magnes facilis trahat illud ferrum, cui aliquando affrictus est, quam aliud quodlibet. Hanc vero amicitiam ( ut tradunt periti) non aliter amittit, nisi hædino sanguine perluatur, vel cœpæ succum imbibat. Ad eundem modum, qui feminam semel tetigit, tam amice illi deinceps hæret, ut hanc amicitiam hædorum sanguis, id est, ob peccata commissa effusus, dissoluere tantum possit: vel cœpæ succus, qui propterea quod lachrymas excutit ex oculis, magnæ cuiusdam poenitentia symbolum gerit, ut docet Diuus Gregor. Itaque res est sanguine multo, atque ingenti poenitidine expianda, & luenda, ita ut verum sit, *Omnis qui ingrediuntur ad eam.* Id est, qui ei miscentur, non reuertuntur in pace: id est, non sine sanguine recurrent ad bonos mores.

X X. Ut ambules in via bona: & calles iustorum custodias.

**V** T ambules in via bona. Hebraicè, Eapropter ambulabis in via iustorum. Chaldaeus, Ut ambules in vijs bonorum.

169

Et calles iustorum custodias. Hebraicè, Semitas. Septuaginta integrum sententiam sic extulerunt. *Nam si ambulassent semitas bonorum, inuenissent vi- que semitas iustitia leues.* Hanc lectionem sequutus est D. August. lib. de natura & gratia.

Sententia pendet à superioribus hoc modo: *Sa- pientia servabit te, &c. ut eruaris à muliere aliena, &c.* Ac demum efficiet, *ut ambules in via bona.* Beda, & Hugo, in unitate rectæ fidei: reliqui absoluè, in via virtutis, vel (ut est in Hebreo) in via bonorum. Tunc verò eadem erit sententia prioris Hemisticij, & posterioris, *ut calles iustorum custodias,* id est, iustitas vestigia piorum hominum, tum veterum, tum recentium. Subiçio per breves notulas.

**E** Ut ambules in via bona, & calles iustorum custodias. Non sine consilio interpres noster adhibuit eam vocem *calles*, que satis bene respondet voci originali. Et quidem hæc vox non significat propriè publicam vrbis viam, sed ut Diuus Isidorus Isidorus, tradit lib. 15. originum cap. ultimo, *Callū, est iter pecudum inter montes angustum, & tritum, à callo pe-*

170

*cudū vocatum, quasi callo pecudum præduratum.* Neque vocem istam in vulgari altera significatione apud antiquos authores reperire licet. Sed quid inde? Imprimis eo nomine significatur perangustam esse iustorum viam, quæ videlicet non diffinis sit his callibus, quos pecudes per montium clivios pergentes exterunt, arctissimæ quippe sunt viæ, sed in amœna pascua desinunt. Deinde, ut quemadmodum per eiusmodi *calles* pecora alia post alia deinceps gressus regunt: Ita ut si pecus vnum callem aggressum fuerit, reliqua post se in-

171

**F** trepidi rapiat: ad eundem modum iulti alij post alios angustam & difficilem virtutis viam peragunt. Accipe Chrysostomum in sermone de continentia Chrysost. Ioseph, vbi exemplo animalium suadet præuentum istorum vestigia sectari. *Nam & columba (inquit) saepe una auolante, statim sequuntur omnes, & pullus generosus in equorum armento exiliens secum rapit omne armentum: similiter & ovis reliquum gregem: ita & nos, &c.* Venio ad lectio- nem Septuaginta, quæ non nihil à nostra recedit.

*Si ambulassent semitas bonas, inuenissent utique se- mitas iustitia leues.* Quibus verbis significant viam virtutis inexpertos quidem, & insolentes deterre- re, qui si experiri eam voluissent, planè inuenien- sent facilem atque leuem esse. At quomodo via

172

D. Aug.

virtutis dicitur leuis? non enim accommodatum videtur hoc epitheton, seu appositum alicui viae; vias enim planas faciles dicimus, non leues. Diuus Augustinus occurrit diffcilitati loco citato. Secundum hoc, & illud dictum est si ambulassent semitas bonas, innuenissent: utique semitas iustitiae leues. Quomodo ergo dicitur: ego custodini vias duras? Quia utrumque verum est, durae sunt timori, leues sunt amore. Deinde via virtutis leuis appellatur, quia in eo diffidet à via vitiorum. Hæc plana quidem est, & latæ, sed grauis: nam qui per illam perguunt, graues, & (si licet dicere) importabiles sarcinas gestant, quibus illos mundus onerat: attamen iustitiae via ardua est, & angusta, sed leuis, quia per illam gressus regunt, nullo onere prægrauantur: vel si quod est, leuissimum est, cùm Christus dicat, *Iugum meum suave est, & onus meum leue.* Leuis ergo dicitur hæc via, quemadmodum apud nostrates viator vulgo diceret: *No he tenido camino mas horro, y ligero que este,* significaret se illud omni onere vel sarcina immunem peregisse.

XXI. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra:  
& simplices permanebunt in ea.

XXII. Impij vero de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

**H**abitabunt, &c. Symmach. Hereditabunt terram. Sic locum istum extulit D. Basilius. & simplices, Hebraicè, immaculati. Pagninus legit, integrimi, Septuaginta, & sancti remanebunt in ea.

Impij vero deterra perdentur. Hebraicè, Succidentur, Septuaginta, via impiorum è terra perdentur.

Et qui iniquè agunt. Symmach. Aquila, & Theodot. ad loc. i. Impij, profani auferentur ex ea, Hebraicè, Eradentur. Chal. Et direptores eradabuntur ex ea.

Loquitur Salomon ex communi interpretum sententia more veteris testamenti, quod maiori ex parte temporalia præmia, & retributions, virtutis atque legis cultoribus pollicebatur, scilicet vitam longam, atque bonorum omnium affluentiam. Itaque ait: *qui recti sunt habitabunt in terra*, quod non de sola inhabitacione capiendum est, sed *habitare in terra*, est omnia ad vivendum opportuna, commoda, & emolumenta habere. Vulgo dicimus, *Tener con que vir en el mundo.* Hanc vim expressit Symmachus, cùm legit, hereditabunt terram. Id est, possidebunt. Et simplices permanebunt in ea. Id est, diuturnam in ea vitam agent. Itaque iustis atque piis hominibus bonorum affluentiam, & vitæ diuturnitatem pollicetur: è conuerso de impiis ita decernit. Impij vero de terra perdentur. Id est, bonorum omnium, quæ ad terram pertinent, iacturam facient. Ac demum, *qui iniquè agunt, auferentur ex ea.* Nimirum impij ocyus è vita migrabunt. Sed tamen secundum regulam D. Augustini, atque aliorum Patrum corporalium, temporaliumque rerum pollicitationes, quas Deus Iudeis præstabat, ad populum Christianum translate spiritualium bonorum, cœlestium & æternorum promissiones continent. *Illi verbis* (inquit Augustinus) *quibus Hebreis promittitur vita longa, nobis in figura demandatur eterna.* Et hac ratione locus fit expositionibus Basili, Bedæ, & Hugo, qui nomine terre, tum Ecclesiam, tum beatitudinem accipiunt. Subiicio paucas animaduersiones.

174

Symmach.

August.

Basilis.

Beda.

Hugo.

Tom. I.

Qui recti sunt, hereditabunt terram. Sic Basilis, atque Symmachus, id est, hereditatem capiunt. Intelligo autem de terrenis bonis. Hoc intereat in-

175  
D. Basili.  
Symmach.

ter prauos atque improbos, quod illi bona temporalia, tanquam hereditatem propriam adeunt: hi vero tanquam alienam furto, & iniuria sibi vendicant. Id quidem sibi voluit Magnus Gregor. Moral. lib. 4. cap. 5. cùm ait. *Dinitia & opes virtutis patrimonia sunt.* Iusto ergo, atque virtutis studio diuitiae tanquam patrimonium contingunt, id est, tanquam hereditas paterna: cùm enim Dei filius sit, parentis sui bona patrimonij ad instar capit.

B Nam eum, qui Dei gratiam inibi, atque illius filius per adoptionem ex gratia redditur, non tantum æternæ, sed temporalis etiam hereditatis capacem fieri dixerim. Itaque diuitias iustus tantum iuste possidet. Rationem offero. Iustus quidem habet ius ad rem; (ita libet eloqui) nam iustitia, & virtus bona etiam temporalia meretur obtinere à Deo: propterea cùm adeptus est, ex iure possidet. Impius vero nullum habet ius ad rem, neque in re: nam virtus suo, atque assiduis peccatis demeretur non tantum bona spiritualia, sed etiam temporalia.

176.

C Hinc est, vt cum sèpè in scriptura dicantur iniusti, & peccatores diuitias, atque alia fortunæ bona possidere, nunquam tamen eas hereditare dicantur. Iusti autem è contrà passim hereditare, vel hereditate acquirere bona ista affirmantur, cuius rei suppetunt innumera exempla. Hæc item ratio permouit Diuum Ambrosium in Lucam, & Pseudo Chrysostomum in Matthæum super illa verba tentationis: *Hac omniatibi dabo, si cadens, &c. vt afflent ditiarias, & opes iustis quidem à Deo: iniquis vero (his maxime, qui eas per iniurias sibi parant) à Dæmotie erogari.* Et quidem imperfectus ita ait. *Illas tibi diuitias diabolus dabit, quamvis non ipsæ diuitiae diaboli sunt: inter duas enim conditiones posuit illas, vt diabolus illas possit dare, & Deus: nam dans potestatem diabolo non à se dimisit, vt si quidem cum peccato, vel ad peccatum acquirantur, per diabolum dentur: si autem sine peccato, per Deum.* Quapropter (si fas est ita loqui) probus ac iustus viri iuste, improbus autem quasi per iniuriam obtinet, quia ille accipit à domino rei: hic vero à fure (sic enim diabolus compellare libet.) Quod quidem in vniuersum verum est, quia improbi diuitias &

D. Ambr.  
Pseudo  
Chrysost.

E opes vel iniustæ partas possident, vel, vt in prauos viis expendant. Itaque vel sunt ex peccato, vel ad peccatum, atque a deo illas non à Deo, sed à diabolo accipiunt.

177.

F Impij vero de terra perdentur, Originalis, excidentur. Hoc etiam ad bonorum temporalium iacturam suprà retulimus, vt posteriora verba prioribus respondeant. Itaque impios de terra excindi perinde est, atque eos in terra magnarum instar arborum radicatos, & ramos sua potestatis, & fortunarum undequaque diffundentes præscindi, amputari. Si cut enim arbores exscisis ramis amputantur: ita ablatis fortunæ bonis, quibus tanquam propaginis, aut ramis quoquoversus extenduntur improbi, excindi, vel amputari dicuntur. Chrysostomus homil. 4. de auaritia venusta ad hoc institutum verba profert: *Noli præfinitos terminos pretergredi, ne facultatibus tuis exuaris, sed quod supereft, reseca, vt necessariis ditescas, an non vides, quod agricultore arboreum amputant, ne vim omnem in palmis, & pampinis, sed in radice proferat?* Ita & tu facito, amputa folia, quod si facere recuses, abscedet Deus omnia. Hæc Chrysostomus, qui sati aptè vsus est illa similitudine, vt eleemosynam suaderet.

Chrysost.

G Et qui iniquè agunt, auferentur ex ea. Illu-

F iiiij

178.

strant lectionem nostram duas aliæ translationes. A Eradentur ex ea. Euellentur ex ea. Vtraque enim est accommodata ad significandā impiorum mortem. Euellentur ex terra. Quasi dicat, non exciduntur solum præcis ramis, sed stipite, atque radicibus eritis extirbuntur. Quia similitudine optimè significatur obitus impiorum hominum. Primo, qui intus est, & coactus: sicut enim arbor quæ radices altius mittit, & græ, atque difficilè renitentibus radicibus conuelliuntur: sic improbi, qui toti rebus terrenis artis radicibus immersi sunt, valde difficile, atque inuitè eradicantur. Nec mirum, quia sentiunt se ad ignem reuelli. Inter alia veterum Romanorum superstitione præfagia illud refertur. Milites, cum castra mouenda, & tentoria, quæ hastis telluri affixis suspendebantur, reuellanda erant, ex ipsa euulsione futuræ victoriæ omen captare solebant: si enim facile conti euellebantur, bonum erat omen; sin ægrè atque difficile, malo omni vertebant. Ad eundem modum cùm videris aliquem valde inuitè mortem obire, quam Petrus tabernaculi, aut tentorij depositionem appellauit: ita ut ægrè animus à corpore euellatur, malum omen inquires: animus enim suæ infelicitatis præfigus renititur, reluçtatur. Sin verò facile animus reuellitur, bono id omni verte. Animus enim felicitatem suam præsentiens, obuius se se in manis dat. Hinc Petrus epist. 1. cap. 1. *Velox* (inquit) est deposition tabernaculi mei. Et quidem *Velox* Græcè *πάχης*, quæ vox non temporis tantum compendium, sed ipsius etiam operis levitatem & facilitatem significat. Compara hunc Petri sermonem, cum illo, quem in monte Thabor fecisse dicitur: *Faciamus hic tria tabernacula*, id est, figamus, &

A iam intelliges, quantum Petrus à Petro differat. Rursus vide, quantum inter sit inter Petrum, atque illum diuitem, ad quem inopinatō dictum est: *Sustente hac nocte animam tuam repetentiæ*. Cuius animus vi maxima euellendus significatur illis verbis. Salomon ergo, vt innueret, quām inuitè improbi mori sustineant, eo verbo expressit: *Et qui iniquè agunt, euellentur ex ea*. Ad hæc verbum euello, significat impios sic de medio tollendos, vt nullæ eorum, vel reliquia, vel memoria superfit, sicut plantæ, quæ radicibus extirpantur. Probi enim hominis post obitum memoria, & bene acta, quasi ex radicibus germinant, & in mentibus hominum vigent. Memoria verò impiorum, & eorum scelerarum, cum ipsis pariter abolentur.

B Secunda lectio est, *Eradentur ex terra*. Diuus Hieronymus, cùm alicubi in phrasim hanc in Scriptura vulgarem incidisset, existimauit ductam esse metaphoram à tabulis antiquis, quæ cera oblinebantur ad scribendum: at postquam cera inepta erat ad litteras excipendas, conuerso stilo erabantur. Quia similitudine 4. Regum 21. Hiero-

180

D. Hier.

4. Reg. 21.  
num. 18.

C *folyma exitium, & extremam perniciem Deus minatur, Et delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabula, & delens vertam, & ducam crebrius stilum superficem*. Ergo cùm audis, *Et qui iniquè agunt, eradentur ex terra*, sic accipe. Quemadmodum cera detrita, & inepta ad excipendas litteras de tabula superficie, cui hæret, conuerso stylo eruditur: sic Deus improbos & sceleratos homines vertens stylum, id est, misericordiam cum iustitia & ira commutans, tanquam ineptos ad verba Dei excipienda ex terra, cui tantopere ipsis adhærent, corradet, atque igni tradet.

2. Petr. I.  
nu. 14.

179





## C A P V T T E R T I V M .

I. **F**ILI mi, ne obliniscaris legis mee: & præcepta mea cor tuum custodiatur. 2. Longitudinem enim dierum & annos vitæ, & pacem apponent tibi. 3. Misericordia & veritas te non deserant: circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. 4. Et inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus. 5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentia tua. 6. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriger gressus tuos. 7. Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo. 8. Sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. 9. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei. 10. Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. 11. Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias, cum ab eo corripieris. 12. Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. 13. Beatus homo, qui inuenit sapientiam: & qui affluit prudentia. 14. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auri primi, & purissimi fructus eius. 15. Preciosior est cunctis opibus: & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. 16. Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuinitæ, & gloria. 17. Via pulchra, & omnes semitæ illius pacifica. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus. 19. Dominus sapientia fundauit terram, stabiluit cœlos prudentia. 20. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. 21. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis: custodi legem, atque consilium. 22. Et erit vita animæ tue, & gratia faucibus tuis. 23. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. 24. Si dormieris, non timebis: qui sces, & suavis erit somnus tuus. 25. Ne paueas repentiño terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. 26. Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. 27. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. 28. Ne dicas amico tuo; vade, & reuertere: cras dabo tibi, cùm statim possis dare. 29. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. 30. Ne contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit. 31. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius. 32. Quia abominatio Domini est, omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. 33. Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicuntur. 34. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. 35. Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio, ignominia.

I. Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ: & præcepta mea cor tuum custodiat.

II. Longitudinem enim dierum, & annos vitaes  
& pacem apponent tibi.

**F**ili, ne obliuiscaris legis meæ. Septuaginta meærum legum. Et annos vitaes. Hebraicè. Et annos vitarum. Longitudinem dierum. Septuaginta. Longitudinem etatis.

De sententia horum verborum non eadem mens auctorum. Lyra sic interpretatur. *Fili mi, ne obliuiscaris legi meæ, vel legi mearum, vt habent Septuaginta, scilicet naturalis, & diuinæ. Et præcepta mea cor tuum custodiat,* id est, opere exequatur. *Longitudinem enim dierum apponent tibi,* id est, longam ætatem, & annos vitaes, id est, sanitatem, & rectam valetudinem. Nam anni, inquit, langoris mortis potius, quam vita nomen ferunt. *Annos etiam vitaes,* interpretari licet ut suprà c. 2. vers. 18. integrum vita humanae periodum. Quasi dicat: *Sælegaras alos se tenta.* Has enim vita humanae metas esse cecinit David Psalm. 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, &c.* Et pacem, id est, lætitiam animi: hæc enim sæpius nomine pacis significatur in scriptura sacra. Hugo, Rodolph. & Iansen. *Longitudinem dierum, ad præsentem vitam, annos vitaes ad æternam, & pacem ad eam referunt,* quæ exuperat omnem sensum, id est, concordiam cum Deo stabilem, ex qua omnis animi tranquillitas fluit. Caietanus in eo dissidet à Lyra, quod hæc verba non Deo, sed patri alicui tradit, qui proprium alloquitur filium, cui videlicet præcipit, ut sua præcepta exequatur, atque pro isto obsequio longam vitam, sanitatem incolumem, & pacem tranquillam reportaturum esse dicit. Sed tamen cùm alias Salomon quoties de patris obsequio agit, de ipso in tercia persona dicat, ut initio: *Audi fili mi doctrinam patris tui, & sæpè alibi: existimo potius, neque Deum, neque Patrem, sed ipsum met Salomonem iuuenem affari, quem eruditus suscipit, ad quem sic ait.*

**F**ili mi, ne obliuiscaris legis meæ. Id est, ea, quæ tibi traditurus sum, memoriae pertinacissime hæreant: id verò, ut præstes, præcepta mea cor tuum custodiar, scilicet in corde reponere, hoc est, cordi sint: luculentius dixerim, adama. Reliqua possunt intelligi de vita, de bona valetudine, & de animi lætitia cum Lyra, vel de præsenti vita, & futura beatitudine cum aliis interpretibus. (Nam parum intererit, hoc, an illo modo capiantur.) Sed expende meditatiū illa verba: *Præcepta mea cor tuum custodiar.* Et quidem cor vita est fons: in ipso enim vita hominis continetur, & ex ipso vita prodit vtraque spiritualis, & naturalis: Item cor est latitudo atque gaudij scaturigo. Ergo, ut ex hoc fonte vita fluat vberius, & ex hac scaturigine gaudium manet affluentius, iubet Salomon, vel Deus, sua præcepta, & verba in corde reponere. *Præcepta mea cor tuum custodiar,* & quæ ex corde fluunt vita, & gaudium, ea quidem vberius atque largius emanabunt. *Longitudinem enim dierum, & annos vitaes, & pacem apponent tibi.* Vel (ut conuertunt alii) *longitudo dierum, & anni vitaes, & pax, & felicitas affluent tibi,* verbi originalis vim exprimentes, quod copiosam, & affluentem donantis largitatem fonat (vt notant radicum obseruatorum.) Rationem obtulit Origen. homil. 12. in Numeros: *Sermo Dei in corde hominis potest producere ex se, & puto, &*

**A** fuentes, & flumina, sed verè putei, qui sunt in anima nostra, indigent fodiente, debent enim vadari, & omne, quod terrenum est ab eis auferri, ut vena ille rationabilium sensum, vita scilicet atque gaudij, quas inservit Deus, pura, atque sincera fluentia producant. Donec enim terra contegit aquarum venas, & obturat occultum fluentum, non potest puri latitius vnda profluere. Et quidem ita accidit, vt ex fôrdido corde, nec felix, nec salubris vita, neque voluptas defœcata manet. Tota verò Dei lex, & præcepta ad purificationem cordis pertinent, atque adeò, si ista corde excipientur, terrenis fôrdibus detractis fluenta aperiuntur, & vita in ipsis, voluptas perennis, salubrisque valetudo affluentia incredibili tunc erumpunt. Id sibi vult illud, *Longitudo dierum, & anni vita, pax, & felicitas affluent tibi.*

III. Misericordia, & Veritas non te deferent:  
circumda eas gutturi tuo, & describe in  
tabulis cordis tui.

**C** Misericordia, & veritas non te deferent. Septuaginta, Eleemosyna, & fides non deferant te. Haec lectionem sequitur D. Chrysost. hom. 1. Chrysost. in epist. ad Philipp. & illi similem aliam sententiam adiungit, nimirum, eleemosyna, & fides sint tibi vera. Obseruat Caietanus vocem originalem, si ad amissim vocetur, propriè gratiam significare. Itaque gratiam (inquit) secundam docet Salomon, id est, multa gratis danda, & veritatem, id est, debitâ exoluenda. Tigurina conuertit. Beneficia, & fides non te destituant. Hispanica, quam sàpè alias recitauit: *Merced y verdad no te de separaren.* Alij conuertunt ex Hebreo: *non deferent te, imò ex antiquis vulgatis codicibus nonnullis ad marginem erat affixa ista lectio.*

**D** Circumda eas gutturi tuo. Hebraicè. ligas in gutturibus tuis. Septuaginta. Alliga eas super collum tuum.

**E** Et describe in tabulis cordis tui. Hebraicè in singulari, super tabulam. In codice correcto Septuaginta desiderantur hæc verba, sed in scholiis restituuntur ex aliis codicibus hoc modo: *Scribe eas super tabulam cordis tui.* Addit verò Scholia stes in uno codice pro maxos, legi maxos, id est, latitudo. Ita Hieron. in cap. 2. Abacuc. *Describe eas super Hieron. latitudinem cordis tui.* Symmachus, super peccatum tuum. Obseruandum autem est in Gotico exemplari post hæc ad marginem scribi: *Dic sapientia, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam,* non aliud, nisi ex cap. 7. vbi eadem sententia rursus occurrit. Misericordia & veritas, Lyra, Misericordia (inquit) erga pauperes, veritas erga omnes. Hugo Misericordia erga proximos in uniuersum: veritas erga ipsum. Beda, Misericordia in operibus, veritas eluceat in verbis, vel aliter: Misericordia ad ergandum, veritas (id est, fidelitas) in promissis. Caietanus. Iansen. Rodolph. misericordiam, seu gratiam in gratiosis & liberalibus donis, quæ proximo impenduntur, veritatem in debitis, atque ut ita dicam, obligatoriis obsequiis, quæ vel Deo, vel homini exhibentur. Chrysost. misericordiam, eleemosynam: fidem verò (sic habent Septuaginta) diuinam intelligit. Placet autem eorum sententia, qui existimant misericordiam, ad proximum spectare, siue hæc liberalitas sit, siue eleemosyna; veritatem autem ad Deum referendam esse, atque debitum illi cultum notare: nam statim subdit: *Et inuenies gratiam coram Deo, & hominibus.* Id est, per hæc Deo simul, & hominibus satis-

fiet à te. Hæc igitur (inquit Salomon) non te deserant, id est, illas tibi adiunge familiariter.

**8** Te non deserant. D. Chrysost. expendit hæc verba supra dicto in loco. Neque vero (inquit) dixit, ipsas ne deseratas: sed ne deserant te, ostendens nos esse, qui illarum egeamus, non ipsas nostri, docens quenam nobis non faciendum esse, ut illas apud nos retineamus. Vel aliter, Non te deserant: Optimè ille, quisquis dixit: Fugax est natura boni. Indocilem, atque fugacem auem, aut feram demulcendo, & familiariter tractando cicuramus. Ad eundem modum virtutibus euenire dixerim, atque auibus ad aucupium edoctis; si quis enim parùm cicurem auem laxat, vel soluit ad prædam, non iterum recuperat; sic virtus, nisi familiaritate atque vsu sit manufacta, & ad habitum perducta, ad vnam actionem difficultem emissâ hominem deserere solet, & aufugere. Est quippe fugax natura boni.

**D. Basil.** Qui propter de virtutibus, quæ iam in habitum migrarunt, eleganter Diuus Basilius in cap. 7. Isaæ. Cœures sunt, ac placide, & accessu faciles virtutes, vite sunt conciliatrices. Tales sunt virtutes, quæ non deserunt hominem, etiam si ad difficultas actiones tanquam aues ad aucupium edoctas emitti contingat. Itaque cùm Salomon ait, Non te deserant, perinde est, ac si dicat, vsu & crebris actionibus eas tibi familiares redde, ne forte inter difficultates, tentationes & pericula te deserant.

**9** Circumda eas gutturi tuo. Scilicet tanquam torquem Supra cap. 1. verf. 6. nonnihil diximus de torque, atque de eius vsu apud veteres, ad illa verba: Et erit gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Et quidem tradidimus primò torquem esse ornatum puerorum, & in his nobilitatis notam, aut fascinationis amuletum. Secundò, principatus, & potestatis publicæ insignia. Tertio, militum in bello fortiter agentium. Quapropter, quæ ibi diximus, accommodationis libertate in hunc locum transferre licet. Diuus Isidorus libr. 19. Originum c. 30. docet olim viros torque vti solitos, & bulla appensa supra pectus: sic enim ait: Torques autem, & bulla à viris geruntur: à feminis vero monilia, & catelle. Bulla autem cordis effigiem exprimebat, & supra pectus demittebatur. Et quidem eiusmodi bullas, vel cordis effigies apud Hebræos fuisse in vsu suadet locus Isaæ cap. 3. vbi inter alia mundi muliebris ornamenta numerantur olfa & toriola. Hebraicæ domus animæ. Idest, pectoralia. Sic conuertunt Pagninus, Vatablus, & alii multi. Dicebantur autem, Domus animæ, quia cordis formam referebant, quod est animæ, & vitæ domus, sic Vatablus. At inquires, in eo loco muliebrium ornamentorum census fit? Respondeo illud ornamentum, seu bullam, seu laminam ad pectus demissam utrisque communem fuisse, pueris & mulieribus. Nam Persarum pueros bullam gestasse docet Briffon. in libro de Regno Persico ex Strabone. Hebrais autem & Persis valde cōmunes fuerunt mores, maximè in his, quæ ad vestes & ornamenti spectant. Fortasse etiam viri gerebant, vt infra cap. 7. dicimus, vbi reddit iterū posterior clausula. Sic enim habet: Liga eam in digitis tuis, & describe in tabulis cordis tui, vbi de annulo, & bulla sermonem haberi probabimus. Atque in his eorum quos vel ardentius adamabant, nomina, aut simulacra veteres gestare solitos dicemus: vt quemadmodum ex collo, sic etiam ex memoria nunquam exciderent. Licebit ergo (accipe Lector hanc meam suspicionem & conjecturam & liberè decerne) licebit, inquam, sic interpretari: Has utique meas leges atque præcepta cor tuum custodiat, id est, sicut tibi cordi, nempe ardenter adamia. Et quemadmodum

**A**mantes clarissimorum nomina in bullis describūt, & collo appendunt supra pectus: sic pariter tu, Circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. Id est, in bullis, quæ cordis referunt figuram, vel in laminis, quæ supra cor & pectus gestari solent ex torque suspensa. Suadent hoc verba, quæ infra cap. 7. subdit Salomon post illa. Liga eam in digitis tuis, & describe in tabulis cordis tui. Statim enim afferit. Dic sapientiae, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. Quasi dicat. Solent quidem amicarum nomina in annulis ac bullis incisa ab amatoribus gestari: id tu facito, prudentiam & sapientiam loco animæ atque sororis habeto, illamque simili ratione in annulis & bullis insculpe, & quidem fortasse ob eam causam Biblia Gotica verba illa, vt supra admonui, transtulerunt etiam in hunc locum, vt innuerent eandem esse utrisque rationem. Addo etiam Diuū Paulū 2. ad Corinth. cap. 3. cuius verba aduersus nostram interpretationem aliquis fortasse proferret, ipsam potius confirmare. Sic enim ait. Manifestum est, quod epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non ariamento, sed spiritu Dei vici, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Satis quidem videbatur, si diceret, in tabulis cordis: addit tamen, carnalibus, consulte, vt æquiuocationem admireret cum illis laminis, aut bullis aureis, vel argenteis, quæ tabule etiam cordis vulgo appellabantur. Cæterum ad expendenda quædam alia prouehamus sermonem.

**Circumda eas gutturi tuo.** Pueros, Principes, & milites torquem gestare iam præmonui. Aliiquid ergo de singulis in hunc locum coniiciam. Et quidem de torque ornamento puerili Salomon verba faciat (vt sentiunt Iansen. & Rodolph. imo & Diuus Chrysostomus) notandum est torquem in pueris **D. Chrys.** fuisse primam ingenuitatis notam: deinde fascinationis amuletum. Itaque eum sensum præmissa verba reddent: Beneficentiam seu eleemosynam, & veritatem adamam, atque illa quidem erunt tibi pro torque ad ingenuitatem tuam testandam, & ad fascinationem prohibendam. Et quidein quod attinet ad ingenuitatem venuste Chrysost. præfato in loco de eleemosyna verba faciens (sic enim de cætero exponemus aliquando de eleemosyna, aliquando etiam de beneficentia, & liberalitate in vniuersum.

**E** Circumda eas, (inquit) gutturi tuo. Ut quemadmodum diuinitum filij deus aureum circa collum gestant, illudque nurquam deponant quasi nobilitatis insigne circumferentes: ita & eleemosynam nobis ipsis circumdenuit oportet, declarantes nos esse misericordis illius filios, qui solem exoritur facit super bonos & malos. Et post pauca. Torquem hunc aureum animæ aptemus (eleemosynam dico) quamdiu scilicet hic fuerimus. Nam cum etas hæc præterierit, non amplius eo vivemur. Quod enim in pueris evenit, vt cum ad virilem etatem pervenerint, ista deponant, atque alium assumant ornatum, idem quoque in nobis: etenim ibi non erit eleemosyna, qua pecunias fit, sed alia quedam longè maior.

Quenam vero fit futura illa eleemosyna in celo, & beatitudine, non exprimit Chrysost. sed tamen fortasse intelligit de reuelatione arcanorum, quam hi, qui gloria superiores sunt in celo, quasi stipem quandam inferioribus, ac sibi subiectis erogant, Dei videlicet consilia manifestantes. Hæc de eleemosyna. Illud etiam de beneficentia in vniuersum afferere audeo, nobilitatem, sine liberalitate non esse veram, sed adumbratam, & falsam. Ut satis bene Gregor. in decretalibus §. Prudentes, titul. 24, **Gregor.** de donationibus. Hanc sibi, inquit, quodammodo **Magn.** nobilitas legem imponit, vt devere se, quod sponte

**Genes. 40.**  
**Esdræ.**  
**Daniel.**  
**Isidorus.**  
**Isa. c. 7.**

**Briffon.**

P. ad Cor. c. 3  
expositio.

22

23

*tribuit, existimet, & nisi in beneficiis suis creuerit A nibil se prestissime puer. Hæc de ingenuitate. Quo vero spectat ad fascinationem, præmittendum ex D. August. Locutionis de Deuter. lib. 5. inuidentiam esse quoddam fascini genus. Nam Pro. 25.*

August.

*(verbas sunt August.) Quod Latini Codices habent, nuncenabis cum viro inuido. Græcus habet, αἰδεῖς βασιλίς, βασιλεὺς autem fascinus dicitur. Et quidem Hebræus codex ad verbum sic habet: Non comedes cum viro mali oculi, Id est liuido, cuius oculi fascinantes sunt, quia nimirum liuor, & inuidia alienam fœlicitatem quodammodo fascinant.*

Plinius.

14

*Propterea apud veteres Romanos in visu fuit, vt triumphatores bullam gestarent, scilicet contra inuidientiam fascinum, vt tradunt plerique. Imo Plinius narrat eodem Romanos inter Deos Fascinum numerasse, atque ita subdit. Religio memuratur, & Faslinus Imperatorum quoque non solum infantium custos, qui Deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicus inuidie. Itaque idem numen credebat Romani fascinationi, & inuidie succurrere. Ad rem. Suadet Salomon adolescenti beneficentiam, & liberalitatem. Circunda, inquit, eam gutturi tuo. Quasi dicat; Hæc erit tibi pro torque contra omnem fascinationem, id est, contra inuidiam. Nam cum homines soleant diuitium atque potentium fœlicitati, & fortunæ inuidere: si tamen moverint eos esse beneficos, & de his, quæ habent, alii profusè impertiri, abest liuor omnis, & fœlicitati eorum cuncti gratulantur: & quidem hoc tunc maximè accedit, cum constat illos eleemosynarios esse, & erga pauperes munificos. Vnde D. Bernard.*

*Bernard. Eccles. 31. Verus, inquit, beneficentia fructus omnium benevolentia est. Et Eccles. 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, id est, liberalem in ero- gandis panibus, &c.*

15

*Secundo, torques erat olim principatus nota, vt iam inde supra cap. 1. aliquibus sacræ paginæ locis, & testimonii euici. Munificentia autem, & liberalitas longè verior principatus nota est, non extraea, sed naturalis, atque insita. Nam, vt tradit Aristot. in Ethicis, eorum ingenia, qui natura serui sunt, ab eorum, qui ad imperia nati sunt, liberalitas dirimit. Laetantius. Largitas, inquit, liberalitas & magnificentia regia laudes sunt. Et sanè liberalis vir, quot homines sibi deuincit beneficiis, tot sibi subditos seruos vendicat, in quos Principis instar potestatem exercet. Cum enim verum sit illud commune proloquium. Qui accipit beneficiū, libertatem vendit. Sic item verum est eam libertatem, quam vendit accipiens, à donante comparari, & emi. Addo etiam eos, qui imperia hereditario iure adepti sunt, si benefici non sint, subditis carere. Sic enim Demosthenes apud Eborensem. Dona Principum sunt autoramenta seruuntur. Idest, sunt quasi libelli quidam, quibus subditi ad seruendum obstringuntur, adeò, vt neque iurata fides, nec alia consueta pacta tam arcte adstringant. Sed si de eleemosyna sermo sit, longe certius est eam esse insignem imperii, atque principatus notam. Imo eleemosyna ipsa tantæ maiestatis princeps est, vt vel in cœlo ipso imperet. Huic, verba sunt Chrysostomi homil. 32. in epist. ad Hebræos, porta cæli aperiuntur, & veluti Regina in rante nullus ianitorum, nullus custodum, qui portis assistunt, audiens dicere: Quæ es tu? vel unde? sed omnes eam è regione suspiciunt, regina namque est, verè regina similes faciens homines Deo. Expende illa verba: nullus custodum audet dicere, quæ es tu? Propheta enim David describens triumphalem pompam, qua Christus in cœlum irruptit, ubi dixit ex persona*

*Christi, Aperite portas principes vestras, &c. Subdit de intro à custodibus responsum, Quis est iste rex gloria? Quanta ergo erit eleemosynæ maiestas, de qua dicitur quiddam maius, & potentius ipso Christo: quod scilicet illa introéunte nullus custodum audet dicere, Quæ es tu? Sed rursus principatus, & imperij notam esse propterea dixi, quia eleemosynæ copiosæ aperte ostendunt eum, qui erogat, diuitiis seu mammona imperare, cui auari & fôrdidi homines fôrdidissimè inferuiunt. Vnde eleganter Ditus Hieronymus libr. 1. supr. Matth.*

D. Hier.

*Qui diuitiarum, inquit, seruus est, diuitias custodit, vt seruus qui animi seruuntis discubuit in ingum; distribuit eas, vt Dominius. Hanc seruitatem dilucide expressit Christus Dominus, cum ait. Nemo potest duobus dominis seruire. Nemo potest seruire Deo, & Mammonæ. Ergo qui illis imperat, quibus alij principes seruunt, non princeps tantum, sed principum princeps appellari potest. Eleemosynam ergo appositè torque, & bullam, nimirum imperij, atque principatus insigne licet appellare. Et quidem apti simè eleemosyna torquis, atque bullæ nomen fert, quia torques ex collo, & huineris pendens, bullam ad cor usque demittit. Innuit verò eam esse veram, atq; Deo grata eleemosynam, quæ ad cor usque peruenit, & quidquid egenis erogat, ex vera commiseratione animarum, & subleuanda aliena miseria affectu tribuit.*

*Ad extremum torques, & bullæ legitime certantium erat nota. Gregorius Magnus lib. 31. Moraliū Gregor. cap. II. Potenter (inquit) dimicantibus in munere Magn. torques datur, vt quia signa virtutum gestant, majora semper exerceant, & debilitatis crimen incurvare meruant, dura in seipsis iam fortitudinis est premium, quod ostentant. At quomodo hoc in eos, qui suas facultates liberaliter impariuntur, quadrare potest? Quænam est istorum militia, in qua torque mereri dicendi sunt: D. Ioann. Chrysostom. D. Chrys.*

*difficultatem hanc paucis dirimit. Sicut (inquit) apud Reges fieri solet, vt non modo qui pugnant, sed & qui vasa, sarcinasque custodiunt, & pugnantibus preparant alimenta, & annonam, honoris participes sint: & sœpe contigit, vt paria bellatoribus acciperent premia, quamvis non facassent sanguine manus, neque arma cepissent: imo neque premium quidem aspexissent, multo magis in tribulatiōnibus sit, qui enim militem Dei fame confitum cibo recreauerit, qui illi adstiterit, qui verbo fuerit hortatus, qui obsequia reliqua interit, pari cum illo mercede donabitur. Haud scio, an aliquid maius, vel nobilius de eleemosyna prædicati possit, ex quo constat illum, qui fortunas suas pauperibus dispergit, quamvis ipse arma non tractet, quamvis rigidam vitam non instituat, abstinentias, ieunia, & eiusmodi alia non sectetur, quibus iusti secum ipsi belligerant, & cœlo ipsi vim parant, posse nihilominus torques, & alia bellatorum donatiua reportare, &c. Sed tamen alia ratione liberalis, atque beneficus non pugnare tantum, sed gloriosissime vincere dicitur, nimirum, cum in eum qui damnata sibi intulit, beneficia confert cumulatissima: hoc enim est Christianæ liberalitatis eximum facinus;*

*Paulus ad Romanos 12. Si esuriet inimicus tuus, Paul. ad ciba illum, & si suit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Ad denuum, noli vinci à malo, sed vice in bono malum. Quanta vero sit ista victoria, describit Chrysostom. Tunc vincis, & trophyum figis, & innumerous acquiris, qui te coronent. Quis negat tantam victoriæ torque, atque corona dignam esse? In Romana quidem militia, qui hosti luculentam infligebat plagam, vel hosti spolia detraxerat torquem referebatur.*

Demost.

16

Chrysost.

*Paulus ad Romanos 12. Si esuriet inimicus tuus, Paul. ad ciba illum, & si suit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Ad denuum, noli vinci à malo, sed vice in bono malum. Quanta vero sit ista victoria, describit Chrysostom. Tunc vincis, & trophyum figis, & innumerous acquiris, qui te coronent. Quis negat tantam victoriæ torque, atque corona dignam esse? In Romana quidem militia, qui hosti luculentam infligebat plagam, vel hosti spolia detraxerat torquem referebatur.*

referebat in Christiana verò, qui hostem eximio, ac A nobili affect beneficio, is torqueum sibi parit, vincuntque Torquati nostri Romanos Torquatos. hæc de liberalitate.

**18** Sed cum de veritate hactenus nihil miscuerim, libet nunc paúca subiicere. *Liga eam* (inquit Salomon) *in gutture tuo, & describe in tabulis cordis tui.* Id est, veritas tibi sit pro torque, & bulla ad pectoris demissa. Et quidem ornamentum istud aptissime adscribitur veritati: nam ut Diuus Augustinus ait in Enchiridio mendacium describens. *Men-*

**August.** *tientu proprium est aliud in lingua, aliud in pectore gestare.* Id est in eo, qui mentitur, verba quidem ab animi sensu dissident animus scilicet, ac verba conexa & conserta non sunt: contra verò in eo, qui vera profert, verba sensui conserta, & cōcatenata sunt. Quodquidem aptè significat torques à gutture, in quo verba efformentur, pendens, & ad cor, vel pectoris pertinens, & supra ipsum bullam ad cordis similitudinem suspendens. Quo simulacro non leuiter innuitur cor, vel sensus animi cum verbis congruere, atque nexus insolubili copulari debere. Torques verò hic nobilitatis, & ingenuitatis imprimis signum præbet. Mitto Apollonij sapientissimum ef- fatum apud Stobæum, qui *Mendacium* (inquit) *il-*

**D. Max.** *liberale est, veritas generosa.* Et Epicteti apud D.

**19** *Maximum ser. 35. Veritate nihil est honoratus, &c.* nemo enim est, qui mendaci turpitudinem, & veritatis nobilem gloriam ignoret. Deinde veritatistorques fascini medicamentum est. Paulus ad Galat. 3.

*O insensati Galate, quis vos fascinavit non obediens veritati.* Quasi dicat, quis vos mendaciis, & falsis dogmatibus, quasi fascinis quibusdam infecit, vt veritatem præsentissimum aduersus omnem fasci nationem remedium dimitteretis? Ad hæc veritas plurimarum concertationum præmium est. Missas

**August.** facio Martyrum pro veritate suscepimus pugnas. De quibus August. epist. 9. *Incomparabiliter* (inquit)

*pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorū. Pro illa enim fortius nostri Martyres aduersus hanc Sodomam, quam pro illi Heroes aduersus Troiam, dimicauerunt.* Atque illud addo veritatis esse proprium odium parere, & s̄epe videoas in veracem omnium arma cōuerti. Rursus veritatem de pugnando, disceptando post varios (si licet dicere) belli casus, ac pugnarum discrimina tandem asse quimur. Ergo ne fortissimi isti veritatis milites, ac satellites torque indigni censendi? Minime vero. Ad extremum veritas est dignū Principe ornamentum. Infrā c. 2. *Gloria Regum inuestigare sermonem.* Hæc de veritate pro veritate, quamvis in alio sensu, hic accipi constat, vt supra obseruauit.

#### IV. Et inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & hominibus.

**S**eptuaginta verba ista paulo aliter ordinant. E: *Inuenies gratiam, & prouide bona coram Deo, & hominibus.* Tamen ad eundem sensum facile reuocantur. Posteriora illa verba, *Prouide bona;* &c. recenset Paul. 2. ad Corinth. 8. Aquila, Symmachus, & Theod. *Circunspice bona &c.* Et quidem in Hebrao prior, & posterior clausula est in Zinui. scilicet in modo imperandi. Itaque sic licet legere. *Inuenies gratiam, & intellectum bonum in oculis Dei, & hominis.* Chaldaeus addit. *Gratiam, & intellectum bonum, & benignitatem.*

Lyra nomine *gratiae*, intelligit iustificationem; *discipline* verò externam modestiā, & morum compositionem. Beda *gratiam & disciplinam*, inquit, aliter coram Deo, aliter coram hominibus inueni-

Tom. I.

re licet: coram Deo inuenit *gratiam*, qui illius init amicitiam, *disciplinam*, qui indies in ea grata progressus facit: at vero coram hominibus *gratiam inuenit*, qui illis placet in bono; & *disciplinam*, qui se proponit exemplum, ex quo discant. Reliqui Iansenius, Rodolph. Caietan. non admordum ad rem. Sensus autem germanus hic est. Si misericordiam, atque veritatem colueris, & eas velut torque collo tuo implicantur, *Inuenies gratiam coram Deo, & hominibus*, id est, Deo, simul & hominibus placebis, gratiosus accedes, & *disciplinam bonam*, corā eisdem, id est, nihil in te, vel Deus, vel homines reprehēdēnt. Nam bonam inuenire disciplinam, vel intellectum corā Deo, & hominibus non est aliud, nisi bona prouidere coram eisdem. Id vero apud Paulum præmisso in loco est, sic se gerere, vt hominibus, atque Deo satis fiat, neque aliquid vituperio dignum fiat. Sic enim habet Paulus. *Deni-*

*tantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine que ministratur a nobis: prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Et quidem sermo erat de pecunia, quam acceperat in egenos distribuendam, quam sic se tractasse affir-

**C**imat, vt nulli ansā sinistræ alicuius suspicionis præbuerit, quasi aliquid illius in propria commoda ex pendisset. Prouidere autem bona, est ante videre, & explorare opera, quām fiant, nē locus sit vituperationi. Quomodo vero id fieri debeat ostendunt duæ aliae lectiones. Nam aliqui codices habent *et*, id est, *inspicere, introspicere bona* id est, internam operum intentionem cōsidera, propter hanc enim Deo grata sunt opera, Aquila, Symmachus & Theodot. *circumspice bona.* Id est, per omnem regionem cōtemplare, omnes videlicet circumstantias externas, quā ad honestatem operis faciunt, attente intuere vt hominibus probetur. Itaque Salomon suadet nostra opera circumspicienda, & introspicienda, vt Deo simul, atque hominibus placeant; introspicit enim, qui ad internam operam intentionem inspicit, vt Deo grata accident: circumspicit, autem, qui omnes externas circumstantias obit, vt hominibus honesta appareant.

#### V. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentie tuae.

**E** *Habe fiduciam in Domino.* Septuaginta. *Este fidens ex toto corde tuo super Dominum.* Sym machus, *spera in Domino.*

*Et prudentie tuae nē innitaris.* Septuaginta, *In tua autem prudentia ne exalteris.* Hebraicè *Thi sagen*, à verbo *Saghan*, id est, adhæsit, innixus est, inde *Mishhan*, baculus: Itaque perinde est, ac si dicat: ne prudentiæ tuae baculo innitaris. Alij conuertunt, *Nē adhæreas prudentiæ tuae.* Theodor. *μή ἴπειδο*, id est nē insistas, nē obfirmes grā dum. Symmachus, *μη ιατ πνιγω*, ne sis confidens.

Interpretes communiter existimant iam hic Salomonem in suorum præceptorum exordio humilitatem, & confidentiam in Deo, & diffidentiam sui præscribere, quod fundamentum præbent reliqua virtutum structure. Sic Hugo, Iansenius, Rodolphus, & Caietanus. Verunitamen loci huius sententiam assequutus est Beda. Nam Salomon (inquit) ne magnitudine præceptorum deterret auditores, qui de sua virtute, constantiaque vereri s̄epius solent, præmittit, hæc quidem non humanis viribus, aut prudentia esse præstanda, sed diuinis auxiliis, quā cum præsto sunt, nihil est arduum. Propterea dicit. *Habe fiduciam in Domino ex toto*

G

*Sal. Viennensis Episcop. 23.*

*corde tuo*, id est, integrum in illo confidentiam colloca: *Et ne innitaris prudentiae tuae*, id est, ne putas tua prudentia, vel prouidentia, vel viribus ea perficienda, quæ statim præscribam, ne animo concidias, atque deficias. Cum Beda sentit Saloniūs Viennensis Episcopus, in *Mystica expositio*ne *Prouerb. 6.* Sed sunt aliqua, quæ si expendantur: non parum illustrant interpretationem nostram.

*Petr. I. c. 5. nuu. 7.*

*Psalm. 54 nuu. 23.*

*D. Basil.*

*Machar.*

24

25

Iac. 21. n. 6

*Habe fiduciam in Domino.* Verbum originale, ut obseruant radicum exacti scrutatores, opponuntur timori: Itaque perinde est. *Habe fiduciam in Domino*, ac si dicat: *Aude in Domino*, Securus de illius ope, & auxilio hæc audacter aggredere, quæ tibi præcipio. Septuaginta legunt, *super Dominum*. Et quidem præpositio, *super*, exponit vim gratiarum, & auxiliorum Dei: quæ nos quodammodo super se tollunt, atque deferunt. *Petr. I. cap. 5. Omnia (inquit) solicitudinem vestram proticentes in eum*, quoniam ipsi est cura de vobis. Rursus David Psalm. 54. *Iusta super Dominum curam tuam*, & ipse te enuiriет. Vel vt alij habent, & ipse suscipiet, scilicet super se. Hebraicè ad litteram: *iusta super Dominum onus, vel pondus tuum*. Chaldaeus: *Proice super Dominum spem tuam*. Et ipse suscipiet, tanquam nauis scilicet aliqua deducitur tandem in portum. Subdit enim: *Et non dabitis in eternum fluctuationem iusto.* Id est, tutus, atque salubriter vehet. Diu. Basilius de his agens, qui postquam virtutem aggressi sunt, atque è portu soluentes vela (vt aiunt) ventis fecerunt, ac postea recurrent ad vitia pristina, componit eos cum his, qui nauim ingressi, atque grauiter fluctuatione succussi ad nauem commouentur, qui statim se in lembum transferrunt, & à lembi in tellurem transmitti postulant. Ad eundem modum illi ab honestiori vita in aliam minus honestam, & ab hac in vitia pristina redeunt. Sed cur hoc illis accidit? Profecto quia se, omnemque suam curam, & pondus, & onera super Deum ab initio non iactarunt, propterea fluctibus temptationum iactati, atque succussi ad nauem virtutis adducuntur, & ad præterita vitia recurrent. Nam illi, qui suas spes, ac curarum pondera super Deum prouicuit, quasi nauis vectus æquabilis, & inconcussa, nunquam fluctuat, nec nauem afflatur. *Non enim dabit in eternum fluctuationem iusto.* Et quidem nauis hæc constans, & inconcussa Spiritus Sanctus est, de quo eleganter Diuus Machar. hom. 44. *Quemadmodum per se nemo potest transire mare nisi levem, ac tenuem nauculam è ligno constructam habeat, que sola potest super aquas iuicere; quia a demergitur, & interit quis, si ambulet super mare.* Itidem non potest anima per se ipsum transgredi, superare, aut transire acerbum mare peccati, & difficilem abyssum improborum spirituum, nisi suscepit subtilem, cœlestem, & volatilēm Christi spiritum ambularem, & incidentem super omnem nequitatem, & minimè fluctuantem, cuius beneficio recto, & breui cursu, & salubri nauigatione ad cœlestem quietis portum peruenire poterit. Expende illa verba: *minimè fluctuantem*, & rursus illa: *salubri nauigatione*: Qui enim spiritui Dei se committit, non fluctuat, non naueat. Illum profecto nauis quadam virtutis gratissimè afflictari necesse est, qui sive ipsius prudentia, aut prouidentia nauem subit inquietam, & viatorum consiliorum iactatione assidue nutantem, & fluctuantem. Propterea subdit: *Et ne innitaris prudentiae tuae*; id est, ne de gratia Dei, atque diuina prouidentia hæfiant existentes in tua prouidentia, & consilio fiduciam esse collocandam. *Qui enim bestiat* (inquit Iacobus capite 1.) *similis est fluctui mariis;*

*A qui à vento mouetur, & circumfertur.* Consilia Sap. 9. autem humana, seu prouidentia his hæsitantia vnde iactata semper nutant, semper fluctuant. Sapient. 9. *Cogitationes mortaliū timide, & incerte Græcè (θαράξεις, id est, instabiles, fluctuantes) prouidentia nostra.* Ergo qui in sua prouidentia, & viribus confidens rectum viutis cursum in hoc inabili vitæ pelago agreditur, is quidem brevius ad nauem, tediumque adductus ad antiqua via se recipiet: Instabiles enim sunt, atque fluctuantes prouidentia nostra, nauem commouent. Et quia humanas vires, & prouidentiam fluctuant, & nutant nauis contulimus: vt illi minime fidendum esse constet: quam sit isthæc nauis incepta, & imparata, si absit Spiritus Domini eleganter docuit Basilius homilia de Spiritu Sancto. *Da Basilius mihi*, inquit, *nauim vacuam, gubernatorem, nauis fines, anchoras, omnia disposita, & nusquam esse spiritum venti, nonne cessat omnis qualiscumque apparatus, si desit operatio spiritus?* Ita licet si sermonis ampla supellex, mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, si non adgit Spiritus Sanctus, qui *vin* *suppeditet*, *otiosa sunt omnia*. Iam videt quid valeat humana prouidentia, cum abest gratia. Quantum vero hæc, gratia opitulante, poslit, accipe ex Chrysostomo homil. 34. in Epistolam ad Hebraeos. *Quomodo enim fieri non potest, ut nauis impediatur vel demergatur, donec vento vittur prospero, & perpetuo, sed & postquam redierit, magnam sui successus præbet gloriam, & nauis, & viatoribus: illis quidem dans quietem, & non sinens, ut remis adlaborent: hos autem ab omni metu liberans, & iucundissimum spectaculum suum præbens cursum.* Ita etiam anima diuino munita spiritu, & superior quidem omnibus fluctibus eorum, que ad hanc vitam pertinent, viam, quæ est in cælum, secat vehementius, quam illa nauis, ut que non pellatur à vento, sed vela habeat, eaque munda, impleta ab ipso paraclete, &c. Audiat hæc ille, qui putat perinde esse virtutem amplecti, & ad trimes damnari: nouerit eum, qui à gratia diuina impellitur, remis non adlaborare, sed suum ipsius cursum, tanquam iucundissimum spectaculum, contemplari. *Ne ergo innitaris prudentiae tuae*, sed gratia.

25  
Chrysost.

*Innitaris.* Supra obseruui vocem originalen Sahan, idem esse, quod baculo incumbere, aut inniti. Itaque perinde est: ac si dicat, ne in prouidentia tua, quasi in virga, vel baculo obfirmes manum. Est quippe baculus arundineus, debilis, & fragilis. Vel aliter baculum: aut virgam gerere, erat olim potestatis insigne. Quid certius? Iudices populi apud Hebraeos baculos manibus gerebant, & virga seu baculus in manu Moysis potestatis illi à Deo traditæ nota fuit. Ergo sic licebit interpretari: ne quasi baculo prouidentia tua vtaris, id est, ne putas futuru, vt tua ipsius prouidentia te ipsum regere, atque res tuas administrare possis ne scilicet existimes, quod quia non nihil prouidentia assequitus es baculum, seu virgam, id est, potestatem inuenisti ad te, aliosque moderandos: *Ne innitaris prudentiae tuae.* Vel aliter. *Baculus*, inquit Chrysost. *senectutis sustenta.* D. Chrysost. est. Quapropter dixerim eò spectasse Salomonem, vt his verbis iudeat sapientia, vel prouidentia propria nō inniti. Nam si qui possent certo propriis consiliis, & prouidentia fidere, maximè senes, & grandævi propter experimentum, & canos. Ait ergo. *Ne prouidentia quasi baculo innitaris*; id est, etiamsi ad senectatem peruenies, cum opus est baculo, ne tunc quidem tua prouidentia, quasi baculo vtaris. Et quidem Seneca non dixit suam seni sapientiam pro baculo esse, sed alienū, quam ipse descendit, & audiēdo.

Seneca.

<sup>27</sup> ab aliis sibi acquirit: Sic enim ait, in Prou. Doctri- A nam tanquam baculum infirmo corpori repartam esse dixerim (loquitur enim de fene) & eundem esse finem descendendi, atque viuendi.

Iob. 18. <sup>10.</sup> <sup>nu. 7.</sup> Denum: Nè pedem, seu gradum offimes in tua prudentia, vt habet Theodot. Est enim res instabilis, atque fluxa, vel potius labilis. Iob 18. de homine, qui suis consilii insistere pedibus voluit, sic additur, Arctabuntur gressus virtutis eius, & precipabit eum consilium eius. Chaldæus conuertit: Et proiicit, vel, executiet cum consilium eius, equi videlicet in modum fallacis, & infidi, qui equitem exiliendo, calcitrando deturbat. Ideo Salomon: Nè innitaris prudenter tuae. Vel: Non offimes pede: in prudentia, quasi eques scilicet instapeda, est quippe fallax equus, atque tandem, executiet te consilium tuum.

VII. In omnibus viis tuis cogita illum: & ipse dirigit gressus tuos.

<sup>28</sup> In omnibus viis tuis cogita illum. Hebraicè, sci- C to, aut cognoscere illum. Septuaginta. Cognoscere il- lam: id est sapientiam, vel misericordiam, de qua supra. Hieronymus aduersus Pelagianos lib. 3. co- gnoscere eum.

Et ipse dirigit gressus tuos. Hebraicè. Viastus. Septuaginta, Et rectas facias vias tuas. Lyra, & Caietan. existimant præcipi in hoc loco restitudinem intentionis, per quam gressus, id est, opera bonum in finem, honestumque diriguntur. Hugo, & Iansen. putant Dei præsentiam suaderi, qui enim Deū in omnibus operibus suis præsentem intuen- tur, & illius oculos nihil latere cogitant, magnum ad bene operandum iacentimentum habent. Rodolphus nec non Hugo in ., exponunt ad hunc modum: In omnibus viis tuis cogita, vel cognoscere eum, est, vim eius, vel gratiam. Scilicet in omnibus, quæ rectè gesseris, Dei opem agnosce, & illi accepta re- fer bona tua, non tibi: Et ipse dirigit gressus tuos, id est, hac animi tui deiectione obtinebis, vt Deus ipse gressus tuos regat, vt in bonis semper progre- diaris. Hanc posteriorem expositionem, quia me- lius cum antecedentibus cohæret, cæteris præfe- rendam esse sentio. Et quidem in eo sensu accepisse videtur D. Hieron. loco citato: vbi contra errorem Pelagi verba ista producit, quatenus bona opera viribus naturæ praestari posse iactabat.

<sup>29</sup> Sed tamen si præsentem Deum habere suaderet Salomon (vt aiunt Iansen. & Hugo.) expende ad hunc modum: In omnibus viis tuis cogita illum. D. Isidor. libr. 1. sententiæ cap. 15. exponit quid sit cogitare, & cogitatio, his verbis. Ex causa sortita est vocabulum cogitatio, cogendo enim animum re- minisci, quod in eare possum est, dicetur cogitatio. Itaque cognitionis nomen à cogendo fluxisse affir- mat. Quapropter ea tantum cogitare propriè & germane dicimus, quæ nos sua cōsiderationis vi, ad aliquid præstandum, quasi cogunt. Ergo accom- modatè satis interpres noster vñs est ea voce, cogi- taillum, vt suaderet Deum semper in rebus omni- bus præsentem intueri oportere, quia tanta est hu- ius cognitionis, siue contemplationis vis, vt quo- dammodo (si licet dicere) cogat nos ad integrè san- ctèque viuendum. Vnde Seuer. Poëtius apud Hu- gonenm in hunc locum Magna. inquit, nobis indicta est necessitas probitatis, nisi dissimulare velimus, cū omnia agamus in oculis Dei cunctacernentis Rursus D. Isidor. alibi docet cognitionem esse rerum præ- sentiam: nam c. i. de differ. inter memoriam, inquit, & mentem, & cognitionem, id versatur discriminis:

Sen. Boët.

Isidor.

Quod memoria præterita reuocat, mens futura præ- senit, cogitatio præsens complectitur. Aptè igitur noster, cogita, id est, præsentem intuere, ne- que verò vt cogitare dicamur, satis est, si res sit præ- sens in tempore, sed oportet, vt loco etiam adesse constet. Vnde vñterius Isidor. Fæmina, quæ spon- sum coniugem abesse dolet, & domi illius effigiem ad viuum expressam contemplatur, non cogitatio- ne, sed recordatione illius frui dicitur. Accipe ver- ba antiquissimi Laetanti, aduersus eos qui naturæ Laetant. opera se contemplari iactabant, & in his Deum agnoscere, tanquam in suis imaginibus libr. 2. de origine erroris, cap. 1. Quero enim, inquit, si quis imaginem hominis peregrinè constituti contempletur sepius, vt ex ea solatum capiat absentis, num idem sanus esse videatur, si eo renverso, arque præsente in contemplanda imagine perseneret, eaque poissu quā ipsius hominis aspectu frui velit? Minime pro- fectò, Etenim hominis imago necessaria tunc vide- tur, cum procul abest: superuacua futura, cum præ- sto est. Dei autem, cuius spiritus, ac numen vbi- que diffusum est, abesse numquam potest, eius ima- go superuacua est. Hæc ille perperam, vt imaginem vñsum damnaret: sed nostro instituto accommodata comparatio suadet Deum per se ipsum contem- plari oportere, & non solum per aliarum rerum na- turalium notitias, tanquam per imagines, quia sem- per, & vbiique adest, hoc est (vt vno verbo dicam) Deum cogitandum esse. Hæc enim Dei præsentis cogitatio magnam vim habet ad vitam, & mores informandos Et quidem Sen. li. Naturalium quæ- stionum contemplationem rerum naturalium mi- rificè extollit: Quia per hanc, inquit, animus perit altum, & ad Deum longis itineribus deuenit. Hic certe vtebatur imaginibus, vt eum, quem abesse credebat, in memoriam reuocaret: Longis itineri- bus, id est, per anfractus rerum creatarum. Christia- na vero Philosoph. compendio vtitur: nam cum do- ceat Deum, vbiique præsentem esse, non tam in eius imaginem, quæ in ipsum oculos desigere præcipit. Hoc enim ad mores informandos plurimum facit. Denique verbū cogito (vt admonet Festus) frequē- tatiuum est à verbo cogo, atque adeo frequentē Dei contemplationē significat: innuit autem non semel, aut iteru; sed sàpè, ac sèpius Deū cogitatione recolendū. Ipse enim est regula nostrarū aitionum, atq; adeo toties hanc r. gulā mente accipere debemus, quories actiones nostras mentiri oportet. Propterea subdit, Et ipse dirigit gressus tuos. id est, regulæ in modum, quemadmodum dirigendi sint ostendet.

Quod si ultimam expositionem amplectamur, quæ est de cognitione gratiæ, & auxiliorum Dei, per quam homo nihil tibi arrogat ex bonis, quæ agit, sed Deo cuncta se debere agnoscit. Sic expon- dere licet illa verba. In omnibus viis tuis cogita il- lum, vel cognoscere. Paulum scilicet imitare, qui quo- ties boni aliquid à se præstitum nouerat, statim sub- F debat. Non ego, sed gratia Dei tecum. Gratia Dei sum, id, quod sum, aut quiddā simile. Et quidem, Hu- ius cognitionis pondere, verba sunt Euthym. per altis. Euthym. simas cæli plagas animum libratabat suum, ne leuem mentem inanis glorie aura corriperet. Id est, cū ter- tium ad cælū raptus esset, in ea diffcili, atque ardua via ea consideratione leuitatem animi contra inanis gloriæ flatus stabilire conabatur. Gratia Dei sum id, quod sum. Apposita sunt ad hanc rem verba, atque similitudo Amb. l. 3. de virg. Si munera, inquit, iui- na superfluere in te, & redundare cognoveris: tua me- tire virtutem, & gratia Deo redde, contemplationē que corporis sui velut nauis faburram suscipe, ne in- tantis mundi fluctibus iactantia aura circumfera- tur. Apis illa sapiens cū aeris motus suspectos habet,

30

G ii

*lapillis sepe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium precipitent flabram ventorum.*  
Ac statim subdit. *Paulus, & Barnabas sic se gravare putauerunt, cum cernerent se adorari.* Id est, ea cogitatione se contra inanem gloriam obfirmaverunt, cum diuinos illis honores homines deferebant. Ac demum ait: *Et in cause illius apicule modo, ne alarum tuarum volatum auramundi huius extollat.* Salomon igitur ait: *In omnibus viis tuis cognosce Deum, id est, illius gratiam agnosce, & hac cognitione stabilitus semper viam tenebis rectam.* *Et ipse diriges gressus tuos: etiam si nubila ipsa cum Paulo tranare oporteat.*

## VII. Nè sis sapiens apud temetipsum.

**H**ebraicè: *Ne sis sapiens in oculis tuis.* Septuaginta: *Ne sis prudens apud temetipsum, & eodem modo Paulus in Epistola ad Romanos capite 12. Vbi sic habet: Nolite prudentes esse apud vosmetipso.* Aquila, Symmachus & Theod. habent coris, ut nostra Biblia. Parum interest, Hispanica habent: *No presumas di ti ser fabio.*

Interpretum omnium vna est sententia, qui his verbis humilitatem, & animi demissionem insinuari asserunt, sed non est unus exponendi modus. Caietan sic explicat. *Ne tu ipse de tua sapientia iudicium feras.* Sis ne sapiens, an insipiens alijs decernant. Hugo: *Ne sis sapiens*, inquit, *apud temetipsum*, noua scilicet inueniendo ex te ipso. & tuas alienis opinionibus preferendo. Preferenda tamen est aliorum interpretatio, scilicet Lyræ, Iansenii, & Rodolphi, quæ sicut habet, *Ne te sapientem esse, aut prudentem vana elatione persuasim habeas.* Quod satis bene expressit Hispanica: *No presumas do ti ser fabio.* Nam, & Paul. loco citato postquam dixit: *Non alta sapientes, sed humiliibus consentientes.* Id est, non de vobis elati, sed demissi sentientes (ut solent humiles.) Subdit. *Nolite esse prudentes apud vosmetipso.* Quem locum sic explicat Chrysoft. *Ne putetis vos sufficere vobis ipsis.* Nihil enim ita à reliquis auellit, & abscondit, quem admodum si quis se sufficere sibi ipse putauerit. Et quidem hæc Chrysoft. expositio melius cum antecedentibus congruit, si verbis Salomonis accommodetur. Sed pauculas nostras adscribamus.

**S**eneca. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Primo, quia si se sapientem esse quis falso concipit, is discere ab aliis turpe, & indecorum iudicat. Vnde eleganter Seneca libro 3. de ira capite 36. *Familiariter, inquit, domestica aspicimus, & semper iudicio favor officit. Putum multos ad sapientiam potuisse pervenire, nisi putassent se peruenisse.* *Quis unquam sibi ipsi verum docere ausus est?* *Quis inter blandientium, adulantiumque positus greges plurimum tamen sibi ipsi assentatus non est?* Salomon ergo, cum velit sua auditori precepta insinuare, suadet primum, ne se vana elatione sapientem esse putet, ne, dum sapientem se esse gloriatur, contemnatur discere. Et quidem statim, atque quis se sapientem esse apud temetipsum statuit, prorsus delipe-  
re incipit, & multis erroribus facit locum. Ad id spectant verba Pauli ad Roman. 1. *Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.* Cuius rei causam obtulit Diuus Ioann. Chrysoftom. homil. 2. in Epistola ad Romanos. Quia nimis præsumptio labyrinchi cuiusdam infinitis erroribus implicata aperit portam. Sic enim ait: *Talis est cognitio- num natura, labyrintho cuiusdam similis est, mul- tum unquam finem habens, originem ab arrogantia & propria sui existimatione sumens.* Cum enim

**P**aul. ad Rom. 1. num. 22. **C**hrysoft. *lapillis sepe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium precipitent flabram ventorum.* Ac statim subdit. *Paulus, & Barnabas sic se gravare putauerunt, cum cernerent se adorari.* Id est, ea cogitatione se contra inanem gloriam obfirmaverunt, cum diuinos illis honores homines deferebant. Ac demum ait: *Et in cause illius apicule modo, ne alarum tuarum volatum auramundi huius extollat.* Salomon igitur ait: *In omnibus viis tuis cognosce Deum, id est, illius gratiam agnosce, & hac cognitione stabilitus semper viam tenebis rectam.* *Et ipse diriges gressus tuos: etiam si nubila ipsa cum Paulo tranare oporteat.*

A quosdam pudeat ad fidei susceptionem accedere ne videantur cœlestia ignorare, ipsi in cogitationum suarum minutias se coniiciunt. Itaque Chrysoft. affirmat propriam cogitationem, & discussum nihil differre à labyrintho quodam perplexis erroribus, gyrisque implicato: atque adeò, qui propriis cogitationibus, atque rationibus se commitit, similis est ei qui labyrinthum adit, quem necesse est per inumeros errorum anfractus ferri. Huius autem labyrinthi portam aperit vana, & arrogans sui existimatio, dum quis se sapientem esse apud se statuit, vnde & ab aliis discere detribet. Ergo Salomon cauet auditori suo ab hoc incommodo, vtque docilem illum reddat, ait: *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Nam aliter labyrinthi cuiusdam infinitum aditum reserasti, ac te mille erroribus implicuisti.

Secundò, quia nihil est, quod veram magis aliquius ignoratiam prodat, quam inanis sui existimatio: nam quod quis magis in sapientia proficit, eò magis imperitiam suam solet in dies agnoscere. Vnde Plutar. Menedemum, & D. Maxim. Confessor. in sermone de ignorantia Plutarchum profert hæc dicente. *Menedemus aiebat multos nauigare Athenas, qui primum essent sapientes, deinde fieri sapientia amatores, deinde Rhetores, postremò idiotas.* Inueniebat autem illos quod maiores in dies profectus in sapientia faciebant, eò demissius de se cogitare solitos. Subdit autem Plutarch. in *Philosophia*, quod magis profeceris, eo minus turgebis fastu. Ergo quod Athenæ faciebant, longe excellentius præstat schola Christi, in qua quodvis amplius proficit, eò magis ignorantem, & idiotam se esse planè cognoscit. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 3. Si quis videtur apud vos sapiens esse, stultus fiat, scilicet in sua existimatione, vi sit sapiens, num. 18. hoc est, vt se sapientem esse démonstret, stultum affirmet, vt credat.

**H**ebraicè: *Ne sis sapiens in oculis tuis,* Georgius Venetus Harmon. can. 1. capite 2. satis acutè: Duo (ait) prohibetur homo ponere sibi ob oculos, scilicet sapientiam suam, atque vinum, quia vrumque æquè nocuum. Ne ipius sapientiam intueatur, docetur hic: *Ne sis sapiens in oculis tuis.* Ne vinum aspiciat, infrà capite 23. *Nè intuaris vinum, quando fluescit,* &c. quod qui-

E dem idem dictum, quia vrumque ebrietatem, atque temulentiam adducit. Quod satis venustè expressit Isaias capite 5. qui poltquam dixit. *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipso prudentes,* statim nullo interuallo subiicit. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes admiscendam ebrietatem.* Quasi vrumque par est malum. Ad id spectant verba Ambrosi, in Epistola Pauli ad Romanos. *Sicut vinum non temperatum sine mixtione aquæ mentem alienat: ita scientia superbiā facit, nisi fuerit charitate temperata.* Scientia (inquit) id est, vana existimatio sapienti. Nec abest longè ab hac sententia Pseudo Cle- Pseudo ment. locus libr. 5. Recognitionum de his qui cum Clemens. parum sapient, sapientiam venditant: *Nihil gra- uius, quam si id, quod ignorat quis, scire se credat: quod tale est, quasi si quis ebrios sobrium se putet.* Rursum id interest inter humanam atque diuinam sapientiam, quod illa excipit, redditque vultum intuenti, atque adeò seipso in eo contemplantes antiqui Philosophi fastu nimio intumescebant. Humanæ enim sapientia superba, seu admiratrix, & ostentatrix. Hæc verò id est, diuina neque excipit formam, neque reddit: vnde qui ad illam inspicit, se ipsum minimè intuetur. Sic expōnit Clemens Alexand. lib. 1. Pædagogi cap. 3. illa Cle. Alex.

34

Georgius Venetus.

35

Ambros.

36

**I. Petr. 2.** verba! Pet. cap. 2. *Sicut modo geniti infantes, Verba! (sic habet ille) & sine dolo lac concupiscite, id est diuinam sapientiam, quæ lactis instar obtinet, sine dolo, quia cum alijs ferè liquores species intuentium recipiant, & referant, lac candore suo, nec recipit, nec reddit. Hoc est, cum humana disciplina, atque scientia homines sui ipsorum admiratores, & aestimatores dolo manifesto efficiant: diuinior ista doctrina doli expers humiles potius, atque demissos animos reddit. Ideo Salomon: *Ne sis sapiens in oculis tuis.* Ne in tua te ipsum sapientia contemplari velis. Eam elige disciplinam, in quam cum inspicias, non tam te ipsum, quam Deum ipsum intuearis. Ideo subdit*

**VII. Time Deum, & recede à malo.****VIII. Et erit sanitas umbilicatu: & irrigatio os̄iū tuorum.**

**T**ime Deum, & recede à malo. Septuaginta: *Et declina ab omni malo.* Et erit sanitas umbilico tuo. Septuaginta: *Corpori tuo.* Et irrigatio os̄iū tuorum. Septuaginta: *Et curatio os̄ib⁹ tuis.* Græcè. ομηλεια, significat potius curam, diligentiam, & exercitationem. Sumiturque pro curatione non solum corporis infirmi, sed etiam fortis, & robusti, ut magis roboretur. Vnde qui, Athletas inungebant ad pugnam, Epistles, & Epimelites dicebantur. Aquila πελευς, id est, irrigatio, ut nostra, seu potio Expressit hoc Hispana, quæ conuertit, Bebra. ge. Symmach. μίνη, id est, pinguedo, vel medulla. Theod. καταρρεψη profusio. Hebraicè est Sikui, alias semper potum significat Ose⁹ 2. vers. 5. Psalm⁹ 102. vers. 10.

Omnium fere interpretum vna sententia est, qui verba illa priora accipiunt, ut sonant, *Time Deum, & recede à malo.* Nam hoc fuit ex illo: qui enim Deum timet, sibi etiam ab omni timet malo, ne Deum in se concitet. Admonet Beda supra ad debilem hominem, cuius animus cadit, atque deficit, ita dictum: *Habe fiduciam in Domino, &c.* Nunc verò eidem, ne vana fiducia elatus plus aequo speret, timorem incutit: *Time (inquit) Deum, & recede à malo.* Sic habetur infra capite 14. *Sapiens timet, & recedit à malo.* Nihil enim est, quod magis iactantiam mentis deprimat, quam timor. Ad Romanos 11. *Noli altum sapere, sed time,* apud Clementē Alexandrinū lib. 2. Stromatum, non est εολε τὸν θεόν, sed επιστολε id est, super time. Ad id pertinent verba illa Ecclesiast. 25. *Ti-* **Eccles. 25.** *mor Dei super omnia se superposuit.* Superponi autem dicitur, quia omnibus aliis, vel virtutibus, vel Dei donis insistens, quasi pondus aliquod gracie deorsum cuncta premit, ne scilicet efferantur: *Ita super time idem est, quod super te timorem excipe (hæc sit vna expotio.)* Primo tanquam equus sessorem. D. Chrysostom. homil. 5. de verbis Isaiae. *Talis (inquit) est anima, in superbia elata, nequaquam desinit furere, verum habens laxans irrationabilibus cupiditatibus, & non aliter quam equus ferocius, ubi frenum ore, sessorem tergo excusbit, fertur quoquis vento velocior, omnibus aliis intolerabilis, fugientibus cunctis, neque quoquam accedente eum cohibere. Sic anima, quæ Dei timorem ipsam refrenantem excusbit, ad quævis malitia loca decurrit, atque in exiliis bariathrum delata precipitat suam ipsius salutem.* Quid illustrius? Secundò tanquam nauis Nauclerum, qui puppi assidens eam gubernat, & in

**Paul. ad Rom. II.** **Cle. Alex.** **EEccles. 25.** **nn. 14.**

**Chrysost.** **38** *Et erit sanitas umbilico tuo, & irrigatio os̄iū tuorum.* Interpretes vanimi conspiratione verba ista de spirituali animi salute accipienda esse docent. Sed diversi diuersa. *Et erit sanitas umbilico tuo.*

Tom. 1.

**A** portum regit. Idem Chrysostomus homil. de fide D. Chrysostom. Anna, expendens foemina, vel potius Heroina illius robustam animi magnitudinem, quæ tanto tempore emula probra, conuictaque sustinuit, sic addit. *Siquidem Dei timor, tanquam Naucleus gubernaculis assidens persunxit eam tempestatem quo animo esse ferendam: nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum onere plenam, hoc est, veterum pretioso thesauro onustum.* Tertiò sicut turris præalta excubitorum vigilem, atque custodem, qui præuidens mala antequam eueniant, omnes animi vires excitat ad repugnandum. Augustin. serm. 18. de verbis Apostoli, timorem Dei animi excubiam, custodem, & speculatorum appellat. Et quidem quemadmodum speculator eminus igni, vel fumo significat hostes adesse, atque bellandi tempus instare: Sic timor Dei ignes illos, seu ardores semipternos, & caliginosos aucteri fumos obiciens menti, animi vires omnes ad prælum comparat. Ergo super time Deum; perinde est, atque timorem Dei super te excipe. Nimirum tanquam equus sessorem, tanquam nauis Nauclerum, tanquam specula excubitorum: *Et recede à malo,* id est, timor hic te ab omni malo recedere faciet, nimirum sicut sessor equum à præcipito auertens, sicut Nauclerus nauim à syrtibus, vel scopulo duersum agens, sicut speculator urbem ab omni hostili irruptione defendens.

Possumus autem aliter exponere illud *Super time Deum*, per quandam exaggerationem ad hunc modum: Non time tantum, sed super time. Cum quis imminente sibi periculo, vel damno metuit, tunc quidem timere dicitur: cum vero nulla tunc causa metus intercedente quis nihilominus veretur, tunc supermetuere dicendus est. Ergo super time Deum; perinde est, ac si dicat, etiam si nulla causa metus apparent, quia tibi securus, & metu immunis videris, nihilominus timore sancto ne vacet animus. Elegantis similitudine id expressit Macharius. homil. 43. *Sicut mercatores inter nauigandum, etiamsi ventum tranquillum, & mare propitium nocti sint, si nondum ad portum peruenierint, metuunt tamen, ne quoquomovento contrario excitato fluctibus exuestent mare, & nauis periclitetur:* Sic & Christiani

**E** licet habeant in se flantem prosperum ventum Sancti Spiritus, adhuc tamen formidant, ne ventus aduersarie potestatis exurgat, qui tempestatem, fluctusque moueat in animis eorum. Quapropter sicut nautæ etiam tunc cum mari placido, & secundis ventis frui licet, instrumenta expedita, & comparata habent; quibus aduersus tempestatem vti debent, veriti scilicet commutationem ventorum. Sic illi qui timent Deum, etiam cum securi videntur, commutationem formidant, & instrumenta ad obliquantum in promptu habent contra tentationes, & incursus Dæmonum, &c. Et id quidem est, *super time:* & qui hoc modo Deum timet, is quidem recedit à malo: Longissime enim absit, ut aliquid Deo iniurium admittat. Ad extreum: *super time Deum,* ita licet exponere; Ne metu aliquo seruili, & inglorio, & inferioris conditionis formidare velis, qualis est timor poenæ: sed superiori, atque nobili filiorum timore. Is. enim διάβολος, id est, super time appellari debet: hic quippe est timor ille, qui verè se super omnia superposuit.

**F** *Et erit sanitas umbilico tuo, & irrigatio os̄iū tuorum.* Interpretes vanimi conspiratione verba ista de spirituali animi salute accipienda esse docent. Sed diversi diuersa. *Et erit sanitas umbilico tuo.*

G 88

Hugo. *Medebitur concupiscentiae, vel infirmi tati virtutis: Vcl in vmbilico semen (inquit) est generabile. Itaque significare potest facultatem spiritualiter generandi per verbū prædicationem, qua pollut Doctores, quam sanam futuram esse dicit, quia sana erit eorum doctrina, atque zelus ardens.*

*Cantic. 7. Unde de sponsa sic dicitur Cantic. 7. Vmbilicus tuus crater tornarilis, non indigens poculis: id est, alij, quibus alget stomachus, & venter, opus habent vini potionē, ut calorem afferat, non sic tibi, cuius in corde tantopere ex ardet, & astuat charitas, & zelus: Hec tibi pro vino, atque adeo non indiget poculis. Subdit: Et irrigatio ossium tuorum, id est, potentiarum animi, vel etiam virtutum. Lyra per sanitatem vmbilici intelligit bonam animi dispositionem in prospectis: per medullam ossium, constātiā in aduersis. Rodolphus interioris hominis virtutes, & exteriora opera contemplatur. Beda, quia infirmitas (inquit) operum vmbilico adumbrata ad statum perfectionis conualescet. Ianuenius appetitionem in vmbilico, & intellectuam animi partem in ossibus meditatur.*

*Iob. 21. Sed tamen, cum allegorica sit ista loquutio, decernere oportet, quid verba ex proprietate sua sibi velint. Puto ergo hac verborum ambage bonam totius corporis valetudinem notari. Iob 21. eisdem penē verbis significatur perfecta sanitas. *Viscera* (inquit) eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigabuntur. Et quidem vmbilicus viscera, vel totum corpus significat. Sic acceperunt partem pro toto Septuaginta. *Et erit sanitas corpori tuo.* Similiter ossa pro integra compagine sunt accipiēda, quæ tunc maximē robusta esse constat, cum medullis, quibus aluntur, referta sunt. Hec verō valetudo ad animum translata perfectam illius sanitatem omni peccatorum morbo, atque contagio expertem in vniuersum significat. Itaque mens Salomonis est Dei timorem sanitatem animi allaturum, quæ sanitas in corporis valetudine adumbratur: Quasi dicat: Non aliter alebis animo, atque corpore vailes: tunc enim sanitas, & incolumitas maxima inest vmbilico, id est, corpori, cum medullis ossa plena sunt.*

*August. Sed videre oportet qua ratione timor Dei hanc animi valetudinem efficiat. Diuus Augustinus in Epistol. i. Ioannis tract. 9. sic de timore. Stimulat timor, sed noli timere: intrat charitas, quæ sanitas, quod vulnerat timor. Timor Dei sic vulnerat, quomodo Medici ferramentum putredinem tollit, & quasi videtur vulnus augere. Ecce putredo, quando erat in corpore, minus videbatur vulnus, sed periculosius. Accedit ferramentum Medici, minus dolebat illud vulnus, quam dolet modo, cum secatur: plus dolet cum curatur, quam si non curetur. Sed ideo plus dolet accidente medicina, ut non plus doleat, accidente salute. Occupet ergo cor tuum timor & inducta charitate succedat cicatrix ferramento Medici: talis Medicus est, ut nec cicatrices appareant. Haec tenus Augustinus qui describit modum alterum, quo timor Dei nostris mederetur membris, videlicet sectione, ferro, & igne. Addit autem sanitatem adeo perfectam inducere, ut nec cicatrices vulnerum appearant. Tunc nimimum, cum charitatem in cor adducit, quæ perfecta est totius animi valetudo. Ruris Theodoretus lib. i. de curatione Græcarum Affectionum, timorem Dei cum potionē aliqua amara, sed purgativa compositum, qua peccatorum morbidi humores exhauiuntur, & sanitas corpori restituatur, iuxta illud Ecclesiast. i. *Timor Domini expellit peccatum.* Propterea caudum magnopere ne conceptum semel Dei timorem tāquam salutarem*

A portionem quis regerat, aut quāsi per vomitum extrudat. Nostis quantis ægoti auxiliis, & remedii vti consueuerunt, vt haustam semel potionem amaram cohibeant: tu etiam pluribus vtere ad timorem Dei retinendum. Et quemadmodum ex omnibus ea maximē ad id præstare, & conferre docent Medici, quæ fatus comprimunt: hæc enim epotam potionem foras protrudunt: sic etiam ad timorem Dei semel animo conceptum cohibendū ea imprimis remedia, & auxilia adhibere oportet, quæ fatus animi, id est, superbiam, & vanam fiduciam opprimunt. Propterea Ecclesiasticus causam statim obtulit, propter quam ille timorem Dei retinere non potuit: *Iracundia enim animos statim, subuersio illius est.* Vbi animositas sumitur pro superbia, vanaque confidentia. Hæc verō tota hominis subuersio dicitur, quia timorem Dei pellit ex animo. Quadrant autem ea, quæ diximus, mirificè in Salomonis verba, qui ait: *Et erit sanitas vmbilico tuo*, id est, ventri, cuius est potionem purgatiā, aut retinere, aut emittere, & qui proximē à prauis humoribus expurgatur.

*42 C Demum præfatus Theodor. vbi supra, timorem Dei cum theriaca cōtulit, quæ venenatis serpentum, Theodor.*

ac viperarum iætibus succurri solet. Sic enim ait: *Timor Dei medicamentum est optimum, quod ex malis (scilicet pœnis) & ex bonis conficitur, sicut in theriacis accedit.* Loquitur autē de timore pœnæ, qui ex se non omnino bonus, vt docet Augustinus suprà: Si tamen desiderium boni excitat, cum eo desiderio coniunctus medicamenti nomen accipit ex bono, & malo compositum, vt accedit in theriaca, quæ cum ex simplicibus constet pluribus, quædam adhibet veneno contraria, aliqua etiam venenata scilicet viperarum capita contusa. Hæc verō ideo permiscet, vt tradunt Medici omnes, quia cum viperæ virus ociūs cor petat, reliqua cordi amica medicamenta vehiculi ad instar eadem celebritate ad illud desert. Aptissimē hoc in timorem pœnæ conuertere licet, qui quamvis in malum spectat & ex malis, ex pœnis scilicet, coalescat: tamen ea facultate prædictus est, vt cor celerioris attingat, atque secum cordalia medicamenta (si licet dicere) nimirum boni desiderium, atque charitatem instar vehiculi deferat, & in animi penetralia insinuat. Audi Augustinum vbi suprà: *Sunt homines, qui propterea timent, ne mittantur inge-hennam: ne forte ardeant cum Diabolo in igne æterno: ipse est timor ille, qui introducit charitatem in cor: si adhuc propter pœnas times Deum, nondum amas, quem sic times: non bona desideras, sed mala caues: sed ex eo, quod mala caues corrigit te, & incipis bona desiderare.* Hunc ad modum timor sanitatem homini affert: tanquam ferrum enim secat, & vrit, tanquam potio amara expurgat, & tanquam theriaca venenum diluit. Quid plura? Diuus Augustinus in Psalm. 55. ad-

*E August. F dit timorem Dei non solum sanitatem efficere, sed etiam significare: Aliud (inquit) est sanitas corporis, aliud stupor corporis, aliud immortalitas corporis (sumit autem immortalitatem pro impossibilitate:) sanitas agititudinem non habet, sed tamen quando tangitur, & molestatur, dolet, stupor non dolet: amisit enim sensum doloris tanto insensibilior, quampe peior. Rursus immortalis non dolet: absumpta est enim omnis corruptio, & incorruptibile hoc induit incorruptionem, &c. Nullus ergo dolor in corpore immortali, nullus dolor in corpore stupido: nec se potest stupidus iam immortalem, quia non sentit, vicinior enim est immortalitati sanitatis dolentis, quam stupor non sentientis. Invenisti ergo hominem superbū typο*

arrogantissimo, qui sibi persuaserit nihil timere? Fortissem illum puto, qui ait: foris pugnae, intus timores; non te delectet stupor eius: non immortalitate induitus est, sed sensu exutus est. Tu vero habeto animam non sine affectu, reprehensi enim sunt, qui sunt sine affectu, &c. (Ac tandem.) Et ipsi stupidi, qui modo nihil timent, timebunt aliquando: veniet enim tantus terror, qui totam duritatem frangat, & conseruat. Itaque constat ex Augustino, timorem Dei esse perfectas sanitatis animi lignum, sicut est contra timoris defectus arguit stuporem, & insensibilem animi rigorem. Unde licet sic verba Salomonis exponere: *Tame Deum, & recede a malo, & erit sanitas umbilico tuo,* &c. id est, constabit te omnino sanum esse, & bene valentem. Hec de sanitate in uniuscum, quam timor efficit & significat.

Si vero praemissa verba non de totius corporis incolumi sanitate, sed de singularibus illis partibus accipiamus, aliter exponere, & ad sensum spiritualem traducere licet: *Et erit sanitas umbilico tuo.* Nomine umbilici veteris significatur, unde de anima dicitur Cantorum 7. illud: *Umbilicus tuus crater, &c.* Et quidem sanitas veteri ad fecunditatem pertinet Genes. 21. *sanauit Dominus Abimelech, & uxorem, & ancillas, & pepererunt.* De hac fecunditate interpretatus est Hugo istum locum supra: Audi nunc Isaiam cap. 26. vbi quid timor in anima nostra vetero efficiat, luculenter exprimit: *Sicut, quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis.* Septuaginta sic conuertunt; *Per timorem tuum Domine concepimus, & parturimus, &c.* Quibus verbis timori Dei tribuit conceptum, atque partum gratiae, quam spiritum salutis appellauit. Quæ verba sic Theodoreus illustravit, vel potius Eusebius apud illum: *Timor Domini fecundam reddit animam, & motum concupiscentiae, qui ex carne consurgit, compescit.* Mulieris vetero enim similis est, humana mens, quæ quidem si recipit a Deo pietatis semina, parit omnino bonos fructus. Diuus autem Cyrillus ad hunc modum conuertit: *Propter timorem tuum Dominenos uterum gestimus, & parturimus, & peperimus spiritum sanctum, quo grauidi fuimus super terram.* Timor ergo Domini animam ingrauidat, & ad partum boni spiritus, id est, charitatis perducit. Ergo Salomon ait: *Tame Deum, & erit sanitas umbilico tuo,* id est, anima tua: nimurum fecundabitur ad charitatem, & reliquos etiam fetus bonorum operum parturiendos, &c.

48 Rursus nomine ventris, aut umbilici, viscera, siue praecordia significari existimant plerique, & per hæc conscientiam, quæ sana esse dicitur, cum ab omni delicto immunis est. Ait ergo Salomon: *Tame Deum, & recede a malo, & erit sanitas umbilico tuo,* id est praecordiis, mensclicet culpa omnino vacans sanitatem gaudebit. Et quidem praecordiorum sana habitudo conscientiam delicto vacantem eximiens adumbrat. Quid enim est aliud conscientiae male affectæ cruciatus, nisi quidam praecordiorum dolor? Audi Hippocratem Medicorum principem, lib. 1. Prædictionum. *In febribus præcordi dolores, nisi sudore ocyus dissoluantur, maligni sunt (Lachrymas animi sudorem appellauit Pet. Dam.* Petrus Damianus, in sermone de D. Petro,) Ergo sic accedit in animo, quem tunc, cum in culpam aliquam, veluti in febrem incidit, dolor praecordiorum, id est, conscientiae cruciatus statim urget, qui nisi sudore animi, id est, lachrymis celerius solvatur, æternæ mortis prognosticum est, ait igitur Salomon. *Tame Deum, & recede a malo & erit*

August.

Canticum.  
num. 2.

Genes. 21.

num. 17.

Hugo.

Isai. 6. 26.

num. 17.

Theodor.

Cyrill.

Hippocr.

Pet. Dam.

Tom. I.

A sanitas umbilico tuo: id est, ex animo atque praecordiis tuis gaudebis, eximia nempe quadam conscientiae tuae indolentia perfruens.

Ad hæc vetus est Medicorum omnium effatum ex Hippocratis doctrina desumptum, in libro de Corde, nimurum, cor nostrum ex omni parte quadam tunicula ambiri, quam Græci appellant *æsopædov.* Latinis *præcordium* appellare licet. Hæc autem tunica, vel potius sacculus, humore quodam aquo semper est plenus, qui humor eò spectat, ut cor, quod assiduo motu cietur, nantis in morem leniter admodum, & sine labore, & lassitudine motus explicet suos, ne si ad latera *præcordiorum* impingeret, laederetur, ac doleret. Et quidem aiunt tunc maximè cor dolere in cardiacis, cum ob illius humoris penuriam suo iphus motu tum fatigatur, tum laeditur. Non aliter dixerim animo evenire, qui si à bona conscientia, quasi à quodam bene affecto pericardio vndique cingatur, leni admodum, atque suauissimo motu, nantis in morem impellitur. Liceat sic dicere *sebañ de gozo.* Si vero conscientiae pericardion suffurrato humore illo leuissimo, atque dulcissimo per culpam deficiat, animus grauissimis motibus concussus fatigatur. Hinc dolores, & cruciatus animi, quos parua parit, efficitque conscientia. Basilius igitur in cap. 3. Isaiæ agens *Basiliss.* de conscientiae testimonio non semel appellat eo nomine *æsopædov,* vbi interpres transtulit *præcordium:* vnde conitat illius tunicae, aut vterculi potius, cor vndique ambientis munus aptè conscientiae accommodari, & verbis Salomonis, qui ait: *Et erit sanitas umbilico tuo.* id est *præcordys,* ut quidam explicandum, aliqui etiam vertendum esse censerunt.

Accedit etiam superioribus alia explicatio eorum, qui cum nomine umbilici vetriculum ipsum, aut stomachum significari velint, inde spiritualem sensum elicunt. Alij enim de memoria, & contemplatione rerum diuinarum, & alijs de conscientia bona explicant, quæ sana cum est, & incolumis, nihil sane differt à sano ventriculo, qui molestias omnes, atque langores, & quidquid aliud incidit, decoquit, ac digerit.

50 *Et irrigatio ossium tuorum.* Id est, medulla. Hoc spectat ad robur, & animi fortitudinem, quæ ossibus adumbratur. Itaque sensus est. *Tame Deum, & abstine à delictis, & in dies tibi robur, & fortitudo accresceret, ad peruvincendas tentationes, labores, & molestias sine lassitudine.* Aiunt enim his, quibus multo, ac diuturno labore delassari contingit, medullas ossium exauriri. Hinc illud Plautinum.

*Iam ergo perij, cui medullas laetitudo perbibit.*

Rursus constans est Medicorum placitum nimia ex venere medullas exsorberi. Ita docet Hippocrates lib. 18. de intentis affectionibus, & ex hoc alijs:

Hippocr.

sed maximè medullam spinæ dorsi, qua exsiccata rigor neruorum statim sequitur, gressus impeditur, & ad onera ferenda homo ineptus redditur. Et quidem hæc medulla ex cerebro regitur, & inde succum accipit, ut tradit Hippocrates ibidem. Quapropter si contingat cerebri venas obturari, non longo temporis intervallo atrescit. Ergo cum Salomon affirmat eius, qui timet Deum, & a malo abstinet, ossa medullis irriganda, perinde est, ac si dicat eum, quem timor Dei percilit, laboraturum sine lassitudine ad viam honestatis obeundam celeriter, atque ad onera legis ferenda futurum idoneum. Nam quis negat hæc omnia à timore Dei derivari? *Quemadmodum enim ex cerebro succus, & medulla in spinam, atque omnia ossa defluit: sic etiam ex timore Dei vis, atque robur in omnes*

G. iiiij

<sup>52</sup> virtutes dimanat. Vnde merito timor sit totius dicitur sapientia iniuria. Id est totius honestatis, ubi plures caput sapientiae restituunt, ut iam inde cap. 1. ostendi, ut constet ex huius capituli cerebro, id est ex timoris Dei præstantissimis motibus in reliquas virtutes succum & medullam deriuari. Quid plura? Et irrigatio obsum tuorum. Celebris est Chironis Centauri apodus, quem refert Diuus Gregorius Nazianzenus in oratione de laudibus Basili, & Nicetas in scholiis, Tertullianus de Pallio, & ex Patribus alij. Aiunt autem Chironem Centaurum Achillem pædagogum in modum erudiendum suscepisse, quem ea parte, qui erat equus, super se vehebat, & qua homo iaculandi & sagittandi peritiam docebat, atque illum alimenti loco medullis leonum innutriebat: id est dictus Achilles quasi ἄρχας, id est, sine chylo: quia communis, & vfitati alimenti expers fuit, pro quo medullas leonum vorabat, vt Nicetas tradit, vel ceterorum, vt Rhenanus docet, vel vtralque, vt pluribus placet. Timorem Dei animorum pædagogum appellat Origenes, cuius verba supra dicimus cap. 1. vers. 7. quem cum Chirone Hippocentauro conferre non dubitauerim: nam qui fabulam ad mores vocant, Hyginius, & alij optimâ alicuius pueri educationem eo exemplo adumbrari existimarent, atque Chironem optimi pædagogi similitudinem referre, qui propterea fingitur specie ipsa terrificus, & arcum manu tenens, quia pueri terroribus, metu, & minis ad honestatem informantur. Itaque timorem Dei, qui parvulos in spiritu minis, atque terrore pædagogi instar instruit, non incongruè Chironem alterum dicemus.

<sup>53</sup> Nam duplex forma equi, & hominis, timoris illius, qui superinducta charitate quasi biforis est, similitudinem refert; qui equus, timoris ignobilis affectum: qui homo, generosam charitatis formam adumbrat. Rursus timor quasi pædagogus terrificus medullis leonum animos nutrit, id est, vim quandam leonibus similem illis addit: & vt leonum illam a vaudendum projectam confidentiam temperet, medullas quoque præbet ceterorum, qui pauidi sunt, atque paucis symbolum: vt fortitudo adsit, metus non desit. Illi sunt timoris Dei effectus germani, & proprii. Liceat ergo ad hunc sensum accommodationis libertate Salomonis verba vocare. Time Deum, in his paucor præcipitur, & recessus à malo, ad hoc fortitudine, & robore opus est. Et erit irrigatio, seu medulla obsum tuorum, id est, ista duo timor Dei, & recessus à malo, ossa tua medullis replebunt. Quibusnam? Leonum certè atque ceterorum. Quorium? Ut audacia sit leonis: paucor cœri, hic erga Deum, illa vero ad euadenda omnia mala.

IX. Honora Dominum de tua substantia, & de primis frugum tuarum da ei.

X. Et implebuntur horrea tua saturitate: & vino torcularia tua redundabunt.

HONOR. <sup>54</sup> Dominum de tua substantia. Septuaginta: Honora Dominum de tuis iustis laboribus. Tigurina: Glorifica Deum de opibus tuis. Chald. De munera tuo. Hispanica: Honra à Deo contulgo.

Ei de primis frugum tuarum da ei. Hebraicè: Et à principio omnis prouentus tui. Hispana sic extulit: Y con el comienço de todo tu esquimo. Septuaginta: Et primis da ei de fructibus iustitiae. Aquila, Sym-

machus, & Theodot. Degenime tuo. Diuus Hieronymus in Ezechiele cap. 45. abstinuit à primis hoc modo; Da ei de fructibus iustitiae. Diuus Augustinus parum differt ab Hieronymo serm. 1. de decimis. Delibaci de tuis iustis laboribus. Ceterum in antiquis codicibus ante correctionem Sixti, sic legebatur. Et de primis frugum tuarum da pauperibus. Hanc lectionem amplexus est Beda, Lyra, & alij eius æui.

Et implebuntur horrea tua saturitate. Septuaginta: vt impleantur cellaria tua saturitate, & frumento. In quibusdam est saturitate frumenti. Hieronymus <sup>D. Hier.</sup> vbi supra. Et implebuntur horrea tua frumento, nec <sup>August.</sup> meiminit, saturitatis. Augustinus replebuntur area frumento.

Et vino torcularia tua redundabunt. Hebraicè, & vino novo. Scholastes significantius: ὑπεκνέωσι, id est superredudent, supereffluant. Addit Augustinus nescio vnde:

Et non erunt in eis neque morbi, neque casus.

Beda, Hugo, Dionysius, & Lyra interpretantur de eleemosyna. Sed quidam existimant post correctionem Sixti iam non esse locum illi expositioni, sed immerito. Nam Diuus Augustinus in tractatu de vita Christiana, cum emendatam lectio nem agnouisset, nihilominus præmissa verba explicat de eleemosyna. Sic accipit honora Deum, id est pauperi dona, cui qui tribuit, Deo tribuere dicitur. Beda vero refert ad intentionem donantis: honora Deum, id est, cum pauperi erogas, ne facias animo captandi fauoris humani auras, sed deo placendi, &c. de tua substantia. non de alienis, siue iniuste partis, & de primis frugum tuarum da ei, scilicet in paupere. Iuxta illud: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Et implebuntur horrea, &c. Hoc est præmium proprium eleemosynæ, nimis illarum rerum mirabilis abundantia, quas quis liberaliter, & profusè erogavit. Et quidem licet posterior expositio, quam statim subiiciam, plures habeat Patronos, hæc tamen non omnino repudio digna est propter Bedam, & Augustinum, vel si quis alius est, qui librum illum de vita Christiana elaborauit nobilis quidem, & bene vetus author. Cum præsertim eundem Augustinum in sermone de iustitate ad hunc locum respexisse mihi persuadeam, cum ait: De iustis laboribus facite eleemosynas, &c. Vide ibi. Allusit enim ad verba Septuaginta, quæ sic habent. Honora Deum de tuis iustis laboribus. In quorum gratiam quædam verba huius loci de eleemosyna sic expendo.

Honora Deum de tua substantia. Ex his quæ pauperi donantur, honor cedit Deo. Ex Euangeli tantum habes vtilitatem à Deo acceptari, siquidem ait Christus, Quod uni ex minimis meis fecisti. Quibus verbis vtilitatem quodammodo ad se peruenire dicit, quæ à donante in pauperem proficiuntur: at nunc non vtilitatem tantum, sed honorem

F Deo tribui docet Salomon. Respondeat Beda tunc Deum honorari, cum is, qui stipem pauperi erogat, non querit ab omnibus probari, & commendari: sed à Deo. Rursus dico Salomonem ita præcepisse, vt Deo honoretur ab eo, qui pauperi donat, & significaret huic non tantum ex deterioribus & superfluis, sed ex optimis: non parcè, sed liberaliter, & copiosè tribuendum esse. Nam qui parcè, & auarè, atque ex deterioribus donat egeno, vel certè testatur, nequaquam se Deo id tribuere, vel si Deo se tribuere affirmet, injurius est, quia indignum tanto Domino, ac Principe donum confert. Hinc Augustinus in sermone de eleemosyna suaderet eleemosinam sic profusè erogandam, non quasi cum paupere aliquo, & tenui homine res sit, sed

55

August.

56

D. Aug.

quasi cum Principe, ac rerum Domino, cui non sit omnino satis, nisi donum sit diues, & magnum. Propterea Salomon, postquam dixit: *Honora Deum de tua substantia, adne cit, & de primitijs frugum tuarum da ei.* Id est ex optimis, ut videlicet donatio tan. o Principe digna sit, quem constat in paupere accipere quæcunque pauperi conferuntur. Ab eo enim, qui sic donat, non tantum utilitatem prædicto modo, sed honorem etiam Deus resert. Deinde alio modo ab eo, qui eleemosynam tribuit, honor quidam insignis Deo defertur: Paulus enim dixit, *Dens, qui diues est in misericordia.*

57  
Paul.

Chrysost.

Addit autem Chrysostomus; Non in sua tantum, sed etiam in nostra. Loquitur autem de eleemosyna. Expendo sententiam. Tunc Princeps aliquis locuples esse dicitur, & affluens rerum, atque eum nullas fortunarum angustias experiri constat, non cum proceribus, & præcipuis illius famulis in singulos dies suppetunt cibi, & impensæ: nam his nunquam desunt necessario, sed cum ignobilissimi serui, aurige, geruli, octophori, mancipia, atque eiusmodi alij, escas, atque sumptus quotidianos percipiunt, tunc enim affirmare licet Principem illum ditem planè, & copiosum esse. Vulgo autem dicimus, *que anda sobrado.* Ergo ad eundem modum Deus non tam diuitias ostentat suas, cum in hac sua totius mundi amplissima familia proceribus, magnisque principibus suppetunt, immo superfluunt necessaria, sed tunc cum ignobilissimis seruis, pauperibus scilicet, atque mendicis vietus, & impensæ nunquam desunt. Hinc est, vt cum aliquando Christus Patris sui diuitem apothecam describere vellet, ex qua omnium non solum hominum, sed etiam animantium vietus promittit quotidianus, non leones, non tygrides, non aquilas, aut vultures recensuit, sed ignobilissimas, aut paruulas aviculas. Lucæ 12. *Considerate coruos, quia non seminant.* Et ibidem. *Nonne quinque passeres vaneunt dipondio? Et tamen vnu ex illo non est obliuioni coram Deo,* &c. Cum igitur pauperibus, & mendicis per diuitum misericordiam subuenire Deus decreuerit, atque illis necessaria prouidere; profecto affirmare licet Deum Optimum Maximum præcipuam suarum copiarum gloriam in diuitum misericordia posuisse: atque adeò non in sua solum, sed in nostra diuitem esse misericordia. Bene ergo Salomon: *Honora (ò diunes) Denm de tua substantia.* Vel gloria, (vt habet Chaldaeus.) Quia suarum diuinarum eximiam gloriam ex te quodammodo pendere fecit; ne igitur parcus, aut sordidus sis: *De primitijs frugum tuarum da ei.* Nec immerito dicemus ob eam præsertim causam ea, quæ pauperi donantur, pro sibi collatis Deum accipere, quia vt mihi donat, qui debitum, quod ego contraxi, pro me soluit: ita etiam Deo quodammodo donare dicitur, qui, quod eius prouidentia licet non ex debito, tamen ex congruentia cōferre deberet, suis compensat sumptibus, & liberalitate.

58  
Lue.12.

At nunc cogita insignem Dei erga diuites liberalitatem, qui cum difficultis esset vide quaque illorum salus, vt illis huius difficultatis peruincendæ facultas aliqua suppeteret, pauperes esse voluit in mundo, atque horum vietus, & alimenta ex illorum libera misericordia pendere fecit, non sine magno suæ prouidentiæ, & liberalitatis detrimen-  
to, ne dicam iniuria: Nam quoties diuites pauperi non succurrunt, is vero fame enectus perit, subest aliqua occasio (quæ est infirmitas mentium nostrarum) de prouidentia, & liberalitate Dei minùs dignè cogitandi: Deus autem maluit suæ prouidentiæ, & liberalitatis fidem apud homines in discrimen adduci, quam diuitum salutem tanto

A subiacere discrimini, &amp;c.

*Et implebuntur horrea tua saturitate, &c.* Eleemosynæ præmium est vberitas, & affluentia earum rerum, quæ liberaliter pauperibus erogantur. Quidam conuertunt eodem sensu, licet diuersa voce, *Implebuntur horrea tua vberitate.* Sed emphasis habet vox illa *vberitas*, quæ, vt tradit Dñus Isidorus *Isidor.* Originum lib. 12. cap. ab vberibus dicta est: significat autem quandam rerum affluentiam similem vberibus, quæ laete scatent. Cum quibus eleganter Clemens Alexand. lib. 3. pædagogi cap. 1. eleemosynam, largitionemque compoluit: *Largitio Iacob. c. 1.* bonæ est fons benignitatis, & potum fitientibus com- *num. 15.* municans rursus augetur, & repletur: quemadmodum ad vbera, quæ fuguntur, vel m̄lgentur, soler lac copiosus accedere.

Ait ergo Salomon, *Honora Deum de tua substantia*, id est, non de aliena. Quod satis exprimit letio Septuaginta. *Honora Deum de tuis laboribus.* *Et primitias da ei de fructibus iustitiae*, id est, iuste partis. Demum cum constet eleemosynam lactis in morem fluere, quod plures exugunt, ac mulgent, ed redundant exuberatque magis, loc est, quod subdit; *Et implebuntur horrea tua vberitate, vel saturitate:* & vino torcularia tua redundabunt. Vel licet sic dicere *exuberabunt*. Quod verbum ab vberum effluentia natum est. Sed cur, inquiet, tanta vberitas illis contingit, qui liberales, & profusi sunt erga pauperes? In promptu est ratio. Quia cum diues non Dominus, sed dispensator sit Dei, (vt docet passim Augustinus) rationi consentaneum est, *August.* vt sua Deus illi largius committat bona, qui fidelius eadem dispensat. Rursus Augustinus, ait vbi supra. *Quidquid nobis Deus, plus quam opus est, derit, non nobis specialiter dedit, sed per nos alios erga eum transmisit.* Quapropter, vbi quis decreuerit omnia superflua pauperibus tribuere, iuxta illud: *quod superest, date eleemosynam*, huius liberalitatis merito id obtinet à Deo, vt bona illius non redundant tantum, sed superfluunt, & superredudent. Sichabat Scholast. Et quidem redundare, ita ego intelligo, vt supersit pro eleemosynis: superredundare autem, vt multis etiam erogatis eleemosynis, adhuc supersint bona multa. Hæc de priori expositione.

E posterior expositio de decimis, atque primitiis

E Deo persoluendis capit præmissa verba ad hunc modum: *Honora Deum de tua substantia*, id est, impende illi honorem, obsequium, & cultum, & quæ ab illo accepisti, eidem ex parte redde. Et sic eum cunctorum auctorem esse cognoscet. *Et de primitijs frugum tuarum da ei.* Id est, persolue illi primitias, quæ debentur ex lege. *Et horrea tua implebuntur saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Id est, prouentus copiosissimi cuenient. Hoc ipsum habetur Ecclesiastic. 7. vbi cum timore etiam Dei cultus idem, seu religio copulatur. *In tota (inquit) anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica, honora Deum ex tota anima tua, & sanctifica sacerdotes, da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum,* &c. Et rursus cap. 35. *Bono animo gloriam redde Deo, in omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas, da Altissimo, secundum datum eius, & in bono oculo ad inuentionem facio manum, quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi.* Habet patronos nobilis ista sententia. Cyrill. Alexand. *Cyrill.* lib. 2. de adoratione, & in Ioannem lib. 2. cap. 92. *Alexan.* Hieronymum in cap. 45. Ezechielis. Diuum Gre- *Hierony.* gorium in registro lib. 2. cap. 110. Diuum Augusti- *Gregor.* num ser. 1. de decimis: & ex recentioribus Ianse- *August.* nium, Rodolphum, Caietanum, Peltanum, & re- *Iansenius.*

60

61

62

*Eccles. 7.º num. 31.**Idem. 35. num. 11.*

Rodolph.  
Caietan.  
Peltan.

63

Strabo.

August.

46

P.Thom.

56

August.

liquos. Et iuxta hanc expositionem rursus ad trutinam exigenda sunt premissa verba.

*Honora Deum de tua substantia.* Consulto usus est Salomon illo verbo *honora*, ut innueret Deum nullam ex decimis, aut primitiis a nobis exquirere utilitatem, vel emolumenatum: sed honore, non tantum sibi vindicare. Sed inquires, quomodo decimae ad honorem Dei pertinent? Valfridus Strabo de ritibus Ecclesiasticis, cap 37. cuius opera habentur in tomo sexto Bibliothecæ Patrum, existimat Hebreos idem decimas ex prescripto legis pendere cœpisse, ut agnoscerent se Dei auxilio de magnis tribulationibus eruptos, atque propter spolia, quibus ditati sunt direptis Aegyptiorum domibus: iam in valis, atque aliis suppellebus, plusquam decimam partem Aegyptiarum facultatum abstulerunt.

Augustinus non unam decimarum soluendarum rationem obtulit in sermone de decimis. Alteram verò reddit his verbis. Attende, quod creatura decima inter intellectuales est homo, quia Angelii in nouem ordinibus, decimus autem ordo est homo: et ideo est hominis decimam soluere, ut ruinam Angelorum valeat supplere. Rursus in lib. de doctrina Christiana cum aliam supputationem fecisset, & præter novum Angelorum choros, decimum ordinem demonibus adscripsisset, quæ decima est Angelorum pars; subdit. *Hoc est Domini iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dedurus, tu ad decimam reueneris, id est demonibus, quæ est decima Angelorum pars, affectaberis.*

Itaque hoc differt inter eum, qui decimas exactè penderit, & qui auarè retinet: hic de monum societati addicetur: ille, quas dæmones in celo vacuas sedes fecerunt, occupatus dicitur. Et quidem, ita decuit. Nam dæmones propterea ab illis sedibus exciderunt, quia gratiam, pulchritudinem, & alia, quibus à Deo cumulati sunt, dona Deo acceptare refere noientes, sibi adscriperunt. Decet ergo, ut eorum sedes ille occupet, qui ut ea, quæcumque habet à Deo Optimo Maximo se accepisse profiteatur, decimas omnium liberaliter ipsi reddit. Hæc autem est alia ratio, & quidem germana, propter quam, tūm decimas, tūm primitias sibi restitu vult Deus, ut scilicet ei tanquam auctori cuncta, accepta referamus. Ita docet Augustinus supra.

Diuis Thomas tercia parte & super ipsum alij. Cū verò per oblationem decimæ ex fructibus tantumdem Deo deferamus, venustam rationem obtulit Diuis Thomas his verbis: *Qui enim decimam dat, quæ est perfectionis signum, eo quod denarius est quodammodo numerus perfectus, quasi primus limes numerorum, ultra quem numerum non procedunt: sed reiteratur ab uno, nouem sibi partibus reservatis protestatur, quasi in quodam signo, ad se pertinere imperfectionem, perfectionem vero expectandam esse à Deo.* Hæc ille. Possumus etiam alio argumento id ostendere, ad hunc modum.

Primitias, atque decimas Deo pendi mus: nam initium bonorum à Deo esse primitiæ significant, decimæ autem complementum eidem adscribendum esse innuunt. Rursus postulat Deus primitias omnium, & ex decem fructibus unum: nam qui accipit primitias, ut docet Augustinus, voluntatem, animumque donantis auctor: Præmogenita enim, & primos cuiusque rei fructus amore prosequi solemus ardenter. Unus autem ex decem fructibus cum voluntate, animoque coniunctus instar est omnium. Optimè dixit: quisquis dixit voluntatem donis addicam perinde esse, atque in rationibus supputationibusque notam illam, quam dicimus vulgo el zero. ( Adscribitur autem hæc sententia Philoni, sed locum inuenire non potui, )

A sicut enim illa nota unitati coniuncta reddit decem: sic voluntas dono copulata ex uno decem constituit. Ad eundem modum cum quis ex decem fructibus unum Deo reddit in decimis, & voluntatem, animumque illi adiungit, per primitiarum oblationem, ex uno decem reddit, atque adeò non partem, sed integrum portionem relituit. Expende nunc illa verba Ecclesiastici supra adscripta. *Bons animo gloriam reddere Deo, in omni dato hilarem fac vulnus tuum.* Hæc ad voluntatem spectant. Deinde subdit: *Sanctifica decimas tuas, & da Domino secundum datum eius.* Dilete alicui secundum datum eius, ille tantum dici potest, qui par pari refert, & beneficium æqualitate compensat. Quomodo igitur, qui decimas tantum Deo pendiit, illi secundum datum eius, dare affirmatur, quod est par pari remetiri? Ratio est in promptu, quia decimis adiunxit voluntatem, & animum, hic autem ex uno decem præstat.

*Et de primis frugum tuarum da ei.* Priora illa verba ad decimas quidam reuocant: hæc verò ad primitias. Alij nomine primitiarum non primos fructus, sed optimos notari volunt: nam in Hebreo

C non est verbum, quod primitiis respondeat. Cum his sensio. Ob ea enim causam Cain oblatio Deo probari non potuit inter alia, quia optimis sibi reseruatis, Deo ad dixit deteriora. Sic accipienda sunt illa verba, Genes. 4. quæ habemus in lectione Septuaginta. *Nonne si recte offeras, non autem recte dicas, peccasti?* Respondent autem illis. *Nonne si bene egies, recipies, &c.* Nam cum Cain partitus fuisset bona sua inter se, atque Deum, male dicitur diuississe, quia in Dei partem deteriora coniecit contra ius, fasque: ideoque peccasse affirmatur. Ambrosius ser. 40. *Quid est ( inquit ) fidelitas dare decimas, nisi ut nec peius, nec minus aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, atque pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de ipsa venditione?*

D *Et implebuntur horrea tua, &c.* Promittitur magna fructuum, atque prouentuum affluentia his, qui exactè Deo decimas penderint. *Quod eleganter expressit Ecclesiasticus in præmisso loco.* *Quia Dominus retribuens est, & septies tantum redet tibi.* Et quidem tantumdem roboris habere num. 13.

E voluit Deus promissionem istam, ut si forte ei aliquando defuerit, se in ius vocari, & argui patiatur. Malachia 3. *Inferte ( inquit ) omnem decimam in horreum meum, & scribis in domo mea, & probate Malach. 3. me super hoc, si non aperuero cathartas cæli, & effuderò vobis benedictionem usque ad abundantiam, &c.* Vnde Augustinus sic ait. *Deus, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatur repetere, non sibi, Aug. sed non sine dubio profuturam:* Non præstas hoc gratis, quod statim recipies magno cum fænore. Satis acutè aliqui obseruarunt circa verbum Hebraicum, Ghasar, quod si scin, habeat punctum in cornu dextro, significat lucupletari, ditescere. Sin verò punctum affigatur in sinistro, sonat decimas pendere: ut constet hæc duo uno tantum puncto dirimi: Qui enim exactè decimas soluit, parum abest, ut supra omnium spem diuitiis, copiisque exundantibus affluat. Idem non mirandum, si pro uno, *Septies tantum accepturus* dicitur, id est, aut etiassimum compensationem. At is, qui decimas fideliter non soluit, ex nouem partibus, quas sibi Deus fecerat reliquas, vel unam agre recipiet. Augustinus, *Primitias rerum, & decimas dignatur petere, & negas avara;* *Quid faceres, si nouem partibus sibi sumptis decimam repuliferas?* Quod certè iam factum est, cum mesistu a pluviarū benedictione subtracta ieuna deficis: *vindemiam tuam, aut grando percussit, aut prunia*

65

Genes. 4.

Ambros.

67

Eccles. c. 35.

73

August.

decorxit. Quid autem supprias? nouem tibi partes retracta sunt? quia decimam dare noluisti: hæc enim est Dei insta consuetudo, ut si illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris, scilicet nouem detractis. Accedit Hieronymus in cap. 3. Malachia. Quia non deditis decimas, & primitus, idcirco, in penuria, & fame maledicti estis, quia dum parua substrahitis, vberatem possessionum vestrarum, & totam abundantiam frugum perdidistis. Supra expendimus vocem illam vberatem, ad illam lectionem. Et impiebuntur horrea tua vberate, pro saturitate. Hanc igitur vberatem non adepturos eos, qui in decimis pendendis Deo iniurij fuerunt, comprobant illa verba Genes. 4. quæ Deus iustavit in Cainum, non tantum de nece fraternali, sed etiam de iniuria malæ divisionis peccatas sumere volens: Non dabit tibi terra fructus suos. Vbi ex Hebreo ad verbum sic habemus, Non dabit tibi terra vim suam, aut robur suum, id est, nunquam secundum eam vim, qua pollet, fructus tibi exprimet suos. Nunquam scilicet vberes fructus ex ea percipies. Denique Augustinus præmissis verbis addit illa: Et non erunt in eis, neque morbi, neque casus. Qui vberes ex agro fructus percipit, cum valetudo firma non suppetit, nequaquam partis fruitur, vel etiam cum aliquo fortunæ cœnuo eorum, quæ sibi peperit, iacturam facit. Ut ergo Salomon ( si forte illius sunt præfata verba,) eos, qui fideliter decimas Deo reddiderunt, non tantum copiosos, vberioresque fructus percepturos esse ostenderet: sed futurum etiam, ut ipsis iucundè fuerentur, addit: Et non erunt in eis, neque morbi, neque casus, id est, non infirma valetudo, non item infirmitum aliquod rerum felicem prouentum interturbabunt, nec obſistent, quominus partis iucundissime perfruantur.

XI. Disciplinam Domini filii mihi ne abycias, neque deficias, cum ab eo corriperis.

XII. Quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi Pater in filio complacet sibi.

**D**isciplinam Domini, ne abycias. Hebraicè: Correptionem Domini ne repellas. Septuaginta. Noli paruipendere disciplinam Domini, Aquila: Et non paruipendere, id est, Nereprobes. Symmachus: ne abycias, sicut nostra Diuus Hieronymus in cap. 20. Ezechiel. Ne contristeris filii mihi ad disciplinam Domini. Cyprian. de hab. vir. Ne neglexeris disciplinam Domini. Caietan. Ne abomineris. August. de bono disciplinæ: Ne deficias in disciplina Domini neque fatigeris, &c.

**Cyprian.** Neque deficias cum ab eo corriperis. Hebraicè: Nec fastidias in exceptione eius. Septuaginta: Neque fatigeris. Cyprian. sicut nostra. Neque deficias ab eo correptus. Theodot. under evag. id est, reprehendas. Potest etiam verti. Ne fastidias, vel tediō afficiaris. Sic habet Chaldaeus, Chrysostom. Ne sis pūllanimis, neque deficias, ac iterum; ne cadat animus.

**Hieronym.** Quem enim diligit Dominus, corripit: Septuaginta: arguit. Sed Hieronymus, Cyprianus, & Diuus Paulus habent: corripit. Scilicet, ~~ne~~ seva.

**Cyprian.** Ettanquam pater in filio complacet ubi. Hebraicè. Ettanquam pater filium ( supl. castigando ) delectatur. Sic aliqui conuerrunt. Alij vero. Ettanquam pater filium volet. Chaldaeus: Et sicut pater, qui corripit filium suum. Septuaginta. Flagellat autem omnem filium, quem suscipit. Sic præmissi Patres, & alij, de quibus infra.

**A** De sententia huius loci cunctorum Interpretum una mens: omnes autem nomine disciplina intelligunt afflictiones, quas Deus immittit ad exercitationem, probationem, siue etiam ad peccatas de ammis delictis in vita sumendas. Itaque ait Solomon, disciplinam Domini. Cum Deus severius tecum agit, & plagam aliquam infligit: Ne abycias, id est, ne repellas, ne videlicet tribulationem excutere, & ab ea liberari statim velis. Neque deficias, id est; Neque animo cadas, cum ab eo corriperis, nimurum cum labore aliquo angit animum tuum: Quem enim diligit Deus, corripit, &c. Reliqua verba perspicua sunt. Cæterum ut splendorem conciliem huic sententiae, aliquibus illam notis illustrare libet, expensis vulgata, tum quibusdam alius Patrum lectionibus, ex quibus, illa lucem accipiet maximam.

**B** Disciplinam Domini ne abycias, vel repellas, hoc est, si quid tibi accedit deterius, ne statim illud quasi obuiis manibus repellere velis, ne statim à tribulationibus, quas sustines, eripi cupias. Ita enim accedit quibusdam, qui nec brevi intervallo dolere ac laborare volunt. Disciplina enim, & correctio medicamentum est. Augustin. in Psal. 21. Intellige homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Nullum autem est ita præsens medicamentum quod temporis aliquam intercedentem non postulet ad sanitatem efficiendam, imo nullum est, quod repetitis vicibus adhiberi non debeat. Sic etiam disciplina, & correctio tempore aliquo indiget, ut animum ad sanitatem perducat, atque repetitione opus habet. Ne ergo statim huius medicamenti acerbitate offensus illud repellas, vel abycias, nam tunc sanat, cum vrit, & lacerat.

**C** Septuaginta habent: Noli paruipendere, scilicet eas afflictiones, quibus modo vexaris. Itaque non tantum non repudiandas: sed & plurimi habendas esse tribulationes à Deo immisssas docet Solomon. Sed quæro vbinam pendendæ tibi afflictiones sunt ne parui à te pendantur? Audi Paulum. **P**aul. 2. ad Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. 2. ad Corinth. 12. Ac rursus. Placeo mihi in infirmitatibus meis, & in contumelias, & in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Quam longè aberat Paulus, ut negligeret, aut despiciat haberet disciplinam, & correptionem, qui labores, & infirmitates, & angores tantæ ducebant gloriae. Propterea Chrysostomus in prædictum caput Pauli, ut quoniam in præcio tribulationes habendæ sint, ostenderet, non alibi, quam in mente, & estimatione Pauli, quasi in trutina quadam ( sic ille ait ) ponderandas esse, in qua videre licet præ infirmitatum, & tribulationum pondere ipsa etiam miracula mirum in modum eleuari: Si gloriar ( inquit ) eportet in his, quæ infirmitati meæ sunt, gloriabor. Subdit autem Chrysostomus. Vides nequem admodum non ob miracula, sed ob tribulationes suas gloriatur? Itaque in mente, & estimatione Pauli, tanquam in libra tribulationes pendendæ sunt, ne paruipendantur, in qua libra miracula ingentia tribulationibus collata momentum non habebunt. Et quidem merito: cogitabat enim Paulus per miracula Deum Paulum gloriam, & splendorem afferre ( inquit Chrysostomus ) in tribulationibus autem Paulum Deo gloriam tribuere, quod ipsi Paulo decorum magis, & gloriosum erat.

**F** Rursus: Ne paruipendas disciplinam, & correptionem Dei, id est, tribulationem. Aliam tibi offero trutinam, in qua appendas, scilicet Dei ipsius estimationem, quæ totius aequitatis libra est, in qua

*non iam miracula, sed ipsa beatitudo cum tribulationibus ad æquilibrium veniens, quodammodo leuis sit.* Sic enim ait Paulus 2. ad Corinthios, cap. Cor. c. 4. 4. *Idem, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate eternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Ex quibus constat quantū ad Dei existimationem beatitudini præponderet tribulatio, cum leue quoddam illius momentum, tam graue, eternumque beatitudinis, atque gloriæ pondus eleuet: *Noli ergo parvus pendere disciplinam Dei.* Noli inquam tribulationes, & labores, qui in Pauli, atque ipsius Dei rectissima trutina tantum momenti obtinent, tuæ extimationis, & opinionis iniqua libra leues reddere.

75

Aquila habet: *Ne reprobes disciplinam, seu correptionem Dei.* Reprobare tribulationes, (audeo dicere) reprobationis argumentum est. Lydius, aut probatorius lapis eius est naturæ, ut suo attritu verum aurum à falso discernat, verum approbet, falsoque reprobet. Id vero sic præstat, si linea, qua lapis attritus imbuitur, auti speciem referat splendore suo, id verum aurum esse constat; si vero linea color obscurior, ac deterior, auri falsitas adulterina arguitur. Legimus sepè, & audiimus labores cum lapide lydio comparari, in quo iustitia, & tolerantia iustorum examinatur. Neque alia est mens Ecclesiastici, cap. 6. cum ait: *Quam aspera est, nimium sapientia in doctu hominibus, sicut lapidis virtus probatio erit in illis.* At viros iustos esse lapides lydios, ubi labores ipsi probantur, inauditum videtur. Est tamen expressa Græci Isidori sententia, in Epistola 400. *Vir patiens laborum exploratio est, & quasi lapis souuenit,* id est, probationis. Hæc ille. Profecto Deus Optimus Maximus labores, & tribulationes, tam probis, quam improbis immittit, his ad suppli- ciū, & ruinam illis vero ad exercitationem & meritū. Labores, & tribulationes quales sint an ex eo genere, quo Deus in improbos animaduertit: an ex eo quo probos, atq; pios exercet, vniuersiisque, constantia tanquam lydus lapis explorat hunc ad modum. Si labor cum tetigit, splendidam auri, id est, charitatis, & tolerantiae lineam, in corde reliquit, quia nimirum ad maiorem patientiam, & dilectionem Dei animum impulsit, auctum defæcatissimum. Sin autem cum animum attruit, deterioris, atque obscurioris coloris lineam duxit: si inquam impatientie, aut diffidentie colorem, atque vestigia reliquit, adulterinus est ille labor.

76

Itaque non tantum labor, & tribulatio est exploratio viri iusti; sed etiam iustus est probatio, & tanquam lapis lydus laborum, & tribulationum. Ergo iuxta hanc sententiam Pelusiota, Aquila lectionem replicare licet. *Fili mi, ne reprobes disciplinam Domini.* Græcè ἐνδοκαπτον, à verbo δικαιωσθε, quod de probatione auri, quæ fit aut igne, aut lydio lapide, germane dicitur, ut obseruat Hyginus. Quod perinde est, ac si dicat, *ne reprobes,* id est, ne ostendas reprobam Dei correptionem, & adulterinam, ne videlicet tua impatientia, & pusillus animus argumento sint, eum labore, aut dolorem non exercitij aut paternæ cuiusdam correptionis gratia immisum tibi à Deo ad meritum, sed iusti supplicij causa ad poenam, scelerumque vindictam, cum maior inde obdurate, & obfirmatio in culpa consequatur. Mitto aliam lectionem Hieronymi, scilicet: *Ne contristeris ad disciplinam Domini:* Quia nihil habet peculiaris emphasis. Venio ad consequentia.

77  
Chrysost.

*Eton deficias, cum ab eo corripieris, id est, ne cadat animus (sic semel) nesci pusillanimis, sic iterum*

**A** legit interpres Chrysostomi, Aristoteles, & Plato, Aristot. Plutarchus, & Seneca fortes & pios viros tetragnathos, id est, quadratos appellant, frustra producam horum sententias, cum obuiæ sint. Rationem autem, ob quam his quadratura adscribitur, obtulit D. Ius Augustinus in Psal. 86. *Quadrati lapidis similis esse debet Christianus, in omni tribulazione non cadit, est impellitur: & si qua vertitur, nunquam cadit. Nam quadratum lapidem quæcumque verters, stat semper: stantim te sic innat omnis casus.* Ergo cum ait Salomon: *Ne cadat animus, cum ab eo corripieris:* perinde est, ac si dicat, *animum gerere quadratum, ita ut qualibet iactatus, conuersus, impulsus à Deo stes semper.*

Sed enim lectionem originalem, quam Chaldaeus, aliqui secuti sunt, ad trutinam vocare est opus. *Nefastidas, vel tædio afficiaris, cum à Domino corriperis:* Verbum originale fastidire, & ad naufragium adduci significat. Imprimis Iudæus Philo, lib. Philo. Int. de sacrificiis Abelis, & Cain eleganti oratione labores, atque molestias contulit cum escis, atque cibis. *Equidem existimo (inquit) laboris, cibique eandem esse vim: nam sicut à cibo tota vita penderet una cum suis actionib, ita etiā à labore penderet, quidquid in rebus bonis est: ergo quemadmodum, qui sibi vitam prorogare cupiunt, alimenta non negligunt;* ita quotquot, quæ bona sunt, concupiscunt, laborū perpeccionem magni faciant: *sicut enim cibus se haber ad vitam, sic illa ad honestatem.* Cum ergo labores à Deo immitti ad correptionem ciborū instar obtineant, optimè Salomon, *ne fastidas, nimirū hosce cibos.* Nequaquam fastidiuit hos cibos ille, de quo Propheta vaticinans Hirson. in Threnis ait. *Dabit percutienti sē maxillam, saturabitur opprobriis,* id est, de his ad saturitatem vnde sumet. Sed unde accedit nobis tantum, & tam ingens laborum, & molestiarum tedium, atque fastidium, ne dicam nausea? Dicet fortasse aliquis id quidem prouenire ab ipsis cibis, qui insuaves cum sint, fastidium & nauseam mouent. Occurrit Chrysostom. homil. 2. ad populum Antiochenum. *Quod enim dixi de voluptate, quod voluptas non in ciborum apparatu, sed in comedientium affectu sita est;* idem de contumelia, vel molestia dico; non à contumeliantium sententia, sed à patientium affectu constituitur, vel destruitur. Sed quid dixerat de voluptate? Hæc nimirum verba. *Ascidamus scripturam.*

**E** *Anima saturata calcabit fauum: anima vero esurīs etiam amarū pro dulci sumet, esurīs supra cōcarū naturam voluptatem inducit, &c.* Itaq; mens Chrysostomi est, quod quemadmodum in cibis accidit, ut gratos esse, vel ingratos nō tam ex ipsorum natura, quam ex eius, qui edit faue, atque bona habitudine pendeat, adeo ut sepè fames acerbitate cibi peruincens gratum eundem, iucundumque reddat: sic etiam molestia, atque labores si quando fastidium aut nauseam affert, non ex illorum natura id accidit, sed ex affectu nostro, nam patiens animus etiam amarum pro dulci sumit. Id sibi voluit Paulus cum dixerit: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulazione nostra.* Vnde hoc illi acciderat? Ex fame: sicut enim famelicus cibos esurit, sic Paulus labores. Sed tamen cum iam constet eiusmodi fastidium ex nobis ipsis accidere, audiendus est Dinus Gregorius Nazianzenus, qui in Poëmate quodam ubi definitio virtutum, atque vitiorum tradit, sic patientiam deseribit.

*Patientia, molestiarum est decoctio.* Entibi internam tui fastidij causam, ideo fastidio laborum afficeris, quia non decoquis, id est non decoquis molestias, quia abest patientia, sine qua viscera frigent, & ad molestias excoquendas inepta sunt. Accidit etiam

78

79

Hirson.

80

D. Nazianzenus.

etiam hæc frigiditas aliunde, nimirum ex eo, quod Chryostomus homilia 14. in Matthæum tradit, inuestus scilicet in eos, qui nihil laboris, aut molestiae in hac vita pro æterna paranda præferre volunt, in aduersis semper feroce, & proterui. Et quidem expendens locum istum, qui præ manibus est. Sunt (ait) quidem ita frigidi prorsus, & stolidi, ut præsentia magis eliant, & frigida illa verba depromant, in erim fruar præsentibus, & tunc de incertis video. Hi certè nullam, vel leuem molestiam decoquere possunt, hi nauseant ad labores omnes, atque dolores, qui præsentibus contenti æterna non meditantur. At, inquires, qua ratione B fiet, vt hi, qui frigido, & crudo sunt, vt ita dicam, animo, sibi medeantur, vt labores decoquere incipiunt? Responder Marcus Heremita de legibus spiritualibus, & ipse Medicus animorum peritissimus. Quemadmodum hi, qui frigido, & crudo sunt stomacho, amarum prodest absinthium; sic impatiens & male morati mala tolerare utile est. Tribulatio quippe (vt docet Paulus) patientiam operatur, & eius animus, qui semel patitur, ad iterum tolerandum incalscit. Rursus nausea accidit nauigandi insolentibus: at postquam vsus nauigandi accelerat, nec minimam stomachi commotionem experiuntur. Ad eundem modum eos, qui laboribus primum iactari incipiunt, molestiarum, atque laborum nausea capit: at postquam usum patientia confirmavit, nec aliter ab his commouentur. De Maximus. nique Chryostomus, apud Maximum in sermone 89. de patientia aliud offert remedium ad tollendum fastidium, & nauseam dolorum. Qui meditatas (inquit) habet afflictiones, non fastidiet, cum opprimetur, vel nangeabit. Est enim Græcæ dicitur.

**Nazianz.** Septuaginta legunt, neque fatigeris, cum ab eo corripers. Infatigabilem esse vult Salomon eum, qui pondus tribulationum à Deo immischarum sustinet: & cum ex labore accidere soleat lassitudo, labore quidem oportet diu, non tamen fatigari. Græcæ est, μὴ ἐρεύς, id est, ne dissolvari, ne enerueris, fatigatio quidem laxis, solutis, imò conuulsis nervis contingit. Diuus autem Gregorius Nazianzenus, patientiam animi neruum appellauit. Quapropter tunc verè animus lassari dicitur, cum neruus iste (scilicet tolerantia) dissoluitur, aut conuellitur. Rursus Diuus Basilius homilia de Ira, illam facultatem animi, quam irascibilem appellant, ani ni neruum esse dicit, Neruus, inquit, est animi indignatio fortitudinem, & constantiam ad res bene gerendas præbens. Indignationem autem nominat prædictam facultatem (quam ibi multis celebrat laudibus, & nunc militem apud ducem arma tenentem, nunc canem fidelem, nunc jugalem equum appellat) quæ quidem ad res difficiles suscipiendas molestiasque graues tolerandas animum instituit. Par ergo ratione cum neruus iste per impatientiam, aut pusillanimitatem dissoluitur, animus fatigari, atque lassescere dicitur. Ni malis conuertere cum aliis, μὴ ἐρεύς, id est, ne enerueris, cum à Deo corriperi, id est, ne locum facias difficultas, pusillanimitati, aut impatientiæ. Hæc enim prædictos animi neruos elidunt.

**D. Basil.** Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi patet in filio complacet sibi: Hæc postrema verba luculentam admodum cohibent sententiam; exemplo enim patris, qui dilectum impensis filium verbibus sapè excipit, ostendit Salomon non esse diffidendum in tribulationibus, quæ Dei dispensatione nobis eueniunt: Deum propterea subiratum existimando: nam parentis in morem in filios animaduertit. Hoc exemplum diuersis coloribus exprimitur. Tom. I.

**A** mere solent Patres, producam aliquos. D. Augustinus in Psal. 93. Duos filios habet homo: alterum castigat, alterum dimittit; facit unus male, & non corrumpitur a Patre; alter mox ut se moueris, colaphus edatur, flagellatur. Unde ille dimittitur, & ille edatur? nisi quia hic cæsē hereditas seruatur: ille autem dismissus ex hereditate est, videt eum non habere spem, & dimittit eum, ut faciat quod vult. Hæc Augustinus. Idiotaverò contemplationum lib. 2. cap. 21. non Idiotas inter duos filios, sed inter filium, atque seruum discrimen constituit. Qui ambulare non vult vias duras tribulationum, non est filius Dei, sed seruus: scribitur namque, quod seruus non manet in domo in æternum, filius autem manet. Nam seruus offendens Dominum non flagellatur, sed ejicitur domo, & odio habet Dominum suum, illumque quantum potest fugit: filius autem patrem offendens flagellatur a patre, sed à domo non expellitur, nec habet patrem suum odio, nec ab eo fugit: & idcirco dicitur, quod filius manet in domo in æternum. D. Ioannes Chrysostomus hom. 10. in Matth. D. Chrysostomus quem ad finem Deus tribulationes immittat, ostendit exemplū filij charissimi: Deus tribulationes fieri permitit, ut ad ipsum frequentius confugiamus. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum parvulos suos vident à se quidem sapè discedere, aquilonrum autem filiorum lusibus detineri. Præcipiunt famulis terribilia multa simulare, ut eost terreant, ut exagistati etiam metu periculi ad maternum sinum confugere festinent. Item Deus non modo ab alijs nos sapè tribulari sinit, sed nonnunquam etiam ipse plaganminatur, non ut eam in nos inducat, sed ut nos ad se potius adducat, & continuo dissoluit timorem. Lege eundem homilia 7. de tristitia. Rursus exponens illa verba Pauli ad Hebreos 12. hom. 29. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini, & non filii estis: habet hæc verba; differentiam inter filium ex legitimo matrimonio, & ex adulterio conceptum assignans. Vides quod dicit, quod non posset esse filius, qui non castigatur: nam quomodo in familys adulterinos filios despiciunt Patres, etiam si nihil discant, etiam si non sint gloria insignes: delegitimis autem filiis timent, ne se dedant otio, & sordide. Ad eundem modum, &c. Item homilia 1. in epistolam ad Timoth. sicut enim parvulus, si quid habeat puerile, idque rebus necessarijs præfert, pater ipsum puerilibus prives, ut vel iniuitum ad meliora traducat. Ita & Deus omnia facit, cuncta molitur, ut vota nostra, atque desideria ad cœlestia transferat: Lege eandem orationem aduersus Iudeos, longè à principio, & homilia 2. Quod periculosum est adire spectacula, atque alios Patres alibi.

### XIII. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.

**F** XIV. Melior est acquisitio eius negotiacione argenti: & auri primi, & purissimi fructus eius.

**B** Eatus homo. Hebraicæ, Beatitudines hominis, Diuus Augustinus contra Adimam. cap. 19. Beatiss. Et qui affluit prudentia. Hebraicæ, & homo, qui dicit intelligentiam. Septuaginta, & mortalis, qui vidit prudentiam. Schol. qui tenuit. Chald. & filius viri, qui profert intelligentiam, vel eructat.

Melior est acquisitio eius negotiacione argenti. Heb. Quia bona negotiatio eius præ negotiacione. Sept. Melior est enim illam mercari quam auri, & argenti thesauros.

Auri primi, & purissimi fructus eius. Hebraicæ,

*& p̄e auro prouentus eius. Chal. & auro confitato fructus eius. Aliqui vero sic dispergunt, Melior est acquisitio eius negotiacione argenti. & auri primi (hic affigunt colon, vt dirimat hanc clausulam à sequenti) & purissimi fructus. Sed hoc valde ab originibus abhorret.*

85 Iterum reddit Salomon ad laudes sapientiae, & quidem arrepta occasione ex his, quae præfatus est. Nam cum præmisisset Deum eos, quos diligat, & cordi habet, vexare laboribus, & molestiis angere, hasque vexationes, & angores disciplinam, & eruditionem appellasset, significans per illa veram sapientiam, id est, honestatem, probitatemque parari. Nam vt ait Iob cap. 27.

*leb cap. 27 Sapientia non inuenitur in terra suauiter vincentium. Nostræ enim Philosophia diuinoris schola tribulatio est. Subdit Salomon, Beatus homo, qui inuenit sapientiam, id est, felix per omnia ille, qui eruditus à Deo per tribulationes sapientiae tandem particeps fit, sapientiam nanciscitur. Et qui affluit prudentia: hoc est, qui naçtam istam sapientiam alit in dies, & incrementa suscipere facit, vel qui educit prudentiam, id est, ex his, quæ nouit semel, aliorum, atque aliorum intelligentiam edicit, & deponit, vt pruenter in omnibus se gerat. Ita ego interpretor ista verba cum Caietano: tametsi Rodolphus, Iansenius, Hugo, & alij affluere sapientia, vel educere eam, perinde putent esse, atque foras trahere, & aliis manifestare. Nam verba sequentia de incrementis atque progressibus in hac sapientia faciendis accipi debent. Aut enim, Melior est acquisitio eius negotiacione auri, & argenti, & auri purissimi fructus eius, id est, qui animo, vt ita dicam, negotians suo, sapientiae lucra in dies auget, præstat longè illi, qui argenti, atque auti purissimi ingentes cumulos mundana, atque prophana negotiacione congerit. Hæc est germana huius loci sententia. Observare licebit pauculas notas.*

86 *Beatus homo, qui inuenit sapientiam. Hebraicè, beatitudines hominù, id est, omniibus, quibus potest, modis beatus est, qui in sapientiam diu questam tandem incidit. Cum constet ex dictis hic sermonem esse de eo, qui tribulationibus eruditus sapientiam, id est, honestatem tandem nanciscitur: quadrare videtur in locum istum ex quadam accommodata locus alter. Dñi Patiani in Parænesi ad pœnitentiam. Tribulatio ( inquit ) repertorum est diuinorum, & inuentarum cognitionis Dei. Quid sibi velit sacer Episcopus, in promptu est. Primo sunt in libris repertoria, sic enim appellari solent; quæ vulgo, indices. Ergo quemadmodum in libro, qui repertorio caret, difficile inuenire licet res quas quærimus, immo accidit sæpe, vt toto evoluto libro vestigarum diu locum reperi non possimus. Sic planè eueniit his, qui tribulationibus, & molestiis immunem vitam agunt, quam repertorio carenti, alicui codici similem esse dixerim. Nam postquam omnes dies suos, tanquam viuis libri folia in delitiis euoluerunt, nihil diuinum, & ad cognitionem Dei pertinens assequuntur, nihil magnum, ac nobile sapiunt. Contra verò eorum vita, quæ molestiis innumeris, laboribusque vexatur, habet repertorium quoddam facile ad Deum, & honestatem citius adinueniendam. Quid certius? Rursus repertoria dici solent, quidam temporum indices, quibus desolis, ac lunæ cursibus, præagiis, defectionibus, de festis, & profestis, de medicamentis sumendis, & de aliis eiusmodi edocemur, que à cœlestibus corporibus pendent. Animus sanè qui molestias & angores nondum expertus est, nihil cœlestè sapit: qui verò in tribulationibus, & laboribus sæpi-*

fuit, repertorium habet, quo in terris agens cœlestia metiri, & quid è celis ad nos efflit, obseruare potest: atque inde ea, quæ ad salutem pertinent suam, statuere, & decernere.

88

Denique appellat Patianus, tribulationem inuentarum cognitionis Dei. Quod non ita intelligo, quasi per tribulationem nobis inuenire liceat Dei cognitionem: sed quia Deus ea vtitur, quasi inuentario, quo nos, atque nostra reperiatur. Ideo inuentarum cognitionis Dei dicitur, id est, quo nos agnoscit, atque ea, quæ in nobis sunt. Apud Iurisperitos tunc inuentarium fieri dicitur bonorum, cum bona cuncta aliquius minutè, & per singula conscribuntur, vt de illis constet in iudicio. Aptè igitur tribulatio cognitionis diuinæ inuentarium dicitur, quia per tribulationem non in vniuersum, sed minutè, & per singula nostra numerat, conscribit, & explorat Deus bona. Tribulatio enim illum de nostra edocet patientia, fortitudine, prudencia, temperantia, fide, spe, & charitate, & de aliis interni animi bonis. Omnia enim, atque singula in una tribulatione sèpè contigit explorari. Quomodo autem id fiat, alibi dicemus. Itaque ex his constat non tantum nos ad Deum, atque eius dona inuenienda in tribulatione repertorium habere: sed Deo etiam ad nos, & singula nostra bona cognoscenda eandem tribulationem pro inuentario esse. Beatus ergo, qui inuenit sapientiam, scilicet per tribulationis repertorium, aut inuentarium ( liceat sic dicere. )

89

*D. Patian. E Et qui affluit prudentia, vel qui educit, vel profert, hoc est, qui ex acceptis, inuentisque quasi negotiis edicit, lucratur inquam noua, quoisque ad summam sapientiae perueniat. Hanc esse vim verbi illius Phuk, suadent ea, quæ sequuntur ( vt nuper dixi ) & eiusdem vñus alibi infra cap. 18. Qui inueniunt mulierem bonam, inuenit bonum. Hebraicè educit, deponit, id est, lucratur bonum quoddam ingens. Subiicio tamen alias aliorum meditationes. Rabi Himanuel sic habet in hunc locum. Rabi Himanuel. vt ascendat per gradus scalæ à trabibus ligni vitæ, ut pœnitet intellectus suo ad scientiam diuinæ sapientiae, quæ vocatur in hoc libro sapientia occulta, quæ est finis hominis: Quæ verba ad nostram sententiam reuocari, & allici possunt. Quid enim aliud esse dixerim per gradus scalæ à trabibus ligni vitæ ascendere ad veram intelligentiam, nisi per crucis ( hæc enim arboris vitæ nomen fert ) gradus ad illam contendere? Hi autem sunt patientia, atque tolerantia gradus, quos numerat Dñus Bernardus de conuersione ad Clericos, capite 26. Licet etiam in hunc locum coniicere ea, quæ de trabibus crucis meditantur Dñus Augustinus, & Chrysostomus expedentes illa verba Pauli ad Ephesios 5. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, &c. Rursus Dñus Bernardus lectio Bernard. nein nostram sic illustrat. si corde ( inquit ) habueris sapientiam, ore afflues prudentia. Sed affluere, August. Chrysost. non effluere cura. Itaque inuenire cordis esse dicit: Paul. ad affluere autem oris. Ille vero affluit, non effluit, qui non tantum suam sapientiam alios docendo deponit, sed etiam executioni mandando in semetipso exprimit, & quasi restagnat.*

90

*F Melior est acquisitio eius negotiacione auri, & argenti: vel ( vt habent Septuaginta ) Melius est illam mercari, quam auri, & argenti thesauros, id est, melius longè est illam negotiacione, & mercatura spirituali sibi parare quam prophana negotiacione ingentes auri cumulos. Vel aliter. Satius est, cum illa negotiari, ac mercari salutem,*

91

*Melior est acquisitio eius negotiacione auri, & argenti: vel ( vt habent Septuaginta ) Melius est illam mercari, quam auri, & argenti thesauros, id est, melius longè est illam negotiacione, & mercatura spirituali sibi parare quam prophana negotiacione ingentes auri cumulos. Vel aliter. Satius est, cum illa negotiari, ac mercari salutem,*

quām argento, atque auro ( quā sunt mercaturae instrumenta ) res alias comparare. Vtraque interpretatio est accommodata textui nostro. Dissidet autem una ab alia, quod prior sapientiam, & virtutem lucri loco ponit: posterior vero pretij, & instrumenti ad lucrāndam salutem animi. Priorem illustro, deinde posteriorem. *Melior est acquisitio, &c.* id est, maius lucrum sibi parit ille, qui sapientiam, id est, honestatem, & probitatem mercatura spirituali auget, quam qui negotiatione sacerulari argentum, aurumque cumulat. Et quidem spiritualia virtutum lucra non minus auidē queruntur, quām temporalia. Chrysostomus contra Iudeos

Chrysost.

oratione 4. *Quemadmodum in pecuniis qui duos lucratuſ est aureos, procluſ est ad decem, & ad viginti colligendos, & congregandos: sic uſu venit in virtute, qui fecerit bonum opus, officium ut praefiterit, exſimulationem, & exhortationem ſumit, ut quoquomodo benefacta cumuleret.* Idē sunt pauci, qui eiusmodi lucris inhiant, quia pauci experiuntur. Sed quia in hoc loco sermo est de sapientia, & virtute, quā ex tribulationibus patratur, ( ut iam inde admonui ) non erit abs re, si constet ipsam tribulationem, & animi afflictionem mercaturam esse spiritualem ad spiritales diuitias lucrifaciendas. Adeſt Chrysostomus homilia 64. ad Populum. *Tribulatio,* inquit, *spiritualis est mercatura. Sicut diuitias colligere volentes, & hanc ſecularem exercentes mercaturam, non aliter rem suam augere poſſunt, niſi multa terra, marique pericula ſuſtineant: neceſſarium eſt enim latronum infidias, pyratarum incurſus ſufferre: & prorsus omnia cum magna ſubeunt promptitudine propter lucri expectationem.* Eodem modo, & nos diuitias hinc nobis conſtant, & spiritualē cogitantes mercaturam gaudere decet, & exultare, nec quā videntur, sed quā non videntur, considerare. Ergo ſatis aptē Salomon, cum prius egiffet de disciplina, & correptione, qua ſuos exercet tribulationibus, & moleſtis: ſtatim atexit comparationem mercaturae, nimirum innuens tribulationem optimam eſſe mercaturam ad lucrāndam, augendamque veram sapientiam, ſcilicet virtutem, & honestatem: *Quam mercari melius eſt, quam auri, argenteique theſauros.* Et ſanē cum mercatura ſacerularis, ſi non apud omnes reſpublicas, ſaltem apud aliquas cultiores degener fit, & parum honesta; ( de qua re multa legere licet apud Tiraquellum infinita eruditioſis virum, in tra- etatu de nobilitate ) spirituali tamen hac noſtra negotiatione, aut mercimonio nihil decentius, atque honestius excogitari potest, in qua videlicet ipſa honestas lucri loco eſt. Ad id ſpectat quorundam recentiorum lectio qui pro illa voce, *Melior eſt acquisitio eius, &c.* ſic conuerunt, *Honestior eſt negotiatio eius.* Alij verò particulam illam melior, non referunt ad honestatem, ſed ad lucrum, ita ut melior, idem fit, quod ditior, locupletior, vulgo dicimus. *De mayor can- dal:* Quod pertinet etiam ad honestatem, & decorum artis. Nam cum ſordidum ubique fit, & turpe in vilibus ſordidisque mercibus mercaturam exercere, in quibusdam nobilissimis, & maxi- mi valoris rebus mercimonia tractare decori, & honori tribui conſuevit. Ait Salomon, *Melior eſt,* id est, ditior negotiatio eius. Et quidem spiritualis mercatoris tantò ditior, atque nobilior negotiatio eſt, quam prophani, quād inter prophanos, & ſeculares nobilior, atque ditior eſt mercatura eius, qui in prætantissimis mercibus contrahit, quam illius, qui in ſordidissimis, vilissimisque rebus com- mercia exercet ſua. Neque verò ſolum, quia ditior,

Chrysost.

92

Tom. I.

93

*Conuertunt, Honestior eſt negotiatio eius.* Alij verò particulam illam melior, non referunt ad honestatem, ſed ad lucrum, ita ut melior, idem fit, quod ditior, locupletior, vulgo dicimus. *De mayor can- dal:* Quod pertinet etiam ad honestatem, & decorum artis. Nam cum ſordidum ubique fit, & turpe in vilibus ſordidisque mercibus mercaturam exercere, in quibusdam nobilissimis, & maxi- mi valoris rebus mercimonia tractare decori, & honori tribui conſuevit. Ait Salomon, *Melior eſt,* id est, ditior negotiatio eius. Et quidem spiritualis mercatoris tantò ditior, atque nobilior negotiatio eſt, quam prophani, quād inter prophanos, & ſeculares nobilior, atque ditior eſt mercatura eius, qui in prætantissimis mercibus contrahit, quam illius, qui in ſordidissimis, vilissimisque rebus com- mercia exercet ſua. Neque verò ſolum, quia ditior,

A ideo honestior eſt mercatura, ſed lucra etiā ſunt auſtiora, atque maiora. Hęc enim mercium ma- gnitudini respondent: neconon etiam detimenta maiora, & grauiora ſunt, ſi forte iactura aliqua con- tingat.

Posterior expositio eſt, in qua sapientia, & virtus non lucri, ſed pretij, & instrumenti ad lucrāndum loco ponitur. Ad hunc modum, *Melior eſt negotiatio eius negotiatio auri & argenti:* id eſt, ſatiuſ longe eſt cum sapientia, quaſi cum pecunia nego- tiari, & lucrari ſalutem, quaſi cum auro, & argen- to merces alias. Huius argumenti ſunt multa apud Patres, quāe vnde conſtarunt noſtræ Societatis Theologi Colonienses, vt eam propositionem ſta- bilirent. *Cœlum propensi nobis vanale:* quam ægrē ferens Kemnitius pluribus machinis euertere con- tendit. Defendit eam eleganter Lufitaniæ decus Iacobus Payua, lib. 8. orthodoxarum ſ. quod ſi ad *Jacob.* dignitatem. Sed elegantissime Noſter Pater Vas- *Payua.* quez 1. 2. disp. 215. cap. Vbi ( qua ſolet acie inge- *P. Vasq.* nij ) huius ſententia ſum callens de bonorum ope- rum condignitate ad meritum Dei acceptatione ſublata, interpretatur, & quædam Patrum conge- rit testimonia, qui illum loquendi modum ſapè, ac ſepiuſ vſuparunt. Ex his, quāe ille conſtauit, duo tantum ſubſcribam. Alterum eſt Clementis Ale- *Cle. Alex.* xandrini in Parænet. vbi *Nepigeat* ( inquit ) *vel la- boraffe, ſi velitis preſiosiſimam ſalutem emere pro theſauro, charitate, & fide vita, quod quidem eſt iuſtum preſium.* Alterum eſt Basilij homilia in principium *Basil.* Prouerbiorum: *Qui viam Euangeliſam incedimus, mercatores ſumus, per opera mandatorum nobis poſſeſſionem cœleſtium comparantes.* Subiicio ego alia, & augeo cenum. Primum eſt Augustini in Psalmum *Augusti.* 63. *Venale eſt regnum cœlorum, dicit illi quantum va- let? Pretium illius labor eſt.* Secundum eſt eiusdem Augustini de verbiſ Domini ſer. 5. *Consilium do lu- crorum, diſce mercari. Laudas mercatorem, qui ven- dit plumbum, & acquirit aurum, & non laudas mer- catorem, qui erogat pecuniam, & acquirit ſalutem, & iuſtitiam.* Adde Ambroſium de Bened. Patri. *Ambros.* cap. 6. *Christum* ( inquit ) *nobiſ ad ſpem ſalutis aet-erna non auro, & argento, ſed fide, & deuotione mer- canur.* Praeſto etiam eſt Chrysostomus, qui omniū *Chrysost.* optimè huius ſimilitudini totam expreſſit vim, ho- milia 5. de peccantia. *Nundinae,* inquit, *prefecto nobis mirabiles ſunt, harum nulla eſt alia poſfeſio, & negotiatori non alia intentio, quam paruo quidem emere, magno vendere: nam ea cuiusque negotiantiis in- diſtria. Num negotiatori alia ratiā eſt, quam quod minori empta, maiori prelio vendat, arque duplicatam ſibi ſumma inueniat?* Tales igitur nobis nundinas propoſuit, modico iuſticias eme, quo permagno vendas in ſeculo futuro. Sed ut conſteret, quam apte Salomon, postquam de correptione Domini egit, ſimi- litudine vtitur mercatoris, qui bonis operibus pro auro, & argento ad ſalutem ſuam comparanda

E F vtitur: illud eſt obſeruandum inter omnia opera, illis præſertim iuſtum gloriam, & beatitudinem promereri, quāe difficultatis, atque laboris habent plurimum, difficultas enim non minimam meriti partem continet. Propterea discriminis id intereſſe dixerim, inter eos, qui laboribus pro Deo exan- thlatiſ ſeculum mercantur, & eos, qui aliis iuſtitiae operibus coemunt, quod versatur inter eos, qui auro, & argento merces emunt, & eos, qui æreis nummis contrahunt. Illi enim leui laborum pondo, quaſi auri, & argenti, æternā vitā redimunt. Iuxta il- lud Pauli, *quod momentaneū eſt, & leue, &c.* Hi autē multa opera, quaſi æreos nūmos conferant, neceſſe eſt, ut poſſint tantā rem prelio compenſare. Ideo comparat Salomon hanc mercaturam cum ea, quā

95

H ij

auro, & argento transfigitur. Melior est negotiatio

cum negotiacione argenti, & aurum, &c. id est, quæ

argento, vel auro fit. Sed ut in illa faciam alia Pa-

trum testimonium, accipe quoddam luculentissi-

mū Salomonij Venenensis Episcopi in mystica expo-

sitione Prouerbiorum, qui expendens illa erba

cap. 20. Malum est, malum esse, dicit omnis emperor,

& cum recesserit, tunc gloriatur: hunc mercato un-

actum ad spiritualem sensum venustè transfert. Ille,

inquit, veraciter est emperor, qui sibi eterna in celo

præmia comparare desiderat. Ipsenim rūm emere stu-

der terras cœlestias, caducis mensura, temporalibus

eternis. Talis ergo emperor, quidquid patitur in pre-

senti, malum esse dicit, quia malum esse intelligit.

A tam n, quia omnia aduersa pro Deo patienter su-

stinet, cum recesserit de mundo, tunc gloriabitur, quia

perueniet ad beatitudinem. A. cedit etiam acuta

Divi Basilius meditatio in libro Regularum fusè

disputatur. In erratio esteiusmodi. Denun-

dunt illi, quæ in Sanctorum Martyrum celebritati-

bus sunt, quid? Nam constat olim fideles publicas

nundinas diebus Sanctis Martyribus consecratis

celebrare solitos, & iuxta eorum sepulchra Cuius

moris peruersti vestigia quædam ad nos usque per-

ueniunt, in quibus enim vībibus solemne est

nundinas peragere, eo die, quo nobilis aliquis ex

Sanctis habetur celebris: atque eo ipso die Sancto

rum reliquias, si quas habent, religiois ergo pu-

blice visendas proponeat. Respondet autem Basilius

propterea nundinas illis diebus, ac locis ce-

lebrari, ut mercatores eò conuenientes, quemad-

modum res venales emere, sic etiam cœlum, &

beatitudinem mercari discenter, ad luentes s' illicet

in memoriam tormenti, & cruciatus Martyrum:

his enim impensis illi gloriam coemerunt,

& eisdem nobis comparandam esse docuerunt.

Quamus enim Basilius ed loci mercatores exagi-

ter, qui ad eum modum circa Martyrum sepulchra

negotiantur: tamen aliam illis erudit negoziatio-

nem, aliam me caturam prescribit, alias nundinas

affligiat, in quibus vena sit beatuilo, & tribula-

tionibus, per eos in bus me coegerit. Christianos,

inquit, ad Martyrum conditio, aut ista contigua

loci inuisere licet, ut Sanctorum constantia admoniti,

in qua illi ne pietatem amitterent, id necem usque

perseverarunt, ipsi quoque ad similes amulatio-

for-

tuendinem incitatur: ut scilicet iudei, quibus illi,

cœlestem beatitudinem mercentur. Audi Paulum:

Momen anum, & leue tribulationis in hoc seculo su-

pramodum in sublimitate eternum gloriam pondus ope-

ratur in nobis. Gaudent g' tur ille, qui non ad mo-

mentum cruciatu, sed durumas sustinet mole-

stias: quan lo quid in si nūlī illi, qui ad copio-

fillimas nundinas magnam auri, & argenti vim af-

fert ad cœlestia comparanda. Et sanctus tempus illud,

quo tribulationibus vexa nur, appositè admodum

cum nundinam conferit. Item nundinarum pro-

prium est, ut quādī agūtur, mercatoribus li-

ceat sua diuendere, nihil tribu i venditionis causa

penitentes. Ita igitur apud te cogita prosperitatis

tempore ita hominem de cœlestibus contractus

agere, vt tamen multa quasi tributi loco appen-

dere cogantur: multa inquam carni, multa con-

cupiscentia, multa item mundo velut de industria

tribuere. At verè tribulatio hominem veluti ad

nundinas transfert, & ab omni vestigali liberam

cœlestiu n merciu n negotiationem, ac mercatu-

ram agitare finit. Nam cum homo ad eum modum

tributis omnibus, & aduersis rebus vel angitur, vel

affligitur, nihil carni, nihil concupiscentia, nihil

cupiditatibus pensat: sed ab omni immunis tri-

buto integrum, ac solidum lucrum, quæcumque

sibi corradiit.

97  
Salon. Pie  
mens.

98

Basilios.

Paul.

XV. Preciosior est cunctis opibus: & omnia que

desiderantur, huic non valent

comparari.

Preciosior est cunctis opibus. Hebraicè. Preciosa

psu p̄c cunctu magaritū. Septuaginta. Pre-

riosior est enim lapidibus: sic habet Augustinus ubi

supra.

Et omnia, que desiderantur, huic non valent com-

parari. Hebraicè. Et omnes voluntates tuæ non aqua-

buntur in ea. Septuag. multa addiderunt, que non

respondent textui Hebr Maluerunt enim ensim

tenere, quam verba. Non resistet illi ullum malum:

benenot a est omnibus appropinquantibus ei: omne au-

tem præsum non est illa dignum. Diuus Augustinus

eo cap. 19. contra Admantum liquid etiam superaddit, sic enim habet. Bene nota est omnibus ap-

propinquantibus ei, & omnibus qui considerant eam

diligenter: omne autem præsum non est illa dignum.

Obseruare autem oportet Hebraicè, pro margar-

itis, atque gerumis esse hauc vocem. Phenirim.

de cuius significatione parum constat apud Hebræos, adeo ut noster interpres non semper eodem

modo conuerterit. Hi enim opes e antulit, infra

cap. 20. num. 15. Gemmū. Est autem aurum, &

multitudo gemmarum. Threnorum 4. num. 7. ebur Thren. 4.

antiuum, Rubicundiores, inquit, ebore antiquo. Et num. 7.

rursus infra cap. 30. ultimæ terræ fines, Procul, &

de ultimis finibus pretium eius. Non minus est inter

Hebræos dissidium. Plerique enim Unionem red-

dunt. Pagninus Rubinos. Aliqui etiam Adamantes.

Et quidem hæc posterior interpretatio non ab-

horret à lectione Septuaginta, qui cum legissent:

Preciosior est lapidibus, addunt, & non resistet illi ul-

lum malum: id est, adamantibus preciosior est, atque

sicut adamas malleis: sic illa malis contari nun-

quam potuit. Alii referunt ad radice u Phanum, aliij

ad Phanach, hoc tamen parum interest. Sed quan-

uis hinc varie admodum, dissimileque lectio-

nes fluxerint, tamen tres sunt nobiliores, & celebres

magis, scilicet vulgata, Septuaginta interpretatio,

quam amplexus est Augustinus, & ex Hebraorum Pagninus.

lectionibus illa, que transtulit margaritas, quam Caietanus.

sequitur Pagninus, Caietanus, Tigrina, Regia & Tigrina.

alii dignissima Biblia. Venio ad vulgatan.

Regia.

Preciosior est cunctis opibus, &c. Cum haec tenus

docuerit Salomon optimum esse sapientiam, id est,

virtutem, & probitatem negotiacione, & mercatu-

ra conquirere, atque omnis mercator, & negotiator

ad id spectet, ut diuitiis, & opibus affluat, sub-

dit hanc sapientiam ditissimos reddere possesse

suos: & leo ut omnes omnium opes in unum colla-

te non solum, quæ haberi, aut obtineri, sed quas

insatibilis hominum auditas appetere potest,

cum sapientia aliqua ex parte conferenda non sint.

F Quomodo autem sola virtus diuites reddat, iam

inde ostendimus in superiori capite. Sed rursus

de eadem repaeca subiiciam. Diuites sicuti quantu-

muis multas aggeraverint fortunas, verè diutes,

& fortunati non sunt, quia nondum omnes obti-

nent, constat enim cupiditatem plus longè stimulari ab his, quæ nondum peperit, quam par-

titis expleri. Qui vero sapientiam veram adeptus

est hic verè diutes appellari debet, quia omnes si-

mul opes, diuitiasque nasciuntur, atq; adeo audita-

tem expletuam. Unde David Psal. 118. Invicti- Psal. 118. n. 4

moniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus di-

uitis: id est, in adimplitione mandatorum tuo-

rum perinde delectationem, & voluptatem ce-

pi, ac si omnes in unum congregatas opes vnu-

99

100

101

obtinerem : Nam aliter opes veram voluptatem afferre non posse exploratum est. Sic expendit locum istum Diuus Ambrosius. Nec non etiam ista Pauli verba t. ad Cor. i. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuities facti estis in ipso. Non in uno aliquo inquit, sed in omnibus, nequid ultra desiderandum supersit, ut plena sit voluptas, dum non stimulatur aviditas.* Et sane propterea, pietas instar omnium diuitiarum esse dicitur, quia omnem voluptatis humanæ appetentiam explet. Ideo Salomon, *Pretiosior*, inquit, *est non magnis, sed cunctis opibus*, ut omnium instar obtinere significaret. Ac B subdit. *Atque omnia, quæ desiderantur, vel desiderabilia non valent ei comparari :* Quasi dicat, omnia illa, quorum talis est natura, ut posita non satient, sed magis excavant desiderium, nequaquam cum probitare conferenda sunt. Et quidem mens Salomonis est in hoc loco diuitias sapientiæ, & probitatis extollere, ne quis vereatur labores, & molestias perferre, quibus Deus viros pios exercere consuevit. Sic enim hæc verba cohærent cum superioribus.

Secunda lectio est Hebraeorum ad hunc modum. C *Pretiosior est cunctus margaritus, & voluntates tue non aquabuntur in ea.* Videndum autem est, cur margaritis pretiosior : cur item non aliquibus, sed cunctis. Illud profectò exploratum est, olim Margaritas reliquias gemmas pretio viciisse. Ita docet Clem. Alexand. lib. 2. pædagogic. 12. *Maximi, inquit, pretij Margarita mirandu in modum mulierū conclane per summan inuasit lasciviam.* Plinius item lib. 9.c. 35. *Principiū, culmenque omnīū rerum pretij Margarita tenent.* Itaque non inter lapides tantū, sed inter omnes alias res pretiosas principatum olim tenuisse margaritas affirmat Plinius, quæ hodie propter insignem copiam, & vim earum, quas India ad nos transmisit, mirum in modū viluerunt. Itaque tempore Salomonis nihil vnone erat pretiosus, & tamen sapientiæ pretiū vnionibus præferri ait: *Pretiosior est cunctis margaritus.* Et quidem eò spectat Salomon sapientiæ, & probitatem margaritis anteponens, ut ad eam vestigandam (qualibet iactura postposita) estimationis propositione exciter. Neque aliud sibi voluit Christus Dominus, cum regnum cœlorum pretiosæ margaritiæ simile esse pronuntiavit, qua innuenta negotiator industrius libenter omnium suorū bonorum iacturam passus est. *Vendidit enim uniuersa, quæ habuit, & emit illā.* Quemadmodum autem Christus exemplo eius, qui margaritam mercatur, docuit quælibet postponenda Euangeliō, probitati, & virtuti: sic Chrysostomus homilia 13. in Genesim, exemplo vrinatōris, aut merguli, qui in profundissimos maris sinus sese demittit, ut margaritas inde tollat, docet nihil non homini subeundum ad veram sapientiam comparādā, quæ omni margarita pretiosior est. Subdit autem Salomon, *Etonua desiderabilia non valent ei comparari.* Vel (ut est in Originibus) *omnes voluntates, aut omnia desideria non aquantur ei.* Quibus verbis innuit omnibus aliarum rerum obvilitatem appetitionibus, & desideriis præclusis, vnam sapientiam atque virtutem esse petendam. Profectò ad ea, quæ impensis optamus aspirare, & anhelare dicimus: nam desideria quedam sunt animi aspirationes, & anhelitus. Animaduerte ergo vrinatores, cum in maris profunda sese immergunt, ut margaritas inde trahant, omnem prorsus ore compresso aspiratio- nis aditum, exitumque præcludere solitos, & qui diutius spiritum continere potest, hic plures elicit. Adeundem igitur modum, qui sapientiam, id est,

*Tom. I.*

A probitatem vestigat, quæ margaritum est omni margarito pretiosius, omnia aliarum rerum desideria, quæ sunt quodammodo aspirationes, & anhelitus nostri, cohibere, atque opprimere debet: nam qui appetitiones suas melius continet, hic plures nanciscitur virtutes.

Denique videndum est, cur non multis, aut certè pretiosissimis margaritis pretiosior dicitur sapientia, sed omnibus. *Pretiosior est cunctis margaritus.* Sic legere oportet; nam licet in Hebreo sit tantummodo *præ margaritis*: tamen indefinita affinis est vniuersali. Ego autem *præ cunctis margaritis* ita intelligo, id est, *præ cunctis margaritarum differentiis.* Audi verba Chrysostomi homilia 59. Chrysost. in Matthæum, *Multæ, & dissimiles virtutes, sicut multæ margaritarum differentiæ, cum omnes margarite vocentur.* Sed hæc quidem est lucida, & vnde que rotunda: alia verò hanc non habet pulchritudinem, sed alteram. Quam autem hanc? sicut ex quadam arte corallium, productam habet lineam & angulos tornatos, & aliam albi coloris amoeniorem: hæc autem rursus viridem omni viriditate gratiorem, alia sanguinis floridum ruborem exprimit, alia magis caerulea, alia purpura coruscantior. Alios multos flores, & solis colores quædam inueniet. Tales & sancti, &c. Neque verò existimes Chrysost. assertuisse margaritas esse imbutas his omnibus coloribus, esset enim absurdum: sed ex lucis repercuSSI uixta diuer- sitatem naturæ sue quasdam vnum, quasdam verò alium, & aliū colorem reddere. Itaque in hac formarum, atque colorum dissimilitudine omnium virtutum, atque iustorum, vel sanctorum differen- tiā meditatus est Chrysostomus, & quidem aptè. Nam si virtutibus singulis accommodes, habes ibi in viridi colore spem, in purpureo charitatem, in cœruleo fidem propter obscuritatem, in candido virginitatem, & temperantiam, in sanguineo fortitudinem, in rotunda forma iustitiam, (quam tornatam esse debere, id est, vnde sibi similem, docuit Diuus Chrysostomus oratione 20.) Ac de- dum in linea illa producta prudentiæ lineam, cuius est omnia metiri, atque metari, habes omnium virtutum vniuersitatem. Accipe etiam ibi omnia Sanctorum conditiones, seu lauros: Virgi- nes in candido colore, in sanguineo Martyres, in cœruleo Doctores propter zelum, & in glauco seu viridi Confessores propter perseverantiam in bo- no, qua spes præcipue innititur, & quæ spem tan- dem donat complemento. Ergo Salomon ait, *Pretiosior est cunctis margaritis:* id est, virtus iustitia in vniuersum præstat omnibus margaritis, si cum illis componatur. Sed quomodo cum omnibus con- ferri potest? in promptu est ratio. Quia non plures species margaritarum sunt, quam virtutis, atque haec valde inter se consimiles, ut iam ostendi.

F *Terria lectio est Septuaginta, & Augustini ad hunc modum. Pretiosior est lapidibus, & non re- sistet illi ullum malum.* Prius dicam de hac priori parte, deinde de posteriori. Et quidem supra obseruavi Septuaginta interpretes de adamantibus capiendos videri posse propter illa verba, quæ statim attexerunt: *Et non resistet illi ullum malum.* Quasi dicant, sapientia, & honestas adamas omni adamante pretiosior: hic malleis numquam domatur, illa malis. Et quidem ista lectio, & interpretatio aptissime coit cum antecedentibus. Nam (ut sèpè admonui) Salomon hactenus ad tolerantiam horratur. *Quomodo autem virtus iustos adamantinos reddat, docet Chrysostomus Chrysost. homilia quarta in Genesim.* Adamantibus H iii

(inquit) solidiores Dei gratia nos efficit, & si volumus omnino invictos. Itaque sicut qui adamantem tundit, nihil illi nocet, sed seipsum fatigat, & robur suum imminuit. In hunc modum res se habent nostra cum salutis nostra aduersario, si armis, quae nobis spiritus Sancti gratia exhibet, nos muniamus. Rursus in homilia trigesima quod nemo laeditur, nisi a seipso. Adamas (inquit) nec malleis cæsus infrigitur. Ita ergo qui a seipso non laeditur, etiam si tundatur ab alijs, non potest laedi. Et quidem apte.

Ferunt enim adamantem suis tantum pulueribus, aut ramentis domari, & elaborari: ita etiam homo adamantinus a nullo alio nisi a seipso exterius, & labefactari potest: solus sibi ipse damnum inferre potest.

Diuus Hieronymus in caput septimum Amos expendens illa verba. Ecce Dominus stabat super murum litum, & in manu eius trulla clementarij. Pro quibus habent Septuaginta, & in manu eius adamas. Sic addit. Hic vir & Dominus habet in manu sua adamantem, id est, iustum, quia nisi Dei teneatur manu, atque eius vallet auxilio, omnem perdit fortitudinem (dicente Domino in Euangelio: nemo potest rapere de manus mea) & instantum robustus est, ut dicat ad eum, si transverso per ignem, flamma non comburet te. Hoc pertinet ad naturam adamantis, quem supra dixerat igne non laedi: sed potius obdurari amplius. Quod eodem modo tradit Diuus Augustinus libro vigesimo primo de Ciuitate Dei, cap. 4. Alij vero ne calefieri quidem igni volunt. Vrget Hieronymus:

Quantoque magis temptationibus caditur, tanto fortior fit: & pronomine Salvatoris inter flagella letatur. &c. Ad hunc modum sapientia, & virtus viros iustos adamantinos reddit. Est quippe adamas omni pretiosior adamante, cui non resistit nullum malum.

Sed si verbum illud non resistit, accipiamus, ut sonat, aptius fortasse ad aliam adamantis conditionem accommodabitur. Talis enim est ipsius natura (inquit Hieronymus loco citato) ut cum ipse indomitus sit, reliqua tamen domat corpora, nulla lima minui potest: sed è contrario limans terret, & quidquid attigerit, linea sulcat. Plinius libro trigesimo septimo, capite decimo tertio, addit omnes alias gemmas adamante elaborari, & in vniuersum corpora, quæ ferro non cedunt, adamante vinci. Quid certius? Ad id spectat illud

Hier. 17. n. i Hieremiac capite decimo septimo. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino. Quod non ita accipendum, quasi in ipso adamante exaratum fuisset: Sed, aliter in hunc modum: scriptum est stylo ferreo, vel potius ungue, id est, cuspidie adamantina, ut significaret in durissimo aliquo corpore indelebiliter incisum fuisse. Ergo iuxta hanc adamantis vim locum præmissum hic expono. Pretiosior est lapidibus, id est, sapientia, & virtus præstat adamantibus, atque adamas est omni adamante durior. Et non resistit ei nullum malum: Adeò ut nullum sit tam durum malum, quod sapientia non incidat, non sulcet, non edomet. Ea est enim honestatis vis, ut ab illa durissima (liceat sic loqui) elaborentur, & bonam in formam reducantur mala: ita ut cooperentur in bonum. Nomine autem malorum molestias, atque labores intelligo.

Rursus illa verba: Et non resistit ei nullum malum, alia interpretatione sic dono. Diuus Hieronymus præfato in loco tradit aliam adamantis naturam, his verbis: Dicitur quoque adamas ad electri similitudinem venena deprehendere, & maleficis resistere artibus. Idem docuit Diuus Isidorus iisdem penè

A verbis: Fertur quoque in electri similitudine venena deprehendere, metus vanos expellere, & maleficis resistere artibus. Vterque libauit ex Plinio libro trigesimo septimo cap. 4. Adamas (inquit) venena irrita facit, lymphationes abigit, metusque vanos expellit à mente, & ob id quidam eum Anachitem vocavere. Possumus ergo hunc ad sensum præmissa verba vocare: Et non resistit ei nullum malum. Quasi dicat, sapientia quidem adamas est omni adamante pretiosior. Adamas enim quibusdam succurrit malis, expellit metus, irrita reddit venena, lymphationes abigit, maleficis occurrit. Sapientia vero non quibusdam, sed malis omnibus medetur: Nam nullum resistit ei malum.

Quod si quis nomine Lapidum non adamantes, sed in vniuersum lapides omnes pretiosos accipiat, non ægeret: nam constans apud peritiores sententia est, gemmas, & omnes pretiosos lapides primum in pretio haberi cœpisse, propter virtutes secretas, quibus aduersus morbos prædicti sunt: nullus enim fere est, qui cum morbo aliquo non pugnet. Quid certius? Consule Plinium citato in loco, Galenum, & alios. Postea vero luxu in dies incrementa capiente, quæ fuerant morborum medicamenta, in ornamenta gloria abire cœperunt, & multo plures inanis ostentatio, quam salutis tuendæ cupiditas adiuenit. Salo non ergo lapidum pretium ad priorem, & veram æstimationem reuocans, iuxta quam ille pretiosior censebat, qui pluribus occurrebat morbis, sic ait: Pretiosior est omnibus lapidibus, id est, omnes lapides pretiosos superat pretio virtus, quia non unum, aut alterum, sed omnia pellit mala, omnes abigit morbos, adeò, Ut non resistit ei nullum malum.

Quod si ad adamantem redeamus, aliam adamantis vim referat D. Augustinus lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 4. Quid etiam (inquit) de magnete legerim, dicam: quando iuxta eum ponitur adamas, non rapit ferrum, & si iam rapuerit, ut ei appropinquaverit, mox sine resistentiare remittit. Diuus autem Isidorus lib. 16. Originum cap. 13. ait. Adamas dissidet cum magneti lapide in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi à magneti, aut si admotus magnes comprehendenter, rapiat, atque auferat. Vterque didicit ex Plinio, ubi supra. Ergo secundum hanc adamantis proprietatem alium ad sensum allicere licet illa verba: Non resistit ei nullum malum, id est, Profecto ferrum, catenas, vincula, & alias id genus peccas ad se attrahere delictorum est: nam hæc omnia ad punienda delicta excogitata, & adiumenta sunt. Cæterum ea est virtus, & honestatis vis, ut nonnunquam adamantis in morem catenas, & vincula suffuretur, ita ut cum plurimi fontes impunes abeant, insolentes tamen peccas sustineant, & cum sceleris plurima inulta sint, multa recte gesta immetritis peccas huat: Exultat Herodis lascivia (inquit Chrysostomus) & vincula sustinet Ioannis Chrysostomus castitas, &c.

Posterior pars illius translationis sic habet: Bene nota est omnibus appropinquantibus ei. Addit Augustinus: Et omnibus, qui considerant illam. Profecto qui margaritum possidet, vel gemmam aliam maximi pretij, si forte ignorat margaritum, vel gemmam esse, pro nihilo habet. Quadratque in illum vetus illud proverbiu, iam inde usurpatum à Tertulliano in libro ad Martyres cap. 4. Tanti vitrum, quanti verum margaritum. Quod si pretium, & valorem lapidis non agnoscit, iacturam illius non veretur. Propterea Salomon cū præmisser lapidem esse sapientiam omni pretioso

**August.** lapide præstantiorem, siue margaritum, siue admantem, subdit: *Bene nota est omnibus appropinquantibus ei.* Hoc est omnes, qui in eas se exercent, valorem illius probe norunt: quapropter, ut illam assequantur, omnes labores, & molestias, atque omnium aliarum rerum iacturam libenter subeunt: quod si adepti sunt, diligentissime asseruant. Addit Augustinus: *Et omnibus qui eam considerant.* Quia valor honestatis adeo est in promptu, ut ad illum agnoscendum sola illius contemplatio satis sit. Inter lapides alios non facile cuius decernit, quinam veri, quinam falsi, & adulterini, lapidarius tantum multo vsu atque artis opera id assequitur: additur etiam nonnumquam Lydij lapidis exploratio. Ad veram tamen, falsamque sapientiam, vel honestatem discernendam sola illius contemplatio, & consideratio satis est. Ad extremum audi Tertullianum veram sapientiam cum falsa componentem, qui postquam dixit veræ sapientiæ, id est, honestatis finem esse beatitudinem, & gloriam, apud Deum: alterius verò adulterina, & falsæ sapientiæ inanem gloriationem, & ostentationem apud homines, subdit: *Igitur si tantum terrena gloria licet de corporis, & animi vigore, ut gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub premio laudis humanae, bene possumus dicere, modica quidem sunt istæ passiones ad consequitionem gloriae cœlestis: tanti vitrum, quanti verum margaritum.* *Quis ergo non libenter tantum pro vero audeat erogare, quantum alijs pro falso?* Itaque ait Tertullianus: Tanti stetit falsæ sapientiæ amatoribus adulterina, & fallax virtus, quanti nobis vera, & germana. Nouimus enim quosdam Philosophos, facultates, patram, & chara omnia reliquise, tormenta, cruces, ignem, & gladios libenter subiisse ad inanem virtutis iactationem: Cur ergo vereamur nos tantum erogare pro vero margarito, quod verum esse plane nouimus, quantum illi pro vitreo impendere non dubitarunt?

XVI. *Longitudo dierum in dextra eius: & in sinistra eius diuitiae, & gloria.*

**Septuaginta:** *Longitudo enim etatis, & annivisia in dextera eius.* Reliqua consonant, gloria Hebraicè, honor. Decernere oportet ante omnia, quid sit *Longitudo dierum*, quid item *diuitiae*, atque *gloria*, ut ad germanam loci interpretationem deueniamus. Hugo, ut assolet, plurimas conflat horum verborum acceptiones. Primo loco per *Longitudinem dierum*, intelligit consolationes terrenas, per *diuitias*, & *gloriam*, gloriose diuitias, id est, æternas. Secundo vero loco commutat sententiam. Iansenius agè fert partitionem inter spiritualia, & temporalia bona: sed aut temporali vita, diuitiis, & gloria vtramque partem capiendam esse existimat (si referatur icilicet ad veteres patres, quibus fecerunt temporalia bona promittebantur) aut de æterna vita, diuitiis, & gloria (si ad nos referantur.) Nam temporales illæ promissiones antiquis exhibita cum ad nos transferuntur, cohibent pollicitationes æternas. Philo Carpathius in cap. 2. Cantico. Hieronymus in caput 54. Isaiæ vtramque partem ad bona spiritualia reuocant, sed diuersimodè. *Nam longitudinem dierum pro æterna, & beata vita, diuitias, & gloria pro gratia, & bonis operibus, id est, pro meritis illius vita captari volunt.* Denique D. Greg. in Pastoral. 3. par. d. 27. D. Augustinus in Psal. 120. *Lyra, Caietanus, & ali sententiam distribuunt. Et longitudinem dierum, de æterna beatitudine; di-*

**Philo.  
Hieron.**

**gregorius.** *meritis illius vita captari volunt.* Denique D. Greg. in Pastoral. 3. par. d. 27. D. Augustinus in Psal. 120. *Lyra, Caietanus, & ali sententiam distribuunt. Et longitudinem dierum, de æterna beatitudine; di-*

*Tom. i.*

**A** uitias & gloriam, vel honorem de fortunis, & temporali felicitate interpretantur. His assentior.

115

Igitur prima expositio sic habet: *Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra eius diuitiae, & gloria.* Sapientia nimirum, aut virtus procedit media inter hæc duo. Nam à dextris vel à dextro latere hæret illi beatitudo æternæ vitæ: à sinistro vero bonorum temporalium affluentia, & vis maximæ: quasi dicat, hæ sunt virtutis comites, atque pedissequæ. Hanc insinuat Iansenius. Et quidem Salomon hac locorum dispositione satis ostendit quo loco numeranda sint utraque bona. Nam cum æternam vitam à dextris virtutis statuit, bonis autem temporalibus sinistram adscribit; venuste adumbrat veræ virtutis, & honestatis esse æterna temporalibus præferre. Accipe moralem Diui Augustini expositiōnem ad illa verba Matthæi capite 5. *Si quis perseverit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram,* ubi quæ in homine dextra sunt, bonis æternis, seu spiritualibus: quæ vero sinistra, caducis adscribit: *Nescio, inquit, quis venit, & vult tibi percutere dexteram, id est, tollere fidem tuam.* *Accipisti alapam in dextera, præbe illi sinistram, id est, ut illud tollat, quod temporale est: non illud quod aeternum habes.* Audite Paulum Apostolum, homines persequebantur in eo, quod Christianus erat, percutitur illi dextra, ille sinistram opponebat. *Civis Romanus sum, ait, illi dexteram contemnebat, & ille sinistra terrebatur.* At enim licet dissidium sit inter autores litterarum humanarum, quinam locus olim fuerit nobilior, dexterne, an sinistre? plures sunt, qui dexteræ gloria, decoremque præferunt. Id ergo tanquam exploratum mihi sumens rursus inquiero rationem. Primam obtulit Augustinus Eugubinus *Eugubin.* 116

**D** de perenni Philosophia. Quia licet cordis extremo angulus in sinistram vergat: tamen initium, inquit, dicit à dextera, caputque illius, id est, radix, ad dexteram vergit. Quapropter ea quæ à dextris gerimus nobis in primis cordi esse testamur. Ideo, inquit, amantissimis sponsis dextras damus, &c. Ergo secundum hanc rationem cum virtuti à dextris beatitudinem hærente, & temporalia bona à sinistris docet Salomon, perinde est, ac si dicat veræ virtutis, ac pietatis esse illam impense amare: hæc verò contemnere, ac despectui habere. Secunda ratio est

**E** ducta ab Aristotele in libro de gressu animalium, *Aristot.* 117 vbi sic ait: *Motionis item originem trahi à dextra parte argumento sunt omnes geruli, qui sinistra solent onera bauilare: Cum enim dextram mouere, sinistra moueri apta sit, ob eam rem onera non parti mouenti, sed mobili imponi debent.* Hinc est, ut ea, quæ quis ad sinistram collocat, hæc sibi quodammodo oneri esse testetur: quæ vero ad dextram statuit, solatio, & leuamento: ideo locus à dextris præfertur. Et quidem iuxta oblatam rationem cum Salomon beatitudinem, æternamque vitam ad dexteram virtutis ponit: bona verò temporalia ad sinistram hæc illi oneri esse decernit: illam verò leuamento, atque solatio. *Quod quidem exploratissimum est: nihil enim est, quod virtutem maiori pôdere degrauet, quam terrena bona: nihil est, quod magis eandem erigat, quam cœlestia.* Tertia ratio ab eodem desumitur Philosopho ibidem, ibi ad dexteram defensionem pertinere affirmat his verbis: *Dexteræ actiam defensione fit, ac propterea dextre partes omnibus eadem efformantur.* Hinc est, ut qui aliquem à dextris suis collocat, eundem quasi securum esse iubeat, dexteræ, ac lateris sui tutelam pollicitus: quem vero sinistræ dimittit, non ita. Propterea locus à dextris alteri preponitur. Iuxta quam rationem cum Salomon beatitudinem, & æterna bona ad dextram virtutis locat, bona vero tempo-

H iii

*Eccles. 4.  
num. 5.  
Matt. c. 5.  
nu. 40.  
118  
Cælum.  
Numa.*

ralia sinistram accōmodat, virtutis munus esse ostendit, illa defendere, ac tueri: hæc exponere, & nequaquam defendere. Vnde Ecclesiasti. de bonis æternis verba faciens: *Agonizare*, inquit, *pro anima tua*. De caducis vero Salvator Matthæi capite 5. *Qui voluerit* (inquit) *tecum iudicio contendere*, & *tunicam tuam tollere*, *dimitte ei & pallium*. Quibus verbis ostendit hæc bona caduca & terrena non defendenda, sed sinistra remittenda esse. Denique Cælius lectionum antiquar. lib. 4. cap. 1. ad finem refert dextera enim fidem significat. Propterea ad fœdera pacis ceda dextras damus. Item Numa, qui primum templum fidei sacrauit, Sacerdotes adscripsit, à quibus sacra dextra manu usque ad digitos inuoluta fieri voluit, significans symbolice (vt tradit Plutarchus) fidem esse seruandam, cuius sedem in dextera sitam esse existimabant. Ergo propterea locus dexter honestior est: nam qui alterum ad dexteram excipit suam, plurimum se illius fidei tribuere eo argumento declarat: est enim dextera fidei locus. Hæc Cælius. Juxta quam rationem cum Salomon dexteram virtutis beatitudini, ac bonis æternis accommodat, sinistram temporalibus decernit, hæc infida, & mendacia esse significat, quæ tunc maximè, cum ex re nostra futura sunt, nos deserunt: illa vero fidelia, veracia, & constantia, quæ semper hærent lateri, præsto semper, & ad manum, (vt aiunt) sunt.

119 Secunda expositio est vulgaris: *Longitudo dictorum in dextera eius*, &c. id est, sapientia, virtusque beatam & æternam vitam manu dextera donat: alia vero caduca, & terrena bona sinistra impartitur. Et quidem ita accedit. Nam dexteræ manus actiones liberæ, crebræ, & continuæ sunt: sinistra vero tard agit, & actio illius contraria, & infirmior est. Ergo si quæras cum iusti atque impi homines tard uitii atque bonis hisce caducis afflant, cum constet hæc etiam bona præmia virtutis esse, in promptu est ratio. Quia virtus terrena isthæc bona sinistra diuidit, æterna vero dextera impendit: huius autem actiones manus crebræ, liberæ, atque continuæ: hinc est, vt bonis æternis virtus pios homines semper cumulet: illius autem (scilicet sinistram) opera rara, nec effusa, nec libera: vnde fit, vt iustis bona temporalia parum suppetant. Et quidem ita decebat virtutem, ne si actiones laueæ manus crebro usurparet, laua etiam ipsa diceretur. At (inquires) non ita, sed ambidextra potius diceretur virtus, quod non paucum virtutis interesset ad debellanda vitia contraria, nam ambidextri milites fortissimi haberi solent. Minime vero: nec enim dicebat virtutem in utrisque bonis impertiens esse ambidexteram. In primis enim viros utraque manu pro dextera utentes, & vidimus, & legimus: *Mulierem vero ambidexteram nullam esse auctor est Hypocrates*, quam naturalis historiæ libro septimo retulit Plinius. Atqui virtus virgo est. Rursum, si virtus ea ratione æqualiter in erogandis caducis, & æternis lauea, & dextera uteretur, non mihi ambidextera, sed ambilauea potius dicenda videretur. Quia non parvam offerret hominibus occasionem existimandi bona terrena vera esse bona, atque in his felicitatem ponit posse, cum videlicet viderent pari liberalitate à virtute erogari. Addo sibi aduersam fore virtutem. Cum enim nulla suppetant virtus fortiora aduersus virtutem arma, quam terrenorum honorum affluens copia: si quidem virtus in his impertiens effusior esset, plures aduersarios contra se armis suis instrueret, adeò vt ad se tuerandam, atque defendendam non satis foret tunc utraque manu pro dextera vti.

120 Tertia expositio, quæ quibusdam doctissimis ex-

A recentioribus interpretibus valde probata est, postulat, vt quædam de veteri arte suppeditandi premittamus. Solemne fuit antiquis manum quibusdam gestibus computationes & rationes confidere, cuius moris non tantum apud externos authores, sed etiam apud Patres vestigia non leuiter impressa habemus. Beda venerabilis librum de Indigatione integrum compleuit, id est, de arte suppeditandi per digitos. Meminit etiam huius Diuus Hieronymus in cap. 13. Matthæi, Irenæus libro 1. contra hæreses cap. 3. Petrus Chrysologus in sermone de parabola centum ouium. Et quidem eiusmodi suppeditationes, aut rationes instituebantur ad hunc modum. Illud imprimis communis omnium conspiratione constat laueam manum ab unitatis simplicibus usque ad numerum nonagesimum nonum peruenire suppeditando, dexteram vero ordiri à centesimo, & deinceps sine termino. Itaque ubi ad eum numerum 99. deuentum erat, si centum exprimeret opus esset, à laue in dexteram ratio transferebatur. Si vero de centenario, vel una simplex unitas detrahebatur, rationes ad sinistram redibant. Ex hoc ordine vespultam meditationem in parabolam centum ouium Petrus Chrysologus coniecit, ubi sic ait: *Quis ex vobis homo, qui habet centum ous: & si perdidet ex eis unam, &c. Quare non quinquaginta, quare non ducentas, sed centum? Quare non in quatuor & quare non quinque, sed unam?* ut ostenderet non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem. Namque amissio unius totum dissipauerat centenarium numerum, & totum de dextera redegerat ad sinistram, vt dispedio unius, & sinistra clauderet omnes, & dextera nihil haberet. Nonagesimus enim nonus numerus in sinistra latet clausus, tenetur oppressus: qui tamen ubi unius perceperit, & senserit augmentum, mox dextera transit ad palmarum, mox centenarij numeri peruenit ad coronam. Videlicet quia per unius ous amissionem pastor totum gregem cecidisse de dextera, & totum in sinistram doluerat recidisse. Haec tenus Chrysologus, qui satis perspicue ea quæ diximus, confirmat.

123 Deinde obseruandum est secundò circa ordinacionem harum rationum non unam omnium esse sententiam. Nam in quorundam opinione eadem forma, seu gestus manus, qui in lauea unitatem exprimebat, translatus in dexteram centum significabat. Et quiduo in lauea notabat, similiter ducenta reddebat in dextera, & sic de ceteris. Hæc deceraunt contra Bedam Pierius de Digitis, Hieronymus Lucas in sua Arithmetica, & noster Pineda in capit. nono Iob. vers. 1. Beda enim non unitates centenarii denarios millenarii, sed denarios centenarii, & unitates millenarii respondere existimauit. Ita ut denarii numeri gestus in lauea centum, non mille redderet in dextera, & unitatis forma in lauea, mille item in dextera. Cuius sententia mihi quidem per placet. Neque aliter intelligi posse arbitror Diuum Hieronymum: hic enim differens contra Iouianum libro 1. de triplici illo fructu trigesimo, sexagesimo, & centesimo (de quo Christus Dominus in parabola sementis Matth. cap. 13.) sic ad digitorum suppeditationes reuocat: *Triginta referuntur ad nuptias, nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli se complexans osculo, & fœderans, maritum pingit, & coniugem*. Constat enim triginta per indicem polli: i copulatum reliquis digitis protensis insinuar. *Sexaginta vero* (inquit) *ad viduae, eo quod in tribulacione & angustia sunt posita. Unde & superiori digito deprimitur, quantoque maior est difficultas expertas quondam voluptates illecebribus abstinere, tanto maius est premium*. Nam numerus sexagesimus sic efformari solebat indice 124

Hieron.  
Irenæus:  
Pet. Chry.

122 Chrysolog.

Pierius:  
Luc. Hie:  
Pineda.

Matt. 23.

rente, atque premente subiectum pollicem. Quod A Beda expressit his verbis: *Cum dicas sexaginta pollicem curvatum indice circumflexo diligenter à fronte præcingens.* Et quidem pollex indici subiectus, & ab illo depresso laborantis animi, atque tribulati gerit similitudinem: ideo viduas in tribulatione positas notat. Attexit Hieronymus; Porro centenarius numerus (diligenter, quælo, attende Lecto.) de sinistra transfertur ad dexteram, & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in leua nuptæ significantur, & vidue, circulum faciens exprimit virginitatis coronam. Quæ verba satis aperta sunt, nisi illis Pierius tenebras offudisset. Nam cùm vterque ille gestus, & numerus sinistræ, quo nuptiæ, viduitasque notatur indice, atque pollice fiat (vt ex dictis constat) cumque oporteat centenarium eisdem digitis efformari, in manu dextera: constare id non posset, si gestus, qui in manu leua unum reddit, in dexteram translatus centum conficeret. Nam vnitatis non indice, & pollice, sed digito auriculari, & minimo ad palmam redeunte fit. Neque id negat Pierius ipse. Rursus affirmit Hieronymus ad efformandum centenarium digitos circulum exprimere, qui coronæ speciem exhibeat: quod ei gestui nequaquam accidit, quo vnitatis repræsentatur: quamuis Pierius suæ sententiae obfirmato animo hærens minimum digitum ad palmam conuersum vminoris in se ipsum redeuntis ad coronam & sertum pangendum imaginem referre contendat. Sed vide, quām aptè, & ad numerum cuncta cadant, si Beda amplectamur sententiam, & per eum gestum, qui in leua decem, in dextra centum confici assueremus: denarius enim sic effingitur: *Cum annis decem* (inquit Beda) *vnguem indicis in medio figes pollicis articulo.* Transfer igitur eum gestum in dexteram manum ad centenarium notandum, atque in eum omnia Hieronymi verba aptè quadrabunt: scilicet eisdem digitis, quamvis non eadem manu notari, quibus trigeminus numerus, & sexagesimus exprimuntur, videlicet pollice, atque indice. Neque desiderabis circulum, qui coronam quandam adumbret. Nam index ad pollicis medium articulum vngue figura conuersus, siquidem pollicis caput non erectum sit, sed modicè in vnguem indicis decumbat, circulum, & coronam perfectè componit. De qua etiam coronæ figura Diuus Petrus Chrysologus in præmisso testimonio: *Mox dextera transit ad palmarum, mox centenarij numeri peruenit ad coronam.* Rursus hæc supputandi ratio aptissimè accommodari potest illis verbis, Iob cap. nono: *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum promille.* Quod noster Pineda aliorum sententiarum inhæres ad præmissas computationes reuocare non potuit: ) quia cum eodem gestu millenarium in dextera significetur, quo vnitatis exprimitur in sinistra, hi numeri sibi respondent. At enim delusit Pierius, & alios Diuus Irenæus lib. primo contra Hæreses cap. 14. cuius verba sic mendosè transcribunt.

Chrysolog.

Iob. c. 9.

Irenæus.

Frontoduc.

*A nonagesimo nono, qui fuit in leua, per unius significationem transferre in dexteram, & ibi centena constitui.* Sed Irenæus verba aliter habent. *Ex quo etiam efficitur, ut ipsi nonagenarij noni locum (hoc est, defectum sinistram manus typum) per cognitionem fugiant, unum autem conjectentur: quod quidem si ad nonaginta nouem accesserit, ad dexteram eos manum transfert.* Quibus verbis nihil aliud sibi voluit Irenæus, nisi id quod suprà docuit Chrysologus, scilicet rationes sinistram manus peruenire ad vique nonaginta nouem, & unius tantum numeri additione transferri ad dexteram, quæ orditur à cen-

tis, & Febardentius Franciscanus nobilis Diuini Irenæi Scholastes.

Febardentius.

127

Tertio notandum est, quod cùm veteres in aliis rerum rationibus hos manuum gestus adhibere solerent: illis tamen familiarius fuit vt in computationibus temporum. Videlicet ad dies, menses, annos, & secula enumeranda. Suadent hoc verba Bedæ, quibus tractatum de Indigitatione auspicatur: *De temporum ratione (Domino iuuante) dicturi necessarium duximus utilissimam primo, propriissimamque flexus digitorum paucis demonstrare soleritatem, ut cum maximam computandi facultatem, & facilitatem dederimus, tunc paratiore legentium ingenio ad explicandam computando seriem temporum veniamus.* Ad id spestat illud Iuuinalis Satyra 10.

Iuuinalis.

Atque suos iam dextra computat annos.

Plinius.

Macrobius.

Item quod Plinius Historia. lib. 34. cap. 7. & Macrobius Saturnalium lib. 1. tradunt de Ianuarii simulochro, scilicet ita efformari solitum, vt manu dextera trecenta, sinistra vero quinquaginta quinque consuetis gestibus significaret, ad notandam anni dimensionem. Accedit Apuleius Apologia 2. *Si trigesima (inquit) annos pro decem dixisses, posse videri præ computationis gestu errasse, quos circulare debueras digitos aperuisse.*

Apuleius.

*Cum vero quadraginta, quæ facilis ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio angas, &c. non potes digitorum gestu errasse, nisi forte triginta annorum Prudentillam ratus binos utriusque anni consules numerasti.* Rationem autem propter quam hos digitorum gestus in annorum computationibus praesertim adhiberent, reddit Ioannes Nouiomaga Scholastes Bedæ. Vide ibi. Tota vero ad id spectat, vt magni & ingentes numeri unico & facilis gestu notentur. Hæc de veteri numerandi more partim ex Patribus, partim ex aliis auctoribus aucupari potui. Quibus prædictis ad loci expositionem veniens, secundum hanc supputandi rationem quibusdam non inelegantibus interpretationibus do-nabo.

Ioan. Nouiomaga.

Prima expositio est: *longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuinitate & gloria.* Si quidem vtramque partem de bonis spiritualibus accipias, cum Ianuenio, & aliis, euadet hic sensus: Sapientia, virtus, aut Deus, cùm præmia donat: numerat ea

Iansenius.

*E quidem sic, vt meritis paria euadant, diuersa autem merita diuersis affectis præmiis. Nam aliquando dextera vtitur, vt magna merita magnis ac liberalissimis donis compenset. Aliquando autem sinistra, vt exiguis meritis exigua retribuat. Et quidem hæc interpretatio satis aptè necesse est cum antecedentibus: nam cùm haec tenus ad tolerandos labores, & molestias à Deo immisssas incitasset, aptè subiicit magna præmia magnis meritis retribui, &c.*

130.

Secunda expositio (siquidem priorem partem de beatitudine, & æternâ vita, posteriora de aliis bonis capias) est ad hunc modum: *Longitudo dierum in dextera eius.* Id est, sapientia, vel pietas longitudinem dierum, id est, beatam & æternam vitam, & quæ ad eam vitam perducunt bona, dextera numerat. donat scilicet, atque adeò liberaliter ac profusè: nam numeri maiores, & interminabiles dextera conformantur: *Et in sinistra eius diuinitate, & gloria,* hoc est, bona terrena & caduca, diuitias, honorem, & alia id genus sinistra numerat, atque donat, nimurum parce, & auarè: nam hæc manus ad numerum nonagesimum nonum peruenit supputando, nec ultra progreditur.

131.

Possumus etiam ex dictis interpretari verba Psalmi 77. (boni consule nostram coniecuturam) *Psalm. 77.*

*Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Quibus verbis de scribitur prudentia & solertia qua David utetur in regni administratione. Ergo in intellectibus, perinde est, Atque in rationibus manuum suarum. Significatur autem magna illius regis magnificentia & liberalitas, qui utraque manu utetur ad numeranda, id est, donanda beneficia. Nam & ex hac veteri numerandi consuetudine natu crediderim proverbiū illud apud nostrates valde tritum: Dar a doros manus: Vel aliter significat prudentissimi illius Regis soleritatem, qui dona sua pro meritorum diversitate di similiter largiebatur, nūc dextera, nūc sinistra utens. His enim, qui digniores erant, pro meritis ingētibus dextera numerabat beneficia: his verbis, qui minis digni, pro exiguis meritis laua sua minora dona recensebat, ita ut nullus eius liberalitatem non experiretur.*

XVII. Ex ore eius procedit iniuria: legem autem & misericordiam in lingua portat.

132

**H**ec verba habentur in textu Septuaginta, at in vulgatis Bibliis omnino desiderantur. Ea tamen recitat Diuus Augustinus contra aduersarios legis libro 1. cap. 1. Et de gratia, & libero arbitrio cap. 8. & vtrōbique explicat extremam partem. Scilicet: Legem autem, & misericordiam in lingua portat Cum qua prior conformari facile potest. Ergo in libro contra aduersarium legis, & Prophetarum sic ait: *Ipsē enim est, qui nos iniurias aequo animo, & ferre, & condonare praecepit. Et hoc ideo, quia de sapientia Dei dictum est, quod legem, & misericordiam in lingua portat. Neque enim permisericordiam debitoribus nostris scienter dimitteremus. nisi per ipsam legem ipsa debita discernemus.* Hec Augustinus. Ex cuius verbis talis elicitur interpretatio: Legem & misericordiam in lingua portat. Id est, sapientia scilicet, vel Deus ipse misericordiam erga proximum, id est, dilectionem illius non suadet tantum, sed prescribit legem, ut non tantum eam amplectamus, sed metas illius, quas lex statuit agnoscamus & non transiliamus aliquando. Lex enim misericordiae, quae dilectionis proximi terminos assignat ad id peruenit, ut aequo animo feramus non referentes iniurias. Itaque legem & misericordiam interpretatur Augustinus misericordiam legitimam, hoc est, cum lege conformatam, nam cum preceptum istud adebet difficile, ferre nunquam proponitur in sacris litteris, quin illi coniungatur compulsionis legis. Sic Christus Dominus: *Ego autem dico vobis, id est, praeceptio vobis, diligite inimicos vestros.* Et iterum: *Hoc mando vobis, ut diligatis inuidem David Psalmi 18. Super inimicos meos prudentem me fecisti, & mandato tuo, quia in eternum mihi est.* Sed quarendum est, cur misericordiam hanc, seu dilectionem proximi sapientia & virtus in lingua portare, non autem effundere dicatur. Quia nimurum dulcedo illius, & gratus sapor efficit, vt saepius retrahet. Ita quidem Euangelista accidisse compertum est, qui fuit quoddam virtutis simulachrum (vt ait Hieronymus) cuius ex ore nūquam excidebat illud verbum: *Filioi, diligite alterutrum.* Ad hanc David in praemissio Psalmi, postquam de dilectione inimicorum egit ab illis verbis: *Super inimicos meos prudentem me fecisti, &c. Super senes intellexi, &c.* Subdit statim: *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua super meliori meo.* Sed coiungit misericordiae, & dilectioni legem, cuius est dilectioni terminos præfigere, vt aix Augustinus, vt nouerit ad remissionem iniuriarum sibi perueniendum esse. Nam aliter sapor ille dilectionis corrumpit.

133

Psal. 118.  
nū. 90.

*Super inimicos meos prudentem me fecisti, &c. Super senes intellexi, &c.* Subdit statim: *Quam dulcia fauibus meis eloquia tua super meliori meo.* Sed coiungit misericordiae, & dilectioni legem, cuius est dilectioni terminos præfigere, vt aix Augustinus, vt nouerit ad remissionem iniuriarum sibi perueniendum esse. Nam aliter sapor ille dilectionis corrumpit.

A pitur. Audi Pseudo Chrysostomum Homil. 15. operis imperfecti: *Quemad modum si quis in os suum aliquid dulce admittat cum amaro permixtum, dulcedo illa non dat suum saporem: Ita qui bona agit, & malam dimittit, bonorum suorum gratiam perdit.* Id est, saporem, dulcedinemque corruptit. Rursus misericordiam in lingua virtutis statuit Salomon id est, in lingua hominis iusti, atque virtute prædicti, quia cum nihil sit ad referendas, reciprocandasque iniurias magis expeditum, & promptum quam lingua, in ipsa oportuit legem misericordiae & dilectionis statui. Propterea cum de dilectione agitur proximi, plerumque lingua præceptis, ad id informitur. *1. Pet. 3. n.* *Non reddentes malum pro malo:* Statim additur: *Nec maledictum pro maledicto.* Matth. c. 5. Statim, atque dixit Christus Dominus: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, linguam informant: Benedicite his, qui oderunt vos, & orate pro persecutibus vos.* Et huius generis sunt alia loca. *1. Pet. 2.* *Lucas 6. & alibi.*

B Secunda expositio Augustini in libro de gratia, & libero arbitrio, sic se habet: *Legem & misericordiam in lingua portat.* Legem sine gratia litteram esse occidentem, cum gratia verò spiritum esse viuificantem probat multis Augustinus in eo loco, atque ut legis adimpletionem de Dei misericordia, & gratia eueniire ostendat: *Propterea (inquit) dictum est, Sapientia Dei legem & misericordiam in lingua portat, & in Psalmo scriptum est: etenim benedictionem dabit qui legem dedit.* Quasi dicat, Deus ipse legem prescribit, & ad legem implendam ex misericordia gratiam suppeditat necessariam. Quae interpretatio melius cum antecedentibus nequitur. Sed quid sibi vult, in lingua portat? Id est, in promptu habet. Quasi dicat, tam illi est in promptu gratiam conferre ad implenda præcepta, quam præcipere, ac propterea illi obtemperare non est arduum. Lingua quidem sua præcipit, lingua etiam & verbo misericorditer inspirat. Hominibus san præcipere proclive, & in promptu est, hoc enim lingua sit iutuare autem, & opem ferre difficile: ad hoc enim manibus opus est, nonnunquam etiam sumptibus & impensis: at Deo æquè facile est utram, atque alterum, quia utrumque lingua sua præstat, & verbo.

135

C Possimus etiam aliter exponere accommodatè ad ea, quæ diximus hactenus. Nominis autem sapientia intelligo virtutem ipsam, & pietatem quemadmodum Iepius exposuit: hæc autem, Legem & misericordiam in lingua portat, id est, cum primùm lingua sua aliquid prescribit faciendum, statim eadem lingua proponit facientibus præmium & mercem, atque id sibi vult in hoc loco misericordia. Et quidem Septuaginta hanc illationem ex his, quæ Salomon præmisserat, aptè elicentes, de suo illam addiderint. Nam cum Salomon Sapientia nomine multa de laboribus patienter ferendis seu cius præcepisset, subiecit præmium his verbis, *Lingitudo*

Dierum in dextera eius, &c. Ex quo aptè intulerunt Septuaginta utrumque illi æquè in promptu esse, præcepta imponere, & præmia proponere. Itaque legem, atque misericordiam dicitur in lingua proferre, quia quoties aliquid præcipit, toties mercedem proximè attexit. Rursus in hoc sensu referre etiam licet ad saporem hoc modo: Legem, & misericordiam in lingua fert, lex scilicet misericordia, id est, præmio condita ad eam dulcedinem deuenit, vt eam virtus in lingua afferre, hoc est, gustare, & regustare dicatur: id enim est præmiorum proprium, vt præcepta alioquin acrida & acerba, prædulcia reddant. Hinc David Psalm. 18. de præceptis diuinis sic ait: *Desiderabilia super aurum, nū. 11. & lapidem pretiosum multum, & dulciora super*

134  
Augusti.

Psal. 18.

super mel & fauum. Vnde verò accedit tanta, & talis dulcedo? Ex mercede atque præmio. Subdit enim: Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retribuio multa.

XVII. Via eius pulchra: & omnes semita eius pacifice.

337

**V**iae eius pulchra. Hebraicè. Via eius via amœnitatis. Septuaginta. Via eius via bone. Chaldeus. Via eius. via stautatis.

Et omnes semita eius pacifice. Hebraicè. Et omnes semita eius pax, Septuaginta: in pace. Scholast. alio et pro semitis habet. Quæ vox tria significat. Primi axes, quibus rotæ volvuntur, secundū tabulas, in quibus leges erant conscriptæ, maximè, in quibus pœnæ aut præmia ciuibus proposita exarabantur. Et quidem Plutarchus, quoties de tabulis colonis meminit in Numa, & in Solone, eas axonas vocat. Nam in Solone sic ait: Statuit autem in centum annos leges mnes ratas habent, quæ in ligneis tabulis descriptæ sunt, quas exornatæ appellant. Vide Pollucem lib. 8. & Agelium lib. 2. cap. 12. Tertiò, significat viam non quamlibet, sed eam certè, quam rotæ axe deuolutæ metiuntur: & quidem propriæ eam viam sonat, per quam messes domū comportantur, ut authore est Pollux, vulgo Carril.

Sensus autem est facilis. Beda. & Hugo spirituiter de Christo intelligunt, atque hic plures vias Christi ad nos, & nostri ad Deum enumerat: ille nomine viarum omnes accipit Euangelicas institutiones. Rodolph. Caiet. Ianuenius de virtute, & pie-tate interpretantur, ut sèpè aliæ, ad hunc modum: Via eius pulchra id est, præcepta virtutis, vel actiones cum virtute coniunctæ delectabiles sunt: Et semita illius pacifice. Hoc est, qui per eas gradiuntur summa gaudient pace, atque animi tranquillitate mirabili. Hæc est sententia verborum. Subiiciam tamen aliqua, quæ ad illius illustrationem faciunt plurimum tum ex nostra lectione vulgata, tum ex aliis.

138

Viae eius via pulchra. Hebraicè: Via amœna. Vel via amœnitatis. Et quidem vox originalis dicitur de floridis saltibus, atque viridiariis, quæ, virenti colore recreat oculos. De quibus alibi Ecclesiasticus: Gratiā, & pulchritudinem desideravit oculus, & super omnia virides sartores. Hoc verò aptè cum antecedentibus nec sit: nam cùm præmia virtuti propolita præmissis verbis Salomon recensuit: Longitudo dierum in dextera eius, &c. quibus spes excitatur, aptè subiicit: Via eius via amœnitatis, id est, actiones virtutis amœnæ, & virentes. Vnde verò accedit viror iste? ab spe certè ( cui viridis color adscribitur.) Est igitur spes, quæ viam virtutis amœnat, iucundam reddit, atque delectabilem. Vnde quemadmodum accidere solet viatoribus, qui inter amœnos & virentes pergunt saltus, ut sèpè longa spatia peragrantes non percepint, & diei iter emensi non senserint: quia loci amœnitatis cunctam itineris difficultatem elusit. Ad eundem modum accedit aliquando his, qui pietatem sectantur, ut toto virtutis itinere consecuto nullam ferè difficultatem illius experti sint. Spe scilicet præriorum erecti, cuius est viam virtutis amœnare, atque virentem, ut ita dicam, reddere. Via eius via amœnitatis. Chrysostomus homilia 32. in Matthæum. Certa ( inquit ) spes futurorum, & affectus incundior, & visu clarior est. Comparat autem spem cum aliis aspectui gratissimis rebus. Sed audi Augustinum in libro de Genesi contra Manichæos, ubi expendens illa verba Genes. 2. Haec sunt

A generationes cæli & terra, quando creatæ sunt in die, qua fecit Dominus cælum & terram, & omne viride agri. ( Sic enim legit Angustinus ex Septuaginta ) rogás, quid sibi velit hic viride agri. Subdit. Viride ergo agri vitam spiritualem insuibilem creaturarum dici propter vigorem vita aeternæ. Itaque ex mente Augustini viror agri beatas illas mentes adsignificat, quæ Deum contemplantur, propter aeternam immarcessibilemque vitam. Quodat etiam hoc in omnes beatos atque beatas animas, quæ communī cum Angelis gaudent præmio. Liceat ergo ob eam causam vias virtutis amœnas dicere, quia hi, qui per eas gradiuntur, si à beatitudine, atque à beatis omnibus, ad quorum consortium tendunt, oculos nunquam deflectant, per vires agrum, atque per amœnum saltum sibi gressus regere videbuntur. Vel aliter. Via eius via amœna, seu virides dicuntur eo sensu, quo iurisperiti ea præcepta, quæ feriò à subditis obseruantur, In viridi obseruantia esse dicunt. Itaque ait, Via eius, id est, vias institutiones secundum virtutem, via viridis, id est, vigent in obseruantia, & nulla desuetudine marcescant.

B **E**t omnes semita eius pacifice. Cum duos inter populos bellum geritur, quæ inter virosque fines pergit, viæ nec tutæ, nec pacifica sunt: at qui virtutum moralium omnes actiones inter duo extrema sibi opposita, & ( si licet dicere ) intestinis bellis dissidentia tendunt, vel etiam inter rationem & appetitum, quæ maiori dissidio distrahuntur. Quomodo ergo pacifica dicuntur? Rursus nec tutæ, nec pacifica est illa via, quæ n prædones & sicarij scelerati obseruantur. At verò quot, & quā in immites prædones viam virtutis obsideant, eleganter tradit Basilios, orat. 3. de peccato, his verbis. sicut hi qui in vijs insidijs instruere solent, si animaduerterint locum aliquem vallis profundis diffraustum, aut densitate arborum opacum, in hunc se abdentes, & viatorum præsentem eiusmodi operimentis præcidentes, confertim, & improviso ipsos aggrediuntur. Sic demones, & c. Quomodo ergo vias virtutis pacificas appellare licet? Respondere possumus ex Hugo.

**H**ugo. **B**asilios. **I**ob 7. **A**ugust. **P**seudo August. **C**hrysost. **A**ugust. **G**enes. 2. **U**niversitatis Granadensis

Sic de monachis, & ceteris, qui in vijs insidijs instruere solent, si animaduerterint locum aliquem vallis profundis diffraustum, aut densitate arborum opacum, in hunc se abdentes, & viatorum præsentem eiusmodi operimentis præcidentes, confertim, & improviso ipsos aggrediuntur. Sic demones, & c. Quomodo ergo vias virtutis pacificas appellare licet? Respondere possumus ex Hugo. **B**asilios. **I**ob 7. **A**ugust. **P**seudo August. **C**hrysost. **A**ugust. **G**enes. 2. **U**niversitatis Granadensis

Et semita illius pax. Non solum ergo in exitu & fine itineris pax succedit bello, sed in ipsa etiam via pax promittitur. Et quidem in eo spectatur virtutis & honestatis robur, & interrita constantia, quod inter hostes atque aduersarios pacifica est, atque tuta. Vnde Pseudo Augustinus de pace animi interna verba faciens ( de hac enim nobis est sermo ) quam animus nullius delicti sibi conscientia assequitur, ad fratres in Eremo serm. 1. O pax ( inquit ) tu mens serenitas, tu inter hostes summa tranquillitas cordis. Loquitur autem de tutâ conscientia. Imo audeo dicere eiusmodi pa-

ce ad suos aduersarios debellandos virtutem vti, atque per ipsam fieri, vt non amplius viam illius, vel hostes, vel latrones infestent, quia hostibus necem, & latronibus suspendium parat. Quapropter cum præmissus Doctor plurima pacis enamerasset bona; sic addit. Tu martyrum solarium, tu confessorum baltheus, tu virginum tripodium, tu viduarum speculum, tu coniugatorum spectaculum, tu malorum presidium (obserua extrema verba) tu hostibus excidium, tu lutronum suspendium. Quid aptius de tranquillitate conscientia dici posset? Constat ergo pacem illam animi internam non solum in ipsis virtutis actionibus spectari, sed eandem etiam ad eos, qui semitas honestatis obſident, hostes & prædones debellandos satis esse.

142

נָתַן

Sed non est silentio premenda lectio illa, *Et axes, seu axones eius pax, vel pacifici.* Et quidem obſeruandum est interpretem ea voce vsum ad exprimendam vim verbi Hebraici *Nathib*, de quo alibi plura diximus. Si ergo axones sumuntur pro axis, sensus erit: *Vie virtutis, vie pulchre, id est, suaves & iucundæ, & axes illius pax*, de pace interna accipio, de bona scilicet conscientia. Hæc enim axis est, ad virtutis iter conficiendum. Nam cum animus noster, vt docet Bernardus, & Ambrosius ad illa verba, *Animam mea posuit me currus Annadab.* ad instar currus obtineat, cui voluntas, atque intellectus tanquam rotæ duæ additæ sunt, mens pro axe est, id est, bona conscientia, cui innixa illæ rotæ facile volvuntur. Quemadmodum ergo cum axis oleo, aut adipe litus est, currus facile mouetur: at cum horret, atque stridet, magno labore trahitur: Eodem modo animis euenire dixerim. Si enim conscientia tuta est, atque adeò interior lætitiae oleo delinita, homo nullo negotio impellitur ad virtutem. Quod si conscientia stridet, difficit ad pietatem trahitur. Aliter ex Augustino currus volubilem conuersionem temporalium bonorum significat Psalm. 19. ad illa verba, *Hic in curribus, & in equis, &c.* At verò eiusmodi conuersiones, & commutationes rerum cur improbi agrè ferunt? cur item probi & quo animo tolerant? In promptu est ratio. Quia conscientia axis est, & in illis quidem stridet: in his verò delinita est. *Et axes illius pax.* Rursus licebit dicere axem accipi pro curru, seu vehiculo, sumpta parte pro toto. Sic Iuuenalis Satyra 5.

*Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.*

Item falcatos axes pro curribus falcatis dixit Valler. 6. Argo. & alij plures. Ergo perinde est illud, *Axes illius pax, seu pacifici, ac si dicat, currus illius pacifici.* Constat autem quosdam olim fuisse currus pacificos & urbanos, quosdam item castrenses ad bellandum instructos, qui falcati currus dicebantur. Et quidem possemus hoc referre ad faciem, pacificam, & suauem virtutis exercitationem. *Axes illius, seu currus pacifici.* Hoc est, nequam virtus falcatis opus habet curribus ad suos hostes debellandos, non semper in castris est, frui tur saepius pace. Velaliter, *Currus illius pax.* Id est, bona conscientia virtuti & honestati pro curru & vehiculo est, quo iucundè, & sine labore desertur. Quod si nomine axonum semitas ipsas intelligamus, vt quidam volunt, & nos etiam initio præmissimus, non de quibus semitis accipere licet, sed de his tantum quæ curules sunt, & planæ. Sumitur enim contentum pro continent, currus scilicet pro via, quæ curru teritur, atque adeò sensus erit, *Pax*, id est, bona conscientia virtutis viam aliqui accluem curulem reddit atque planam.

Sin verò axones de tabulis accipiamus, in quibus leges describebantur, tunc quidem axones virtutis

pacifci dicentur, id est, præcepta, legesque honestatis non graues & immites, sed leues, mites, atque suaves. At cur (inquires) tabulas, in quibus suas leges incidit Solon, axonas appellavit? Sunt qui dicant in duabus tabulis, vel asseribus suas leges Solonem exarasse: in altera quidem eas, quæ ad religionem Deorum spectabant: in altera verò, quæ ad ciuilem administrationem pertinebant, has verò axes, seu axones præterea nuncupauisse, vt ostenderet his legibus, quasi duobus axibus totam reipublicæ salutem, pacem, & tranquillum statum inniti, atque conuersti. Quadrat in hæc verba Salomonis. *Axones eius pacifici.* Si referamus ad duas legis tabulas, quarum altera præcepta amoris, & religionis erga Deum claudebat: altera verò dilectionis erga proximum, quas potiori iure axones appellare licet. In his enim, quasi axibus totius virtutis & honestatis summa vertitur, quibus insistens noster animus pace fruitur omnimoda, externa scilicet & æterna, atque interna. De quibus alibi diximus. Sed quia (vt suprà animaduerti) ha maxima tabulæ axones dicebantur, in quibus vel supplicia, vel præmia præscripta erant: ne situr id quidem aptè cum antecedentibus, in quibus de præmio agitur, *Longitudo dierum, &c.* *Vie illius pulchre,* id est, suaves, & iucundæ, & *axones eius pax,* id est, præmia illic descripta, pax nimurum utraque temporalis & æterna, hoc est, bonorum æternorum atque temporalium afflentia, quæ pacis nomine in scriptura pax adumbratur. Addo etiam ex quorundam opinione axones appellari etiam eas tabulas, in quibus militum nomina censemantur. Et si quidem hanc etiam significationem probes, ita accipe verba Salomonis, *Axones eius pax:* id est, bona conscientia ad instar est axonum. Audi Augustinum. loquitur autem de tabula, & libro vita, in quem prædestinati relati sunt, quamdiu in hac vita militant. Qui (inquit) obest illi, id est iusto, si eum de illa tabula humana vult delere ignorantia, si cunctum de libro vita nunquam propria delectat conscientia? Ergo per axones tabula, vel libri vita paginas intellige, in quas milites Dei, id est, prædestinati adscribuntur. In his tabulis iustorum nomina bona scribit conscientia, mala autem delet (inquit Augustinus.) Aptè igitur Salomon, *Axones* (inquit) *eius,* id est, virtutis atque iustitiae tabulæ, in quibus scilicet iusti inscripti sunt *pax*, hoc est bona conscientia. Hæc nimurum in illis bonos inscribit, quemadmodum mala delet improbos.

144

145

August.

*XVIII. Lignum vita est his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus.*

*Lignum vita est his qui apprehenderint eam.* Hebraicè, *Lignum vitarum.* Septuaginta,

146

Omnibus qui complectuntur eam. Hierony. in c. 65. Hieron.

Isaiæ. Omnibus, qui accedunt ad eam. Et in cap. 47. Augst.

Ezechielis. Omnibus credentibus in eam Augustinus infra. Omnibus possidentibus eam.

*Et qui tenuerit eam, beatus.* Hebraicè. & sustentans eam, beatus. Pagnin. Et qui fulcunt eam beatus. Chald. Et qui occupantur in ea. Septuaginta. Et

qui incumbunt in ea, sicut in domo secura. Postremum illud verbum, secura, non legitur apud Hilarius in Psalm. 1. vbi citat ista verba, nec apud

Origenem in Epistolam ad Romanos cap. 6. Hieronymus tamen habet vbi suprà, sic verò legit: *Et*

qui innituntur super illam, quasi super Dominum

firmitas. Et in caput 14. Zachariæ, *Et qui reclinantur super eam, quasi super Dominum firmati sunt.* Diuus Augustinus in Psalmum 32. Et

incum-

*incubentibus in eam, tanquam in domo tuta.*

Hugo; Beda, quibus accedit Hieronymus in cap. 65. Isaiae. Datus Gregorius Magnus lib. 12. Mora-  
lum capit. 4. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromat-  
um de Christo Domino accipiunt ista verba, qui  
tanquam lignum vitæ in media attollitur Ecclesia.  
Primarius vero in Apocalyp. vbi citat eadem ver-  
ba, de cruce accipi, in qua Christus Dominus, tan-  
quam fructus in arbope peregit. Rursus idem Hie-  
ronymus in c. 47. Ezechielis de Scriptura Sacra, quam  
lignum vitæ appellandam esse suadet pluribus. See  
hæc spiritualibus sensibus adscribenda. Nam idem

mali, hoc est arbor vetitæ. Argumento est, quod Ambros.  
hic etiam in paradisi medio sita dicitur: sic enim Psalm. 39:  
habet scriptura. *Lignum etiam vite in medio para-  
disi, lignumque scientie boni, & mali.* Non aliter  
vitiosæ extrema hærent proximè virtutibus, atque  
illæ ex utraque parte cingunt. Vel aliter, sicut vitæ  
lignum in paradisi medio erat: sic virtus, & sapientia  
in cordis medio collocanda, id est, magni aesti-  
mada est, atque ceteris rebus præferenda. Quemadmodum de lege cecinit David. *Et legem tuam in  
medio cordis mei.* Et quidem propterea vitæ arbor in  
media paradiſo defixa fuit à Deo (ut tradit idem Ambroſius) ut cunctis in promptu esset, & vnde faciliſ, & compendiosa ad ipsam esset via. Ad eundem  
modum, qui honestatem, & virtutem mediæ in  
corde locauit, qui scilicet tanti ipsam estimat, ut  
ceteris rebus facile præuerat, is quidem in prom-  
ptu eandem habet ad omnes casus, hic compendio  
vius magno citius ad illius fastigium deuenit. Nam  
idem longa quibusdam videtur ad virtutem via, quia  
non in medio corde; sed (si licet dicere) in extre-  
mos illius angulos, vel fines per summam despicien-  
tiam reiiciunt.

August. Rodolph. Iansenius. Caetan. Lyra.

ipſe Hieronymus in cap. 29. Hieremias Augustinus libr. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum c. 15. Rodolphus, Iansenius, Caetanus, & Lyra, de sapientia, hoc est, de honestate, atque virtute interpretan-  
tur, atque omnes quidem vitianimi conſpiratione  
docent Salomonem ad arborem vitæ respexit, quam Deus in media defixit paradiſo. Cuius erat  
vitam ſenio, atque humidi iactura deficientem red-  
integrare, atque reficere.

Quod si queras an arbor illa veram haberet fa-  
cilitatem prorogandi vitam in perpetuum ei, qui

semel ex ea ederet: an tantum ei, qui repetit's vici-  
bus ſumeret ad refaciendas artatis ſuere, ſenique ia-  
cturas? Respondi in priori opinione fuifle Augu-  
stinum libr. 3. de Ciuitate cap. 20. Diuī Chrysost.

Chrysost. Abulensi. D. Thom.

in Genes. homil. 18. & Abulensem in caput 13. Ge-  
neseos, quæſt. 175. Posteriore in vero traditam à

D. Thom. 1. p. q. 93. art. 4. Illorum vero ſententia,  
qui docent vitæ lignum non habuisse vim vitam in  
perpetuum protogandi, & ab interitu vendicandi,  
ſed vitam in auium producendi, quam denique  
mors, atque interitus exciperet, nunquam proba-  
ri mihi potuit. Est autem Durandi in 2. diſt. 19. Ca-  
ietani in commentariis præniſſi loci, quib. is ſcri-  
ptura Sacra plane obliuſatur. Nā Genes. c. 3, aper-  
te dicitur; *Nunc ergo ne forte mittat marum ſuam,*  
& ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æter-  
num. Nam quāmuis illud in æternum, nonnumquā  
pro longo aliquo, & diurno ſuo accipi ſoleat: ta-  
men Patres fere de perpetua duratione hoc in loco  
interpretati ſunt. Deinde parum apta ſimilitudo ab  
hoc ligno ad æternam beatitudinem notandam du-  
ceretur, tum hic, tum Apocalypſis 2. Isaiae 66. nifi  
vim haberet vitam in æternum producendi.

Ergo Lyra ſimilitudinem in eo ſitam eſſe voluit,  
vt quēmād nodum lignum vitæ veſcentibus id tri-  
buebat, vt de vita hac naturali viui ad vitam gloriæ  
transferreduntur: ad eundem modum pietas, atque  
honestas id efficit, vt de vita gratiæ homines ad vi-  
tam gloriæ demigrent. Caetanus vero ſic habet.  
Quenadmodum lignum vitæ conſeruabat vigo-  
rem vita corporeæ à defectibus ſeneſtutis: ita ſa-  
pientia, id est, vita, conſeruat vitam internam ani-  
mi à pronitatis peccāti. Iansenius ad ſuavitatem  
fructuum refert: Quia virtus ſcilicet ſuauem, & iu-  
xundam affert voluntatem non diſsimilem ei, quam  
fructus arboris vitæ veſcentibus afferent. Diuīus  
Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, de gra-  
tia intelligit, vt ſcilicet, quemadmodum per eſum  
illius arboris perpetuitatem vitæ conſequi licebat;  
ſic per gratiam æternam ad piaſcamvit vitam. Ceterum  
idem Augustinus in Pſalm. 31. & Hieronymus  
vbi ſupra, arbori vitæ collatam fuifle ſapientiam  
tradunt, hoc eſt virtutem, & honestatem absolute,  
quia beatam, & æternam vitam confert. Et  
quidem apte admodum vir. us cum arbope vitæ  
componitur.

Primo, quia arbor vitæ erat in medio paradiſi,  
virtus in medio ſita eſt, nam virtus in mediocritate  
conſtitit. Hærebat autem illi arbor ſcientiæ boni, &

C Secundò ex arboris vitæ radicibus largus ille ef-  
fluebat fons, qui totam paradiſum amœnabat: nam  
& hic ex paradiſi meditullio manare dicitur. Hinc  
accipit lucem Ambroſius ſupra citatus. Inter alia, Ambroſius  
inquit, *ligna lignum vite Deus produxit in medio  
paradiſi, ut cetera ligna eius viriditate florarent.*  
Quod ita dicitur, quia ex ipſius radicibus fons ſu-  
pradicetus erumpebat; qui toti paradiſo producetis  
in omnem partem riuiſis amœnitatem, & viorem  
afferebat. Et ſanè ob eam cauſam Ambroſius de  
arbope vitæ accipit illa verba: *Et erit tanquam li-  
gnum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.*  
Nisi velis reiſa ex arbope vitæ non modo hominis,  
ſed etiam plantarum omnium vitæ, & viorem pen-  
dere. Quadrat certè in charitatem hæc arboris vitæ  
proprietas, de qua locum interpretatus eſt Augusti-  
nus, quæ in medio corde ſita inde amœnitatem, at-  
que viorem reliquis virtutū plantis communica-  
bant quippe ſine charitate reliqua virtutes, & ſic  
eis exuſisque propaginibus ſteriles fiunt.

Tertiò arboris vitæ erat, hominem, qui eius fru-  
ctibus veſceretur ab interitu vendicatum immorta-  
litatem donare. Hoc etiam honestatis, & virtutis pro-  
prium. Id ſibi voluit Ioannes, cum ait Apocalyp.  
2. *Vincenti dabo edere de ligno vite, quod eſt in pa-  
radiso Dei mei.* Id eſt, ad immortalem eum vitam  
assumam. Et Isaiae 65. Secundum dies ligni erunt  
dies populi mei, & opera manuum eorum inuetera-  
bunt. Septuaginta vero ſic efferunt. Secundum dies  
ligni vitæ erunt dies populi mei, &c. Profeſto cum  
Deus hominem è paradiſo extorrem miſiſet. Che-  
rubiſ præfeciti dicitur, qui versatili gladio igneo à  
ligni illius via homines deterret. Et quidem Che-  
rubiſ ſapientia interpretatur. Sed cur ſapientia cu-

F ſtodia Paradiſi adscripta eſt? Certè ut oſtenderetur  
non aliam, niſi ſapientiam paradiſum homini reſe-  
rare poſſe, atque ad lignum vitæ, id eſt, immor-  
talitatem perducere. Ideo Salomon: *Lignum vi-  
te, inquit, omnibus qui apprehenderint eam, id eſt,  
ſapientiæ. Quasi dicat, hæc ſola potest homini vitæ  
lignum reſtituere.*

Cæterum locum iſtum iuxta tropologiam in-  
terpretatus eſt Diuīus Maximus Centuriator. Cent.  
2. cap. 30. vbi utramque arbope vitæ, atque ſcien-  
tia, boni, & mali ſic diſtribuit: ita ut hæc in appen-  
tu, & ſenſibili parte: illa vero in ratione ſita, imo  
plantata ſit. Ergo ait; *Si homo transgrediens diu-  
num mandatum circa ſolam ſenſiñorū corporum  
diſcretionem veſtatur, quæ conſtitit in Voluptate,*

& dolore, edit lignum scientiae boni & mali: quia scilicet volupiatem, ut bonum prosequitur, dolore, ut malum fugit. Si vero in sole discretione intellectua, qua temporanea discernit ab eternis, annem operam collocet, obseruans mandatum Dei, edit lignum vita, quod est subsistens sapientia, cuius beneficio eternorum gloriam amplectitur, ut bonum: a labore autem temporanorum abstinet, tanquam a malo. Hec ille non parum acutè. Inde habes cui sapientia cum arbore vita, & non potius cum arbore scientiae composita fuerit, quam questionem excitavit Bernard.

Bernard.

154

Apoc. 22.

Rursus in caelesti illa ciuitate, quam Iohannes depinxit Apocal. 22. Et ostendit, inquit, mihi fluminum aquæ vine splendidum, tanquam chrystillum procedentem de sede Dei, & agni, & ex utraque parte fluminis lignum vita. Profecto fluuius iste communii interpretum conspiratione gaudium, & delectationem significat, quæ ex beatifica manat visione; de qua item Psalm. 35: Dauid: Inebriabuntur aubertate domus tue, & torrente voluptatis tua potabis eos. Duas autem ripas, quas flumen istud abluit, duas hominis partes interpretor, rationē, atque appetitum. Utique enim in celo mira persistetur voluptate. Nam intelligis, quod tendam. Ergo cum in hac vita in altera tantum parte sit lignum vita, scilicet in ratione, ut docet Maximus, & appetentia ventum lignum scientiae boni, & mali continet: voluptates quippe rationales honestæ sunt, & licitæ: sensitiæ autem delectationes turpes, & interdictæ. In beata, & æterna vita, ex utraque parte fluminis vita lignum esse dicitur, scilicet tam in ratione, quæ in sensu, quia utraque hominis pars delectationem capiet æternam, animus videlicet delectabitur, neque corpus sua destituetur delectatione. Pergo ad aliam sententiam partem.

155

*Et qui tenuerint eam, beati.* Nostra lectio perspicua est. Expendamus (si placet) alias, quæ nostræ non parum splendoris afferunt: circa prius illud verbum, tenuerint, mirum est, quam varias habeamus lectiones. Hebraicè. Sustinentes eam. Septuaginta, Et omnibus, qui incumbunt in eam. Hierony. Qui accesserint in eam. Et alibi. Credentibus in eam. Et alibi. Qui innituntur super eam. Pagnin. Qui fulciant illam. Rursus Hieronym. Et his, qui reclinantur super eam. Et Augustin. Possidentibus eam. Chald. Et qui occupant in ea, vel negotiantur. Et quidem omnia iuidem reedunt, perseverantiamq; in virtute significant. Cum enim dixisset Salomon per sapientiam beatam vitam conciliari similitudine ligni vita, addit non quibuslibet hanc beatitudinem contingere, sed his tantum, qui ad finem usque perseverauerint. Et qui tenuerint eam, beati. Hanc perseverantiam Augustinus expressit nomine possessionis, quam nulla vis interpellat (Possidentibus eam) possessionis iniquā nomine, quæ diuturnitate temporis hominem ad quandam veluti præscriptionem adducat: nam per consuetudinem longi temporis quodammodo iustus in bono spirituali præscribit, sicut in prædio, aut in domo per longi temporis possessionem. Nam idem est præscribere, quod usum capere, & sibi vendicare. Rursus illa lectio Septuaginta, Et qui incumbunt super eam, & illa Hieronym. Qui innituntur super eam, similitudine fulcri eandem perseverantiam significat, quatenus ipsa fulcro, aut stabili alicui adminiculo comparatur, quo innixa virtus subsistit ne corruat. Pagninus autem in sua interpretatione, Et qui fulcunt eam beati, non illam fulcro cōculit, sed ipsam potius fulcris additis stabiliçdam esse significauit. Et quidem virtus consuetudine atque usu fulcitur: postquam vero consuetudine fulcita est, animæ ipsi pro con-

Hieron.  
August.

Astanti adminiculo est, quo ab omni casu védicatur. Nec ēhest ab hac sententia illa alia Ecclesiastici 3. Firmabitur in illo, & non flectetur. Nimur sapientiam in iusto homine, & continebit illum, & non confundetur. Id est, eadem sapientia, ubi firmitatem accepit, iustum fulciet, atq; confirmabit, ne corruiens confusionem sibi asciscat. Ad hæc illa lectio Hieronymi, & qui reclinantur super eam, innuit quidem virtutem, cum usu, & consuetudine ad habitum perducta est, pro molli accubitu, & reclinatorio esse, non enim ut prius dolori, sed solatio est, neque iam laborare, sed in molli potius lecto discubere sibi videtur homo, ut à laboribus antea cœsis conquiescat, & ferietur. Demum interpretatio Chaldaica. Et qui negotiantur in eam, ut respondeat, originibus, de quadam accipi debet negotiatione, quæ nūquam fortis intertrimento interrupatur, vel desciat. Vulgo, que no quiebre. Nam is, qui iustitiam, & virtutem se statut, ac postea deficit, similis est ei, qui bonam negotiationem suscipit, & totius deinde fortis iacturam faciens eandem interrupit.

Extremam etiam illam vocem beati, aliter extulerunt Septuaginta hoc modo. Tanquam in Domino secura, vel securitas, vel firmitas. Græcè & Chaldaicè. Quod ita accipi debet, Lignum vita est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, tanquam in Domino secura. His nimur, qui tenuerint eam secura est, firma, atque tuta: ut pote, quæ in re firmissima, atque tutissima nititur, scilicet in Deo ipso, atque in illo obfirmata est. At inquires unde fluctuat ista diuersitas? Subiicio. Hebraicè est, Musar, à radice Asar, quæ nunquam significat gradim firmiter, aut gressum firmare. Itaque illud, tanquam in Domino secura vel firma, perinde est, atque securos, vel firmos gressus reges, id est, feliciter procedens, atque prospere: atq; adeo sensu nihil differt à nostra vulgata. Illa vero lectio Augustini, sicut in domo tutu virtus librariorum irrepit, qui pro domino, usi sunt, domo, atque adeo omittenda est.

156

מְשֹׁר

XIX. Deus sapientia fundauit terram, & stabiluit cœlos prudentia.

E XX. Sapientia illius eruperunt abyssi: & nubes rōre concrescunt.

E T stabiluit cœlos prudentia, Hebraicè, Direxit. Septuaginta paravit.

Sapientia illius eruperunt abyssi. Septuaginta, In sensu illius. Hebraicè, In scientia eius abyssi sciissa sunt. Scholiast. In cognitione eius.

Etnubes rōre concrescunt. Septuaginta, manant rōres. Hebraicè & calisti, a nōt rōrem.

Salomon à Sapientia humana gradum facit ad diuinam, qua rerum omnium opifex Deus cuncta molitus est. Mens enim Salomonis est, in hoc libro sapientiae conditiones, atque naturam tradere non humanæ solum, sed etiæ diuinæ, ut saepe alias videbimus. Contemplatur enim in hoc opere vniuersam sapientiae analogiam, diuinam scilicet, & humanam, quæ illius est participatio, & quasi emanatio. Sed quorsum hic inserit Salomon diuinæ sapientiae laudes? Iansenius, & Caetanus eo spectasse existimant, ut ostenderet sapientiam creatam, id est, virtutem tot homini bona conferre posse, longam scilicet, & diuturnam vitam, opes, & alia huiusmodi, quæ supra enumerauit. Siquidem diuina sapientia, ex qua humana fluit, tantas res molita est, terram, cœlos, &c. Quæ ratio non valde mihi probatur. Rodolphus id tibi proposuisse Salomonem dicit,

157

ut sapientiae amorem, & cupiditatem excitaret, ac propterea addidisse: *Dominus sapientia fundauit terram.* Quasi diceret magnas hactenus sapientiae laudes exposui, accipite nunc maiores. Friget etiam ista ratio. Subiicio alias duas magis accommodatas.

**159** Prior est, cum hactenus Salomon sapientiae veræ, id est iustitiae, atque honestatis proprium esse dixerit constantes reddere in laboribus, atq; in probationibus fortes; ab illis verbis. *Disciplinam Dominine abiicias, &c.* Ac demum perseuerantiam, firmitatemque in bonis suaserit illis verbis. *Et qui incumbunt, vel qui innituntur super eam, quasi super Dominum firmitas, vel firmatio sunt.* Addit in hunc modū. *Dominus sapientia fundauit terram, & stabiluit cœlos prudentia:* Quasi dicat, Cum nostra sapientia participatio quædam sit diuina; similia praestat in nobis his, quæ diuina sapientia in magna hac, & vasta rerum vniuersitate. Quapropter sicut diuina sapientia terram constantem, & immobilem reddidit, cœlos item suis cardinibus incumbentes stabilitudo æterno donauit: Sic creata sapientia, quæ illius participatio est, animū hominis confirmat, fulcit, ac corroborat, atque in aduersis constantem reddit. Rursus quemadmodum sapientia Dei fontes eruperunt, qui perennibus semper scatent fluentis, nec non quibusdam interuallis nubes per eandem coguntur, & roscidas soluuntur in pluuias: sic etiam creata sapientia in quibusdam perseuerans, & fontis instar perennis, in aliis interrupta pluiae in morem. Hæc tamen ratio acuta magis, quam solida alicui videbitur.

**160** Posterior ergo ratio mihi arridet magis. Nimirum propterea Salomonem sapientiae diuinæ has laudes interuisse, quia cum sermonem haberet de creata sapientia, quæ practica est, & in operatione tota cōsistit, ut sèpè dixi; addit diuinam sapientiam etiam esse operaticem, hoc planè argumentum conficiens. Si diuina, & increata sapientia operarrix, atque artifex est magnarum rerū. *Deus quippe fundauit terram sapientia atque stabiluit cœlos prudentia, &c.* Ergo creata etiam, quæ illius est deriuatio, & emanatio, otiosa esse non debet. Quam rationem infra cap. 8. latius expendemus ad illa verba. *Dominus posideret me, &c.* Exponamus singula verba.

**161** *Deus sapientia fundauit terram.* Duplice ad sensum allici possunt ista verba. Prior est. Deus per sapientiam terræ fundamenta jecit, appendens eam super nihilum, & nullo fulcens sustentaculo, quod est mirabile diuinæ sapientiae opus. Posterior est; Deus terræ suam sapientiam profundimè addidit, cum enim proprio, & naturali careat fundamento, eam diuina continet, coërcetque sapientia.

*Et stabiluit cœlos prudentia.* Id est cardines cœlorum obfirmat, ut ipsis innixa vasta illa moles gyros perageret suos. Vel aliter suam sapientiam vice cardinum cœlis adiecit, aut si maiis ipsos cœli cardines, qui nulli incubere, aut inniti videntur corpori, diuina sustinet, portatque sapientia, verus videbitur, & non fabulosus Athlas.

**162** *Sapientia eius ruperunt abyssi.* Beda, Hugo, Caetanus de eruptione illa abyssi magnæ intelligent, quæ accidit tempore diluuij, quæ non naturæ, sed diuinæ sapientiae supernaturale opus esse dicitur. Placent Iansenius Lyra, & Rodolphus, qui de fontibus, ac fluminibus accipiunt, quæ ubique procissimè terræ meatibus erumpit. Quod quanta sit sapientia intra cap. 8. expendemus ad illa verba. *Et librabat fontes aquarum.*

*Et nubes rore concrescunt,* id est, roscido humore coguntur, aut certè in rorem solutæ concrescunt. Huc enim sensum reddit præmissa lectio. Septua-

ginta. *Et nubes manauerunt rores,* Quomodo autem nubes concrecant & in pluuias abeant, Philosophus docet lib. 1. de Meteorolog. impr. & interpres ibi.

Aristot.

**XXI.** *Fili mi, ne effluant hec ab oculis tuis: custodi legem, atque consilium.*

**F**ili mi, ne effluant hec ab oculis tuis. Hebraicè. Paul. ad absoluē ἡλικίαν. Id est. Ne diffinas, vel potius. Ne perefflias. Vfus est eodem verbo Paulus ad Hebr. 2. Propterea abundantius oportet nos ea, quæ audiuimus, obseruare, ne quando ἀσπεριόδος, id est, pereffluamus. Et quidem verisimile est Paulum vocem illam ex hoc loco petuisse, vt admonet Theophilactus, & Chrysostomus, cum eadem fere sit illius, & Salomonis sententia.

163

*Custodi legem, &c.* Hebraicè, *essentiam.* Sed de hoc postea. Dubitatio statim incessit mentem, an scilicet verba ista referenda sint ad antecedentia, an sequentibus adscribenda? *Fili mi: ne effluant hec,* id est quæ hactenus diximus, vel quæ postea dicemus. Alij alia dicunt, sed utrumque liberum est interpreti. Licebit etiam dicere tam antecedentia, quam consequentia Salomonem fuisse complexum.

Sententia verborum perspicua est. Sua enim monita semper in promptu habere præcipit Salomon, ita ut menti hærent, & opere perficiantur. Sed expendere oportet illud verbum, *ne effluant.* Quod quidem pertinet ad memoriam, hæc enim fluxa, & labilis dici consuevit, cum in retinendis rebus infidelis est. Et quidem hic dicendi modus ex natura ipsius memorie ductus videtur. Nam (vt auctor est Aristotel. in lib. de Memoria) hi, quibus cerebri siccitas contigit, retinent diu ea, quæ didicerunt: illis vero, quibus humoris plurimum affluit, statim effluunt. Nam siccitas tenax est formarum, humor verd soluitur, & labat. Apte ergo noster interpres D. Nazarius conuertit. *Ne effluant hec ab oculis.* id est à mente, & memoria tua. Hanc memoriam naturam fluxam, & labilem elegantim similitudine descripsit Diuus Gregorius Nazianz. in Oratione de patris funere.

Aristot.

*Quemadmodum, inquit, in undis euenire cernimus staniibus, ut quoties calculus iniiciatur, centrum oriatur aliud, circuitusque super alium suscitatus, & assiduo dilatatus semper dissoluat extremum. Illud idem mihi palam in re presenti accidere video, dum mihi aliquid in memoria venit, aliud elabitur, cum assidue illud quod in memoria erat preoccupate alio effluit.* Ex quibus constat naturam memorie esse fluxam, & labilem, & priorem recordationem posteriorum successionem obrui, ac deleri. Ait ergo Salomon. *Ne effluant hec,* id est. ne dum memoriam succedunt alia, atque alia, hæc, quæ primo loco diximus, obliterari patiaris.

164

Sed tamen lectionem Septuaginta ad trutinam vocare oportet. *Ne perefflias.* Verbum ἀσπεριόδος, non eodem modo acceptum est ab interpretibus, in præmissa Pauli verba ad Hebr. 2. & quidem illorum expositiones in hunc locum conferre licet. Cum ergo Paulus ea, quæ à præstantiori magistro scilicet à Christo tradita sunt, audiens audienda, & memoria fidelis retinenda esse dixisset, addit: *Ne pereffluamus,* hoc est, ne ista verba veluti fluxa dilabantur, excidantque. Sic exponunt. Chrysostomus, Theophilactus, & Euthymius. ducta similitudine ab aqua, quæ decidit in terram, atque iterum resumi non potest. Hunc sensum reddunt illa verba nn. 14.

Paul. ad  
Hebr. 2.

The cuius fœminæ. 2. Reg. 14. Omnes norimur, & **A**sicut aquæ dilabimur, que sunt super terram: Id est, non aliter mortui in terram decidimus, atque aquæ effusæ, quas ebibit statim tellus, atque adeo recuperari, & recipi non possunt. Nam ex Hebreo ad verbum conuertere sic licet. *Moriendo morimur, & sicut aquæ dilapsæ in terram, que non erunt congregatae.* Itaque sensus erit. *Propterea abundantius oportet nos obseruare ea, que audiuimus, ne pereffluamus.* Ne scilicet hæc aquæ in morem in terram decidentis nobis effluant, atque pereant, adeo ut recuperare, & resumere non possumus. Hanc sententiam in Salomonis locum transferre facile est. *Fili mi, ne effluas, id est, ne ea, quæ à me accepisti, effundas:* nam aquæ ad instar in terram dilapsæ peribunt, nec facilis erit tibi recuperatio. *Custodi legem, & consilium.* Id est, retine, obserua, &c.

165

**Genes. 44.** Secunda expositio metaphoram aliunde petit. *Ne pereffluamus, id est, ne ea, quæ hæc tenus audiimus, velut aquam effundamus, cuius est sic effluere, ut præter morem aliorum liquorum nihil omnino illius hæreat vasi, aut amphoræ.* Ad eum sensum allicere licet illa verba, quibus Genes. 44. Jacob inuenitus est in Ruben, prædicens illi futura. *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Id est, omnia perdidisti, primogenia scilicet, fæcerdotium, atque regnum, &c. ita ut nihil eorum tibi manferit. Et Psal. Psalm. 21. 21. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Ergo Salomon iuxta hanc sententiam: *Fili, inquit, mi, ne pereffluas, id est, ne ea, quibus te hæc tenus informauis, & quæ deinde tradam, sic effluant, ut eorum nihil cordi hæreat, aquæ effusæ in morem: vel stillæ saltem aliquæ remaneant, aliquid cordi adhærescat.*

**P. salmer.** 166  
**P. Riberæ.**

**Plautus.****Plutarch.****Guillian.****Judas epi.****Ambros.****D. Greg.**

Tertia expositio Salmeronis nostri, atque Riberae sic habet. *Ne pereffluamus, ne vasis instar rimosi paulatim effundamus ea, quæ accepimus.* Iuxta illud, *Plenus sum rimarum, hac illac pereffluo.* Et quidem haud facile occurret aliquid, quod melius naturam auditoris obliuiosi referat, quæ as vndique pertusum, quod infusum liquorem non retinet, sed paulatim remittit. Sic propemodum vsus est Plautus in Pseudolo veteri adagio. *In pertusum ingerimus dolium, operam ludimus.* Adde etiam Plutarchum in lib. de Officio auditoris. Salomon igitur, *ne pereffluas,* inquit, hoc est, *ne doli instar pertusi verba, quæ tibi ingerò, exsudes, & effundas, nihil continens, nihil coercens.*

Quarta expositio Guilliaudi similitudinem petit ab arbore, quæ decussis autumno foliis nudatur. *Ne pereffluamus, id est, ne tanquam arbores fluentibus foliis orbemur.* Et quidem non inepte eiusmodi arbores cum his obliuiosis conferuntur, quia non aliter res, quas prius didicerant, his excidunt è memoria, quam folia ex arboribus tempore autumnali. In quos optime quadrat illud Iudaæ, *Arbores autumnales infructuose.* Vel aliter, folia, quæ arbori speciem, & decorum conciliant, pro externa virtutis non ostentatione, sed ostensione, & apparentia (sine qua virtutis fructus, nec esse, nec decoqui potest) accipere licet cum Ambrosio in Psal. 1. Atque adeo perinde erit. *Ne pereffluamus.* Ac si dicat, ne foliis, id est externa virtutis, & honestatis specie orbemur. Autumnus pars extrema anni censetur, atque adeo cum extrema mundi ætate conferri solet. Sic D. Gregorius Moralium l. 2. ca. 20. Cum ergo autumnus sit illa tempestas, quæ arbores foliis spoliat & pulchritudine, non immittere dicemus nos ad mundi autumnum, & extremam ætatem deuenire, cum hoc tempore, hominibus cognitionem Dei atque diuinorum, & eorum, quæ

ad salutem spectant, recordationem, tanquam folia autumnalis quædam obliuio abstulerit, necnon externas virtutis, & honestatis ostensiones, & signa quædam effrons, & publica ad sceleram in omnium oculis perpetrandam impudentia prorsus ademerit. Licet hanc etiam interpretationem, quemadmodum alias in hunc locum coniicere: *Ne pereffluas,* id est, ne diuinorum rerum notitia atque ex terrena virtutis specie, velut arbor coma nuderis, sed custodi legem atque consilium. Quæ sine his constare non possunt.

Quinta denique interpretatio Lyræ, Gagn. Clau- 168  
**B**dij, & aliorum aliunde similitudinem deriuat, sci-  
licet ex papyro tenui, & peruvia, quæ nimis atramentum protinus diffundit atque transmittit, ita ut litterarum characteres omnino obscuri, atque cæci sint. Hoc modo, *Propterea abundantius oportet obseruare, &c.* *Ne pereffluamus* id est, attente excipere Dei voces oportet, ne nobis accidat id, quod papyro tenui atq; gracili, quæ percolatis atq; transfusis litteris legi non potest. Nam ea, quæ minus attentè accipit animus, memoria deinde repetere, vel (ut ita dicam) relegere non potest. Quadrat sane in

**Lyræ.**  
**Gagn.**  
**Clau.**

**C**hunc locum elegans Aristotelis sententia apud Sto-  
bæum, *Memoria scripta est, intus manens.* Quibus verbis Nemesis cum scriba cōponitur, qui ea, quæ intellectus recitat, quasi rescribit in animo, & cum opus est, re legit, ac recolit. Sed non eodem modo in omnium animis res describit: in quibusdam enim, qui doctrinam attentè, atque aude arripiunt, aper-  
tas, & indelebiles efformat litteras: in aliis vero, qui oscitantur audiunt, non litteras, sed transmissis for-  
mis lituras potius appingit. Vnde Paulus, ut Corin-  
thios sibi cordi esse ostenderet, atque nunquam ex memoria excidere, sic ait in 1. Epist. c. 3. *Epistolona-  
stra vos estis scripta in cordibus nostris, que scitur,  
& legitur ab omnibus hominibus.* Id est, vos ipsi pro commendatitia epistola estis mihi, atque adeo non indigetis commendatitiis litteris ad me. Et quidem epistola estis in cordibus nostris ad eum modū scrip-  
ta, vt ab omnibus relegatur. Nā cum vestras vbi-  
que laudes prædico, & cōmemoro, omnibus inno-  
tescit vos cordi meo inscriptos esse. Quod si roges  
quisnam in Pauli visceribus Corinthios rescripsisset?  
Respondeo memoriam scribā intus manentem lit-  
teras exarasse, & eandē toties recoluisse, ac relegisse,  
**E** quoties eos commemorabat, aut retrahebat. Hæc ad memoriam pertinent. Potest etiam de vita, &  
moribus accipi. *Ne pereffluamus,* doctrina enim ia-  
moribus quodammodo exprimitur, & deformatur.  
Hunc dicendi modum usurpauit Augustinus in ser.  
40. *Hec, inquit, non in charta, sed in moribus scribi-  
te.* Mores ergo ad instar obtinent chartæ. Sed hæc (si licet dicere) in quibusdam fluxa est, atque penetra-  
bilis, in his autem doctrina non tani scribitur, & ex-  
primitur, quam obliteratur propter ingenii molitie;  
in aliis vero solida est, & impenetrabilis, atque in his  
**F** ad vnguem exprimitur, & depingitur doctrina. Et quidem hunc ad sensum allicere possumus verba Pauli, *Ne pereffluamus, id est, ita oportet doctrinam in nostris moribus describi, ut mollitia morum ablata literis expressa, non lituris excæcata videatur.* Iam vero intelliges ea, quæ hæc tenus diximus, in locum etiam Salomonis apprime cadere, *ne per-  
effluas, &c.*

**Paul. 2. ad Cor. 3. n. 2.**

169

**August.**

*Custodi legem, atque cōsilium, scilicet meum.* Pro lege quidem Hebr. est *essentia, vel subsistentia,* quod nomen legi inditum est, vel quia perpetua, & constans est, vel quia reliquæ rebus subsistentiæ, robur, & constantiam additliceat sic verbis ludere.) Quæuis alia caduca, & temporalia bona subsistentia cæset propria, atque adeo ea ad legis subsistentiæ assu-

170

mere oportet, ut in ipsa subsistant, atque permaneant.

*XXII. Eterit vita animæ tue, & gratia faucibus tuis.*

171 **E**terit vita animæ tue. Hebraicè, & erant vita Septuaginta, ut vivat anima tua.

*Et gratia faucibus tuis.* Septuaginta, *Et gratia sit circa collum tuum.* Addunt insuper Septuaginta sententiam, quæ desideratur in Hebraicis originibus, hanc scilicet, *Eterit sanitas carnibus tuis, & curatio ossibus tuis,* quæ verba non dissident ab aliis, quæ supra habentur vers. 8. de quibus ibi multa diximus.

*Et erit vita animæ tue,* custodia videlicet legum, atque consiliorum vitam animæ tue afferet, id est, gratiam, quæ animæ (ut ita dicam) ipsius anima est, & non secus illi vitam indit, quam corpori anima. Sunt etiam, qui nomine *anime* fidem intelligent, quæ nisi opera accedant, atque legis obseruatio, vita caret ac sensu, *Nam fides sine operibus mortua est,* vt ait Iacobus c. 2.

172 *Et gratia faucibus tuis.* Beda eum asserit gratiam fauciūm assecutum fuisse, qui diuinorum accipit gustum. (Est quippe gustus in faucibus.) *Quād dulcia,* inquit David, *faucibus meis eloquia tua:* & alibi, *Gustate & videte, quād suavis est Dominus.* Hugo, Lyra, Dionys. Caiet. de elegantia, & vis sermonis interpretantur, qui faucibus efformatur, & gutture editur. Illius enim, qui obseruat mandata Dei, atque consilia, magnam ad docendum vim sermo induit. Doctrina enim vitæ conformis efficacissima est. Dicitur vero gratia fauciūm, vel gutturis consulto, non autem oris: nam verba illa, quæ imo ex gutture promuntur, & quasi ex pectori hauriuntur, magnam vim habent ad permouendos animos: nam eadem vi, qua ex pectori dicentis videntur promi, pectori audientis affiguntur. Vnde Diinus Hieronymus docuit linguam Hebraicam cæteris præfrendam, quia gutturalis est, & suas plerumque voces ab imo pectori haurire videtur, atque adeò ad impellendos, mouendosque animos aptissima est ob præmissam rationem. Nam vero intelliges quād accommodate gratia fauciūm, aut gutturis illi tribuitur, qui legem, & consilia Dei perfectè exequitur: hic enim solus verè gutturales imo ex pectori ad suadendos impellendosque animos appositissimas voces edere potest.

173 Sed tamen licet præfata expositio non omnino repudianda sit, præferenda tamen est interpretatio Iansenij, & Rodolphi, qui gratiam gutturis, & fauciūm torqueū interpretantur, qui collum exornat, quemadmodum supra c. 1. *Gratia capitis*, corona dicitur communī interpretū cōfensu. Sed quamvis in eo cap. vers. 9. & supra vers. 3. hac de re pluribus egerim: tamen hic etiam pauca subiiciam. *Et erit gratia faucibus tuis.* Id est, torque collo tuo appensus. Quasi dicat; Obserua legem, & consilia, haec enim erunt tibi pro torque. Et quidem cum præfatis locis obseruauerim veteres torqueulos ad testandam natalium ingenuitatēm, & ad fascinum prohibendum: primum de fascino, deinde vero de ingenuitate dicam.

174 *Eterit gratia faucibus tuis.* Sic habent Hebraica, nimirū lex, atque consilia erunt tibi pro torque contra fascinum. Audi Chrysost. homil. 19. ad populum. *Non cernis, inquit, ut mulieres, & parui pueri pro magna custodia collo Euangelia suspendunt, & ubique circumferunt, quo cum queabie-*

**A**rit? Tu Euangelij mandata & leges in mente describas: non auro, nec argento est opus, nec pecunias, nec librum emere, sed voluntate soli: & securius habebis Euangelium non extrinsecus, sed in anima penitus ipsum reponens. Hæc Chrysostomus. Quibus verbis Euangelia collo appensa pro amuleto fuisse pueris affirmat contra fascinum scilicet, & quidem hoc laudabile est: dicit. Addit tamen eadem Euangelia moribus expressa, & in corde descripta præsentius esse medicamentum, & securius tueri corpus, & animum ab omni morbo, & fascinatione. Rursus meminisse iubeo legem olim in tabulis sapphirinis fuisse descriptam, ita tradunt Hebræi, atque eorum traditionem confirmat Epiphanius in lib. de duodecim gemmis. Suidas in Epiphanius. Moyse. Anast. Niz. q. 38. in factam Scripturam. Suidas. Nilus Metropolita de lapidum Theorica, Abulensis. Lyra, & alii interpres in cap. 3. Exodi ad hæc Nizen. notanda sunt, quæ de Sapphiro tradunt Plinius lib. Nil. Met. 37. cap. 9. & Diuus Isidorus lib. 16. origum cap. Abulensis. 10. Inter Sapphiros scilicet præstantissimum esse, Lyra. qui Pæderos, vulgo appellatur, quod nomen ob pulchritudinis prærogatiū nū tulit (vt ait Isidorus) est Isidor. enim *μαδόπος* quasi *μαδός ἄρων*, id est, amor pueri, quia nimirū pueri eam geminam gestantes videant gratiam & amorem ineunt. Addit Plinius Pa derota puerorum ex collo contra fascinum & veneficia appendi solitum. Itaque cum lapis ille in pueris habeat conciliandi amorem, atque oculos ad se conuertēdi, est etiam fascinationis amuletum, qui ab his maxime effundi solet, qui pueri pulchritudinē adamantes eos attentius contemplantur, & aspectū ipso inficiunt: Ergo Salomon. Erit inquit, *gratia faucibus tuis*, lex nimirū (alloquitur autem puerum: sic enim præmiserat) *Filiimi, ne effluant hæc ab oculis suis: custodi legem, atque consilium.* Propterea enim Deus legem suam in sapphiris incidit, vt significaret eam statim ab infantia pueris tradendum esse, sicut etiam sapphiris decorantur, & ornantur. Rursus sapphiris collo suspensi pueri gratiam, & amorem intuentium captant, & oculos ad se conuertunt. De lege autem dicitur. *Erit gratia circa collum tuum,* (sic habent Origenes, & Chald.) id est, lex mea erit tibi pro sapphiris ad gratiam hominum, atque Dei conciliandam: ideo enim in sapphiris descripta est. Denique sapphirus collo appenditur contra fascinum, lex etiam Dei in sapphiron exarata pro amuleto est, ad fascinationem prohibendam. Quādnam vero sit fascinatio isthæc, quam lex diuina à pueris ætate, vel moribus amolitur, supra in citatis locis docui. Vide ibi.

Sed quia torque ingenuæ nobilitatis olim erat insigne, ne à sapphiron discedamus. Diuus Epiphanius in tractatu de duodecim gémis sic addit. *Sapphirus est gemma admirabilis, pulcherrima, gratissima, propterea etiam in armillis, & torquibus regni consueuit, potissimum à Regibus.* Ex quo fit sapphirum regiæ dignitatis olim insigne fuisse. Et quidem Cantic. 4. vbi sponsa sponsum tāquam regem, regisque ornamenta gestantem descripsit. *Venter,* inquit, *cuius eburneus, instictus sapphiris.* Quasi dicat, venter illius, id est, lumbi baltheo præcinguntur sapphiris distincto, vel certe venter eius, id est, pectus alba in veste imitabatur eboris candorem, quod insuper sapphiris collo appensis distinguebatur iuxta regum morem. Adde etiā ob eam fortasse causam in rationali inter duodecim gémis, in quibus nomina filiorum Israël erant incisa. Iudam in sapphiron fuisse exaratum (vt quibusdam placet) argumento, & præfigio dignitatis regiæ, quæ illi tribui euentura erat. Quamvis verius existimem Iudam tertio loco inter fratres natum primi versus

tertium lapidem tulisse, scilicet smaragdum. Et quidem verisimile est Reges ea gemma in primis ornari solitos, quia beneficiis aduersari credebant, quibus Regum Principumque vita saepius appeti consuevit. Quapropter affirmare licet, ideo Deum legem suam in sapphiris exarasse, ut eam regalem esse (ut ait Iacobus) & non minus familiarem regibus futuram significaret, quam sapphiros; id est, ut eam corde, & animo gestantes regiam quodammodo dignitatem praese ferrent, non secus ac reges ipsi sapphiros collo appenos gerentes. Ergo cum Salomon ait, *Lex erit gratia*, id est torques, *fasciis tuis*. De his torquibus accipere licet, ex quibus sapphiri pendebant, qui regum insigne erant. Quasi dicat legem meam in sapphiris descripsi, atque adeo quemadmodum Reges sapphiros ex torque pendentes gerunt, tanquam regiae dignitatis insigne: non aliter tu legem animo ferens meam, quandam omni regno praestantiorem dignitatem adipisceris. Nam Deo quidem inseruire, atque legibus eius obsequi vere regnare est. *Iuxta illud, Facti sumus Deo nostro regnum, &c.*

*XXIII. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua:  
& pes tuus non impinget.*

*XXIV. Si dormieris non timebis: requiesces, &  
suaus erit somnus tuus.*

178

**T**unc ambulabis fiducialiter. Hebraicè. *Tunc ambulabis in fiducia viam tuam.* Septuaginta, *Vt ambules fidens in pace omnes vias tuas, & pes tuus non impinget.* Chald. non offendet. Hisp. *No se plagara.* Verbū originale est *Tigoph* à radice *Yagaph*, significat autem impingere, percutere, iacere, impellere, correre. Hinc nata extrema lectio, *& pes tuus non impelletur.*

*Si dormieris, non timebis.* Hebr. *Si iacueris* Septuag. *Sic enim foderis, sine timore eris.*

*Et suavis erit somnus tuus.* Sep. *Suauiter dormies.* Hebr *Gharbah.* à radice *Gharab*, quod verbum perplures sortitunt significationes, est enim propriè oppignorare, fideiubere, deuincire, miscere, temperare, aliquando etiam dulcescere, & quidem *Gharbah*, fideiissionem, sponzionem sonat, mixtionem, congruentiam temperaturam, & alia multa. Ex quo factum, ut quidam verterint *Eteris reperatus somnus tuus.* Alij, & erit congruens, sed omnia in idem recidunt.

179

Duas res complexus est Salomon præmissis verbis: motum, atque quietem, quibus fere vita tota continetur. *Quod attinet verò ad motum, sic ait; Tunc, id est cum legibus, atque consiliis meis obsecundaris, ambulabis fiducialiter in via tua.* id est, audacter, & magna cum fiducia, & confidentia incedes, id est, viues (innocentia scilicet tua fretus, & diuinæ confusus protectioni.) *Et pes tuus non impinget, vel non offendet,* id est, nulla res tibi scandalum, aut ruinæ occasionem offeret: nam qui recta pergit per viam, nec ab illa exorbitat, hic scandalum non experitur. Scandala enim (inquit Augustinus ad illa verba Psalmi: *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi*) non in ipsa via legis, & mandatorum, sed extra viam hostis apponit neque longè à via sed iuxta, ut quicunque ab illa pedem extulerit, statim offendat, atque ruat. Bene ergo Salomon. *Ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget:* id est, propterea pede non impinges, quia per viam mandatorum rectam incedes. Ad id

August.

**A** pertinent illa verba infra c. 15, *Via iustorum absque offendiculo.*

Sed tamen non eodem modo interpretes vim vocis illius *Tigoph* acceperunt. Noster enim legit, non impinget, impingere autem est in luto hærere. Hier. 31. remia 31. *Adducam eos per torrentes aquarum in Isa. 63; 31. viarēcta, & non impingent in ea.* Isaia 63. *Ubi est, 13. qui eduxit eos per abyssos, sicut equum in deserto non impingentem.* Chaldaeus habet, non offendet, nimirum ad lapidem, ex quo accidere solet ruina. Psal. 90. 90. *In manibus portabunt te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.* Hispana, no se plagara. Hoc autem euenire potest ex offensione pèdis, si videlicet ad lapidem illis usus plaga contrahat, si ex longa, & continua deambulatione callos rigentes, aut clavos præacutos experietur: vel denique si ab spinis lèdatur, quibus pedes iter agentis configi solent. Libet ergo has omnes significaciones examini subiicere, ut constet liberum ab his omnibus esse iusti pedem per viam legi incidentem.

*Et pes tuus non impinget.* Pergunt sanè peccatores per difficilem quandam viam argilla, & luto oblitam, in qua eorum pedes impingunt, vel hærrent,

**C** adeo ut vterius progredi non possint. Sic August.

in ib. contra Donatistas post collationem cap. 19. vbi sic ait. *ram densum;* & arctum est lumen. ubi eis pedes adhæserunt, ut eos euellere conantes frustra manus, & caput figant, & in eodem lato hesitantes arctius inuoluuntur: Lutum est peccatum ex Ambrosio in Psalm. 35. *Lutum, inquit, est iniq[ue]itas. Fugiamus, ne in eius voraginem, non pes noster exterior sed quod grauius est, mens nostra mergatur.*

Luto infuper conferunt bona temporalia. Chrysostom. homil. 9. in Epist. 1. ad Timoth. *Lutum ait, sunt* temporalia, & sæcularia omnia, euellamus ab his, &c. Ad hanc carnis voluptates, atque libidines cum

**D** luto contulit August. in Psal. 35. *Pes igitur iustitiam colentis nequaquam in his impinget luto sis, ac cœnosis huius viæ aut vitæ spatis. Ratio est in promptu.* Quia argilosos, & luto los viarum tractus lapidis sternere coniueimus, ne viatores impingant. Non aliter cum iustis agit Deus Optim. Maxim.

Isai. 49. *Ponam, inquit, omnes montes meos in viam, & omnes viæ meæ exaltabuntur.* Vbi ad verbum ex originibus sic licet conuertere. *Et omnes viæ meæ strate erunt, vel sternentur.* scilicet lapidibus, non quidem ad offensionem, sed ne impingant, vel meritantur pedes iustorum. Et quidem ego hanc sententiam ita accipio. In via peccatorum labores, tentationes, & alia eiusmodi scandalo sunt, & lapides offensionis dicuntur, quia ipsis ruinam afferunt: at in semita iustorum (qua est via mandatorum Dei) iidem labores, & tentationes pro lapidibus sunt, quibus eandem viam construit Deus, ne luto voluptatum temporalium, honorum, aut iniuriarum pedes illorum adhærescant: ad hunc enim modum mala ipsis cooperantur in bonum.

**E** *F* *Et pes tuus non offendet.* Sic Chald. Scandala cum lapidibus conferuntur, ad quos quis offendens ruit.

1. Pet. 3. *Lapis offensionis, & petra scandali.* Hinc 1. Pet. 3. n. 2 vero lucem accipit locus Matth. cap. 18. *Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me n. 6.*

*credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*

Nam si roges, cur eiusmodi suplicio in scandalizantem animaduertendum esse Christus dixerit?

Respondeo prænam accommodari delicto: nam cum scandalizans ei comparetur, qui lapidem pedi apponit, vt ad ruinam impellat: aduersus illum sic

Christus: Melius longè illi esset, quod mola asinaria, id est, lapide ingenti collo appenso deturbaretur in mare, quā vt scandalo etiam exiguo tanquam

180

181

August.

Ambros.

D. Chrys.

D. Aug.

Isai. 49.

n. 1.

D. Aug.

F. 182

Matt. c. 18

*August.* paruo lapillo obiecto pusillum ad ruinam impeleret. Et quidem pusillorum esse eo modo offendere, ac scandalis obiectis labi, & ruere, eleganter docuit August. ad illa verba Psal. 49. *Et adhuc sum filium matru tua ponebas scandalum.* ideo, inquit, infirmus ille, & pusillus filius matris dictus est, nondam patru adhuc lacte indigenus, & uberibus adhaerens, portaturque adhuc finu matris Ecclesiae, ignarus iudicandi, quoniam adhuc carnalis, & animalis est. Ait ergo Salomon, *Et pes tuus non offendet,* id est, postquam in virtute, & legis obseruantia progressus fueris, iam inde euadens pusillorum æratem, quorum est scandalis ad casum pertrahi, nunquam offendes, nunquam corrues. Meminisse hinc libet criminis olim apud Arabes solemnis, quod *oromilæcūr*, appellabant, erat autem capitale. Habetur hoc lege, sunt quædam ff. de extraordinariis crimibus: ad hunc modum. *Plerique inimicorum solent prædium inimici oromilæcūr,* id est, lapides in eponere indicio futuros, quod si quis cum agrum coluisser, malo letho periturus esset in sediis eorum, qui lapides posuissent, quare tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, &c. Audeo dicere virtutem, & honestatem quodammodo ab illis, qui scandaliza aliis offerunt *oromilæcūr*, id est, lapidibus iniectis infensam, & odiosam reddi: adeò ut pusillo homines animo ad eam accedere non audeant. Hi vero capitale crimen admittunt morte lendum aeterna. *Expedit quippe, ut suspendatur mola asinaria in collo eius,* & demergatur, &c.

*Chrysost.* *Et pes tuus non impelletur.* Sic Rabini, id est, nemmo te ad ruinam impellet. Scandalizans ruinam molitur eius, cui scandalum parat. Quam ruinam duabus elegantiibus similitudinibus expressit Chrysostomus. Priore est in sermone de scando, vbi sic ait: *Nam si sacram adem subruis, graue, & nefarium existimat, quanto magis spirituale hoc templo si ruinam patiatur, quando constat homines sanctitate sacris adibus longe praestare?* Quibus verbis eum, qui aliis ruinam parat, cum his confert, qui sacrarum diuinum, ac delubrorum ruinas moluntur. Posteriorem autem similitudinem habet homilia 18. in Matthæum, vbi sic scandalum describit. *Quæ porro sunt scandalata? Reæ, ac probæ vitæ confusio, atque peruersio.* Sic etiam, qui versantur in scena, eos, qui corpora peruerterunt, scandalata vocant. Hæc ille. Quæ verba satis difficultia sunt: non enim satis constat, quinam hi, qui in scenis corpora peruerterebant (ex quo scandalorum nomen sibi vendicarunt) quid item sit corpora peruertere. Dicit quispiam, quosdam in scenam prodire solitos, qui gestibus, saltibus, & aliis corporis conuersationibus spectacula condirent: ex his vero aliquos, qui fortasse ad aliorum pedes se abiiciebant, ut eos ad ruinam compellerent, scandalata vocari. Sed hoc nulla roboratur antiqua cōsuetudine. Quapropter quantum ego coniectura ass'equi possum, ad id allusum existimo, quod in scenis accidere solebat: cum enim scenæ quædam essent moles versatiles, quæ pegmata dicebatur, aliquando subita conuersione, ac ruina machina dehincens ad terram ferebatur: aliquando etiam mimi ipsi, qui in scenam prodierant, conuersa etiam machina deturbabantur. (Hac de re consule Lypsum in Amphiteatro cap. 22.) Ergo autores huius ruinæ scandalata dictos suis existimo, ac de his Chrysostomum locutum, *oromilæcūr*, id est, *flectere, inclinare.* Itaque Chrysostomi mens hæc est. Cum vita hæc nostra quædam sit scena, aut scenica actio, scandalum perfectè nihil aliud est, quam totius vita confusio, atque peruersio. Nam eius, qui scandalizatur, vita tota pervertitur, atque confunditur. Qui vero aliorum ruinam mo-

*Lypsum.* Tom. I.  
*Chrysost.*

**A**liuntur, non dissident ab his, qui machinas scenicas flectunt, & habita ruina scenicos deturbant; vel qui pegmata ipsa disiectis compagibus evertunt, atque mimos ruere faciunt. Denique casum eius, qui scandalum patitur, cum præaltae alicuius turris vel muri ruina composita alibi idem Chrysostomus. Ab his ergo ruinis, & casibus securum esse iubet Salomon iustum hominem, & legis obseruatorum, cum ait: *Pest tuus non impelletur.*

*Enon se plagarat tu pie.* Sic habet Hispanica, quæ lectio respondet etiam originibus, quod de plaga accipere possumus pedi ab offendiculo illata, id est,

**B** *No se llagar a el pie tropezando.* Hoc non tantum ad ruinam spectat, quam ad claudicationem, quæ ex plaga pede accepta euenire solet. Et quidem Dominus Hieronymus contra Pelagianos scandalum, *oromilæcūr*, id est, *claudicare*, fluxisse existimat, quia scilicet veluti plaga accepta claudicare facit eum, qui scandalizatur. Audi Chrysostomum ad illa ver.

*Chrysost.* *Chrysost. Psalm. 17. Claudiacauerunt in semitis suis. Quid est, inquit, pedem claudum habere, nisi in virum factum offendere? Claudiat, qui sic Deo credit, ut scandalizetur, quoties prospexit atem videt malorum, sanitates impiorum, diuinas paganorum, & dicit non sanano pede, id est, non sanæ fide: Effusi sunt paulominus gressus mei, quia in peccatoribus pacem zelauit intuens.*

*Psal. 17. num. 46.* Ergo cum ait: *Non plagabitur pes tuus,* perinde erit, ac si dicat, cum videris impiorum felicitatem, inoffensa perges fide, ac moribus, nec propterea claudiabis, &c. Secundo, *Non plagabitur pes eius:*

*No se le haran llagas en los pies,* quæ accidere solent ex longa via, & itineris motu, Isai. cap. 43. de *Isai. c. 34.* iusto dicitur, *Semita in pedibus eius non apparebit,* id est, postquam confecerit viam, nullum in pedibus eius apparebit vestigium, aut nota longi itineris emensi. *Non laborem sentiet* (inquit Hieronymus) *non aliquam imbecillitat humana laßitudinem.*

*Hieron.* Adde etiam neque plагam. Rursus apud Ezechiel. 26. Ecclesia, vel anima Ianthinis calceata *Ezecl. 26.* dicitur vel (vthabent alij) taxeis pellibus; est autem taxus, vulgo Texo, cuius pellem ad calceos viatorum concinnandos accommodatissimam esse aiut, vel eo maxime, quia calcei ex his compacticallos, vel clavos pedum eximunt, atque aliis eorum morbis quibuscumque medentur: adde etiam, lassitudinem prohibent. Apte ergo Salomon, *Non plагabitur pes tuus,* (liceat sic dicere) quia quasi taxeis calceatus nihil plagarum, clauorum, aut callorum ex via contrahes. Tertio ad spinas referre licet, quibus viatorum pedes configi solent, *Non plагabitur pes tuus.* Nam cum via peccatorum spinis horreat, iustorum tamen via non æque. Infra cap. 15. *Iter pigrorum s̄apē spinarum, via auiem iſtorum sine offendiculo.*

*E* *Si dormieris, non timebis, requiescens, & suavis eris somnus tuus.* De naturali somno accipiunt Iansen. Rodolph. & Caietanus ad hunc modum. Nullius

**F** rei timor somnum interturbabit tuum. Vel aliter, *Si dormieris, non timebis.* Insomnia euenire plerumque solent ab his, quæ interdiu agitamus. Vnde his, qui in vigilia timore quatitur, horribilibus etiama imaginibus torquetur, cum dormit. Ergo ut significet vitam hominis iusti vacuam esse omni timore, & metu, addit Salomon ipsi dormienti nihil horroci futurum. Accedit id, quod docet Aristot. in Problematis. sect. 30. quæst. 13. his verbis. *Qui instructi virtutibus sunt, meliora somnia vident, quod etiam vigilantes meliora animaduertunt: qui verb deterius, vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora concipiunt.* Itaque Salomon ait, *Cum dormieris, non timebis:* Quasi dicat; Tanta ei et animi tui sedatio, ut si quod etiam dormienti insomnium irrepserit,

187

*Aristot.* *in Problemat. sect. 30. quæst. 13. his verbis. Qui instructi virtutibus sunt, meliora somnia vident, quod etiam vigilantes meliora animaduertunt: qui verb deterius, vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora concipiunt.* Itaque Salomon ait, *Cum dormieris, non timebis:* Quasi dicat; Tanta ei et animi tui sedatio,

*Arifot.* *ut si quod etiam dormienti insomnium irrepserit,* I. iiiij

illud dulce sit, & iucundum, non graue, & tertius. u.  
Et quidem illud etiam obseruatione dignum est nihil esse, quod magis somnum interpellet, quam metus: nam cum somnus accidat ex calore interno, qui vapores eleuat, & in caput transmitit, ex timore metuque viscera, imo membra omnia frigore soluntur.

188

Addit Salomon, *Quiesces, & suavis erit somnus tuus.* Hebraicè, *Iacobis.* Et quidem verbum originale ( vt obseruat ex Neotericis lingua sanctæ & curiosis vestigatoribus aliquis ) sic iacere significat, ut proprie sit apte, & opportune ad dormiendum cubare. Atque adeò memoria repetendum est

Aristot.

Aristotelis aliud testimonium in problematis, sc. & s. quæstione s. vbi sic querit. *Cur dextera parcer iacentibus suauior, atque iucundior somnus accidit?* Occurrat autem sic. *An quod somnus priuatio motio nis est?* Partes igitur, quorum monere interest ( id est dextra ) quiescant oportet: cum autem ita cubamus, velut initium quoddam resurgendi detentum, obligatumque habemus. Hæc ille satis eleganter. Aptè igitur Salomon, ut somno suavi iustum fruaturum esse ostenderet dixit, *Iacobis*, apte nimirum ad dormiendum, atque adeò in dextrum latus decumbes. Et quidem si ad sensum moralem id vocemus, ratio Aristotelis est apposita. Si enim ideo suavis est somnus in dexteram cubantis, quia corporalis motus initium premit, & obligat, nam motus semper dicit principium à parte dextra, ut sèpè alias docet Aristoteles: utique illum in dextrum latus iacere dicemus, qui exurgentis appetitus, & corporis motus, quorum est animum commouere, & impellere, oppressis, obligauitque, ne excertentur: hic enim somno suauissimo, id est, pacatissima quadam animi quiete perfruetur. Id verd congruit cum sequente expositione.

Hugo Cardinalis, *Lyra*, Dionysius præmissa verba non de naturali, sed de mystico accipiunt somno: nimirum aut de sedatione motuum animi ab omni concupiscentia liberi, quæ cum somno comparatur: aut de contemplatione, quæ sopori similis esse dicitur, aut de morte, cuius imago somnus esse prohibetur. Si ergo de sedatione illa animi accipiamus, erit sensus, *Quiesces, atque suavis erit somnus tuus*, id est, sublatis motibus passionum, qua animum perturbant, quietam duces vitam, adeò ut somno pacatissimo similis sit. Diuus G

Greg. Mag.

gorius lib. 5. moral. cap. 22. ad illa verba. *Quando solet sopor occupare homines, Aliquando, inquit, somno exprimitur calcatis desiderijs quies vita.* Et post

Genes. 3. num. 5.

pauca cum meminisset illius testimonij Genesis 3. Scit enim Deus, quod in quacumque die comedens ex eo, aperietur oculi vestri. Et rursus. *Tulit de fructu illius, & comedit, & aperti sunt oculi amborum:* Ille, inquit, dormit, qui ab appetitu visibilium illos oculos claudit, quos primus seductor aperuit. Addit. *Culpa quidem oculos aperuit, quos innocentia clausos tenebat.* Ac

Ambros.

demum foelicissimum illum innocentia statum ab omni sensibili motu, & appetitione liberum à somno suauissimo, ac iucundissimo non abire multis probat. Lege Ambrosium epistola 60. ad Anysum, ubi inter alia sic habet: *Somnus sanctorum est feratio ab omnibus corporis voluptatibus, & ab omni perturbatione, tranquillitatem menti inueniens, placiditatem animæ afferens, quasi soluta nexu corporis se ableuer, & Christo adhæreat.* Accedit Epiphanius libro secundo contra Hæreses, ubi somni rationem describit, & inde ad illam Pauli sententiam similitudinem transfert. *Tempus breve est, reliquum est,* ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non

Paul.

A possidentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Ad eundem, inquit, modum, quo ille, qui somno fruitur iucundissimo, oculos habet, auditum, olfactum etiam, sed quasi non habet: imo & ipse animus sic corpori adest, ut dissimulatione præsentia abesse quodammodo videatur. Itaque omnes illas externas, atque temporarias res sic ab homine geri vult Epiphanius, ut dormientis in morem nihil ab his pati, aut moueri videatur. At inquietus, quando constabit hominem ad eum soporem, & animi sedatissimam quietem deuenisse: Subdit Epiphanius. *Tunc cum ereptis sibi clarissimis rebus Epiphanius non senserit dolorem.* Propterea enim, inquit, immisit Deus soporem in Adam, ut cum costam extraheret, doloris expers esset, atque passionis. Itaque tunc vere eo salubri, ac mystico sopore correptus, ac vietus dicitur homo, cum temporalium rerum iacturas non doluerit. Tunc demum quadrabit in illu n. *Cum dormieris, non timebis, quiesces, atque suavis erit somnus tuus.*

Hæc verba exposuit de quiete contemplationis Hugo, quæ cum somno etiam sedatissimo, atque iucundissimo conferri consuevit, de quo argumenta multa legere licet, apud Bernardum sermonem s. 2. in Cantica, & alibi. Pergo ad tertiam expositionem eorum, qui de morte interpretati sunt prædictum locum: mors enim, atque somnus adeò sunt consimiles, ut somnus imago mortis dicatur, & rursus somnus mors temporaria, aut momentanea appellari soleat. Chrysostomus, cum sèpè alias de hac re, sed tum maxime, hom. 26. in Acta Apostolorum sic habet: *somnus accidit, & naturam redarguit, imago est mortuus, imago consummationis.* Et rursus in homilia de David, & Saule. *Somnus nihil aliud est, quam mors temporaria, & unius diei interitus.* Hæ vero sententiae familiarissimæ sunt Patribus. Tertulliano in lib. de Anima. Clementi Alexand. lib. 2. pædag. cap. 9. Philoni, & alii. Et quidem somnus iste non de animi tantum requie, sed etiam de corpore in sepulchro discubente accipitur apud Iob cap. 11. *Et defessus securus dormies, & cap. 3. Nunc enim dormiens filerem, & in somno meo requiescerem.* Ait ergo Salomon, *Cum dormieris, non timebis, id est, cum ad extremum illum soperem deueniris, omni timore liberum pectus gereres, securus videlicet de mercede.* Atque adeò, E requiesces, & suavis erit somnus tuus, id est, tunc demum iucundissimè animam ages, ad instar eius, cuius membra suauissimo somno soluntur.

Sed tamen hæc interpretatio postulat, ut rationes offeramus, cur mors iustorum cum somno iucundissimo comparetur. Et quidem ( vt initio animaduertit ) extrema illa sententia triplici modo effiri potest: *Erit suavis, Erit congruens, Erit temperatus somnus tuus.* Adde etiam vocem originalem oppignoratam rem significare, à verbo *Gharab*, quod est pignori dare rem. Itaque licet vertere, *Oppignoratus erit somnus tuus*, id est, mors, quæ iucundissimi instar somni accidit iusto, pignus erit æternæ vitae: nec non corpus quod anima ad cœlum migrante telluri redditur, pignoris in morem illi creditur in die resurrectionis tandem recuperandum. Cum igitur cuiusvis hominis mors, etiam impij, in sacris literis somno comparetur ( Psalm. 75. Dor. Ps. 75. n. mierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes 6. Iob 27. viri diuinarum in manibus suis. Iob 27. Dives cum num. 19. dormierit, nihil sumet, & sèpè alibi ) in eo certè dissidet obitus iusti ab interitu peccatoris, quod iusti mors somnus est, *Suavis, temperatus, congruens, ac futura vita, & resurrectionis pignus*, non ita peccatoris interitus, *Eterit suavis somnus tuus.* Primo

191

Tertull.

Cle. Alex.

Philo.

Iob 11. &amp;c.

3. num. 18.

192

*somni suauitas ex eo attenditur, quod lassitudini,* A  
*atque labori succedit. Ecclesiast. 5. Dulcis est som-*  
*nus operanti, &c. Dulce admodum est post labo-*  
*riosam aliquam exercitationem somno solui: dul-*  
*cius tamen est emori post longas in virtute, atque*  
*pietate collocatas operas. Et quidem audiendus*  
*est Diuus Augustinus, qui aliquando de beatitudi-*  
*ne patriæ differens, explicans modum, quo beati*  
*in summo bono pro meritorum diuersitate plus,*  
*minusque quietis, atque solatij capiunt, similitudi-*  
*ne utitur duorum in eodem strato decumbentium,*  
*quorum alter plus laboravit, alter minus. Qui*

August.

193

*enim labori plus impendit, huic certè sedenti, aut*  
*decumbenti quies gravior, atque dulcior accidit,*  
*quam alteri: hunc refici magis, ac recreari dici-*  
*mus. Ad eundem modum (inquit Augustinus) in*  
*eodem summo bono beati pro meritorum, & labo-*  
*rum diuersitate plus minusque conquiescunt. Nec*  
*vero aliud de morte iudicium esse debet, quæ cum*  
*somno, ac sopore componitur: nam ei, qui plus*  
*laboris in paranda virtute posuit, dulcior, atque*  
*suauior accidit mortis sopor. Dulcis quippe est*  
*somnus operanti, &c. Ad id spectat Tertulliani me-*  
*ditatio in lib. de anima, de Adami sapore, Genes. 3. C*  
*Ille, inquit, fons generis humani Adam ante ebit*  
*soporem, quam sit quietem, ante dormiit, quam la-*  
*borauit: imo quam edit (nam ab esca accidere solet*  
*somnus) imo quam & profatus est (est etiam exer-*  
*citationis quoddam genus locutio, cui somnus spon-*  
*te accidere soleat.) Ex his autem collegit somnum*  
*illum aut soporem non fuisse spontaneum, aut vo-*  
*luntarium, sed coactum potius, & à Deo immis-*  
*sum. Ita enim legimus, immisit Deus soporem in*  
*Adam. Addit etiam neque voluntati accessibile,*  
*aut delectationi: nam delectationem somni labore*  
*metimus: Adamus autem non laborauerat. Eadem*  
*de morte sententia ferenda est. Illa enim, quæ non*  
*succedit exercitationi, labori, lassitudini, non vo-*  
*luntaria, sed coacta, non delectabilis, sed amara*  
*est.*

194  
Tertull.

*Et erit temperatus somnus tuus. Somnus tem-*  
*peratus appellatur contra lethargum. Accipe verba*  
*supradicti Tertulliani. Medicis in lethargo nonna-*  
*turalem somnum notantes, testimonio naturali respon-*  
*dent, cum in suo temperamento est. Et quidem mors*  
*iusti somnus est temperatus, peccatoris autem obi-*  
*tus lethargus potius appellari debet. Est enim so-*  
*pore lethalis, & mortifer veterus, atque sine sensu*  
*lethum. Solemne est medicis lethargicos funiculis*  
*reductis torquere, ut soporem excutiant, atque*  
*alia id genus aspera remedia ad ipsos excitandos*  
*adhibere, & tamen illos sœpe sensu restituere non*  
*possunt. Morsergo peccatoris antiqui, & obdura-*  
*ti (liceat sic communisci) vetero similis est: Quod*  
*vel ex eo coniectari potest, quia licet animarum*  
*medici, quibus ligandi, atque soluendi potestas*  
*est, eorum conscientias ligent, & quasi reductis fu-*  
*niculis arctius constringant, licet minas proponant,*  
*& alia id genus aspermissa intentant, eos tamen ad*  
*resipiscientiam, & peccatorum suorum sensum ex-*  
*citare non possunt. Rursus temperati somni alia*  
*ratio est, ex temperantia scilicet virtus. Ecclesiast.*  
*31. Somnus sanitatis in homine parco, dormier usque*  
*mane, & anima illius in ipso delectabitur. Licet*  
*ita dicere: homini parco, & temperanti, cui tem-*  
*peratus, salubris, & sedatisimus accidit somnus*  
*naturalis, etiam ipsa mors, somni instar salutaris,*  
*& temperati est. Accipe meam hac de re senten-*  
*tiam. Somnus quidem imago mortis in viuern-*  
*sum appellatur: ego vero in quolibet homine som-*  
*nus naturalem, quo in singulos quiescit dies,*  
*mortis demum sibi obeundæ effigiem ad viuum*

Ecclesiast.

num. 24.

195

exprimere puto. Vide quemadmodum dormias,

& naturalem somnum transfigas, sic enim morire. Tria omnino sunt, quæ mortem ingratam reddunt, voluptates, diuitiae, & honores, quas moriens relinquere cogitur. Iuxta illud Ecclesiast. 41. O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habeti in substantiis suis, id est diuiti, viuo, quieto, & cuius via directe sunt in omnibus (id est qui in honore est) & adhuc valenti sumere cibum (id est, ei, cui voluptates suppetunt. Hæc eadem somnus naturalem exturbant. Ad voluptates pertinet illud Ecclesiastici 31. Vigilia, cholera, tortura, homini infun-

Ecclesiast. 41.  
num. 1.

to: somnus sanitatis, in homine parco. Rursus de hominibus ibidem Ecclesiast. Vigilia honestatis tabefacit carnes, & cogitatus illius auferit somnum. Vbi nomine honestatis (Ianseni & aliorum iudicio) honorem, vel diuitias accipere oportet. Denique de diuite loquitur, & auaro Ecclesiast. cap. 8. Est homo, qui diebus, ac noctibus somnum non capiscoculis suis. Ex his liquet eadem esse, quæ homini mortem ingratam, & amaram reddunt & quæ somnus suus cuilibet mortis propriæ imaginem præbet. Atque adeo non inepte dixerim vide qui dormias, pacatene, ac temperanter, an perurbatè, & iniucunde: sic enim, vel quietam, vel inquietem mortem obibis.

Denique extrema lectio habet. Et erit congruës somnus tuus. Somni congruentia ex eo, quod salubre sit, pensatur. Et quidem non semper somnus salutaris est, vel congruens: nam febri laborantibus medici somnum tanquam noxiū interdicunt. Neque vero aliter mors homini nocua est, cum illum passionum stiarum, & vitiorum febri, atque ardore accensum tanquam somnus infalubris corripit. D Et id quidem deplorabat Ezechias, cum de parta sanitatis gratulabundus clamabat. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Vbi quidam legerunt. In furore, aut calore dierum meorum. Quali dicat: Id certe dolebam maximè, quod mors me in calidissimo totius vita articulo corripit, cum febris adolescentiæ tenebat: nam in febri somnus nullus salubris est. Erit congruens somnus tuus, inquit Salomon. Id est, mors tanquam somnus salutaris tibi continget. Redeo ad naturalem somnum. Ad extremum subiicere libet rationes, propter quas somnus hic naturalis congruens dici potest, non naturæ, sed moribus. Et erit congruens somnus tuus. Tertul. in lib. de anima cap. 43. sic ha-

Tertull.

bet. Voluit enim Deus, alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus plenius humani, vel maxime initij, & finis lineas quotidie agere nobiscum, manum porrigena fidei facilius adiuuando per imagines, & parabolæ sicut sermonum, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi soporis elatum, blanda quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante vitam acutum, & quae post vitam iacebit, ut testationem plastica (id est formationis imaginem) & sepulture, expectans animam, quasi nondum collatam & iam erectam, sed & illa sic patitur, ut alibi agere videatur dissimulatione praesentie futuram absentiam ediscens, & tamen interior somniat, nec quiescit, &c. Et post pauca. Hec erit somni, & rationales, & natura rationalis etiam per imaginem mortis fidem iniciaris, discis mori, & vivere, discis vigilare dum dormis. Hactenus Tertul. qui nullibi mihi viuis est elegantior. Accipe etiam verba Philonis apud Antonium ex Melissa. Non temere, qui rem vere considerarunt, somnum esse mortis præmeditationem, & umbram, ac declinationem quandam vite future statuerunt: imagines enim viriisque euiderer representat: quippe eundem hominem ex integrisib[us] auferit, & si

196

Philon.

*Anast.* *Synaita.* *Cle. Alex.*

fituit. Quanta vero sit huius representationis vis, eleganter in suis anagogicis questionibus docet Anastasius Synaita de topore Adami. Nam cum Dei imperantis verba illa expenderet, *In quacumque die consideritis ex eo, morte moriemini*; addit propterea Deum ante illud præcepit Adamo saporem immisile, ut mortem, quam nondum experientia didicerat, quia neminem mori viderat, somni sui representatione, atq; idea disseret: nam si omnino illa, neque in se, nec in si nulachro suo eatus non agnouisset, fortasse non timeret. Est igitur valde congruus, atque proficuus somnus nobis, à quo talem, tamque salubrem disciplinam accipimus: absolvant hunc locum verba Clementis perobscura lib. 4. Stromat. *Quæcumque*, inquit, dicuntur de somno, eadem etiam oportet exaudire de morte. *Vtrumque enim significat abscissum animæ, mors quidem magis, somnus vero minus.* Hæc perspicua sunt. Incipunt obscuriora, *Quod quidem potest etiam accipi ab Heraclito. Homo in letitia tangit lucem sibi mortuus extictus, viuus autem tangit mortuum, dormies extictus oculos, vigilans tangit dormientem, beati enim, qui viderunt Dominum in sententia Apostoli.* Accipio ex interprete Herbeto non esse legendum *εὐρόν*, sed *εὐρόν*, id est, *in nocte*, & dimisla illius expositione, quæ mihi parvum idonea videtur, sic præmissa verba edissero, *Homo in nocte tangit lucem sibi mortuus extictus*, id est, homo in nocte dormiens exticti, & emortui in modum tangit lucem, id est vitam, nam excitari à somno quodammodo est ad vitam reuocari. *Vivus autem tangit mortuum, dormies extictus oculos*, id est tunc, cum claudere oculos, & dormire incipit viuus, attingit mortuum, quia sic à vigilia in somnum transiit, quasi à vita in mortem. *Vigilan tangit dormientem.* Quasi dicat, hoc sit, cum ho no vigilia in somnum demigrat. Et quidem est similitudo somni, atque mortis, ut quotidie dormientes mortem quodammodo tangamus, atque manibus contrememus. Pergo ad alia.

*XXV. Ne paneas repente terrorre, & irruentes tibi potentias impiorum.*

*XXVI. Dominus enim erit in latere tuo: & custodiet pedem tuum, ne capiaris.*

*Hieron.* *N*e paneas repente terrorre. Septuaginta, *Non timebis panorem superuenientem.* Chald. *Non panebis a repente terrorre, & repente casu.* Diuus Hieronymus addit, *superuenientem tibi.* In Ezechiel. cap. 44. Symmachus, Aquila, Theodot. *Si animo periclitaris, ne timueris*, id est, si terribilis aliquid tibi inguerit, ne propterea animo consternaris.

*Et irruentes tibi potentias impiorum.* Septuaginta, *Neque impetus impiorum ingruentes.* Hebraicè, *Et à desolatione impiorum cum venerit.* Sic habet Chaldaeus.

*Dominus enim erit in latere tuo.* Hebraicè, *Dominus in fiduciatura, Chesel, latus significat, atque fiduciam.* Chald. habet, *Dominus erit in adiutorium tuum.* Septuaginta, *Dominus enim erit super vias tuas.*

*Et custodiet pedem tuum, ne capiaris.* Septuaginta, *Et firmabit pedem tuum, ne commovearis.*

*Priora illa verba, Ne paneas repente terrorre, aliqui nestunt cum antecedentibus hoc modo, Cum dormieris, suavis erit somnus tuus.* Ita ut nec paucor, nec metus sompnum tuum interturbet, *Dominus*

*A*quippe erit in lateretu. Nimirum, *Paraguardare el sueno.* Sed tamen præferenda est communis interpretatione, quæ nouam inchoari sententiam docet, hunc in modum, *Ne paneas repente terrorre*, id est, ne repentina aliqua calamitas, vel subitus aliquis euentus te exterrat, etiam si impij omnes collectis viribus in te unum incurvant, *Et potentias impiorum*, id est, etiam si impij omnem suam exerant potentiam aduersus te. Nam Dominus tuo adhæret lateri, atque adeò nihil mali ad te perueniet. Et quidem illa verba: *Dominus erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris*, sic sunt accienda. Impij, aut aperte iustos oppugnant, aut dolo, & insidiis eos appetunt. Ait ergo Salomon. Ne verearis impiorum vim: nam si tecum aperto marte deterrauerint: *Dominus erit in lateretu*, ut eorum vim à te prohibeat. *Quod si dolosos laqueos tibi instruxerint, idem ipse Deus, Custodiet pedem tuum, ne capiaris.* Expendamus singula verba.

*Ne paneas repente terrorre*, id est, ab omnibus subitis.

203

Subita dicuntur improvisa, & non præmeditata, atque adeò sine culpa. Itaque perinde est, ac si dicat, nihil mali timeas, quod sine culpa euenerit tua. Aliter subitum, accepit Chrysostomus *Chrysost.*

*C*homilia 24. de variis Matthæi locis, vbi subitas calamitates eas appellat, quas Deus immittit propter culpas, tunc scilicet, cum non differt poenam, sed statim atque peccatum quis admisit, supplicium imponit. Sic enim ait: *Maior enim est pena dilata, quam subita, molestius supplicium, quod premisso terrorre differtur, grauior pena, que ad hoc tardat, ut diutius feriat. subita enim citè percutiunt, dilata fænaratam penam restituunt.* Observa illam vocem, *fænaratam penam.* Significat enim Deum tunc, cum penas debitas ab aliquo statim non exposcit, sed differt, fænerari quidem homini debitum, ut postea cum usuris exigat, & duplicitam tormentum reportet. Si ergo de his repentinis accipere libet, Salomonis verba, sic sunt edisserenda: *Ne paneas repente terrorre*, id est, cum Deus mala non differt, & cum repente, & subito immittit, illico de admissionis culpis penas exposcens, ne vereare: hoc enim misericorditer facit, ut scilicet in hac vita præsentem non foeneratam penam luas. Et quidem hæc expositio ne eti potest cum sequentibus.

*Et irruentes tibi potentias impiorum.* Quæ verba

204

*E*duplicem ad sensum allici possunt. Prior est, ne timeas cum impiis euersio sui euenerit, quasi communis cum ipsis malo sis afficiendus. Huic expositioni locum facit Originalis lectio: *Et à desolatione impiorum, cum venerit.* Posterior est. Ne timeas impios, cum ad te euerendum conspirauerint, atque vires suas in tuum perniciem exercuerint. Hanc noster sequutus est, quæ consonat magis contextui, *Et irruentes tibi potentias impiorum.*

*Dominus enim erit in latere tuo.* Deum præsentissime iustis affaturum esse docet Salomon. Laterani, aut latrones, seu potius laterones milites olim dicebantur, quos Imperator circa se habebat, atque primos ad quodlibet discrimen emittebat. Et quidem eo nomine censebantur, quia circa latera erat

(ut docet Varro, & ex Varrone Diuus Isidorus in *Varro, originibus.*) Et iidem sunt, quos nunc satelliti es, *Isidor.* aut stipatores nominamus. Salomon ergo ait: *Dominus erit in latere tuo*, id est, similis satelliti, aut laterano alicui militi præsto erit tibi, ut te defendat, atque suorum ( si licet dicere) laterum oppositum securum reddet. Non ignoro Varronem hos milites latrones dictos putasse à voce *Græca λαγη*, id est, merces: quia scilicet ob famulatum, quæcum Imperatori deferebant, maiorem mercedem ferrent. Prior tamen expositio est ad rem nostram. Nam &

satellites à latere dictos testatur Diuus Isidorus. Quasi in lateres sati, quod lateri scilicet adhærent, & latus custodiant. Iustus ergo vtitur Dei satellitio: nam ipsius lateri, quasi aditus Deus est, adeò ut nullavi ab ipso euelli possit. Hinc David Psal.

*Ps. 22. n. 4. 22. Si ambulauero in medio umbra mortuorum, non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

*205 Et custodies pedem tuum, ne capiaris. Ne scilicet in thecnas, atque dolos hostium incurras. Septuaginta, Et firmabis pedem tuum, ne commouearis.*

*Psal. 65. num. 9. Ad constantiam virtutis spectat. Simile est illud Psal.*

*65. Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos.*

*Psal. 72. num. 2. D. simile autem illud Psal.*

*72. Mei autem penemot sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.*

*Sed quomodo Deus obfirmet pedes nostros, ne labantur, aut ne sint labiles,*

*vel nutent, docet Augustinus in præmissos Psalmos.*

*XXXVII. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac.*

*206 Noli prohibere benefacere eum, qui potest. Hebraicè, Neprohibeas bonum, Milghalau, id est,*

*à patrono suo, à radice Baghal, hoc est, dominari,*

*aut possidere, seu maritum esse. Itaque Baghal, est*

*Dominus, maritus, aut patronus, vel is, qui ius*

*habet ad rem ( ut obseruat Mercerus.) Hinc factus*

*est locus variis expositionibus, atque lectionibus.*

*Septuaginta habent: Ne abstineas benefacere egeno.*

*Apud quos boni dominus, aut patronus, vel qui*

*iurabit ad bona diuitis, est egenus, quia suo quo-*

*dammodo iure sibi postulat beneficentiam, ut statim*

*dicemus. Chald. Ne desinas facere bonum, id est,*

*ne umquam à beneficentia defistas. Et quidem do-*

*minum, aut patronum boni, id est, bonorum suorum*

*eum esse intellexit, qui liberaliter, & profuse*

*largitur: nam qui auarè & sordidè custodit, hic nō*

*dominari, sed inseruire potius suis diuitiis dicendus*

*est. Tigrina conuertit: Ne prohibeas bonum ei, qui*

*potis est, id est, ne in causa sis, ut is, qui bonum ade-*

*ptus est, atque illius euasit compos, eo non frua-*

*tur. Vatab. Noli arcere bonum à domino suo, id est,*

*de eo, qui beneficio est dignus, noli non bene gereri.*

*Dominus enim boni est, qui illo dignus est.*

*Cajet. Non prohibebis bonum ab heris suis. Et quidem*

*de restituitione bonorum suis facienda dominis in-*

*terpretatur, id est, noli obstat, quominus domini*

*habeant, vel obtineant bona & res suas. Ad extre-*

*mum noster interpres habet, Noli prohibere benefa-*

*cere eum, qui potest. Et quidem aptissime omnium.*

*Apud quem bonorum dominus est ille, qui bonis*

*affluit, ex quibus in alios beneficis existat, cui li-*

*beralitatem suadendam esse docet. Ita enim acci-*

*piendum existimo illud. Noli prohibere benefacere,*

*ut statim dicam.*

*207 Si vales, & ipse benefac. Hebraicè, Cum fuerit*

*facultas manus tua. Septuaginta, Quando cumque*

*habuerit manus tua auxiliari. Vatab. Quando ma-*

*nus tua potis est, ut faciat. Chald. Dū ualeat manus tua*

*ad faciendum: Omnia in idem recidunt. Cū ergo*

*cam sint variæ atque dissimiles huius loci lec-*

*tiones, quibus quodammodo omnes beneficen-*

*tia partes continentur, dicam aliquid de singulis.*

*Prius de vulgata.*

*Noli prohibere benefacere eum, qui potest: Sensus*

*est supra dictus, noli, vel dehortatione, vel exem-*

*pto, vel aliquo alio impedimento obiecto, aliquem*

*à beneficentia retardare. Et quidem aptissime in*

*hanc sententiam quadrat lectio originalis, Noli sci-*

*lycer bonum prohibere à domino illius, id est, noli*

*A obstat quominus dominus honorum suorum ea liberaliter largiatur, quia dominus est, atque adeò ea expendere liberè potest: tu vero, qui beneficentiam illius impedis, quodammodo illi honorum suorum dominium auferas. Vel aliter, Si videlicet aliquem de alienis bonis beneficia impeden-*

*tem, hunc certè cohibere posses; at cùm quis bona*

*sua liberaliter erogat, cum prohibere nefas est.*

*Quantam verò ipsi liberalitati & gratia iniuriam*

*irroget is, qui beneficium hominem à benefacien-*

*do deterret, docuit Plutarch. apud Stobæum, qui*

*eiusmodi hominem perinde facere dixit, ac si Gra-*

*tiæ, vel Charites ipsas liberas in compedes mitte-*

*ret, atque manus illarum in terga vincetas reuoca-*

*ret. Seneca lib. 1. de beneficiis cap. 3. Gratiae (in-*

*quit) virgines sunt, quia beneficia incorrupta sunt,*

*& sincera, & omnibus sancta, in quibus nihil esse*

*alligati decet, nec ad stricti. Et quidem Gratiarum*

*est alios alligare, & astringere; beneficia enim alli-*

*gant, deuincent, adstringunt: imò & libertatem*

*adimunt. Vnde Arist. Polit. 2. Qui beneficium (in-*

*quit) innenit, compedes inuenit. Ac rorsus illud Publ.*

*Mimi, quod vulgo circumfertur: Beneficium qui ac-*

*cipit, libertatem vendit. Ergo cùm proprium sit*

*Gratiarum alios compedibus deuincent, atque li-*

*bertatem aliis adimere, ipse quidem libera, atque*

*vinculis immunes esse debent. Atque adeò rectè*

*Salomon, Noli prohibere benefacere eum, qui potest.*

*Hoc enim esset Charites obligare, & constringe-*

*re.*

*Septuaginta habent, Noli prohibere benefacere ege-*

*no, qui boni dominum conuerterunt egenum, quia*

*pauper dominus est honorum, quibus dñes affluit,*

*adeò ut suo sibi quodammodo iure vendicet. Hinc*

*illud Chrysostomi apud Antonium in Melisso libro*

*Chrysost. 1. cap. 26. Quid frustra laboras, o dñes, res pauperum*

*inthesauris tuis recondens? Cur indignaris petenti-*

*bus illis, quasi detuo expendas? Bona paterna petunt,*

*non tua, que tibi commissæ sunt, ipsorum gratia, non*

*recum nata. Da que accepisti, & usum eorum tibi*

*concessum in lucro ponas. Satis est tibi, quod dare, non*

*accipere destinatus es. Sunt & alia his similia apud*

*Augustinum, & alios Patres. Rursus boni dominum*

*appellatū dicere possumus, non pauperem que-*

*libet, sed voluntarium, qui certè dominus bono-*

*rum appellari potest, quia ea despicit: deinde etiam,*

*quia voluntaria paupertati quodammodo ius con-*

*tulit Deus in diu tum bona: ut scilicet de his necel-*

*saria illi semper suppeditant. ( Ut satis docent am-*

*plissimæ religiosorum familiæ, quæ dñiores ipsis*

*diuitibus, nunquam penuria laborant. )*

*Chaldæus legit, Ne desinas facere bonum, qui cen-*

*suit eum planè iuorum honorum dominum appellan-*

*do, qui nunquam beneficentiam intermitit.*

*Sed licet id de liberalitate in vniuersum verum sit,*

*est tamen longè verissimum de beneficentia in pau-*

*peres. Chrysost. homilia 78. in Ioan. Tunc eu bona*

*haberes, si alijs dares; si tibi seruas minimè habes; in-*

*certus enim thesaurus domus propria: certus autem*

*thesaurus est pauperum manus. Et rursus in sermone*

*de ieiuniis, & lectione Genesis, postquam multis*

*probauit Dei erga nos beneficentiam, qui nobis,*

*quasi hospitibus, & aduenis mundum hunc, veluti*

*domum quandam amplam prouidit, subdit hæc*

*verba: Medius omnium nostrum est pater communis,*

*& magister noster, cuius domus, ( tanquam ad hac*

*derelicta ) peregrinis, & aduenis patet: omnes hanc*

*sibi hospitam domum inueniunt, hanc ministram, &*

*ita in omnibus familiantem, ut nesciam, utrum huius,*

*an peregrinorum magis dicenda sit domus. Imò verò*

*propterea magis huius, quia peregrinorum est. Nam*

*& omne, quod nostrum est, tunc magis nostrum erit,*

211 *si sit commune cum fratribus.* Quibus verbis misericordiam, & beneficentiam erga egenos Deum exemplo suadere vult Chrysostomus, qui huiusmodi amplissimum palatum peregrinis exposuit, id est, omnibus hominibus, qui quandiu in hoc mundo agunt, hospites sunt, atque aduenae. Addit vero illud esse admiratione dignum, quod hospitibus ipsis, atque aduenis domus illa Dei ita patet, ut ea, tanquam propria vti licet. Imo vero inquit: *Propterea magis huic est, quia peregrinorum.* Quasi dicat, hic mundus, qui Dei domus est, vel eo maxime ipsis est domus, quia peregrinis hominibus eam aperit: ea enim est conditio bonorum, ut communicata aliis, quasi nouo iure a domino possideri incipient. Itaque Deus ipse, cuius omnia dominio & potestati subduntur, quasi nouo dominij iure eadem acquirit, cum suis impedit creaturis, ita ut Chrysost dicat, tunc magis quodammodo illius esse, cum dat. Et quidem ratio huius in promptu est. *Quia Deus Optimus Maximus antequam eroget ex misericordia bona sua, directo gaudet dominio, vniuersali tamē iure, tanquam rerum omnium dominus:* at postquam misericorditer largitus est homini, & propria illius esse fecit, nouo & speciali iure facit sua, quia quemcumque seruus acquirit, domini esse incipiunt. Vnde licet Deus aliunde rerum omnium dominio non potiretur, ex eo tantum, quod homo illius potestati atque dominio subiectus easibi pararet, Dei omnino esse inciperent. Ergo quemadmodum ait Chrysostomus, tunc magis bona Dei sunt, cum ipse liberaliter largitur, pari ratione, *Omne, quod nostrum est, tunc magis nostrum erit, si sit commune cum fratribus.* Nec vero dispar est ratio. Cum enim verum sit illud, quod supra recitauimus: *Beneficium qui accipit, libertatem vendit.* Qui beneficia impertitur, illos, qui eadem accipiunt, quasi libertate sua priuat, atque seruos sibi reddit: atque ob eam causam bona illorum, tanquam seruorum ad ipsum redeunt. Ad id pertinet illud Demosthenis apud Eborensem verbo Liberalitas: *Principum dona sunt autoramenta seruitutis,* id est, donis suis denud sibi deuincunt subditos, & quodammodo ex subditis ciuiliter, seruos faciunt, atque mancipia. Sed audiendus insuper hic August. in lib. de doct. Christiana: *omnis (inquit) res, quae danda non deficit, dum habetur, & non datur, non habetur quomodo habenda,* id est, non omnino habetur (luculentius dixerim) nondum habetur omnibus modis, quibus haberi potest: vel quia ea, quae misericorditer egenis impenduntur, non tantum non deficiunt, dum dantur, sed potius aucto fœnore multiplicantur. Ergo nisi dentur, non habentur quomodo habenda.

Tigurina aliter conuertit, *Ne prohibeas bonum ab eo, qui potis est.* Hoc est, ne sis impedimento, quominus is, qui boni alicuius compos euasit, eo libertè perfruatur. Ille enim bonum prohibet a domino illius, qui partis illum perfri non sinit. Et quidem haec interpretatio satis aptè necit cum sequenti clausula: *si vales, & ipse benefac.* Est enim perinde, ac si dicat: ne tantum non impediás illum partis vti: sed si vales, illum nouis cumula bonis. Sordidissima res est eos, quibus Deus addidit bona, iisdem perfri non sinere.

Vatab. 214 *Noli arcere bonum a domino suo,* id est, de eo qui beneficiis dignus est, noli non benemeriri (sic ipse interpretatur.) Est autem utilis sententia: licet enim non tantum dignis, sed etiam indignis beneficia impendenda sint, & eleemosynæ (ut vnuistè docet Chrysost. homilia 10. in epist. ad Hebreos. August. in Enchiridio cap. 64. & sequent.) Nihilominus tamen beneficia, & eleemosynæ di-

gnis qui impedit, consultius facit, & honestius, imo utilius. Hinc est illud Publij Mimi: *Beneficium dando accipit, qui digne dedit.* Ac rursus, *Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.* Vtrumque planè verum est: nescio enim qua ratione omnium gratiam init, & benevolentiam, qui dignum hominem beneficio suo cohonestat. Propterea Diuus Gregorius in altera ex epistolis statuit liberalitatis esse non accipere, sed tamen discernere personas, vt primum scilicet iustis, deinde peccatoribus erogetur. (Si videlicet vtrisque suppetit) quod si suppetat, & superefflat, hanc regulam obseruandam esse dicit, vti iustis impensè donetur, improbis autem parce, ne ex abundantia bonorum iniquitas vires & alimenta sumat. Accedit Gregorio Anton. in Melissa. de beneficia ex Photio Patriarcha, *Qui largiuntur multa indignis, duo committunt absurdam, nam & ipsa iacturam faciunt, & malos roborant.* Sed venustissime Maximus serm. 8. vbi De S. Maxim. mocii eleganter sententiam profert, *Democritus (inquit) cum animaduertisset quendam quibuslibet sine delectu promptè dantem, & temere suppeditant: male, inquit, pereas, quia Charites virgines metrictes fecisti.* Quasi diceret, Charites quidè oportere in matrimonium collocari, non prostitui. Et quidem tunc coniugio iungitur Gratia cum digno confertur, tunc quodammodo prostitui, ut, cum dignis æquè, & indignis patet. Quæ sententia satis aptè in locum Salomonis cadit. Nam pro domino boni, vel gratiæ Hebraicè est, *Baghal* (vt supra animaduerti) quæ vox maritum sonat. Itaque reddere licet, *Noli prohibere gratiam a suo coniuge,* id est, ab eo qui dignus est, huic enim in connubium Charis datur. Seneca in libro de beneficiis, cap. 3. *Seneca.* tradit Homerum alterum ex Gratiis nomine Pasitheam connubio iunxisse: reliquas vero duas virgines, & liberas reliquisse, scilicet Aglaem, & Thaliam. Est tamen notandum ex Lactantij sententia *Lactant.* tres propterea Charites numerari, quia beneficia in eos, qui digni sunt, in non dignos, atque indignos collocari debent: dignos autem appellat eos, qui merentur: non dignos, qui licet ad beneficia capienda merita non afferant, tamen demerita non habent: indignos, qui prorsus eadem demerentur. Ergo Homerus propterea Pasitheam, id est, primam, & antiquissimam Gratiarum coniugio copulavit, quia haec dignos respicit: reliquas liberas fecit, innuens quodammodo Gratias illas (seu beneficia, quæ non dignis, aut indignis conferuntur) non esse adstrictas, sed liberas: at vero eam, quæ dignis impenditur, obligatoriam esse. Hoc est (ut uno verbo dicam) gratiam quidem deberi dignis: at vero non dignis, atque indignis non deberi, gratiam qui digno admitt coniugem (si licet dicere) suam ab illo prohibet, vel arcet. Rectè ergo Salomon, *Noli arcere gratiam, vel domum a coniuge suo.*

F Extrema lectio est Caietani, *Non prohibebis bonum ab heris suo.* Quæ de restitutione rerum dominis suis facienda interpretatur, id est, ne apud te rem proximi tui esse desinas. Sed tamen haec expositio parum accommodata est, & cum sequentibus non coit. Pergo ad extrema verba.

*Si vales, & ipse benefac.* Hebraicè, *Cum fuerit facultas manus tuae, aut cum fuerit in manu tua bonum.* Noster autem interpres perinde existimat bona in manibus habere, atque ex ipsis benefacere. Nam bona in manibus esse, hoc sibi vult, quod potestatem eorumdem habere, atque eisdem dominari. Nullum autem argumentum huius potestatis atque dominij maius est, quam eadem profuse ac liberaliter impendere. Sic Seneca, *Pecunia si uti Seneca.*

Demosth.

213

August.

213

Vatab.

214

Chrysost.

August.

Caietan.

216

scias

**Chrysost.** *scias (loquitur autem de beneficentia) ancilla est, si nescias, domina. Vel aliter, bona præ manibus habere perinde est, atque ipsa ad erogandum in promptu esse. Et quidem id sibi voluit D. Chrysostom. apud Anton. in Melitta cap. 7. Quid cum pauperes aliquæ ad repetunt, indignaris? Paterna requirunt, non tua tibi, in manus propter illos tradita sunt, non tecum procreat, donato, & usus fructum lucrificato. Hæc Chrysostom. apud quem propterea homini bona in manus data dicuntur, ut præ manibus habeat ad erogandum. Ad id pertinet illud Iohannis, sciens Iesum, quod omnia dedit ei pater in manus: ut scilicet à suis in nostras manus transferret (ait Hieronymus.) Sed rursus in hunc locum conferenda sunt verba Iob 21. Verantamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium eorum longè fac à me, id est, illorum institutum, & viuendi rationem procul fac à me (d Deus!) qui cùm multa bona possideant, hæc tamen in manu sua non habent, ut liberaliter erogent, & in manus pauperum transferant: sed in thecis clausa, ut recondant. Auatus cor habet in thesauris suis: liberalis thesaurum manibus præfert. Quid inde? Hic possidet, ille possideatur.*

**Ioan.****Hieron.**  
Job. 21.

*XXVIII. Ne dicas amico tuo: vade, & revertere: cras dabo tibi, cùm basim possis dare.*

**217****Cyprian.**

**N**e di amico tuo: vade, & revertere. Septuaginta, revertens redi. Cùm statim possis dare. Hebraicæ ad verbum, Si est tecum id est, si apud te est illud, quod petit. Chaldaeus, Si habes apud te. Septuaginta addunt sententiam, quæ in Hebraicis originibus non est, Non enim scis, quid patrit sequens dies. Diuus Cyprianus integrum locum sic extulit lib. 3. ad Quiri. *Ne dixeris, abi, & revertere: cras ego dabo, cùm possis continuo benefacere, non enim scis quid contingat sequenti die.*

**Seneca.****218****Seneca.**

Sententia est perspicua. Suadet enim Salomon beneficium, aut eleemosynam non esse differendam, sed opportune, cùm petitur, dandam: plurimum enim de beneficio ille detrahit, qui moras necdit: plurimum etiam accedit beneficio illius, qui moras præuertit. Utrumque exploratissimum est. Dicam prius de illo, qui beneficium moratur. Nam primò cùm beneficium ex voluntate dantis pensetur, dilatio voluntatem dandi extenuat. Seneca, qui hac de re multa feliciter dixit in libris de beneficiis lib. 1. cap. 2. sic ait, Eodem animo beneficium debetur, quo datur, sibi quisque debet, quod à negligente accipit: nec tardè quidem, quia cùm in omni officio magni estmetur voluntas, qui tardè fecit, diu noluit. Tamdiu enim videretur noluisse, quādiu distulit beneficium. Propterea Salomon, *Ne dixeris: abi, & revertere: cras dabo tibi, vel ne vnam noctem noluisse videaris.* Et iterum Seneca, *Omnis benignitas properat, & proprium facientis libenter, citò facere: si de die in diem trahens profuit, non ex animo fecit. Itaque duces maximas perdit, & gratiam, & tempus.* Secundò, beneficium debet esse liberalis donatio. Liberalis autem non est, quæ aliquo pretio constat ei, quæ accipit. Unde non semel idem Seneca, *Care fatus emi dixit, quod precibus impetratur.* Carius multo igitur stabit illi beneficium, qui non tantum precibus usus est: sed rursus ad processus aliqua itinera difficultia adiungere oportuit: nullum enim difficultius iter suscipitur, quam quod ad petendum institutur. Salomon ergo, *Ne dixeris: abi, & revertere.* Tertiò, tempus & opportunitas in beneficiis maximi pendit, adeò ut leuis admo-

dum gratia opportunitate ingens reddatur. Nullum autem beneficio opportunius tèpus est, quam illud, in quo petitur. Idem Seneca lib. 2. de beneficiis, cap. 2. *Quemadmodum in agro (inquit) opportunitas cibi salutaris est, & aqua tempestine data remedijs locum obtinuit: ita quamvis lese, & vulgare beneficium sit, si præsto fuerit, si proximam quamque horam non perdidet, multum sibi adycit: gratiamque pretiosi, tamen leni, & diu cogitati munera vincent.* Salomon ergo tempus aptum gratie captare præcipit, *Ne dixeris: abi, & revertere.* Tunc enim beneficium opportunè confertur, cùm petitur. **Quar-** Greg. Nazianz. **tò beneficium, quod differtur incertitudini subuci-** tur. Gregorius Nazianzenus hunc locum expen-  
**dens in oratione 16. Misericordiam (inquit) tuam ne nox quidem intercipiat: ne dixeris, alias redi, & in crastinum dabo, ne quid forte accidat inter proposi-  
tum tuum, & beneficium, quo verè impediatur. Ad id spectat illud Ecclesiast. 14. *Ne defauderis à die bo-* Eccl. 43.  
**no, & particula boni domini non pretereras.** Sic habet num. 14. **correctiones: non autem bona diei.** Quod perinde est, ac si dicat, ne benefaciendi oblatam occa-  
**sionem abire permittas: abit enim hæc, atque præ-** terit ocyus, nisi præoccupetur, atque capetur ce-  
lierius. Et qui tempore illo verbo, *Non te pretereras.* Græcè est, πανδειαπεράσθω id est, nō te præcurrat, aut fallat: velocem occasionis motum adsignificat. Ob eam causam veteres (vt auctor est Seneca in Seneca, libro primo de benefic. cap. 3.) Charites, atque Horas iisdem parentibus satas esse finxerunt. Aiebant enim Gratias, atque Horas Iouis, & Eurynomes filias esse: Horas quidem maiores natu: Gratias verò minores. Et quidem antiqui Horas, atque Gratias sorores esse affirmantes, iisdem parentibus prognatas, satis declarauerunt beneficia suis horis, id est, opportuno tempore collocari debere. Deinde Horas maiores natu esse finxerunt, ut signifi-  
**D**cat Gratias, id est, beneficia horis quodammodo subesse, nempe à tempore pendere: adeò ut dilationem, ac moras minimè patiantur, sed horis opportuniis conferri debeant.**

**Quod** spectat ad posteriorem partem, scilicet beneficij citius collatis plurimum ex celeritate ac-  
cedere, id neminem later. Illud ergo vulgo tritum proloquium, *Bis dat, qui citò dat.* (Est autem apud Hieronymum, & Senecam, & alios graues aucto- Hieronymus. ) Cuius vim examinare libet: est enim non Seneca. vnu illius sensus. Primus sensus est. Beneficium citò collatum ad instar duplicitis beneficij obtinet: tantumdem enim crescit celeritate gratia, ut sorte quodammodo conduplicet. Ne verò id parui-  
ducendum est. Nam Diuus Chrysostomus homil. Chrysost. 115. ad illa verba, *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi,* beneficium aliquo ex capite duplex reddi posse ostendit: *Tunc (inquit) ostenduntur duplicitia esse beneficia, cùm natura sua magna sunt, & quando conseruntur in eum, qui est nihil,*

**F**ī quod quidem beneficium, & gratiam amplificat. Itaque cùm magnum beneficium homini paruo & tenui donatur, duplex quodammodo efficitur. Magna magnis dare vnicum beneficium est: magna verò minimis tribuere, duplex donum appellari debet. Iam tenes artem, qua ratione dona magna crescant, & duplicantur. Accipe nunc artem, qua dona minima efficere licet duplicita, & magnis æqualia: scilicet, cum citò, & opportune dantur. Nam bis dat, qui citò dat. Celeritas sorte duplicat, nec sine magno emolumento. Subdit enim Chrysostomus, beneficium, quod ex aliquo capite duplex redditur, duplicitem etiam relatione gratiarum sibi adsciscere, Ostendit (inquit) duplicité gratiarum actionem sibi deberi, & quod ea de, quæ potest;

*Eccles. c. 20.* *Et quod, cum cadet, se nihil dignum dare existimat.* A  
Non parum ergo interest benefactoris, qui beneficia sua predicto modo moras abrumpens duplicat: si quidem duplarem inde refert gratiam. Ad id pertinere videntur verba Eccles. cap. 20. *Est datum, quod non est utile, et est datum, cuius retributio est duplex.* Quasi dicat: aliquando talis naturæ donum est, ut duplarem reportet gratiam: quod quidem tunc accedit, cum ipsum duplex esse constat.

*Pub. Mim.* Secundò, parceriam illam vulgarem, *Bis dat, qui citò dat,* alium ad sensum reuocasse videbitur Pub. Mim. Philosophus apud Eborensem, *Bis est gratum* B (inquit) *quod opus est, citò si offeras.* Ut autem capias hanc sententiam, obseruare oportet in beneficio quidem esse duo, acceptiōnem, & vsum. Et quidem vti beneficio pergratum est, accipere autem ingratum, *Beatus enim est dare, quam accipere:* imò ab homine tardo accipere prorsus miserum est. Ergo bis gratum beneficium illud ducitur, quod citò offertur, quia semel, atque iterum gratum accedit in acceptione, scilicet, quia absunt moræ, quæ donationis gratiam corrumpunt: & in vīsu, quia opportunè vīsi succedit. Tertiò subest C adhuc alia interpretatio communis Proverbij, *Bis dat, qui citò dat.* Qui oxyus dat, tempus iterum dandi lucratur, quod est liberalitatis summæ. Nam cùm eius qui dat, proprium sit cūnulare sua beneficia, & cui beneficerit semel, iterum benefacere velle, naturæ quædam propensio sit, citò quidem dans, tempus ad iterum dandum sibi facit, dum beneficium collocatum stimulat animum ad aliud, atque aliud conferendum. Salomon ergo ait, *Ne dixeris: abi, et reuertere: cras dabo tibi, cum statim possum dare.* Num hodie si dederis, crastina die dandi iterum voluntas tibi excitabitur, atque suppetet etiam occasio. Occasiones autem dandi captare summæ cuiusdam liberalitatis est.

*Caietan.* Denique non est dimittenda lectio originalis, que pro illis verbis: *Cum statim possum dare, ad unguem sic habet, si tecum est,* quod quidem referri potest ad donum, id est, si apud te est beneficium, quod petitur: vel ad personam petentis, *Ne scilicet das, vade, et reuertere, &c.* Si tecum est, id est, si ad te venit. Ita accepisse videtur Caiet. olim. Et quidem Ambrosius libro sexto in Lucam cap. 7. ex eo, quod pauperes nobiscum sint, elicit citò, & sine cunctatione dandum esse. Nam ad illa verba, *Semper pauperes habebitis vobis* (sic habet) *semper ergo tecum pauperem habes, et ideo benefac.* Non ergo differre pauperem debes, quia semper tecum est, cūtibi Propheta dicat: *Ne dixeris pauperi, cras dabo.* Vis autem illationis in eo sita est: semper habens tecum pauperes: ergo non debes misericordiam diutius ducere: quia tibi hodie huic petenti beneficeris, cras aderit aliis, cui benefacere oporteat. Vel aliter, *Non ergo differre pauperem debes, quia semper tecum est,* id est, quandoquidem semper tecum est, non illi licet dicere, *Abi, et veni cras.* Nam Christus, qui donum pauperi collatum accipit, ipse dixit pauperem semper esse tecum: iniqua ergo est illa vox, *Abi, et reuertere:* Extremam hanc fuisse existimo mentem Ambrosij satis profectò acutam. Circa verba illa, quæ addunt Septuaginta, *Non enim scis, quid pariat sequens dies, nihil volterius addendum existimo.*

*XXIX. Ne moliaris amico tuo malum: cùm ille in te habeat fiduciam.*

*XXX. Ne contendas aduersus hominem frustra: cùm ipse tibi nihil mali fecerit.*

*N*e moliaris amico tuo malum, &c. Hebraicè, *Ne fabraces super socium tuum malum, & ipse sedens in fiducia tecum.* Septuaginta paulò aliter: *Ne fabriceris in tuum inimicum mala, incolam, et sedentem super te.* Itaque pro amico Septuaginta inimicum habent. Chald. *Ne cogites contra proximum tuum malum, cùm ipse habitet tecum in pace.*

*Ne contendas aduersus hominem frustra.* Septuaginta, *Noli inimicitias exercere aduersus hominem sine causa, ne quod tibi operetur malum.* Cùm Salomon uaserit beneficentiae occasionses captare, nunc maleficia interdicit. Et quidem non propterea injurias amicis illatas prohibet, quasi inimicis liceat injurias interrogare. Sed contrà, quia illi, quæ amicis & sociis inferuntur, grauiores sunt, *Ne moliaris, vel ne fabriceris.* Ad animum referri solet hoc verbum, cuius est machinas, aut moles quasdam cogitando, & meditando instruere. Propterea Chald. *Ne cogites in proximum tuum malum, cùm ille in te habeat fiduciam.* Nam, ut ait Tull. in orat. pro Roscio, *Perditissimi est nominis, et amicitiam dissoltere, et fallere eum, à quo Jesus non esset, nisi credidisset.* Ab inimico cauet sibi homo, secus ab amico. Vnde *S. Maxim.* serm. de amicitia refert Antigonum Diis significantem quotidie precari solitum ut simulatis amicis tutum redderent. Cum que percontaretur quæ spiam, quam ob rem illud à Diis optaret, respödisse, *Quia hostes cum cognosco, caueo.* Ad id spectat illud Demonaci apud eundem Maximum, *Leuioribus* (inquit) *affici solent homines incommodeis ab inimicis, quam ab amicis: inimicos enim dum metuant, cauent: amicis autem, dum aperti sunt, fidunt, atque eorum insidias opportuni sunt.* Audi Senecam in Proverbii. *Nullæ sunt occultiiores insidiae, quam haec, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo celstitudinis nomine.* Nam eum, qui palam est aduersarius, facile cauendo vitare possis, & Trojanos equis ideo fefellit, quia formam misericordiae mentitus est. Equum diuina Palladis arte Edificant, &c.

Salomon ergo ait. *Ne fabriceris, vel ædifices amico tuo malum,* id est, ne machinis quibusdam gratiam & pietatem præ se ferentibus malum contegas, quod aduersus amicum tuum moliris. Lege Clement. Alexand. lib. 6. stromatum longè à principio, vbi eleganter expendit dictum Alcmeonis, *Inimicum facilius est cauere, quam amicum.* Subdit enim, sophocles quidem scripsit: *Quod maius vices, quam amicus malus.* Rursus Xenophon, *Non aliter inimicos laeserit quispiam, quam si videatur esse amicus.* Mitto alia innumera sacrae Scripturæ loca, vbi de amico infideli agitur. Vnde infra cap. 11. vbi hac de re multis Salomon.

Septuaginta pro amico inimicum subiiciunt, *Ne fabriceris in tuum inimicum mala, incolam, et fidem super te:* Non solum amicis, sed inimicis etiam, qui nostræ fidei se committunt, iure gentium seruari debet fidelitas. Hinc nata legationum sanctitas & religio, hinc obsidum incolmis inter hostes securitas. Itaque erga inimicos etiam fides inuolata seruanda, cùm fidei nostræ sese dedunt. Ambr. lib. 3. offic. cap. 20. perfidis etiam atque fraudulentis fidem oportere custodiri exemplo cōprobat Iosue,

225

226

Tull.

Seneca.

Clem. Al.

227

Ambros.

Jofue 9.  
228

qui Gabaonitarum perfidiam ut multaret, fidem suam dissoluere noluit. Iofue 9.

*Ne contendas aduersus hominem frustra: cum ipse tibi nihil mali fecerit. Possimus certe hæc verba ad superiorem sententiam reuocare: si videlicet vocem illam frustra, pro fraudulenter, accipiamus, vti accipi posse suprà docuimus cap. i. vers. ii. & 17. hoc modo: Ne dolos & fraudes instruas aduersus hominem, qui nihil iniuria tibi vñquam intulit: id enim impium est valde. Neque propterea existimandum est Salomonem copiam facere, vt inimicitæ & contentiones aduersus eos suscipiantur, qui iniurias intulerunt, absit: sed docet illud in primis vitandum esse, quia grauius. Vel aliter, Ne contendas aduersus hominem frustra, id est, sine causa aliqua: & quidem sine causa cum illo contendes, qui nihil vñquam in te commisit: Cum ipse tibi nihil mali fecerit. Septuaginta aliter conuertunt extrema verba, Ne quod tibi operetur malum. Quasi dicant: Ne aduersus illum, qui nihil in te admisit criminis, vel damni intulit, inimicicias sine causa exerceas, ne incipiat tibi noxam, damnumque patare. Ita enim consuetudine comparatum est, vt qui contentionem aggreditur, is damnum referat, non noxamque reportet.*

XXXI. *Ne amuleris hominem iniustum: neque imiteris vias eius.*

229

**N**E amuleris hominem iniustum. Hebr. Violentum. Chald. Raptorem. Septuag. Ne acquisitas malorum virorum opprobria: neque imiteris vias eius. Hebr. & ne eligas in omnes vias eius. Chald. ne velis omnes vias eius. Sept. neque zelaueris vias eius.

Hugo Cardinalis consensum malorum prohiberi dicit his verbis, *Ne amuleris hominem iniustum, id est, ne consentias operibus eius. Rodolphus & Lyra; Ne imiteris amula quadam similitudine mortum. Assentior Caiet. & Iansen. qui sic interpretantur, Ne amuleris hominem iniustum, vel violentum, vel raptorem. Hoc est, ne inuidreas prosperitate & fortunæ hominis impij, ne forte eo zelo inductus in illius mores discedas, atque eum imitari incipias, vt simili gaudias fortuna. Huius generis est illud Psalm. 63. *Noli amulari in eo, qui prosperatur in via sua, & in homine faciente iniustias.* Et Psalm. 36. *Noli amulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniuriam.* Et rursus infra cap. 21. & cap. 24. eadem occurrit sententia. Nullum enim ferè maius scandalum iustis obicitur, quam impiorum incolumenta, & secunda fortuna. Psalm. 72. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquas pacem peccatorum videns.* Sed expendere libet verba singula.*

*Ne amuleris hominem iniustum.* Hebraicè, Thekeena, à verbo *Kana*, quod est, *zelare, & irasci*, aliquando significat, sèpius *inuidere*. Si ergo ad iram referas, sensus erit: noli molestè ferre iniusti hominis fortunam. Socrates quidem (vt auctor est Antonius in Melista serm. 70.) rogatus, quid bonis viris molestum esset, respondit, *felicitas impiorum*. At qui molestia isthac non veteranos, sed tyrones exercet, vt docet August. in Enchiridio, cap. 20. Nam illos felicitas impiorum non angit, imò consolatur, a que erigit, vt statim dicam. Si vero de iniuria capi s, hunc sensum redditio, *Ne amuleris hominem iniustum.* Ne scilicet inuidias felicitati, & fortunæ illius. Hoc est, ne affectes illam, neque virtuti propterea minus tribendum putas, quod iusti aliquando infelices sunt: neque de Dei prouidentia aliiquid detrahás, quod ipso iudice & auctore iusti

Psal. 63.  
num. 7.  
Psal. 36.  
num. 8.

Psal. 72.

230  
NPN

Antonius.

August.

Tom. I.

**A** vexantur, impij gaudient in hoc mundo. D. Chrysostomus, expendens hæc ipsissima verba hom. 8. in 2. epistolam ad Timotheum, robustam reddit rationem, qua homini iusto curam huius rei omnem adimere vult, *Ne amuleris (inquit) virum iustum: si nullus malus supplicio afficeretur, nemo puniret Deo humanum rerum curam imminere: si omnes punirentur, nullus speraret resurrectionem futuram, quod quasi merces hic omnibus redderetur: idcirco hic punit quosdam, plerosque non punit.* Ecce multis interiectis demum addit, *Hæc sciēs, quænam sint bona, quæ mala, quæ media disce, ut pia bona virtus, nequicia mala, media diuinitate paupertas, vita mors.* Cum ista didiceris, adde, quod ideo premuntur iusti, ut coronentur: peccatores vero, ut paenae exoluant. Neque omnes peccatores hic paenae dant: ne resurrectioni plerique non credant: neq; omnes vexantur iusti, ne malum putet esse laudabile, idque loco virtutis accipias. Hæc tibi sit norma, hæc regula, & sub ipsa molire quodvis, & periclitari non poteris. Hactenus Chrysostomus, qui paucis verbis explicat diuinæ prouidentiæ rationes, & fines, quos intendit, dū ex iustis quosdam hic affligit: Ex impiis vero quibusdam, in modo pluribus impunitatem offert. Quantum vero ipse huic tribuat regulæ declarat elegans supputatione, *Quemadmodum (inquit) nunc et iam est sex millium numerus, ut sub illum ducantur omnia, cunctaque diuidi & multiplicari possint in sex millium regula: & per hunc numerum cuncta vertuntur, quod non ignorant quicunque literas didicerunt: ita regulas istas, quas rursus breviter exponam, qui probè tenuerit, nunquam scandalizari poterit. Quænam istæ sunt? Quod bonum est virtus, malumque vitium: quod media sunt, morbus & inopia, insidia, calunia, & alia eiusmodi: quod iusti hæc premuntur angustias, si qui vero non patiuntur, ideo fit, ne odiosa virtus videatur, quod item mali letantur: si qui vero hæc etiam puniuntur, ideo fit, ne vitium bonum esse videatur; ne ut impunita quis existimet scelera. Quod se non omnes patiuntur, neque exultant omnes, ideo fit, ne resurrectioni derogetur fides.* Rursus addit, *Sunt plerique boni, qui mali aliquid habent admixtum, quod hæc deponunt (nimis poenis exolutis) & mali item, qui bonorum aliquid operum habeant, quorum hæc recipiunt vices, ut illic aeternè puniantur.* Si hæc omnia nobiscum reputauerimus, nihil nos lædere poterit, aut perturbare, nihil ad emulationem, atque zelum provocare. Hactenus Chrysostomus, qui (mea quidem sententia) regulam quandam excogitauit, in qua nunquam licebit deceptionem aliquam reperire. At inquires, cur regulam istam cum ea consultit, quæ vulgo dicitur, regula de partitio, & multiplicari possunt in sex millium regula. Respondeo Chrysostomum certitudinem primum suæ regulæ spectasse, quia in arithmeticis supputationibus certitudo infallibilis reperitur. Rursus quia hæc agitur de divisione & partitione, quæ fit in hac vita laborum atque dolorum ex una parte: gaudiorum atque felicitatis ex alia. Ostendit autem ista regula, quomodo Deus sine iniuria suæ prouidentiæ felicitatem, atque gaudia inter probos & improbos partitur: quomodo item labores & angores inter pios atque impios diuidit. Vel etiā, quia tota isthac regula sita est in partitione illa, qua res in bonas, malas, atque medias distribuuntur. Deinde illa regula multiplicati norma dicitur, quia ostendit modum, quo subductis iustorum atque piorum laboribus multiplicatur præmia, quæ eisdem respondent in celo. Ac rursus supputationis gaudiis atque felicitatibus impiorum multiplicatur supplicia, quibus plectendi sunt apud tartara. Ad hanc sententiam allici possunt verba illa Job cap. 32. quibus Eliu iratus dicitur aduersus

Chrysostomus  
231

232

233

F

atque dolorum ex una parte: gaudiorum atque felicitatis ex alia. Ostendit autem ista regula, quomodo Deus sine iniuria suæ prouidentiæ felicitatem, atque gaudia inter probos & improbos partitur: quomodo item labores & angores inter pios atque impios diuidit. Vel etiā, quia tota isthac regula sita est in partitione illa, qua res in bonas, malas, atque medias distribuuntur. Deinde illa regula multiplicati norma dicitur, quia ostendit modum, quo subductis iustorum atque piorum laboribus multiplicatur præmia, quæ eisdem respondent in celo. Ac rursus supputationis gaudiis atque felicitatibus impiorum multiplicatur supplicia, quibus plectendi sunt apud tartara. Ad hanc sententiam allici possunt verba illa Job cap. 32. quibus Eliu iratus dicitur aduersus

K ij

*Iob 32. n. 3.* cæteros amicos *Iob 32.* quod in disputatione intra cum illo victi cessissent, neque rationem aliquam excogitassent, ad eum reuincendum, Porro aduersus amicos eius indignatus est, eo, quod non inuenissent reffensionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent *Iob.* Hebraicè pro rationabili, si vim verbi exprimas, *supputationem*, licet conuertere, id est, *Vna razón de buena cuenta.* Et quidem horum ratio tota in eo vertebatur, vt dicerent Deum in hac vita impios vexare, & cruciare ; iustis verò, & piis prospera omnia, atque secunda immittere solitum : vt *Iobum*, quem Deus tot calamitatibus oppreserat, reum esse euincerent : Hanc vero rationem, & supputationem decipi iure optimo censuit *Eliu.* Aliter enim subducendi sunt numeri. Regula Chrysostomi semper vera est, & nulli deceptioni subiecta. Ergo postquam ait *Salomon*, *Ne amiseris hominem iniustum :* subdit,

*Neque imiteris vias eius.* Hebraicè, *Neque eligas vias eius*, id est, etiam si tibi optio detur, & in tua situm sit potestate alteram partem præferre, noli eligere vias eius. Quasi dicat, non tantum tibi suadeo, ne illi inuidias, illiusque prosperitati, & fortune, sed etiam, vt data optione non eligas. In *C* *Moyſis* quidem potestate fuit in regia Pharaonis filium filiae Regis censeri, & delitiose viuere, & tamen Paulus ait ad *Hebræos 11.* *Fide Moyſis factus grandis* (non solum etate, sed etiam animo, & moribus) negavit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere incunditatem, maiores diuitias astimans thesauro *Ægyptiorum* improprium Christi : aspicebat enim in remunerationem, hoc est in regulam illam multiplicandi per supputationem Chrysostomi, quam falli nunquam contingit. Nam subductis rationibus maiores diuitias astimauit thesauro *Ægyptiorum* improprium Christi: nam iuxta predictam supputandi regulam vidi merita sua multiplicati in immensum.

*XXXII. Quia abominatio Domini est omnis illusor : & cum simplicibus sermonatio eius.*

*QVI A* *abominatio Domini est omnis illusor.* Hebraicè, *Peruersus.* Septuaginta, *Immundus enim coram Domino omnis iniquus.* Chaldaeus, *Quoniam abominabilis est coram Domino omnis ini-* *quitas.*

*Et cum simplicibus sermonatio eius.* Hebraicè, *Et cum rectis secretum eius.* Chaldaeus, vt nos, colloquium. Septuaginta, *In iustis autem non facit concilium.* Hebraicè est, *Sudu,* quæ vox secretum significat, concilium, colloquium, & congregationem, aliquando firmamentum. Psalm. 25. *Secretum Domini timentibus illum.* Sic Hieronymus. Septuaginta autem, *Firmamentum est Dominus timentibus eum,* &c.

Hugo Cardinalis nomine *illusoris*, hypocritam accipit, qui exterius bonitatem præfert, interius improbitatem claudit. Beda corruptorem verborum Dei interpretatur : vel illum, qui non alios, sed semetipsum deludit, dum promissa Dei, quasi parua despicit, & iram eiusdem, quasi tolerabilem spernit. Aut denique ille, qui alios decipiendo bonis spoliat, Lyra eum, qui promittit bonum in ore, & gerit malum in corde. Nomine autem *simplicium*, eos quibuscum Deus init sermonem, candore animi præditos cuncti intelligunt.

Cæterum placet interpretatio Iansenij, qui nomine *illusorum* eos accipit, quibus cum improbi

*A* sint, prospere omnia cedunt, atque ex animi sui sententia. Qui propterea *illusores* dici possunt, quia seipso decipiunt, atque ad alios decipiendos idonei sunt : nam semetipso opinione suæ felicitatis seducunt, atque alios, qui eorundem fortunam contemplantur, & mirantur, & quæ deludunt. Hæc vero interpretatio optimè ne citetur cum accidentibus hoc modo.

*Quia abominatio est omnis illusor.* Inuidiam hominis iniusti, atque impij deponere suadet *Salomon* ex eo maxime, quod fortuna, & felicitas illius non significant ipsum Deo gratum esse : omnis quippe illusor, vel peruersus, vel iniquus, quantumvis secunda vtatur fortuna, Deo abominabilis, & odibilis accidit, id est, à sua gratia remouet eum, *Et cum simplicibus sermonatio eius*, id est cum rectis. Quasi dicat, rectos, & pios homines licet aduersis iactentur, Deus in suam recipit gratiam, atque illi us amici sunt. Nam illud *cum simplicibus sermonatio*, vel *secretum eius* periphrasis est amicitiae. Vnde Christus Dominus : *Pos.* inquit, *dixi amicos, quia omnia, quæ audiri à Patre meo, nota feci vobis.* Ioannis 15. Sed de singulis aliiquid *Ioan. 15.* *num. 15.*

*Quia abominatio est Domini omnis illusor*, id est, odio dignus. Quamvis Deus felicitatem inter probos, & improbos patiatur eo consilio, quod nuper ex Chrysostomo diximus : tamen addit ibi Chrysostomus, *Ex impiis quosdam punit, plerosque non punit.* Itaque plures sunt, qui ex impiis gaudent impunitate in hac vita, & secunda vtuntur fortuna, quam qui puniantur. Rursus ex piis, atque iustis multo plures sunt, quos vexat, opprimitque laboribus Deus, quam illi, quibus felicitatem impedit : atque adeò felicitas, & prosperitas odij potius diuini, quam dilectionis argumentum præbet. Propræterea felicitas hæc humana suspicionis plena videtur sanctis, adeò vt tum maxime sibi ipsis timeant, cum prospere, & ex animi votis cuncta accident. Vnde Augustinus in Psalm. 68. *Ipse,* *August.* inquit, *qua in rebus humanis felicitas appellatur, Psal. 68.* *plurimenda est, quam miseria.* Nimirum, quia odij potius, quam dilectionis argumentum exhibet. Hoc autem modo luculenter ostendit Deus bonis externis, & terrenæ felicitati parum tribuendum esse. Nam idem Augustinus in Epistola septuagesima, *Hæc*, inquit, *bona, ne putentur mala, dantur & bonis : ac rursus ne putentur summa, dantur & mala.* Itemque anferuntur ista bonis, ut probentur, & malis, ut crucientur. Adde etiam rationem Chrysostomi supra dictam, *Neque omnes peccatores Chrysost.* hic penas dant, ne resurrectioni plerique non credant : *neque omnes vexantur iusti, nemalum putas esse laudabile.* At inquires, si pauciores essent impij, qui hac in vita impunitate gaudent, & plures ex bonis felicitatem obtinerent, Dei primum iustitia, & prouidentia apud nos commendaretur. Deinde non tanta offerretur occasio existimandi vitium esse laudabile : item virtutis dignitas quodammodo eluceret magis. Ac demum, vt resurrectioni crederetur, sat erat quosdam, licet pauciores, ex iustis vexari, & ex improbis felicitate pauciores frui. Imo ex hoc intelliges quid sibi velit Deus, cum ex improbis plures temporali felicitate beat : ex iustis vero pauciores. Ed quidem spestat maxime, vt quam parum eiusmodi bonis deferendum sit, ostendat. Itaque non admodum curat Deus suæ ipsius iustitiae, & prouidentiae gloriam, atque virtutis splendorem fallaci opinione hominum in discrimen venire, atque virtus insuper auctoritatis aliquid addi : dum tamen plurimi temporali felicitati deroget, atque illam

*B* *num. 14.* *Psal. 25.* *August.* *238*

*F* *Et* *secundum* *rectis* *secretum eius.* *Chrysost.* *hæc* *humana suspicionis plena videtur sanctis, adeò vt tum maxime sibi ipsis timeant, cum prospere, & ex animi votis cuncta accident.* *Vnde Augustinus in Psalm. 68. Ipse,* *August.* inquit, *qua in rebus humanis felicitas appellatur, Psal. 68.* *plurimenda est, quam miseria.* Nimirum, quia odij potius, quam dilectionis argumentum exhibet. Hoc autem modo luculenter ostendit Deus bonis externis, & terrenæ felicitati parum tribuendum esse. Nam idem Augustinus in Epistola septuagesima, *Hæc*, inquit, *bona, ne putentur mala, dantur & bonis : ac rursus ne putentur summa, dantur & mala.* Itemque anferuntur ista bonis, ut probentur, & malis, ut crucientur. Adde etiam rationem Chrysostomi supra dictam, *Neque omnes peccatores Chrysost.* hic penas dant, ne resurrectioni plerique non credant : *neque omnes vexantur iusti, nemalum putas esse laudabile.* At inquires, si pauciores essent impij, qui hac in vita impunitate gaudent, & plures ex bonis felicitatem obtinerent, Dei primum iustitia, & prouidentia apud nos commendaretur. Deinde non tanta offerretur occasio existimandi vitium esse laudabile : item virtutis dignitas quodammodo eluceret magis. Ac demum, vt resurrectioni crederetur, sat erat quosdam, licet pauciores, ex iustis vexari, & ex improbis felicitate pauciores frui. Imo ex hoc intelliges quid sibi velit Deus, cum ex improbis plures temporali felicitate beat : ex iustis vero pauciores. Ed quidem spestat maxime, vt quam parum eiusmodi bonis deferendum sit, ostendat. Itaque non admodum curat Deus suæ ipsius iustitiae, & prouidentiae gloriam, atque virtutis splendorem fallaci opinione hominum in discrimen venire, atque virtus insuper auctoritatis aliquid addi : dum tamen plurimi temporali felicitati deroget, atque illam

in infirmis ponendam esse ostendat. Nam dum eadem plures mali, pauciores boni gaudent, satis ostendit eam esse nugacem, & nullius pretij.

**Tullius.** Septuaginta habent, *Immundus enim coram Deo omnis iniquus*. Quomodo autem impius homo felicitate gaudens humana, immundus dicetur coram Deo? Posset quisquam dicere immundum censeri auarum, & cupidum diuitiarum, & gloriae: auari enim sordidi vulgo appellantur, & sordes pro auaritia suntur. **Horat.** *Scrutari te omnes sordes: excutere unumquemque eorum*. **Plinius.** *Damnatumque sordium, damnare alios, vel absoluere*. Ait ergo omnis iniquus, vel iniustus rerum alienarum auarus raptor vere immundus, ac sordidus est coram Deo. **Vel certe aliter.** Quia ut docet Diuus Isidorus in Originibus, *Mundus à munditie dictus est*. Item *κορύς*. Græcè dicitur *κορυφή*, id est, mundare, vel munditia excolere. Audi ergo Augustinum, ubi supra, expendentem illa verba Pauli: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Qui aliter (inquit) faciunt, immundi sunt, mundi contrectatores*. Quasi diceret, mundus quidem, qui à munditie non traxit, mundè sumendus est, atque adeò non sordide palpandus, vel manibus vtrisque contrectandus. Vulgo diceremus, *No se ha de manosear*. Hi ergo, qui mundo vtuntur, quasi non vtantur, mundum mundè attingunt: qui vero mundanas res audius querunt, atque tractant, qui mundanam felicitatem adepti ipsa abutuntur *immundi sunt, mundi contrectatores*. Hi mundum suis sordibus inquinant, & contrectant sordide, &c. Et de his Salomon, *Immundus est coram Deo omnis iniquus*, id est, omnis inquis, qui mundana felicitate abutitur, ut iam dixi.

**Pauli 2. ad Cor. 7. num. 4.** *Et cum simplicibus sermocinatio eius*. Periphrasis est amicitiae, ut supra attigi, id est, recti, ac probi homines quantumvis agantur multis laboribus, Deus illis familiariter vtitur. *Vel secretum eius*. Quasi dicat, licet pios, & iustos homines Deus exterius vexat, atque angit, interioris tamen, atque secretae consolationis abundantia, id facile compensat, imo superat. Hinc Paulus 2. ad Corinth. 7. *Repletus sum consolacione superabundo gaudio in omnib[us] tribulatione nostra*: Pondera vocem illam superabundo. Habet enim hanc vim, tanto animus perfunditur gudio, ut non solum tribulationum nostrorum extinguat dolorem: sed etiam eo extinto affluentia quadam extundet, & animum mirifice deliniat. Similis est hæc Salomonis sententia illi Psalmi 25. *Firmamentum est Dominus omnibus timentibus eum*: *& testamentum ipsius, ut manifestetur illis*. Quem locum sic conuerit Hieronymus, *secretum Domini omnibus in omnibus eum*, *& pacatum suum ostendit illis*. Et quidem hæc secretior familiaritas, quia Deus iustis vtitur, adeò ipsos confirmat, ac roborat, ut nullis vel laboribus, vel molestiis frangi possint: nam secretum Dei, id est, secreta conuersatio pro firmamento est illis, &c.

**Psalm. 25. num 14.** **Hieron.** Ad extremum obseruanda est hoc loco Septuaginta interpretatio, quæ sic habet, *In rectis autem non facit concilium*, id est, non cogit concilium. Quod perinde est, ac si dicat: non ascendit Deus tribunal, aut subsellium (ut solent iudices, qui concilia cogunt) ut cum rectis, atque piis hominibus seuerius agat: nam cum eorum pieratem pluribus in hac vita molestiis exercuerit, adeò ut si quid delictorum admiserint, id laborum, & angorum copia diluerint, atque expiauerint, tunc cum ex hac discedunt vita, nequaquam opus coacto concilio Deum tribunal incendere, atque causam illorum

**A** iudicare: illorum enim causa, qui labores, & dolores pro Deo, ac pietate exantlauerunt (si licet dicere) præjudicata est iam. Vnde Paulus 2. Corinth. 11. *Dum iudicamur*, inquit, *à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*. Quæ verba sic interpretari licet verba commutantes *dum corripimur*: id est, cum laboribus, molestiisque vexamur, *à Domino iudicamur*, id est, quasi quodam præjudicio absoluimur. Itaque iustum laboribus affici in hac vita, & eundem iudicari à Deo paria sunt apud Paulum. Sed cur iustus prædicatur? Cur (inquam) causa nostræ iudicii præmittitur? *Vt non cum hoc mundo damnemur*, id est, ut iudicio illi extremo substrahamur: non enim Deus iudicat, aut punit bis in id ipsum. Sed enim Deus, qui corripiens in hac vita iustos eosdem præjudicat, atque adeo *pro rectis non facit concilium*, nec tribunal scandit: ex aduerso dum sceleratos homines impunitate donat in hoc seculo, iudicium eorum reseruat, ut coacto demum Angelorum concilio, & pro tribunali sedens eos damnet, atque impunitatem veterem suppliciorum magnitudine compenset. Quod si nomine *simplicium*, pauperes intelligas, qui mundi splendorem, gloriam, & diuitias contempserunt, pro his etiam non facit concilium, nec tribunal scandit, quin potius eos aliis iudicandis præficit, ut testatur Euangeliū: eos enim qui dixerant, *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. sic Christus solatur: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicatē duo decim tribus Israēl*.

*Paul. 2.  
Corinth.  
11. Num. 32.*

### XXXIII. Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur.

**E** *Gestas à Domino in domo impij*. Hebr. *Maledictio*. Septuag. *execratio*. Hebr. *Meerath*, à radice, *Arar*, id est, maledixit, execratus est. Noster sensu tenuit, & paupertatem ideo conuerit, quia maledicere in scripturis sæpe est bonis omnibus aliquem orbare, Deuter. 28. *Mittet Dominus in te famam*. Hebreæ habent *maledictionem*, alij etiam *num. 20.*, reddit *egestatem*, & sæpè alias.

*242  
נָתַן*

*Et habitacula iustorum benedicentur*. Hebræi, & Septuaginta. *Tuguria iustorum benedicentur*, id est, locupletabuntur.

**E** Sententia huius loci perspicua est. Quomodo vero cum antecedentibus cohæreat, non admodum facile. Beda atque Hugo de spiritualium bonorum inopia accipiunt, *Egestas à Domino in domo impij*: qua inopia laborasse inquiunt diuitem illum, qui induebatur byssō, & purpura, atque epulabatur quotidie splendide. Et quidem hæc interpretatio aptissimè congruit cū antecedenti sententia. Nam cum Salomon suaserit non æmulandam impiorum felicitatem, atque opes, quia non sunt diuinæ benevolentiae argumenta, imo odij plerumque signa rursus addidit *in domo impij*, quamlibet bonorum temporalium copia affluent, spiritualium tamen bonorum (quæ verè bona sunt) ingentem esse penitiam, & egestatem. Tabernacula autem, vel tuguria iustorum egestate quidem premi temporalium: & spiritualium inexhaustam affluentiam obtinere. Non displicet hæc interpretatio.

Si tamen eiusmodi verba de egestate temporalium bonorum accipiamus (ut capiunt Iansenius, Rodolphus, Lyra, Caietanus, & alij) difficultus ita sententia cum superiori copulatur. Dici autem posset hoc modo, *Egestas à Domino in domo impij, & habitacula*, id est, tuguria iustorum benedicentur. Quasi dicat: Ne æmuleris impij felicitatem, quia domus eius superba, & locuples palatium maledictioni

*243*

*Psal. 36. num. 28.* Dei subiacet: id est ruina illi, atque egestas imminet. Iustorum autem turgiolum, & domus pauperior benedictioni Dei substat, qua largius impletari, ac cumulari potest. Itaque bona impiorum, quamlibet magna, iacturæ quidem proxima esse dicit. Iustorum autem egestatem, & paupertatem vicinam esse fœlicitati. Illa enim maledictione diuinæ subditur, quæ paupertatem præstare solet: huic benedictio Dei præsto est, quæ bonis omnibus locupletare consuevit. At nunc inquit si tibi optio daretur, quid potissimum deligeres, diuitias nemagnas, iacturæ tamen, & ruinæ proximas: An potius egestatem diuitiis, atque fœlicitati vicinam? Utique si saperes, egestatem eiusmodi præferres. Nam de diuite fieri pauperem miserrimum est: ex paupere vero in diuitem evadere fœlicissimum.

*XXXIV. Ipse deludet illusores: & mansuetis dabit gratiam.*

244

*Ipse deludet illusores.* Hebraicè, deridebit irruores. Septuaginta, *Dominus superbis resistet.* Chald. illusores propellat.

*Pagninus.* *Et mansuetis dabit gratiam.* Septuaginta, & humiliis. Sequitur Pagninus, & Chald. Locum Petrus Ep. istum iuxta translationem Septuaginta usurpauit Petrus 1. Epist. cap. 5. & Iacob. cap. 4.

*Cassiod.* Prior expositio illusorum nomine accipit eos, qui alias fraudibus circumscribunt. Hoc modo, *Ipse deludet illusores*, id est, aduersus fraudulentos Deus fraudes instruet, hoc est, decipi ipsos faciet. Sic Hugo, Dionysius, & Caietanus. Sententia est vera, & iuste admodum eos Deus decipi facit, qui alias circumuenire student, *Ius enim exigit* ( ait Cassiodorus, lib. 5. Epist.) *sagittas fraudis redire in dolosum verticem sagittantis*. Ad id spectat illud Comici, *Fallaci atruditur fallacia, & claus scilicet clavo.* Et quidem fallacie, & doli dolis, atque fallaciis maxime patent. Diuus Ambrosius expendens illa verba, *Vulpes foneashabent, Fouea* (inquit) *alta os est, quid vulpe fraudulentius?* imo ipsa fraudis simulachrum præbet, & tamen hac fraudatur. *Equea alta pectus homini est, ubi sunt noxia, & fraudulenta consilia.* Itaque fraudes, & dolos sic in pectora fraudulentii hominis delitescere dicit, quem admodum vulpes callidae in foueis suis. Item in Hexamer. lib. 6. cap. 3. *Fraudulenta*, inquit, *vulpes animal odio dignum propter rapinam, despectum propter infirmitatem: & ideo sua incautum salutis, dum insidiatur alienæ.* Itaque fraudulentissimam vulpem non à fraudibus immunem esse dicit, quin potius vel eo maxime dolis patere, quia tanto incautior est lux salutis, quanto insidiatur alienæ. Ad eundem modum fallaces, & illusores aliorum fraudibus circumveniuntur, vel quod deterius est, suis ipsorum dolis, atque fraudibus pereunt. Diuus Augustinus in Psalm. 72. Ad illa verba. *Verumtamen propter dolos posuisti eis, detectisti eos, dum alleuarentur*, sic addit. *Quid est hoc, quia fraudulentem fraudem ipsi patiuntur, fraudem volunt facere in negligiis suis, & fraudem ipsi patiuntur, ut terrena bona eligant, & relinquant eterna.* Ergo fratres in eo quod fraudem faciunt, fraudem patiuntur. *Hoc est, propter dolositatem eorum posuisti eis, id est, imposturam eis fecisti:* Quod iam dixi fratres, quale cor habet quis, ut lucretur vestem, & perdat gratiam? Ille, qui talit vestem, passus esse fraudem? An non potius iste, qui tanto damno percutitur? Ille videtur damnum vesti pecepti, huic autem dicatur: *Quid proficit homini, si uniuersum mundum lucretur, anima-*

245

*August.* *Psal. 72. num. 18.* Augustinus in Psalm. 72. Ad illa verba. *Verumtamen propter dolos posuisti eis, detectisti eos, dum alleuarentur*, sic addit. *Quid est hoc, quia fraudulentem fraudem ipsi patiuntur, fraudem volunt facere in negligiis suis, & fraudem ipsi patiuntur, ut terrena bona eligant, & relinquant eterna.* Ergo fratres in eo quod fraudem faciunt, fraudem patiuntur. *Hoc est, propter dolositatem eorum posuisti eis, id est, imposturam eis fecisti:* Quod iam dixi fratres, quale cor habet quis, ut lucretur vestem, & perdat gratiam? Ille, qui talit vestem, passus esse fraudem? An non potius iste, qui tanto damno percutitur? Ille videtur damnum vesti pecepti, huic autem dicatur: *Quid proficit homini, si uniuersum mundum lucretur, anima-*

*A* vero sua detrimentum patiatur? Et quidem appositè ad hanc Augustini sententiam exponit Hugo locum Salomonis, *ipse deludet illusores*, id est deludi finit, non ab aliis solum, sed à scipsis.

*Secunda expositio Iansenij, & Rodolphi docet,* nomine illusorum non fraudulentos, sed irratores accipiendo esse. Quasi dicat, *ipse derisores deridebit*, quæ expositio congruit valde cum lectione originali, quam supra præmisisti. Vocantur autem derisores hi, qui in superbiam elati alios aspernantur, & contemnunt, & præse, quasi ridiculos ducunt. Vnde David Psalm. 122. *Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione: Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus, & despectio superbis*, id est, probro habiti sumus ab abundantibus, & despecti seu derisi sumus à superbis. Rursus superbi Sapientia 5. *Hi sunt ( inquiunt ) Sapientia quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij, & vitam illorum estimabamus insaniam.* Et statim adnectunt, *Quid profuit nobis superbis, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Itaque superborum est, atque diuitium deridere humiles, & pauperes. Quam ob tempestivo insultent, atque derideant, docet Augustinus in Psalmum 122. *Tunc insultant, inquit, quando se iactant in pompa diuitiarum suarum, quando se iactant in ventositate falsorum bonorum: tunc insultant nobis, & dicunt. Ecce mihi bene est, fruor ego rebus præsentibus, receperant à me, qui promittunt, quæ non ostendunt; quod video, teneo manibus, quod video fruor. Insultat itaque illi, quia tenet: fert insultantem, & ridebis gementem.* Itaque irrisio, & subsannatio-  
*B*nis materiam impios inde sumere dicit Augustinus, quia cum ipsi manibus teneant bona sua, probi, & boni expectatione futurorum bonorum distrahuntur. Apte ergo idem Augustinus. *Ferto nunc insultantem, & ridebis postea gementem.* Tunc nimis, cum dormient somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenient in manibus suis: suberit enim eadem tibi, imo iustior causa irridendi: nam bonorum tuorum iam compos factus, & Dei beata visione fruens dicere poteris longe melius, *Quod video, teneo manibus, quod video fruor.* Et tunc vacuis, imo iam desperantibus insultare licebit. Sic

*E* interpretari licet verba Salomonis, *ipse derisores deridebit*, id est deridores deridebit. vt interpretatur Bernardus. Vide plura supra cap. 1. Verl. 26. *Bernardus*: vbi expendimus illa verba Psal. 36. *Dominus autem psal. 36. irridebit eos, & omnipotens subsanabit eos: Nam quæ ibi diximus, in hunc etiam locum coniici possunt.*

*Ipse deludet illusores*, id est deridores deridebit. *Redeant illa verba David, Quia multum repleti sumus despectione, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Accipe Diuini Augustini interpretationem, *Multum repleti sumus despectione*, id est, plurimum ab aliis despecti sumus, opprobrium abundantibus, &c. Hoc est, vel eo maximè plurimum nos despectos esse dicimus, quia probro, & ludibrio habiti sumus ab his, qui opprobriis abundant, & nihilominus in despectione sua superbiunt, & irrident nos. *Huc accedit*, inquit Augustinus, *quod aliquando ipsi, qui sunt in flagello infelicitati temporalis insultant nobis.* Inuenies aliquem pro merito iniquitatum suarum manifesta damnatione mitti in carcerem, portare catenam, & hic nihilominus insultat nobis. *Nam cum ei dictum fuerit; Quare non bene vixisti?* Ecce quò venisti male vivendo, ille responderet: *Quare illi, qui bene vivunt, ista patiuntur?* Patiuntur ergo opprobrium ab his, qui opprobriis abundant. Ad

246

*August.**Psal. 122.*

247

*August.*

hunc certe modum Christo insultabat alteri latro, qui crucifixus est cum eo. Vide quantæ irrisio-  
ni subiaceat virtus, atque probitas, cui probrosi  
etiam homines exprobrant, quam deridendi deri-  
dent; Deus tamen deridet derisores.

248

Septuaginta conuertunt: *Dens superbis resistit.*  
Quod, quam sint superbi Deo infensi, manifestè  
prodit. Nam cum ipso præ superbia aliis resistant,  
atque alios deprimere conentur: eisdem Deus ob-  
sistit, atque eos mole maiestatis suæ opprimit: ut  
confer, quia *excelsus excelsior est alius.* Chaldaeus  
habet. *Dens superbos propellit:* id est, procul à se  
pellit. Neque dissidet à Septuaginta. Nam *resistit*  
idem est, quod procul à se facit absistere: postquā  
verbè procule expulit, quadrat in eos illud Psalm. 137.  
*Magnus Deus, &c.* humiliare respicit, & alta à lon-  
gè cognoscit. Hoc sibi præstat superbis (ait Augu-  
stinus) *ut à longè videatur, non ut non videatur.*  
Non ergo putas te id eo securum esse, quod minus te  
bene videat, quia à longè te videt. Sed tu cum à lon-  
gè vides, cum non bene vides: Deus autem & si à  
longè te videt, perfectè te videt, sed tecum non est.  
Itaque longè pulsus à Deo id obtinet, ut Deum ipse  
non videat, & quæ Dei sunt, non vero ut ipse Deum  
lateat. Basilius interpretatur de præscientia. *A lon-  
ge cognoscit:* id est, alta non modo cognoscit, sed ex  
multo interstitio antequam sint, agnoscit. Conci-  
nit Chrysostomus. Chaldaeus eandem lectionem  
ibis sequitur est, quam in hoc loco retinet. *Excelsus*  
*Dens, &c.* & *superbos de celo longe propellit.* Sed vi-  
de in etiam dici possit Deum superbos à longe co-  
gnoscere, quia id accedit nobis, ut cum à longe vi-  
demus quantumvis aliqua magni, & insana moles  
sit quam inspicimus, tamen minima appareat ob-  
tutibus. Rursus eminus visa sèpè non discernimus  
nec dignoscimus: videmus aliquid à longe veniens,  
nec satis constituimus sit ne homo, an vero animal,  
Deo vero aliter quidem contingit: semper enim res  
videt in mensura magnitudinis, quam habent. Rur-  
sus nihil eminus videt, adeò enim rebus omnibus.  
Sed tamen (audeo dicere) perinde se gerit cum su-  
perbis, atque si eos à longo intervallo aspiceret, at-  
que adeò minores illi apparerent quam sint, neque  
ipso plane discerneret. Ait ergo David. *Excelsus*  
*Dominus, & alta à longe cognoscit.* Id est superba &  
opulenta, quæ nobis in proximo agebitus magna,  
imo ingentia fortasse apparent, Deo quidem mini-  
ma videntur. Quia quemadmodum ea, quæ co-  
minus visa magna nobis videntur: si eminus videan-  
tur, minima apparet, &c. Ad eundem modum Deo  
à longe agnolenti superba & arrogantia quodam-  
modo minora dixerim apparere, quam sunt: quia  
sic se gerit cum illis, quasi minora illi appearant.  
Imo quodammodo eadem non satis discernere, ac  
dignoscere videtur: adeò ut aliquando hominem  
rationis compotem à bellua non satis distinxisse vi-  
sus est. Sic enim ad Regem Babylonis superbis in-  
tumescentem Daniel. 4. *Tibi dicitur Nabuchodo-*  
*nosor ab hominibus, eiiciunt te, cum bestiis & feris*  
*erit habitatio tua, fenum, quasi bos comeas, &c.*  
Ad extremum illud superbos longe propellit perinde est, atque illos à sua gratia, & familiaritate lon-  
gè faciet. Hæc est germana interpretatio, neque  
aliud sibi vult illud *alta à longe cognoscit,* id est, su-  
perbos, quasi longinquos, hoc est extraneos aspicit.

Basilus.

249

*Et mansuetis dabit gratiam.* Mansuetos noster  
interpretes delusoribus opposuit, quia delusores ed-  
spectant, ut astu suo aliis noceant: mitis autem nulli  
noxius est, omnibus placatus, atque suauis. His  
ergo daturum gratiam Deum docet Salomon, non  
suam tantum, sed etiam hominum (ut interpretan-  
tur Hugo, Beda & alij.) Et quidem de gratia, seu  
Tom. I.

250

*Et mansuetis dabit gratiam.* Mansuetos noster  
interpretes delusoribus opposuit, quia delusores ed-  
spectant, ut astu suo aliis noceant: mitis autem nulli  
noxius est, omnibus placatus, atque suauis. His  
ergo daturum gratiam Deum docet Salomon, non  
suam tantum, sed etiam hominum (ut interpretan-  
tur Hugo, Beda & alij.) Et quidem de gratia, seu

benevolentia Dei erga mansuetum, sic Chrysostomus in homilia de mansuetudine. *Neque Dei*  
*homines ita diligunt propter virginitatem, etiunum,*  
*contemptum diuinarum, bilarem eleemosynarum*  
*dationem, ut propter mites, & compostos mores.* Cx-  
terum de gratia, quam vir mansuetus apud homi-  
nes nancilicatur, venuste subdit Chrysostomus. *Age*  
(inquit) *pro virili parte diligenter inquiramus, qua-*  
*nam ex morum suavitate bona mansuetus proueniat:*  
*gratus, & amabilis est videntibus: gratus item &*  
*is, quibus tantum nomine notus est: neque facile ul-*  
*lum inuenies, qui audiens laudari hominem mansue-*  
*tum, illum videre, & exosculari non desideret, &*  
*non habeat in aliquanta luci parte eius amicitia*  
*posse frui.* Rursus ut ostendat Chrysostomus quan-  
tam apud homines vir mansuetus ineat gratiam, ad-  
dit non solum illum seipsum gratum præbere om-  
nibus, sed etiam ad discordes gratuæ, atque concor-  
diæ reddendos plurimum valere. *Atque si capita-*  
*les inter se inimici sint, mansueti viri correptione*  
*placantur, & mansuerunt, etiam in natura in furo-*  
*rem, & iram propensi sint.* Qui vero per mansuetos  
conciliari nequeunt, intratbatiles omnino sunt. Quæ-  
admodum solis iubar, ut primum apparet, fugat te-  
nebras. Ita mansuetus, atque benignus res turbulen-  
tas componit. Hæc ille.

Septuaginta habent: *Humilibus autem dat gra-*  
*tiam.* Itaque humiles superbis opponunt i li inter-  
pretes, apud quos cum Salomon dixisset: *Deus su-*  
*perbis resistit:* id est, cum superbis, quasi cum ho-  
stibus implacabile bellum gerit. Subdit *humilibus*  
*autem dat gratiæ* id est, humilibus sese placabile,  
familiarem, & gratum præbet, atque eos in suā re-  
cipit gratiam, necnon in aliorum gratiam eosdem  
insinuat. Humiles enim Deo simul, & hominibus  
gratiæ sunt Deo primū. Chrysostomus apud An-  
tonium in Melissæ. *Nihil est tam Deo gratum, quam*  
*seipsum cum postremis numerare.* De gratia vero er-  
ga homines venuste Chrysost. i. Epist. ad Corinth.  
homil. i. *Homilis ista est, & gratiosus, & iucundus om-*  
*nibus, & cum pace perpetua alitur, & belli nullato*  
*habet materiam, occasionem, &c.*

D. Chrys.

XXXV. *Gloriam sapientes possidebunt: stulta-*  
*rum exaltatio ignominia.*

E *Gloriam Sapientes possidebunt. Hebraicè glo-*  
*riam sapientes hereditabunt. Sic habent Se-*  
ptuaginta: & Chaldaea.

*Stultorum exaltatio ignominia.* Hebraicè: *Stultus*  
*exaltans ignominiam, id est, exaltas se, ignominiam*  
*sibi asciscit.* Septuaginta non differunt ab originali:  
sic enim habent. *Impi autem exaltabunt ignominia.*  
Chaldaea. *stulti suscipient tribulationem.* Hierony. in  
Epist. contra Ruffinum. *Impi exaltant contumeliam.*

Hierony.

Hæc atque præmissæ sententiae eo spectant, ut Sa-  
lomon suadeat iustis viris non æmulari, aut zelo pro-  
sequi improbos ob temporalem felicitatem, quæ  
gaudent in hoc iæculo. Sed in aincipiti est, an de glo-  
ria humana, & temporali, an potius de æterna acci-  
pi debeat illa verba *gloriam sapientes possidebunt.*  
Hugo, & Iansenius de æterna interpretantur: nam  
gratiam inquiunt, consequitur gloria. Quapropter  
postquam dixit. *Et mansuetis dabit gratiam,* apte  
subiecit. *Gloriam sapientes possidebunt:* vel vt est in  
Hebreo, *hereditabunt,* id est hereditario iure ca-  
pient, nam gloria, & beatitudo tanquam hereditas  
iustis contingit. Addit Iansenius accipi etiam posse  
de humana gloria temporali. *Quem sequitur Lyra,*  
*Rodolphus, & Caiet.* Illud vero *possidebunt,* & ha-  
reditabunt: ad constantiam huius gloriæ referunt,

K iiiij

**D. Maxi.** id est, non ad monumentum, sed tempus in omne obtinebunt. Malo tamen de meritis interpretari hoc modo hereditabunt, id est, iure suo nimis dignè capient. Nam gloria, & fœlicitas etiam temporalis iustis pro meritis donatur, atque adeo digne, & iure obtinent suo: Improbi autem non ita, sed quodammodo contra ius fasque. At enim honores dignè fortiri solerant modo beatum est. Imo præstat dignum esse honore, licet non habeas, quam eundem indigne obtainere. Hinc est illud Aristot. apud D. Maximum infra. *Magna quidem est dignitas non quidem uti honoribus: sed efficere, ut dignus sis.* Nam uti fortuna est, dignum esse virtutis.

**Psal. 51. num. 3.** *Sultorum exaltatio ignominia.* ( Ita legendum est, nō exultatio, vt aliqui ex vetustis codicibus perspicuo mendo legebant.) Prior interpretatio sic habet. Illis rebus gloriantur, ac sese efferunt, quas contumelias potius ducere deberent. Primo quia saepius illis accidit, vt peccata, & facinora sua venditent, vt inde gloriam aucepintur, sua ipsorum ignominia exultantes: *Quia gloriari in malitia, qui potens es in iniustitate?* ait David Psal. 25. Quasi dicat: Quid gloria ducis id, quod ignominia potius tribuere deberes? Nam ad eum modum efferi omni est casu contumeliosius. Vnde Augustinus in Psal. 72. ad hanc sententiā allicit verba illa. *Deieci isti eos, dum alienarentur, sic enim addit. Non dixit deieci isti eos, quia elati neque posteaquam elati sunt, deieci isti eos, sed in eo ipso, quod elati sunt, deieci sunt: nam sic efferrī, iam cadere est.* Vel aliter, propter bona fallacia, & fugacia superbunt: quod valde ignominiosum, & demissi animi argumentum est. Vide Chrysostomum ad illa verba Psal. 118. *Aufer a me approbrium, & contemptum.* Qui rursus homil. i. in Epist. ad Corinth. sic habet. *Si quis lutum existimat esse lutum, & despicit, aliis vero lutum admiratur, tanquam aurum, & magni faciat: Quis est magni & excelsi animi? At non is, qui lutum non admiratur? quis item vilis, humilis, & abiectus? An non tu, qui ipsum admiratur, & magni facit?* Ita hic reputa, quod qui terram, & cinerem se existimat, sit magnus, & excelsus, quamquam hoc dicit ex humilitate: qui autem non terram, & cinerem se existimat, sed se colit, & obseruat, sequemagnifice iactat, is quidem erit *villus, & abiectus, & demissi animi.* Ad eundem modum de bonis aliis caducis existimandum est: quicumque enim illa admirantur, aut eorum possessione efferuntur, animi sui demissionem produnt: haud dissimiles his, qui lutum auri loco po-

nunt. Rursus quād sit ignominiosum his in solevere, ac superbire his bonis alia similitudine docet. *Est quispiam, inquit, altus statura corporis, aliis vero acceptis ocreis fit altior.* *Quemnam ergo vocamus altum, & magnum; quem parvum, & infimum?* *An non magnum eum dicimus, qui ex se habet magnitudinem?* Alter enim hoc habet alienum, & his, que sunt parva, ascensis fit altius, qui non ideo altius vocatur, sed infimus. *Quod multis accedit hominibus, qui pecunias, & gloria sese efferunt, quod quidem non est altitudo: altus enim est: qui nullis eorum indiget, sed omnia despicit, & a seipso habet magnitudinem.* Iam intelliges quād sit ignominio sum his efferti.

Secunda expositio illius sententie: *Exaltatio impiorum ignominia, vel ut est in Hebr. sulti exaltant, vel levant ignominiam:* est ad hunc modum. Impij levant, id est, referunt, & reportant ignominiam. Et quidem ne situr hæc interpretatio optime cum præcedenti sententia per antithesim. *Gloriam sapientes possidebunt, vel hereditabunt.* Impij autem ignominiam referent. Atque hunc sensum reddit translatio Septuaginta. *Impij exultabunt ignominiam:* id est reportabunt: Est enim familiaris modus iste loquendi in Sacra Scriptura. Osee ii. Etero *Osee ii, nu. 4.* quasi exaltans iugum super maxillas eorum: id est, levant, auferens. Et Iacob. 3. *Lingua modicum membrum est, & magna exaltat,* id est, levat. Ad eum sensum allici posunt verba vulgata. *Exaltatio impiorum ignominia:* id est, id, quod exaltant, vel levant, vel auferunt pro sua impietate impij, est ignominia. Chaldaeus autem sensum germanius expressit. *Impij suscipiunt tribulationem.* Et sane quemadmodum gloria virtutem tanquam umbra consequitur, sic etiam ignominia probrum, & decus vitium comitatur. Vtius est autem Salomon accommodate hoc in loco verbo *exaltandi:* quod propriè dicitur de illo, qui onus aliquod magnum levat, vt innueret grauē admundum esse impius ignominiam. Hæc est germanior interpretatio.

Tertia vero non est inepta. *sulti ignominiam exultabunt:* ad hunc modum. Impij suam ipsorum ignominiam magnam reddunt, quia, quo superbius se erigunt, eo turpius decidunt, cum deturbantur a Deo, atque ita suam ipsorum ignominia probrumque exaggerant. Ad id pertinent verba illa Ecclesiastici 1. *Attende in illis. Græcè. Non exaltes te ipsum, ne cadas, & adducas anima tua in honorationem, & reuelet Deus absconsatua, & in medio Synagogæ elidat te.*

254

255

256

256

*Eccles. i.  
nu. 38.*





## C A P V T Q V A R T V M.

I. **A**UDITE Filij disciplinam patris, & attendite, ut sciatis prudentialiam. 2. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. 3. Nam & ego filius fui patris mei, & unigenitus coram matre mea. 4. Et docebat me, atque dicebat: suscipiat verba mea cor tuum, custodi precepta mea, & viues. 5. Posside sapientiam, posside prudentiam; ne obliniscaris, neque declines a verbis oris mei. 6. Ne demittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conservabit te. 7. Principium sapientiae, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam. 8. Arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. 9. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclita proteget te. 10. Audi fili mi, & suscipe verba mea, ut multiplacentur tibi anni vita. 11. Viam sapientiae monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis. 12. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. 13. Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. 14. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. 15. Fuge ab illa, nec transeas per illam: declina, & defere eam. 16. Non enim dormiunt, nisi malefecerint: & rapitur somnus ab eis, nisi supplanterint. 17. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. 18. Iustorum autem semita, quasi lux splendens, prodit, & crescit usque ad perfectam diem. 19. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. 20. Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. 21. Ne recedant ab oculis tuis: custodi ea in medio cordis tui. 22. Vita enim sunt inuenientibus ea: & universae carnis sanitas. 23. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. 24. Remoue a te os prauum: & detrahentia labia sint procul a te. 25. Oculi tui recta videant: & palpebrae tuae precedant gressus tuos. 26. Dirige semitam pedibus tuis, & omnes vias tue stabilientur. 27. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum a malo: vias enim, quae a dextris sunt, nouit Dominus: peruersae vero sunt, quae a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos: itinera autem tua in pace producet.

I. Audite filij disciplinam patris: attendite ut faciatis prudentiam.

**A**udite filij. Septuaginta. Audite pueri, Disciplinam Hebraicè, Eruditionem, Et attendite, ut faciatis prudentiam. Hebraicè, Attendite ad faciendam intelligentiam. Septuaginta, Ut faciatis cogitationem. Aquila, Intellectum. Symmachus cum nostro Interpretate concinit.

Hæc sententia ex Rabinorum mente admonitio quædam est, ad legem Mosaicam exactius perdiscedam. Hoc modo, Audite disciplinam patris, id est Dei, Et attendite, ut faciatis intelligentiam id est, id contendite, ut non tantu in literam legis teneatis, sed etiam profundiores Cabalæ sensus assequamini. Purant enim Hebrei eam scientiam, quam ipsi Cabalistam dicunt, Moysem quidem à Deo dicensse, non tamen literis consignasse: sed deinde Moysis ex ore acceptam, quasi per manus traditam à maioribus ad minores peruenisse, sed tamen expositio hæc inepta est. Sensus est facilis ad hunc modum, Audite filij disciplinam patris, id est, me paternè monentem, & suadentem auscultate, & attendite, intento animo doctrinam excipite, Ut faciatis prudentiam, id est, ut sanctè, & iustè viuatis, ea, quæ à me accepistis, opere perficientes: Quasi dicat: Non satis et audire, nisi ea, quæ audistis tenentes, & executio nū mandantes prudenter, piè, & honestè viuatis. Singulas autem voces de more expendo.

**A**udite filij disciplinam patris. Hebraicè, Eruditionem, seu correptionem. Septuaginta enuntia quædam vñi sunt vocum inflexione, & utrare radice ratiæ, id est, pueri puerilem instituto item ex ipso. Est autem ratiæ informatio pueri, quem minis aut suppicio fit. Et enim ætas nequaquam aliter eruditæ solet. Et quide n pueri non modo ætate, sed cognitione, & moribus accipi debent. Addit autem in hanc correptionem, vel erulationem paterno studio, atque benevolentia se traditurum, ut si qui asperius audierint id boni consulant.

Et attendite, ut faciatis prudentiam. In Hebraicis Originibus pro verbo illo attende, est Haksib. A radice K̄sib, que propriè significat arrestis auribus aliquid audire: & ut supra obseruauit cap. 2. vers. 1. de his animantibus germanius dicitur, quæ audiendi vi in orinis pollent. Quapropter quæ ibi dixi, in hunc etiam locum conferri possunt. Rursum addo verbum istud non tantum auditorum vehementem attentionem notari, sed etiam oculorum intuitum acrem. Isaïæ 21. num. 7. in Hebræo ad verbum est, Et attendit attentione, multa attentione. Hieronymus vero sic transtulit, Et contemplatus est diligenter multo intuitu. Supra etiam c. 7. vers. 24. Extendi manum meam, & non erat atten- dens. Hieronymus, & non fuit, qui aspiceret. Ergo si illud, Attendite ut faciatis, &c. ad aures referas, iam inde supra loco citato de hac attentione multis egui. Si vero de oculorum acri contemplatione intelligas, sic accipe. Attendite: id est contemplandi, inspicite intentis oculis in verba mea. Ut faciatis, id est opere ipso exequi possitis, prudentiam, virtutem nimitem, & probitatem. Quomodo autem doctrinis sui verba contemplari oporteat, vt eadem exequatur auditor, docuit Iacob. cap. 2.

**I**saï c. 21. num. 7. Aristoteles. Hieron. 3. Iac. c. 2. num. 22. Estant autem factores verbī, & non auditores tantum, quia si quis auditor est verbī, & non factō, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo, consideravit enim se, & abiit: & statim oblitus est, qualis fuerit. Ex quibus constat

verba doctoris ad speculi instar obtinere, atque adeo illum qui non auditor tantum, sed factō operis futurus est, magna attentione in illud intueri debere. Sunt enim plures in speculum istud non sat satis attente intuentes, quibus forme ac similitudines acceptæ ocyū excidunt, & absunt. Oportet ergo probum auditore attentius in speculum istud intueri, ut forma boni menti tenacius inhæreat, nec statim obliuio deleat malè firmam speciem. Propterea Salomon attendite inquit, id est inspicite attentius doctrinam, ut faciatis prudentiam. Id est, ut prudentem, & honestam doctrinam ad opus perducatis, ut non auditores tantum, sed factores sint. Vel aliter, si illud attendite, ad oculorum intuitum referatur, dici posset Salomonem id postulare à discipulo, ut oculos à se dicente non fleat, quod est attenti animi argumentum. Vnde Plutarchus in lib. de auditore officio. Auditor (inquit) aciem oculorum in dicentem semper intendat, ita ut minime eum fallat, quam attento sit animo. Nam oculos à dicente auertere, distracti, atque aliud agentis animi est. Sic etiam intelligenda sunt illa verba: Ut faciatis prudentiam, vel cognitio nem, Cid est, ut id agatis, & non aliud, ac perbibatis ea, quæ doceo.

II. Donum bonum tribuam vobis: legem meam ne derelinquatis.

**D**onum bonum tribuam vobis. Hebraicè: Quia doctrinam bonam dedi vobis. Pro doctrina autem est vox Lekach, quæ doctrinam sāpē alias sonat. Supra capitulo. vers. 5. Audiens sapientior erit. Hebraicè: Addet doctrinam. Isaïæ 29. Murmura- tores discent doctrinam, & alibi. Cum vero fluat illa vox à radice Lekach, id est accepit. sumpsit donum etiam, vel munus acceptum ad significat. Propterea Interpres noster donum, conuertit accommodatissime, ut statim dicam. Sequutus est autem translationem Septuaginta, quæ sic habet. Donum bonum a donabo vobis. Chald. doctrinam Caïtanus, Caïtan legem bonam.

Legem meam ne derelinquatis. Sic etiam habent plerique codices Græci. In aliis autem est λόγος, id est sermonem, vel orationem meam ne derelinquatis.

E Sententia verborum est perspicua. Donum bonum tribuam vobis, id est, Præstantissimum donorum omnium, quæ homini ab homine conferri possunt, scilicet doctrinam, & sapientiam; atque adeo obuiis manibus captandum est bonum istud. Propterea subdit, Legem meam, seu orationem ne derelinquatis. id est, ex his, quæ dixerim, nihil non teneatis, nihil excidat. Sed pende illud.

**D**onum bonum tribuam vobis. Hebraicè, dedi, aut tribui, præterquam pro futuro referendum est ad sequentia. Quibus verbis doctrina præceptoris optimum donum esse dicitur, & quidem adeo magnum donum est, ut reddi, aut compensari non possit. Vnde Aristotel. non semel docet Diis, magistris, & parentibus æquale reddi non posse. Nam quemadmodum parentibus ideo ad æqualitatem restituere non licet filio, quia vicissim illos regenerare non potest: reliqua vero, quæ à filio in parentem dona proficiunt possunt, imparia sunt. Sic etiam doctori par pari referre non licet discipulo, quia vicissim illum redocere (vt ita dicam) non potest: & reliqua similiter, quæ discipulus in doctorem dona conferre potest, longe inferiora sunt. Hinc est, ut doctrina sit propriè donum liberale, quia modis omnibus irredibilis est.

Paulus.

8 Quod si verba ista non Salomoni, sed Deo tribuamus (vt placet Hugoni, Bedæ, & aliis) de gratia interpretari licebit, in quam aptissimè boni doni appellatio quadrat. *D*onum bonum tribuan *vobis*, id est, gratia mea vos præueniet, quæ donum est, quia liberaliter datur, & merita anteuerit (alioquin gratia non esset gratia, vt docet Paulus) bonum autem quia omnis boni initium, & causam continet. Addit.

D. Maxi.

*L*egem meam ne derelinquatis, id est cum doctrina mea tantum, tamque magnificum donum sit, non licet aliquid illius respuere. Quasi dicat, boni doni, nec minima particula abiici debet. Cum ergo mea lex, vel oratio bonum donum sit, custodi, atque in corde reponi, non omitti debet. Nam ut eleganter Isocrates, apud Maximum sermon. 7. de eruditione: *Diligentius verborum, quæ à sapientibus audire licuit, quam pecuniarum deposita seruanda sunt.* Ex quibus liquet auditore (licet sic dicere) verborum, atque sententiarum quæ à doctore accepit, depositarium esse, sive sequestrum, ad quem spectat ratio nem depositi reddere. Cumque depositum istud in auditoris utilitatem collatum sit, (vt patet) iuxta legum præscripta de leuissima culpa teneri opus est. Quapropter non tantum committere contra custodiam, sed nec omittere debet aliquam partem curæ. Ideo Salomon, *legem meam ne derelinquatis*: id est ne omittatis.

III. *Nam & ego filius fui Patri mei tenellus, & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat.*

9

*N*am & ego filius fui Patri mei. Septuaginta: *Filius enim fui, & ego Patri obediens.* Rodolphus particulam *Chi*, quam noster Interpretatus est *Nam*: docet vertendam esse quando, sed immrito.

*Tenellus & unigenitus coram matre mea.* Hebraicè: *Tener, & unicus in faciebus matris meæ.* Septuag. *Dilectus in facie matris meæ.* Aquila, Symmachus & Theodot. *Vnigenitus*, vt in nostra. In margine textus Hebraici legitur *in filiis*, vel *inter filios*. Existimat autem Caietanus correctionem esse illius clausulæ *in faciebus*, atque adeò legendum esse *veniens in filiis*, vel *inter filios matris meæ*. Sed tamen eiusmodi margines parum autoritatis habent: atque adeò præferenda est nostra lectio.

10

*E*t docebat me, atque dicebat. Non dissidet codex Hebraicus. Septuaginta, qui dicebant, & docebant me. Aquila, illuminabunt me. Chaldaeus, & docebat me, & dixit mihi Dominus. Existimo nostrum etiam Interpretem de vtroque parente accipendum esse, sumi autem singulare pro plurali: dicebat, pro dicebant. (Hebræorum more.) Itaque noster retinuit. Septuaginta vero, & Chaldaei soluerunt Hebraismum.

11

Quorsum, inquires, Salomon hæc ingerit de sua pueritia? Rodolphus Iansenius & Caietanus Salomonem eo spectasse dicunt, vt exemplo induceret ad suscipiendam ab incunabulis eruditionem, & sapientiam. Cum enim dixisset. *Audire filij disciplinan Patri*, vel *pueri* (vt habent Septuaginta) quod perinde est, ac si dicat. Statim à pueris, & tenera ætate audite: subdit. *Nam & ego, &c.* Id videlicet suadeo, quod ego etiam ad vnguem præstisti. Lyra hæc dicta existimat ad commendationem doctrinæ, quod scilicet illam à parente suo David Propheta maximo hauserit. Sed tamen præferenda est meo iudicio Bedæ sententia, qui sic habet.

A *Nihil magis ad spem percipiende sapientia mentes erigit, quam cum eos, quos in sapientia iam clarere miramur, aliquando parvulos, & indoctos fuisse minimus.* Ergo cum Salomon ad sapientiam adiscendam adolescentem erigere, & acuere veller, vt spem perhiberet, atque sapientiam se tandem aliquando euasurum crederet: addit se, qui iam tunc sapientia ad miraculum erat instructus, insipientem fuisse aliquando, atque prima elementa sapientiae à patre, atque matre accepisse. Et quidem fortasse non sine emphasi postquam dixit. *Nā & ego filius fui Patri mei tenellus, & unigenitus coram matre mea.* De singulari additum est, & docebat me, atque dicebat. scilicet mater, qua postremo loco cenfetur. (Ad ipsam enim pertinere videntur hæc verba.) Ut significaret, tantam fuiss: olin suam imperitiam, vt à fœmina primum imbuī cœperit. Sed expendere oportet verba singula.

B *N*am & ego filius fui Patri mei tenellus. *H*ic figendum esse colon iuadet Septuaginta interpretum translatio, de qua statim dicam. Mitto expositionem Galatini, qui locum istum ad litteram de Christo Domino interpretandum esse, quibusdam de arcans argumentis parum robustis conficit lib. 2. de arca cap. 5. cap. 5. quæ in decursu nostri commentarij diluemus. Iansenius, Rodolphus, & Caietanus ad tenuitudinem ætatis referunt. *Tenellus*, inquiunt, id est, parvulus tenera ætate. Quasi diceret. Patrē meum Dauid non nisi tener, & iunior attigi: obiit enim antequam adolescentem: & tamen præcepta, quæ mihi puer instillavit, grandævus retineo, atque per illa ipse ad hoc sapientiae culmen pertutui. Et quidem summæ laudi vertendum est, adolescenti, cuius pater maturius decepsit, si sapiens & honestus euaserit. Nam fere accidit, vt filii demortuo patre, cuius disciplina coërcebatur, sapientiam abiiciant, & effrænes per scelerá ferantur.

*A*lij rursus vocem illam *tenellus*, de delitiosa educatione interpretantur. *Filius fui Patri mei tenellus.* Id est delitiose educatus. Consonat Chaldaei translatio: *Filius fui Patri mei delicatus.* Hoc est in delitiis educatus à parente. Quasi dicat: Illud mirabile puerum indulgenter, arque delitiose à parentibus educatum sapientem euasisse. Itaque huic, atque præcedentis expositionis autores existimant à Salomone difficultates quasdam enumerrari, quas peruicit, vt sapientiam sibi pareret. Et quidem non minima erit delitiosa educatio, & indulgentia parentum, qua Regis filium præ ceteris charum gaudere necessum erat. Id vero propterea dicit, vt ostendat alios facilius sapientiam & prudentiam capessere, atque adeò non esse ab illius prosequitione deterrendos.

*T*ertia interpretatio nominis *tenelli*, aut *delicati*, inexpertum adhuc iuuenem, & insolentia rerum plane nouum, & recentem accipere potest. 2. Reg. 3. Dauid statim atque Rex totius populi connu. 36. spiratione creatus, sic ait. *Ego autem delicatus & vñctus Rex*, id est nouus Rex, inexpertus. Ad id spectant etiam verba Salomonis 3. Regum 3. Et 3. Reg. 3. nunc Deus tu regnare fecisti seruum tuum pro Dā. nūm. 7. uid paire meo: ego autem sum puer parvulus & ignorans egressum, & introitum meum. Id est, plane inexpertus, & insolens: *Que no se entrar, ni salir en las cosas.* Quod exprimento, & rerum omnium periculo comparari solet. Ergo Salomon vt spem parandæ sapientiae nouis auditoribus immittat, addit se plane inexpertum, nouum, atque recentem ad prima patri sui præcepta venisse, neque id obstiisse quominus magnam deinde viam sapientia sibi tandem pararet. Non displicant præmissæ expositiones, tamen vt dicam, quod sentio, quarta expo-

sitio mihi perplacet. Est autem eiusmodi.

**Nam & ego filius fui patris mei tenellus.** Vox illa **tenellus**, de bona adolescentis ingentii indole captanda est, qui se tenerum & mollem, id est, obseruentem, & docilem documentis præbet paternis. Hæc expositionem amplectitur Septuaginta, quorum verba Commentatij ad instar obtinent. **Filius enim fui ego Patri obediens.** Et quidem bona iuuenies indoles, ac docile genium mollem eundem, atque tenerum reddit, ut ceræ ad modum molliores formas excipiat. Placuit hæc expositio Hugo, qui sic ait, **tenellus, sicut cera molles, qua cito potest informari.** Ad id spectant verba Basili in Regul. suis disputat. interrogacione 15. **Quamobrem inquit animus dum tener est adhuc, & ritu cere, qua ipsa impressas in se formas quascunque facillime recipit, mollesime cedit: confessim ab ipso initio omni rerum imbu exercitatione debet.**

Sed elegantissime D. Anselmus in similitud. 125. quinam maximè ad audiendum idonei sint, ceræ comparatione declarat. **Cum videas hominem in vanitate ab infante usque ad profundam senectutem educatum sola terrena sapientem, & in his penitus obduratum, cum hoc age de spiritualibus, & prospicies hunc nequam posse ad hoc videre.** Neque mirum: indurata est cera, in his etatem entrinit. E contra consideres puerum etate, & scientia tenerum nec bonum, nec malum discernere valentem, nec te quidem intelligere de eiusmodi valentem. Nec mirum etiam, molles enim est cera, & quasi liquens, atque adeò imaginem non retinet. Medius horum adolescentis, & iuuenies ex teneritudine, atque duritia, quasi ex senectute, atque pueritia congrue temperatus. Si ergo hunc instruxeris, ad quemcumque utilitatis profictum vobis apte informare valebis. Hæc ille. Ergo Salomon, ut ostenderet se bonam indolem, atque bonam etatem ad doctrinam excipiendam attulisse, ait se, cum tenellus adhuc, & ceræ in morem mollis erat, tūm propter indolem, tum propter etatem, à parente David sapientia, atque bonis moribus informatum esse. Itaque dicit se ceræ ad instar cuiusdam informem quidem, sed tamen mollem ad excipiendas sapientiae formas venisse; atque idem tantum profecisse. Neque aliud sibi vult lectio Septuaginta: **Ego enim fui pari meo obeatens, id est, obsecutus, & docilis, ut disciplinam reciperem.**

Quantum vero indoles adolescentis bona ad sapientiam addiscendam præstet, venustè Seneca in Epistola 69. his verbis. **Vt Dy immortales nullam didicerunt virtutum cum omni editi, & pars naturæ eorum est esse bonos: ita quidem iuuenies egregiam sortiti indolem in ea, qua tradit solent, perueniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur, cum primum audiant.**

**Et unigenitus coram matre mea.** Hæc verba postulant, ut quedam loca ad speciem pugnantia in concordiam adducamus. Hic enim Salomon **matris unigenitus** dicitur, attamen 1. Paralipomen. 3. scribitur: **In Hierusalem nati sunt ei, id est David, Samma, & Sobab, & Nathan, & Salomon** quatuor de Bersabee. Galatinus loco citato videns horum locorum dissidium affirmauit non aliter concordia redi posse, nisi dicamus locum Proverbiorum in Salomonem non quadrare ad litteram: quod reuera communi interpretum aduersatur sententia, qui vñanimi conſpiratione locum istum de Salomone iuxta literam interpretandum esse docent.

Ergo Abulensis 1. Paralipom. 3. quæst. 4. & Lyra cum Vatablo ibidem. Hugo Cardinal. 2. Regum 5. nec omnino displicet nostro Salmeroni, tom. 1. tit. 27. tradunt tres illos Samma, Sobab, & Nathan filios fuisse Vriæ ex Berlabee editos, at tum postea,

**A** cum Bersabee nupsit David, ab eodem adoptatos. Id vero confirmant dupli argumento. Primo Salomon inter filios Bersabee ultimus censetur in præmisso loco Paralipomen. ergo ultimus fuit illius filius: ita enim more comparatum est, ut in enumerandis alicuius filiis ordo natuitatis seruetur in scriptura. At enim constat Salomonem primū post alterum filium adulterio suscepit natum fuisse. Ergo tres illi Bersabee filii non David, sed Vriæ adscribendi sunt. Secundū, quia hic vñigenitus matris appellatur.

**B** Sed tamen plures docent præmissos quatuor filios ab uno David ex Bersabee susceptos fuisse. Hanc sententiam perspicuè tradunt Bainus, Ioannes Arboreus, Iansenius, & Caietanus in hunc locum, 10. Arbor. Ioann. Clithouæ in Damascenum lib. 4. cap. 15. Iansenius. noster Salmeron loco citato. Barradas tom. 1. lib. 5. Caietan. cap. 9. Pater Pineda de rebus Salomonis lib. 1. cap. 70. Clit. 9. Roboratur hæc sententia. Primū, quia ita expressa tradit locus Paralipomenon, cui manifesta vis infertur, si vel unus ex his filiis David adimatur. Secundū, confirmat Iansenius, quia Bersabee pulchritudo, si tres ex Vriæ iam tum genuisset, emarciisset, deflorissetque, nec tantum sui desiderium excitasset in David. Tertio, quia 2. Regum 5. nulla mentione facta matris in censu filiorum David ponuntur. Dices adoptatos fuisse. Sed contra, quia nullo discrimine inter naturales recensentur. Sed tamen robur huius sententia ex duorum argumentorum solutione pendet.

Primum ergo argumentum, quod dicitur ab ordine, sic elidendum est. Salomonem statim post adulterini filium nullo interstitio fuisse genitum. Res est explorata. Nam 2. Reg. 11. sic habetur. **Consolatus est Deus Bersabee uxorem suam, qui ingressus ad eam dormiuit cum ea que genuit filium, & vocavit nomen eius Salomon.**

Quod quidem statim post adulterini obitum evenisse dicitur. Hac in re Ioannes Annus, atque Philo Biblicalus de cunctis à veritate iter tenuerunt, qui cum tres illos Samma, Sobab, & Nathan, Bersabee, Davidisque filios fuisse non abnuant: eos quidem natu maiores, Salomonem vero iuniores fuisse affirmat. Quod autem spectat ad seriem, respondet Hugo Salomonem natu maximum postremo loco numerari, eò quod Davidicæ generationis series per Salomonem conseruanda, & deducenda erat in posteros, ut postremo scilicet loco numeratus iterum assumetur. Qua ratione unus est D. Hieronymus in Christi Hieron. genealogia, respondens ei dubitationi, cur David post ponatur Abraham. **Quia rursus repetendus fuerat Abraham, ut generationis ordo texeretur.**

Sed tamen hæc ratio infirma est, quia licet 1. Paralipomen. de generationis ordine sit sermo: non verò 2. Regum 5. & tamen ibi inter quatuor filios Salomon ultimus numeratur, & post ipsum plures alij recensentur. Pineda noster occurrit huic argumento, affirmans longè firmiores esse rationes alias, quam illam, quæ à serie ducitur, atque adeò de serie non valde curandum esse: cum præsertim eum ordinem perturbare non sit omnino insolens in scriptura. Genes. 49. seruatus . . . ordo natuitatis inter quatuor priores . . . os Iacobi: deinde verò in reliquis permixtus. 1. Irsus constat aliter numerari filios Iacob. Genes. 46. aliter Deuter. 33. aliter Numeror. 2. aliter Apocalyp. 7. Sed tamen Pineda non omnino diluit difficultatem. Nam dicet aliquis ex hoc colligi aliquid speciale innui in hoc censu filiorum David, quos constat dupli loco eodem ordine numeratos. Rursus dicet quispiam in omnibus aliis genealogiarum exemplis primogenitum semper alii præmitti, quamvis alii permisceri soleant.

Atque

20

Bainus.  
Io. Arbor.  
Iansenius.  
Caietan.  
Jo. Clit.  
Salmer.

21

Barradas.  
Reg. 5.

22

Reg. 12.  
nu. 24.

Ioan. Annus.  
Philo Bib.

23

Hieron.  
Paralip.  
2. Reg. 3.

24

Genes. 20.  
Genes. 46.  
Deut. 33.  
Num. 2.  
Apoc. 7.

25

Atque ad eū Salomonem, siquidem inter filios Bersabee primogenitus foret, primo loco ponendum fuisse. Item vrgabit, in præmisso loco 1. Paralipomen. 3. vbi numerati etiam sunt sex filii, qui nati sunt David in Hebron, sic haberi; David autem hos habuit filios, qui nati sunt ei in Hebron. *Primogenitum Amnon ex Achinoam, secundum Daniel de Abigail, tertium Absalon, &c.* Usque ad sextum, quos suo ordine recenset. Atque adeò idem iudicium ferendum esse de aliis, qui nati sunt ei in Hierusalē. De quibus statim additur, *Porro in Hierusalem nati sunt ei filii Simnaa, Sobab, & Natham, & Salomon.* Respondeo inde (mea quidem sententia) robustum dici argumētum ad probandum filios Hierosolymis editos non fuisse, iuxta ordinem nativitatis enumeratos: cum enim in filiis natis in Hebrō scriptura primum, secundum, & tertium expresse addiderit: in illis autem, qui Hierosolymis nati sunt, ab his abstinuerit numeris, satis innuitur in his ordinem nativitatis permisceri. Tum etiam, quia exploratum est ex filiis David Hierosolymis natis collecto censu non fuisse primum Salomonem, licet inter maternos fratres primogenitus esset. Salomon enim duodenis, aut plurimum quatuordenis regnauit obeunte parente. At David triginta, & tribus annis regnauit in Hierusalem, ut ibidem dicitur, atque adeò viginti prioribus annis alios suscepisse credendum est: & tamen filii Bersabee præmittuntur. Sic enim habes: *Porro in Hierusalem nati sunt ei filii Simnaa, Sobab, & Natham, & Salomon, quatuor de Bersabee, Jebaa quoque, & Elisama, & Eliphalets, & Noge, & Nepheg, & Iaphia, &c.* Quapropter crediderim, in enumeratione filiorum, qui editi sunt in Hierusalem, conuersum ordinem seruasse scripturam, atque à minoribus ad maiores natu progressam fuisse. Nam eos, quos priores fuisse conitat, postremo loco refert: premitit verò filios Bersabee, quæ extrema fuit vxor David, atque adeò eius filios postremos etiam fuisse credendum est. *Quod si seruatur ordo inuersus, & ab ultimis ad primos venitur, sit sanè, ut Salomon, qui inter fratres suos postremus nominatur, sit natu maximus, ut haec tenus docimus.* Neque deest exemplum huius conuersæ enumerationis in scriptura Sacra 1. libr. Paralipomen. 2. primogenitus Hebron Samma inter quatuor illius filios extremus nominatur. Porro *filius Hebron, Core, & Iaphua, & Recem, & Samma,* vt obseruant genealogiarum periti. Sed illud aperiens exemplum Genet. 11. vbi Thare filii recensentur hoc ordine. *Hæ sunt generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor, & Aram.* Constat autem Aram ultimo loco nominatum primogenitum fuisse, cuius videlicet filiam Saram duxit Abraham. Ex quo constat scripturam tunc, cum ordinatissime loquitur, duobus modis seriem generacionis describere solitam: aut ita ut à primogenito ad minorem natu census perueniat: aut sic, ut à minori natu recensio in primogenitum definat. Et utrumque numerandi modum inter phophanos autores etiam vsu tritum tradit Genebrardus non semel in Chronologia.

Secundum argumentum, quod dicitur ex hoc loco, vbi Salomon vnigenitus coram matre sua dicitur, postulat ipsius interpretationem, de qua non eadem omnium mens. Galatinus de Christo Domino ad litteram accipi debere contendit, sed non audiendus. Reliqui, quotquot de Salomone accipiendum esse docent, scilicet Caetanus, Ianseinius, Rodolphus, Osorius, Arboreus hic, & Barradas, Salmero, & Pineda locis citatis. *Vnigenitum coram matre*, id est vnicè amatum, dilectum interpre-

*Tom. I.*

A tantur. Probant autem, quia in Originib[us] non *unigenitus*, sed *vnicus*, est. Tum etiam, quia Septuaginta sic conuertunt, *dilectus a facie matris sue*. Et quidem insignis, & impensus alicuius amor cù amore, quo mater vnigenitum prosequitur, conferri solet. Hierem. 6. Zachar. 10. Amos 8. & alibi. Eo sensu donant ex interpretibus aliqui locum illum Cantic. 6. *Vna est matris sue, & electa genitrici sue.*

Id est, vnicè amata. Ceterum cum haec tenus confirmauerim rationum pôdere Salomonem primogenitum fuisse inter filios Bersabee superstites, potius existimauerim hic vnigenitum, id est, primogenitum

*Hierem. 6. 2.*  
*Zach. 10.*  
*Amos 8.*

B coram matre sua dici. Nam hæc primogenitus pro vnigenito, & rursus vnigenitus pro primogenito vicilim usurpari consueverunt. Lucæ 2. primogenitus pro vnigenito sumitur. *Et peperit filium suum primogenitum.* Et Genes. 21. *Unigenitus additus pro primogenito: Tolle (inquit) filium tuum vnigenitum.* Id est, primogenitum, sic interpretes. Nam emissis domo filii Ceturæ, & Ismaële, ius primogeniturae euenerat Isaac. *Quod si dicas Hebraicè legi vnicus, vel unus coram matre.* Respondeo *vnum sumi pro primo*, vt sèpè aliás in scriptura. Genes. 1. *Vespe-*

*Genes. 1.*  
*Genes. 22.*  
*num. 2.*

*re, & mane dies unus.* Id est, *primus*. Hunc etiam ad *petij à Domino, hanc requiram, &c.* Id est, *primum*, *num. 5.* quod petij à Domino, illud repeatam, donec exorem illud. Item si dicas Septuaginta hic legisse, *dilectus a facie matris sue.* Respondeo dilectum pro primogenito usurpasse, quia amor erga primogenitum est impensior. Nam etiam in illo loco, Genes. 22. *Tolle filium tuum vnigenitum, &c.* Septuaginta habent, *Tolle filium tuum dilectum, quem diligis Isaac.* Vbi dilectum pro vnigenito, vnigenitum pro primogenito capi necesse est. Nec dicamus Septuaginta tautologiam admisisse, id est, fatuam, & insulam repetitionem.

*Genes. 22.*

C His positis inquirere oportet, quorsum Salomon hic se matris sue primogenitum pronuntiet. Sane ad id spectat, ut suo exemplo suadeat auditoribus disciplinæ subiici, atque doctrinam suam parentis in morem docentes excipere. *Nam & ego (inquit) vnigenitus fui*, id est primogenitus, *coram matre mea, &c.* quasi dicat. Cum primogeniti amore, & indulgentia parentum abuti, & saepius proteruos, & peruvicaces se præbere soleant: Nihilominus disciplinæ, atque doctrinæ ita me ipsum subdidi, ut cum alij documentis minus tribuant; ipse tamen non modo patrem, sed matrem etiam meam sapientiae documenta mihi instillantem libenter audirem, & libenter eidem parem. Obserua illud *coram matre mea*. *Vt in facie marris, quod subiecti & obedientiam notat.* Nam in scriptura esse aliquid coram aliquo saepius est per omnia subiectum esse illius voluntati, & nutui. Isaia 32. *Vt agnus coram tondente se obmutuit, id est, tondenti suppositus Genes. 13. Ecce uniuersitas coram te est.* Id est

*Isai. 32.*

F nutritio tuo subiecta, ut in quamcumque partem malueris, pergas, & cap. 24. *En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficisciere.* Et Regum 3. cap. 1. *Queramus dominum nostrum Regi adolescentulam virginem, inf. num. 2.* ut stet coram Rege, & foueat eum. Id est, ut illi inseruiat. Ergo cum ait Salomon. *Vnigenitus coram matre mea fui.* Perinde est ac si dicat, quantumuis primogenitus illi subiectus eram, & ab illius nutu pendebam.

*Genes. 31.*  
*num. 9. &*  
*24. nn. 4.*

E *Et docebat me, atque dicebat.* Sumitur singulare pro plura*li docebat pro docebant*, tā pater, quam mater. Suadet hoc Chaldæus, atque Septuaginta, qui vocem multitudinis usurparunt. Ianseinius existimat has voces, si de singulari capiantur, tribuendas esse patri, quia in Hebreo sunt generis masculini. *Ve-*

*33*

Paral. 3.

25

16

27

1. Lib. Pa.  
ralip. 2.  
num. 47.

Genes. II.  
nn. 17.

Genebr.

28

Galat.

tum id me parum mouet, cum sciam masculina, & feminina toties vicissim permutari, in lingua sancta. Quapropter si verba illa singularia esse dicas, ad matrem potius, quæ proxime præcessit, quam ad patrem referri malo, tum quia aliter textus euertitur, tum etiam quia sententia euadit luculentior, ut ex dictis constat.

**34** Ad extremum subiicio verba ista allegoricè de Christo Domino, & Beata Virgine interpretari à Diuo Bernardo, & aliis. Quapropter ( si ita libeat) vt alias omittam, duas posteriores prioris clausulae expositiones aptissimè Christo accommodare poteris. *Nam & ego eram filius patris mei aeterni tenellus*, id est, inexpertus, recens, atque nouus, qui nondum res humanas experientia didiceram. De ipso enim Paulus: *Didicit ex his, quæ passus est*. Didicit, ( inquam) experientia, & periculo rerum facto. Et Lucas Euangelista. *Puer autem crescebat aetate, & sapientia, &c.* Vel aliter *tenellus*, id est, cera ad instar mollis: *obediens*, nimurum ( vt habent Septuaginta, ) vt mihi quamlibet pater imprimaret formam, & quamlibet duceret in figuram. Pende quot, quamque dissimiles formas Christus suscepit, & quantas migraverit in species, aeterni patris parens imperio. *Qui enim speciosus forma praefiliis hominum*; commutata forma ed calamitatis deuenit, vt Isaías de ipso cecinerit: *Vidimus eum, & non erat aspectus*. Qui transfiguratus in Thabor, deformatus est in Caluario. Qua cera non fuit mollior, qui tot figuræ euariauit? Ad id pertinent illa verba Christi Psalm. 21. *Factum est cor meum sicut cera liquefons in medio ventris mei*. Quibus verbis suam voluntatem patri cerae ad instar illaquefactæ lentam, & facilem dicit, vt ad mortem visque patri pareret. Vel ( vt habet Basilius in hunc locum) *Ista circu passionis tempus facta sunt*. Nam cor illius metu passionis, sicut cera calore ignis dissolutum est, & virtus priorem efficaciam haud ostendit: non tamen ideo voluntas restitit, sed sicut cera lenta fuit. Spiritus enim promptus erat, etiam si caro infirmitatem præ se ferret. Postrema etiam illa verba. *Unigenitus coram matre sua*: in Christum etiam optimè quadrant, qui non patritantum, sed matri etiam Mariae subditus fuisse dicitur. *Lucæ 2. Et erat subditus*. Erat enim verè, *Unigenitus coram matre*, id est, ab illius nutu, & voluntate pendens, &c.

**35** **Paulus.** *Docebat me, atque dicebat, suscipiat verba mea cor tuum*. Non aure tantum, sed corde: Ita enim accidere solet pueris, vt aure quidem monita parentum excipiant, non corde, atque animo, propterea sapientia eadem illis dictata, & inculcare oportet, vt animum tandem imbuant: *Docebat me, atque dicebat*, uterque pater, atque mater scilicet, non satis ducentes me genuisse, & in hanc lucem edidisse, nisi etiam cognitione honestatis imbuerent. Multum debet filius parentibus, plurimum Doctoribus. *Basil. Imp.*

**36** **Lucas.** *Ceterum docebat, uterque pater, atque mater scilicet, non satis ducentes me genuisse, & in hanc lucem edidisse, nisi etiam cognitione honestatis imbuerent. Multum debet filius parentibus, plurimum Doctoribus. *Basil. Imp.**

**Psal. 21.** *Si enim ( inquit ) quos natura tibi deat, parentes debes revereri, multò magis eos, quæ te in Spiritu Dei per bonas disciplinas genuerunt.*

**num. 15.** *Ac rursus addit propterea se tot capita exhortationum ad filium edocendum dictasse, vt quem naturalis lex ipsi deuinixerat, rationalis amplius deuiniceret, & filius plus sibi, quam alteri deberet. Nam si illum tantum ipse genuisset, aliis verò edocuisse, & informasset, plus certè alteri, quam parenti deberet. Confirmatur testimonio Aristotelis apud Laëtium lib. 5. Parentes ( inquit ) qui filios erudiunt suos, multò honorabiles sunt his, qui solum generant: isti enim viuendi, illi bene beataque viuendi autores sunt. Ergo cum Salomon premisisset: *Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea*. Subdit: *Et docebat me, atque dicebat: Suscipiat, &c.* Quasi dicat, David, atque Bersabee parentes mei, non solum me naturali luce donarunt, sed etiam honestatis cognitione illustrarunt: ne scilicet plus forsitan Doctoribus deberem, quam ipsis.*

**Luc. 2.** *Suscipiat verba mea cor tuum*. Hoc est, non aure tantum, sed corde etiam monita nostra concipe. **num. 51.** *E* Ita enim accidit, vt iunioribus, quod vñica aure exceperunt, per aliam effluat. Propterea Bersabee, atque David ad filium Salomonem: *Suscipiat verba mea cor tuum*, id est, hoc fac, vt quæ à me audis, cordi altius imprimas. Septuaginta habent: *Firmetur noster sermo in corde tuo*. *Inquieta est, ac mobilis iuuenum mens* ( vt ait Aristot. lib. 2. Poli. ) *& animus semper fluctuat*. Hinc fit, vt in iuniorum animis difficilis obfirmetur, atque stabilatur doctrina: nam ratione, atque animo fluctuante cum ipsis etiam doctrinam, atque disciplinam fluctuare, & iactari necesse est. Quapropter cum adolescens sapere incipit, atq; maturius agere, vulgo dicimus: *Tra comienza a tener asiento*, id est, iam inde fluctus animi subsident, atque deferunt. Ergo parentes ad Salomonem satis aptè: *Firmetur noster sermo in tuo corde*, id est, ne cum puerili natura, & moribus fluctuet, atque nutet: sed quasi iactis anchoris in tā mobili ( vt ita dicam ) elemento firmetur. Vel potius iam nunc iuueniles motus, & perturbationes conquiscent, vt vel sic doctrina nostra in animo hæreat, & firma sit. Solent enim quidam imprudentes, atque nugaces filii parentum monitis auctoritatem detrahere: *Sulen dezir, que sin vejezes*. Senum scilicet deliramenta. Solent etiam causare ipsos parentes, etiam cum iuniores essent, similia admisisse,

**IV. Suscipiat verba mea cor tuum: custodi precepta mea, & viues.**

**S**uscipiat verba mea cor tuum. Hebraicè: *Fulciat verba mea cor tuum*. Septuaginta: *Firmetur noster sermo in tuo corde*. Symmachus: *Teneat verba mea cor tuum*. Consonat Chaldaeus: *Apprehendat verba mea cor tuum*. Alij etiam ex Hebreo conuertunt: *Sustentet verba mea*.

*Custodi precepta mea, & viues*. Hebraicè: *Et vine*. Septuaginta: *Custodi precepta mea*, defunt illa, & viues. Aquila verò, Symmachus, & Theodot. expresserunt.

**36** Sententia verborum est facilis. Chaldaeus, hac verba tribuit Deo Salomonem alloquenti: Nam pro illis verbis *docebat me, atque dicebat*: ita habet, & *docebant me*, ( scilicet pater, atque mater) & *dicebat nihili Dominus*. Itaque allusum hic putauit Chaldaeus ad ea colloquia, quæ Deus cum Salomone conseruit. 3. Regum 3. quasi ab ipso ad sapientiam fuerit cohortatus, Iansenius, Arboreus, Rodolphus, & Lyra, cum aliis interpretibus Dauidi adscribunt, atque tunc Salomo-

**A** nem à Dauidi his verbis adhortatum, & edictum fuisse existimant, cum morti proximus illū de cultu, & religione erga Deum, de moribus, & de structura templi admonuit. Sed quid ista verba in has angustias coniiciamus? Verius existimo Salomonē agere de multis, atque assiduis documentis, quibus pater futurum præsens, vt Salomon regnaret post eum, & mater quoq; id ipsum impensius exoptans, illum à puer ad omnem honestatem, atque virtutem informabant longè accuratius, quam alios filios. Itaque tum pater, tum mater

**B** *Docebat me, atque dicebat, suscipiat verba mea cor tuum*. Non aure tantum, sed corde: Ita enim accidere solet pueris, vt aure quidem monita parentum excipiant, non corde, atque animo, propterea sapientia eadem illis dictata, & inculcare oportet, vt animum tandem imbuant: *Docebat me, atque dicebat*, uterque pater, atque mater scilicet, non satis

**37** *ducentes me genuisse, & in hanc lucem edidisse, nisi etiam cognitione honestatis imbuerent. Multum debet filius parentibus, plurimum Doctoribus. *Basil. Imp.**

**C** *Biblia Patrum: Si enim ( inquit ) quos natura tibi deat, parentes debes revereri, multò magis eos, quæ te in Spiritu Dei per bonas disciplinas genuerunt.*

*Ac rursus addit propterea se tot capita exhortationum ad filium edocendum dictasse, vt quem naturalis lex ipsi deuinixerat, rationalis amplius deuiniceret, & filius plus sibi, quam alteri deberet. Nam si illum tantum ipse genuisset, aliis verò edocuisse, & informasset, plus certè alteri, quam parenti deberet. Confirmatur testimonio Aristotelis apud Laëtium lib. 5. Parentes ( inquit ) qui filios erudiunt suos, multò honorabiles sunt his, qui solum generant: isti enim viuendi, illi bene beataque viuendi autores sunt. Ergo cum Salomon premisisset: *Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea*. Subdit: *Et docebat me, atque dicebat: Suscipiat, &c.* Quasi dicat, David, atque Bersabee parentes mei, non solum me naturali luce donarunt, sed etiam honestatis cognitione illustrarunt: ne scilicet plus forsitan Doctoribus deberem, quam ipsis.*

**Aristot.** *38* *Suscipiat verba mea cor tuum*. Hoc est, non aure tantum, sed corde etiam monita nostra concipe.

**E** Ita enim accidit, vt iunioribus, quod vñica aure exceperunt, per aliam effluat. Propterea Bersabee, atque David ad filium Salomonem: *Suscipiat verba mea cor tuum*, id est, hoc fac, vt quæ à me audis, cordi altius imprimas. Septuaginta habent: *Firmetur noster sermo in corde tuo*. *Inquieta est, ac mobilis iuuenum mens* ( vt ait Aristot. lib. 2. Poli. ) *& animus semper fluctuat*. Hinc fit, vt in iuniorum animis difficilis obfirmetur, atque stabilatur doctrina: nam ratione, atque animo fluctuante cum ipsis etiam doctrinam, atque disciplinam fluctuare, & iactari necesse est. Quapropter cum adolescens sapere incipit, atq; maturius agere, vulgo dicimus:

**39** *Tra comienza a tener asiento*, id est, iam inde fluctus animi subsident, atque deferunt. Ergo parentes ad Salomonem satis aptè: *Firmetur noster sermo in tuo corde*, id est, ne cum puerili natura, & moribus fluctuet, atque nutet: sed quasi iactis anchoris in tā mobili ( vt ita dicam ) elemento firmetur. Vel potius iam nunc iuueniles motus, & perturbationes conquiscent, vt vel sic doctrina nostra in animo hæreat, & firma sit. Solent enim quidam imprudentes, atque nugaces filii parentum monitis auctoritatem detrahere: *Sulen dezir, que sin vejezes*. Senum scilicet deliramenta. Solent etiam causare ipsos parentes, etiam cum iuniores essent, similia admisisse,

**Aristot.** *40* *F* *Suscipiat verba mea cor tuum*. Hoc est, non aure tantum, sed corde etiam monita nostra concipe. Ita enim accidit, vt iunioribus, quod vñica aure exceperunt, per aliam effluat. Propterea Bersabee, atque David ad filium Salomonem: *Suscipiat verba mea cor tuum*, id est, hoc fac, vt quæ à me audis, cordi altius imprimas. Septuaginta habent: *Firmetur noster sermo in corde tuo*. *Inquieta est, ac mobilis iuuenum mens* ( vt ait Aristot. lib. 2. Poli. ) *& animus semper fluctuat*. Hinc fit, vt in iuniorum animis difficilis obfirmetur, atque stabilatur doctrina: nam ratione, atque animo fluctuante cum ipsis etiam doctrinam, atque disciplinam fluctuare, & iactari necesse est. Quapropter cum adolescens sapere incipit, atq; maturius agere, vulgo dicimus:

**41** *Tra comienza a tener asiento*, id est, iam inde fluctus animi subsident, atque deferunt. Ergo parentes ad Salomonem satis aptè: *Firmetur noster sermo in tuo corde*, id est, ne cum puerili natura, & moribus fluctuet, atque nutet: sed quasi iactis anchoris in tā mobili ( vt ita dicam ) elemento firmetur. Vel potius iam nunc iuueniles motus, & perturbationes conquiscent, vt vel sic doctrina nostra in animo hæreat, & firma sit. Solent enim quidam imprudentes, atque nugaces filii parentum monitis auctoritatem detrahere: *Sulen dezir, que sin vejezes*. Senum scilicet deliramenta. Solent etiam causare ipsos parentes, etiam cum iuniores essent, similia admisisse,

& alia eiusmodi. Non ita (inquit David.) Sed *fulciat A verba mea cor tuum*. Ne scilicet elidas doctrinæ vim fallacibus rationibus, ne autoritatem documentis nostris adimas: sed contra, robora, & confirma, & auctoritatem illis concilia.

Ad extremum alij ex Hebræo legerunt, *sustineat verba mea cor tuum*, vel *sustentes*. Verba alicuius sustentare apud Latinos est eadem tueri, atque defendere. Quasi dicat. Nullis argumentis, vel rationibus, à meis documentis abducere. Roboam iuniorum quibusdam nugis, & fallacibus rationibus abductus, Salomonis parentis sui documenta deseruit, quod ruinæ illius causâ præbuit. Mitto alios. Et sanè filius parentum monitis tantum debet tribuere, ut sola illorum auctoritate nixus ea sustenteret, & tueatur. Nam sicuti locum habet illa ratio vetus, *et utrōcūq; ipse dixit*, qua vtebantur omni rationum loco Pythagoræ discipuli: vel maximè in parentum monitis. Nam quantumuis ipsi improbis sint, semper probos filios relinquere desiderant, atque adeò eisdem recta consulunt.

*Custodi precepta mea, & viues.* Vitam filiorum ab obsequio, & obseruantia parentum penderit sàpè alias docuimus, c. i. verl. 3. & alibi. Et quidem Deus ita decernens, ut filii obseruantes parentes, diutius viuerent, morosi autem, & contumaces citius raperentur: consultuit imprimis parentum auctoritatì. Nam præteriorum beneficiorum memoriam facile eximus omnes. Magnum beneficium est procreatum fuisse, & vita huius usuram à parentibus accepisse, sed præteritum: atque adeò ne sacerulis succedentibus huius beneficij memoria, quemadmodum alia rum rerum oblitteraretur, atque filii parentibus parum deferrent, decreuit, ut filiorum vita non solum quo ad primam productiōnem attinet, sed etiam, quod spectat ad conseruationem, & durationem ab obseruantia, & obsequio erga parentes penderet, ut præfens, atque recens beneficij memoria gratitudinem extorqueret. Propterea toties in scripturis Sacris vita longior filiis obedientibus promittitur: rebellibus autem mors maturior interminatur. At inquires, illa prior dependentia, seu causalitas naturalis est, hæc posterior moralis tantum. Sed quis obsecro ex eo, quod putaret sacramenta non physicè, sed moraliter gratiam efficiere: idè minus sacramentis detulit, minus coluit? Nemo sanè. Ergo licet patres moraliter tantum filiorum vitam conferuent, nihil minus honoris illis impendi debet, quam si physicè eandem conferuarent. Ac rursus hæc est etiam una causa, propter quam Deus tantum detulit parentibus, ut eorum benedictiones filii felicitatem afferrerent: maledicta verò, seu male precatioe eisdem misericordiam, & calamitatem asportarent. Iuxta illud: *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Ut nouerint filij, qui paternam fortasse euaserunt curam, & tutelam & diuitias adepti sunt, nondum se omnino paternam potestatem euafisse: immò adhuc ab ipsis ali, & nutriti, cum bona eorum paternæ sint benedictionis effectus: quæ bona, si benedictio in maledictionem commutetur, pereant necesse est.

Sed rursus alij illa verba: *Custodi mandata mea, & viues*, non de temporali vita, sed de spirituali accipienda esse docent. Ex his autem non nemo sic interpretatur: *Et viues*, vita scilicet rationali, & vita hominis. Nam puer quamdiu pueriliter agit, non dissidet ab irrationali quadam pecude: cum vero ratione, & prudentia ducitur, tunc denum rationalem, humanamque vitam age. re incipit. Propterea David ad Salomonem pueriliter agentem: *Custodi (inquit) mandata mea, &*

Tom. I.

*viues*, id est, *Començaras à viuir como hombre.* Reliqui de vita gratiæ accipiunt: iuxta illud Lucæ 10. *Hoc fac, & viues.*

Luc. 10.  
num. 28.

*V. Poside sapientiam, poside prudentiam: ne oblitiscaris, neque declines à verbis oris mei.*

*Poside sapientiam, poside prudentiam.* Hebraicè: *Eme sapientiam, eme intelligentiam.* In textu Septuaginta correcto desiderantur ista verba, sed leguntur in Complutensi. Habet etiam Diuus Hieronymus in Epist. 2. ad Nepotianum. Ait enim: *Poside sapientiam, poside intelligentiam*, & de cætero sequitur lectionem Septuaginta.

Hieron.

*Neque declines à verbis oris mei.* Septuaginta: *Neque despixeris eloquium oris mei.* Ad eundem modum Aquila, Symmachus, & Theodot. & in aliquo codice vtraque lectio coniungitur, ut admonet Scholiares codicis Vaticanæ. Septuaginta hoc modo: *Et ne declinaueris à verbis oris mei, neque despixeris eloquium oris mei.*

Diuus Hieronymus in prædicto loco hæc habet: *Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias, & pacificus bellatoris viri narret amplexus: Poside sapientiam, &c.* Quasi dicat; Obseruent, adnotentque parentes quomodo filii educandi, & fouendi sunt: Salomon enim expōnens parentis sui David delinimenta, quibus cum fouebat, & amplexus, quibus stringebat, non alios fuisse dicit, quam illa verba: *Poside sapientiam, &c.* Ac si diceret; Hæc erant illi pro osculis, pro amplexibus, & omnium deliciarum loco. Audiant qui in exosculationis, amplexandisque filiis toti sunt, qui eos indulgentissime tractant, neque virtutis aliquod documentum illis inquam instillant. Certè eo modo amplecti qui solet, filium enecat, haud dissimilis simia, quæ catulos suos stringendo necat. Non ita David, sed ad filium suum Salomonem hæc verba pro amplexibus, & pro delitiis dabat: *Custodi mandata mea, & viues, &c.* Ad id spectat anceps significatio verbi *pū Nasak*, quod est osculari, atque docere, quia scilicet nulla magis grata, atque mellita oscula filiis affigi possunt, quam cum docentur.

44

*E Poside sapientiam, poside prudentiam.* Verba sunt perspicua pariter, & emphatica: Nihil sanè parentibus antiquius esse solet, quam filios magnis opibus, atque possessionibus affluentibus relinquere: eodem tamen sapientia, atque bonis artibus ditare non curant. Contra eiusmodi parentes multa Chrysostomus homil. 20. ad populum. Augustinus sermone de auaritia. Basilius sermone contra auaros. David ergo de sui filii Salomonis educatione sollicitus non ita (inquit) poside diuitias, poside regnum: sed *Poside sapientiam, poside prudentiam*, Quasi dicat, nunc tibi bene per me consultum putabo (ô fili) non cum amplam legauerim hereditatem, sed cum sapientia, honestate, atque virtute locupletem effecero: *Poside sapientiam*, id est, hæc tibi omnium adinstar possessionum. Caterum quem sensum sortiantur ista verba magis accommodatum, dicam infra vers. 7. Ibi enim dicemus hæc verba: *Poside sapientiam, poside intelligentiam*, vel illud: *Eme sapientiam, &c.* iuxta familiarem scripturæ dicendi modum, atque veterem nubendi ritum idem esse, ac si diceret: sapientiam coniugio tibi arctissimo copula. Sed hæc deinceps.

Chrysost.  
August.  
Basilius.

*F* Interim dico ad illud: *Eme sapientiam, eme intelligentiam, sapientiam, & disciplinam erit tempore*, ut docuimus suprà cap. 2. verl. 1. ex Laertio. Aptè ergo David ad puerum Salomonem: *Eme sapien-*

45

47

L ij

tiam, &c. Quasi dicat, sapientia tempore coëmitur; nunc ergo à pueritia, cum tibi satis temporis suspetit comparare illam incipe, tempus arripe, & ne illud abire permittas, sed adipiscenda, atque emenda virtuti illud impende.

48 *Et ne declines à verbis oris mei.* Suadet Dauid Salomoni filio, vt verbis suis omnino adhæreat, atque præcepta sua ad amissim teneat.

Septuaginta habent: *Et ne despixeris verba oris mei.* Iuniores filij verbis parentium, qui iam senio confessi sunt, parum deferre solent: parum enim mouet adolescentem doctrina, vbi non adest coætio, & vis, quam senex iuueni inferre non valet. Ergo Dauid Salomonem iuuenem senio confessus aliquoq[ue]s ait: *Ne despixeris verba oris mei.* Despicientia, & contemptus moniti paterni criminosa est valde iuueni. Ad alia.

*VI. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te.*

*Hieron.* **N**e dimittas eam, & custodiet te. Septuaginta. Et adhæribit tibi. Aquil. Symmach. & Theod. Et custodiet te, vt vulgata. **D.** Hieronymus Epist. 1. ad Nepot. Et apprehendet te. Et in Ezech. c. 18. *Ama illam, vel dilige illam, & cōseruabit te.* Hugo obseruat quosdam legisse. *dirige eam, id est, docce alios.* Et seruabit te. Chald. Et proteget te.

49 Sententia horum verborum facilis est: *Ne dimittas eam.* Aptè ad iuuenem Salomonem Dauid, id est, ne tempus hoc iuuentutis abire permittas, quo licet tibi sapientiam adipisci: *Et conseruabit te, id est, vitam producet tuam.* *Dilige illam, impensis videlicet adama:* *Et conseruabit te,* repetitio est præteritæ sententia. Hæc est communis interpretatio.

Caterūm, quia tam illis verbis antea cœtis: *Posside sapientiam, &c.* quam illis, quæ statim sequuntur: *Principium sapientiae, posside sapientiam: iuxta proprietatem sermonis Hebraici, suadetur Salomon à Parente, vti eam in matrimonium sibi copulet (vt statim sequenti versu latius probabo.)* Eundem ad sensum referēda sunt verba ista. Cum enim præmiserit: *Posside sapientiam, id est,* duc illam in coniugem: appositè ad cœptam similitudinem addit: *Ne dimittas eam.* Quasi dicat, ne illius ducendæ occasionem nactus illam abite patiaris: quod si seruē duxeris, nunquam repudies & custodiet te, vel (vt habent etiam alii) custodiet cor tuum. Quod apte dicitur ad coniugis, vel vxoris munus: ipsi enim custodia domus demandatur. Quasi dicat. Ne vñquā sapientia atque virtuti, quam fæmel duxisti, nūtium remittas, vel domo eiicias; Nam domus cordis tui custodiā suscipiet, & domesticas animi tui res perageat. Septuaginta habent: *Ne dimittas eam, & parabit tibi.* Ne videbet repudiare, aut reiicere tu velis, ipsa enim fidelissima coniux est, & quoties ipsa opus habueris, ad nutum tibi parebit, semper tibi præsto aderit, nunquam discedet. Vxores alia solent quidem maritos relinquere, & adulteros sequi: Sic etiam alia temporalia bona ab uno ad alium de migrare confuerunt. Non ita sapientia atque virtus, &c. Addit

50 *Dilige eam, & conseruabit te, id est, eam impensis adama, & te tuebitur.* Hanc, atque præteritam sententiam iuxta vulgatam lectionem sic accipendas existimo. Mariti quidem proprium est vxorem tueri, asseruare, & custodire, non è contra. Ut ergo ostendat Salomon, quam præstet hæc vxor (scilicet sapientia) cæteris vxoribus, addit: *Ne dimittas eam.* Non enim, vt accidit in aliis vxoribus ne-

cessum erit illam custodire: Sed ipsa potius, custodiet te: *Ama (inquam) illam:* non enim opus erit ipsam asseruare, & tueri: sed ipsa potius asseruabit, & tuebitur te. Ad id verò spectat lectione Paraphrasis Chaldaici: *Ama illam, & proteget, seu obnubrabit tibi.* Verbum protego, obumbro, & alia eiusmodi planè sunt maritalia, vt late docuimus in c. 2. Cantic. vers. 1. ad illa verba: *Sub umbratilius, &c.* Subiicio aliqua ex multis exemplis. Exechielis 16. *Expandi amictum meum super te.* Et Ruth 3. *Ego Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es,* &c. Vide

**B** ibi multa de ritu veteri regendi vxores. Ergo cum Dauid ait ad Salomonem filium: *Ama eam, & proteget te:* perinde est, ac si dicat; Adama illam ardenter (ō fili) non enim opus erit, vt tu mariti in morem illam protegas, sed ipsa potius viri partes suscipiens proteget te, teque amiciet, & obnubrabit.

Ezecl. 16.  
Ruth 3.  
num. 9.

*VII. Principium sapientiae, posside sapientiam: & in omni possessione tua acquire prudentiam.*

**P**rincipium sapientiae, posside sapientiam. Hebr. *Principium sapientiae, eme sapientiam.* Est enim etiam hic verbum ἐμε Kanach, vt supra. Chald. *Initium sapientiae, &c.* Tigurina: *Ante omnem cognitionem compara sapientiam.* Vatab. *Per principium sapientiae cōpara sapientiam.* Et in omni possessione tua acquire prudentiam. Hebraicè: *Eme prudentiam.* Vt suprà.

51 Priora illa verba: *Principium sapientiae, posside sapientiam,* diuersos ad sensus alliciunt Interpretes. Hugo sic exponit: Principium sapientiae futuræ posside, id est, acquire sapientiam præsentem: nam ille, qui sapientiam adire incipit, plurimum ad ipsam comparandam fecit. Iuxta illud: *Dimidium facti, qui bene caput habet.* Vel aliter per sapientiae principium, id est, per timorem Dei, qui dicitur initium sapientiae, & per concupiscentiam sapientiae, de qua Sapientia 6. *Initium sapientiae est verissima discipline concupiscentia:* pertinges certè ad sapientiam. Rodolphus: *Accipe principium sapientiae, &c.* id est, primam, & præcipuam curam impende sapientiae paranda. Iansenius hanc sententiam in concordiam adducit, cū illa: *Principium sapientiae timor Domini.* Ita vt vtrumque dicatur sapientiae principium, licet vnum altero prius sit. Vel aliter (inquit) inter prima sapientiae præcepta, hoc est maximum, possidere sapientiam, vel emere dispéndio a iarum rerum. Caietanus præmissas etiā duas sententias concordia redit, atque hanc: *Principium sapientiae posside sapientiam,* sic accipit. Tunc sapere incipes, cum sapientiam emeris. Ego vero nomine Principij vel initij ad præstantiam, & dignitatem reuocandum esse crediderim iuxta ea, quæ dixi de hoc nomine cap. 1. ad illa verba: *Initium sapientiae timor Domini.* Ita vt sensus sit, *Principium sapientiae, posside sapientiam.* Id videlicet age, quod caput est, atque principium ad sapientiam parandam. Itaque principium non est hic exordij, sed dignitatis nota, vt statim luculentius apparebit.

52 Prima ergo expositio huius loci est Lyra, qui possidere, vel emere sapientiam, nihil aliud esse docet, quam pretio, vel obsequio sapientem Doctorem comparare, à quo quis præcepta discat. Caietanus, Hugo, Iansenius, & Rodolphus: *Sapientiam possidere, vel emere,* id esse docent aliorum bonorum dispendio, atque iætura honestatem, & virtutem in vniuersum quærrere. Addo etiam tertiam

Plato.

expositionem. Plato in Thæteto longè diuersa esse dicit hæc duo, scientiam habere, & scientiam possidere, his verbis: *Haud sanè possidere scientiam id est, quod habere videtur; ceu si quis empta ueste illam seruans, & uti arbitratu suo potens, non tamen eam ferens: habere quidem illam minime confitetur, sed possidere dicimus.* Itaque possidere est dominii: habere autem usus vocabulum. Ille possidet scientiam, qui tenet mente: ille habet, qui vtitur. Ergo iuxta hunc sensum exponere licet verba præmissa: *Principium sapientie, posside sapientiam*, id est, possidere sapientiam, eam scilicet, atque eius præcepta mente iam tenere, principium est eiusdem sapientie habitæ, hoc est, ad usum, exercitiumque perductæ. *Posside ergo* (ait Pater ad puerum Salomonem) *sapientiam*, id est, iam nunc à puer illam mente concipe, vt cum adolescentis, eam habere, id est, exequi, & exercere possis.

Cæterum aliam subesse hisce verbis sententiam reor. Praemittere autem oportet verbum ηποντικην, quod est emere, vel acquirere, ad coniugia spectare. Hinc est illud Oœœ 3. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis.* *Fodi* (inquam) id est, emi. In ea significatione ponitur Genes. 50. *In se-  
num. 5. pulchro, quod fodi mihi in terra Chanaan,* id est, Iosue vlt. emi. Nam de eodem sepulchro Iosue ultimo scribitur: *Offa Ioseph sepelierunt in Sichem in par-*

Oœœ 3. n.2

Genes. 50.

In se-  
num. 5.

Iosue vlt.

nu. 32.

Deuter. 2.

num. 6.

Isidor.

Ribera.

Boëtius.

Brißon.

55

Act. 20.

nu. 28.

*te agri, quam emerat Iacob à filiis Hemor.* Et Deuteronomij 2. *Aquam emptam haurieris, & bibetis.* Hebraicè: *Et aquas fodietis ab eis argen-*to. Vnde Pagninus pro illis verbis: *Fodi eam mihi,* conuertit: *Possedi eam mihi.* Isidorus clarius: *Emi eam mihi.* Locus vero lucem accipit ex antiquo more celebrandi nuptias per coëmptionem. Vide multa apud Patrem nostrum Ribera in eum locum Oœœ, & his plura, quæ nos contulimus in cap. 8. Canticorum ad illa verba: *Si dederit omnem substaniam suam pro dilectione,* &c. Res est satis nota, de qua Boëtius in Topica Ciceronis, Brisson. de formulis connubiorum, & alijs plures. Itaque exploratissima res est verbum *emo*, ad nuptias pertinere. Addo etiam verbum *acquiro*. Actorum 20. *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo,* id est, quam sanguine suo coëmptam duxit sponsam.

His positis sententia huius loci est luculenta: *Principium sapientie, posside (vel) eme sapientiam.* Quasi dicat; Id age, quod caput est, atque maximum in sapientia conquirenda: eam tibi tanquam sponsam coëmptam connubio stabili adiunge: *Et in omni possessione tua acquire prudentiam,* id est etiam si opus fuerit ad eam sponsam emendam omnia tua bona profundere, & pro illa commutare, libenter impende. Hæc expositio cæteris præferenda est, qua melius cum reliquo neclitur contextu.

56

At quid est (inquires) sapientiam sibi coniugio adiungere, quod initium, id est, præcipua sapientie pars esse dicitur? Utque sapientie, id est, honestatis nubere est ipsam sibi arctius copulare, scilicet exercitatione, & usu ad habitum perducere. Nam quo usque virtus ex habitu exercetur, nondum connubiali vinculo, ad coniuvendum (si licet dicere) adstringitur: adeo aliquando, sèpè tamen hominem deserit. Sic explicat hominis, atque sapientie connubia Olympiod. in Ecclesiastem, cap. 9. *Mystico* (inquit) *intellectu sapientia* *vix nostra dicitur ad coniuvendum* D. Augustinus aliter exponit hæc coniugia de Genesi contra Manich. lib. 2. c. 13. Cum enim doceat in illam quid dare posse id, quod Ada-

Olympio-

dorus.

August.

Tom. I.

A mus ad Euam dixit: *Hoc nunc os de ossibus meis & caro de carne mea, subdit in hunc modum: Os de ossibus propter fortitudinem, & caro de carne propter temperantiam: haec namque due virtutes ad inferiorum animi partem, quam prudentia rationalis regit, docentur pertinere.* Itaque sapientie, id est, honestatis, atque hominis coniugia in eo ponit Augustinus quod ita sit arcta utriusque copulatio, ut os ex ossibus, & caro de carne dici possit ab homine, quia nimur ab illa temperantiam, & fortitudinem, aliasque virtutes sibi accersat. Idem alibi de eiusmodi hominis, atque sapientie coniugio agens, cum docuissest inter animum, & carnem quasdam versari nuptias, ita demum addit in cap. 1. Ioan. tra. 2. *Ponitur caro pro uxore, quomodo & aliquando spiritus pro marito:* *Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista seruire.* Nam ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. *Quid peius domo, ubi femina habet imperium super virum?* &c. Ac demum post multa docet, quod quemadmodum olim Abraham Patriarcha plures duxit, ita accidit spiritui: non enim unam uxorem sibi copulat, sed duas, carnem scilicet, atque sapientiam (Agar nimur atque Sarai.) Hæc enim sapientie, illa carnis gerit imaginem. Et quidem Sara, quæ sapientie, atque virtutis simulacrum præbet, domina est: Agar autem, quæ carnem refert, ancilla: & quemadmodum Saræ industria, atque consilio ancilla cum suo filio domo pellitur ita etiam sapientie, & honestatis opera caro, atque carnis illecebræ ex homine truduntur. Mitto alia:

Sed cur (inquieris) coniugium istud ex illis esse dicitur, quæ coëmptione proficiebantur: *Principium sapientie, eme sapientiam, & in omni possessione tua eme prudentiam:* Scilicet, ut ostendat omnium aliarum rerum iacturam libeter subire oportere ad sapientiam, virtutemque comparandam. Quidam existimant ea matrimonia, quæ coëmptione olim celebabantur, similia esse his, quæ nonnulli hodie contrahunt, uxores suas dotantes. Quod ita quondam accidisse suadent illa verba Sichem filij Hemor Regis ad filios Iacob pro Dina Genes. 34. *Auge domini, & munera postulate, tantum date mihi pueram hanc uxorem.* Erit ergo sensus: *Eme sapientiam, & in omni possessione tua eme prudentiam,* id est, eam tuis omnibus facultatibus dotis nomine traditis tibi adiunge: sic vero fiet, ut omnia tua in sapientie potestate transirent. Quid inde? Subiicio. Quemadmodum bona dotalia, vel expendere, vel alienare marito non licet, nisi accedit uxoris consensio: ad eundem modum existimare debes, si sapientie, & honestati omnia tua dotis nomine tradideris, nihil omnino in his, quæ possides tibi licere, nisi consulta sapientia, id est, ex honestatis virtutique consensu.

F VIII. *Arripe illam, & exaltabit te: & glorifica-  
beris ab ea, cum eam fueris amplexatus.*

A *Arripe illam.* Hebraicè: *Exalta illam.* Sic habet Chaldaeus. Tigur. Euchito ipsam. Pagninus: *Magnifica ipsam.* Verbum est לְלֹא Salal, quod est propriè exaltare, vel sternere viam quod sit, vel aggesta terra, vellapidibus stratis. Septuaginta: ἀριψασθαι, id est, *Aggeribus circunda illam.* Sic habet Complutensis. Textus vero correctione sincerius: *Circunda illam.* Sic legit D. Hieronymus Hieron. in ea epistola ad Nepotianum. Et quidem verbum præmissum propriè significat circundare, aut circūscificare, vel quod alias dicitur verba re, id est, vrbe

L iiij

57

58

59

Genes. 34.

60

aratō metare iuxta veterem morem eorum, qui A  
v̄rbes condehant.

*Et exaltabit te.* Glossa quādam Hebræorum sic conuertit: *Et deducet te equitantem in c̄los.* Et glorificaberis ab ea cum fueris amplexatus. Hebræa nō diffident. Chald. *Amplexare eam, ut glorificet te.* Se-p̄tuaginta: *Honora eam, ut te amplexetur.*

61  
Rabi A-  
benhezra.  
Psalm. 67

Baynus.

Rabi Abenhezra, à quo non recedit Rodolph. Baynus locum istum lucem mutuare docet ex alio loco Psalm. 67. qui sic habet: *Iter facie ei, qui ascendet super occasionem,* qui si verbum ex verbo redas, sic efferendus est: *Exaltate eum, qui ascendit super occasionem, &c.* Quamuis enim verbum illud 47 salat, non eodem modo interpretentur Rabini: tamen ex sententia Kimhi, vtrumque significat *Elevare, & exaltare:* & vtrobique etiam intelligit viam, etiamsi subticeatur. Itaque sensus est: *Exalta illam,* id est, exaltatam per viam ducito, vel iter illi facito. Ad id verò pertinere docet Baynus lectionem Septuaginta: *Aggeribus circunda illam, vel potius ageres sterne illi.* id est, viā aggesta terra eidem sterne. Et quidem iter facere sapientiæ, nihil aliud est, inquiunt, nisi incedere, aut pergere per sapientiæ, atque honestatis vias, vel sapientiæ sibi tanquam viam substernere. Vel aliter: *Fac iter sapientiæ,* id est, expeditam, atque sublimem viam sternere illi, ut vagari posit per regnum tuum. Caietanus alium ad sensum vocat: *Exalta illam.* Quasi dicat, res maximi ponderis est sapientia, nec sine ingenti labore exaltatur: sed tamen exalta illam, & vicissim exaltabit te.

62

Cæterum cum istæ Interpretationes in vulgatam lectionem non cadunt, parum illis tribuendum esse censeo. Ergo vulgatam nostram lectionem expendens Hugo Cardinal. sic addit: *Arripe illam,* id est, ad terape, nimis vel rapacis instar auis illam, sicut prædam nobilissimam inuade, & comprehendere aut tanquam prædo violenta manu illam capta. Quæ omnia celeritatem, & vim in parandam sapientiam conferendam esse significant. Lyra verò ad velocitatem refert alio modo: *Arripe illam,* id est, festina ad ipsam. Iuxta illud yatis: *Turbataque arripe castra.* Subiicio meam coniectaram.

63

Cum supra docuerim Dauidem similitudine coniugij arctam cum sapientia coniunctionem filio suassisce, adhuc eandem similitudinem vrgere existimo, nec ab illa discedere. Præmittere autem oportet apud Hebræos olim in more positum fuisse, ut sponsus suam in domum traduceret sponsam. De qua re multis egi in cap. 1. Caht. ad illa verba: *Trahē me, post te curremus, &c.* Hæc vero traditio fieri solebat ad hunc modum. Sponsus è domo paterna eductam sponsam, curru vectam si diues magna cum pompa, & apparatu: si pauper, peditem in domum referebat suam. Vide multa ibi de hoc ritu Hebræorum, & gentium. Sed accipe interim unum, vel alterum locum Iudicium 22. *Post hunc iudicauit Israhel Abesam, de Bethleem, qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emitens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit uxores introducens in domum suam.*

Judic. 12.

Psalm. 44.  
Hieron.

*Et secundum translationem Hieronymi: Adducentur Regi virgines post eam: adducetur in letitia, & exultatione, adducentur in palatium Regis.* Hinc natus ille dicendi modus: *Ducere uxorem, pro coniugio sibi eam adiungere.* Ergo præfata verba talem sententiam reddunt: *Arripe illam, siue exalta illam, siue iter illi sterne,* id est, traducito illam tanquam dilectissimam sponsam in domum tuam: *Arripe (inquit) illam,* id est, ad terape, & assūme: *Exalta illam,* potest referri ad

currum, quo vectam sponsam transmittere solebat coniuges. *Iter facito illi,* id est, iter illius expedi, & appara, quo traducenda est. Omnia in idem recidunt. Cum igitur hæc interpretatio aptius in vulgaratā, & in omnes alias lectiones c̄adat, cæteris præferenda videtur. Lectionem Septuaginta ad extremum expendam, & ad eandem sententiam vocabo. Prior igitur loci istius pars talem sensum reddit.

*Arripe illam, & exaltabit te.* Id est, sapientiam, atque honestatem dilectissimæ in morem sponsæ in dominum tuam, id est, in certum transfer. Et quidem aptè usus est Interpres voce illa, *Arripe, ut ocyus,* atque maturius ab adolescentia assumendam esse significaret. Nam verbum *arripio*, celestem rei captationem sonat. Illud etiam Persis usu venisse quidam narrant, ut tunc cum primum sponsa è domo paterna educebatur, à sposo per vim è matris gremio raperetur. *Qua ratione consulebat* virgo suæ pudicitæ, dum se per vim ad nuptias abduci ei ratione significabat. Consule Brissonium in libro de regno Persico. *Quem morem Hebræos etiam imbuisse non ambigo;* nam communes terè utriusque gentis Hebraicæ, atque Persicæ consuetudines fuisse nemo ignorat. Ergo iuxta illum morem Dauid ad Salomonem: *Arripe (inquit) illam.* Quasi dicat, vi opus est ad sapientiam, & virtutem parandam, haud enim seipsum in manus dat: abiendi possit, & à difficultatum plurimarum, quibus hæret, gremio per vim auferenda: *Et exaltabit te,* id est, magnificabit, decorabit te.

Secunda lectio est: *Exalta eam, & exaltabit te,* quæ de traductione accipi posse iam dixi, quia currū, aut retro aliquo sublata spōsa in dominum coniugis deferebatur. Sed quis inquires, currus iste, quo virtus in animam inferenda est? Diuus Macharius Senior in hom. 15. bonam conscientiam currui composuit, qui bona omnia in animam importat, mala autem exportat. Hoc ergo currū ad sapientiam, & honestatem sponsæ instar in animam inducendam hominem ut debere non inepte dicemus, bona scilicet conscientia. Ad hæc Ambrosius ex qua-

D  
tuor virtutibus cardineis quadrigam, id est, quatuor rotis, & quatuor equis instrūtum currum compingit in lib. de Abel, & Cain. Basilius ex charitate erga Deum, & proximum bigam conformat in lib. de Virgin. Ambrosius alibi in Psal. 18. in anima bigam contemplatur propter intellectum, & voluntatem, quæ inter se copulatæ, & cohærentes nihil non mouent, omnes isti currus quadrigæ, & bigæ accommodati, habilesque sunt ad sapientiæ, & honestatem sponsæ ritu in dominum cordis traducendam. Rursus appositæ ad ista subiicit: *Et exaltabit te.* Vel ut supra ex Hebræorum paraphras: *Deducet equitantem in cælū.* Sic enim duæ sententiae optimè concinunt. Quasi dicat, illam currus sublatam in dominum tuam, in animum videlicet transfer, atque ipsa vicissim te similiter sublatū in cælum inducat.

E  
F  
Hoc est sine labore aliquo, vel molestia te in cælum euehet. Vel aliter ad honoré, atque decorem referri potest. Equo enim non vntuntur, nisi ingenui, atque nobiles. Itaq; ait: *Deducet te equitantem in cælos,* id est, tibi gloriam, & decorem afferet, ac sic demum in cælum gloriosum vñet, ac beabit.

Extrema lectio est: *Iter facito ei, seu viam sterne,* vel complana. Dixi supra sponsas currus vectas traduci à diuitibus: à pauperibus vero pedites. Hæc ergo lectio referri potest ad pauperes. Ne quis enim causetur bonorum spiritualium paupertatem ad sapientiam ad se sumendam, aptè ad ipsum dicitur: *Iter facito ei,* id est, tantummodo ipsi iter expedi, pedes enim peditem sequetur, non opus currū, aut pompa. Hæc vero sententia in illos quadrat, qui

65

66

Machari.

Ambros.

Basilius.

67

68

virtutem cum labore exercent. Hi enim pedites ( si licet dicere ) peditem ad se virtutem trahunt.

**Baynus.** Circa lectionem Septuaginta, Aggeribus circumda illam, & exaltabit te. Rodolphus, Baynus, nihil ab illa dissidere dicit, iter facito ei, quia οὐχ οὐχίον, ita interpretatur, Aggerem, aut cum uim terræ iacere ad viam sternendam. Si vero, ut sonant, accipiuntur ista verba, ad custodiam sapientiae, & honestatis referenda sunt, Aggeribus circumda illam, id est muni vndeque, ne expugnetur. Et quidem terræ aggeribus muniendam esse dicit, id est, terrenarum rerum obiectu. Quod vero alii legunt, **B** Circumscarifica illam: quo vulgo dicit descarnar bonum ad sensum vocari potest, ut scilicet doceat veram sapientiam, & spiritualem à sapientia carnis sperandam, & expediendam. Nam sapientia carnis inimica Deo est, id est, honestatem ab omni carnali affectione denudandam, & decarnandam. Adde etiam οὐχίον, conuerti posse: aratro circum circa ducito, ut ad metandam urbem fieri consuevit, quas metas aratro notatas prætergredi capitale erat olim. Adeundem ergo modum liceat sic accipere: sapientia, atque virtute sic temetipsum circumscrive, quemadmodum urbes aratro, ut terrinos, atque metas illius tibi egredi capitale sit. Sed haec acuminis aliquid, roboris parum habent. Quod si lectionem illam sincerè teneamus, quam

**Hieron.** Diuus Hieronymus sequitur, Circumda illam, & exaltabit te, à concepta nuptiarum similitudine non abluet, Circumda, id est, ambi illam. Sic interpretantur quidam illa verba, Fœmina circumdabit virum, id est, non ut fieri solet, fœminam vit, sed è contra virum fœmina ambiendo petet. Ait ergo, circumda illam, id est, ambi, atque pete illius nuptias, vulgo dicimus rondarla. Ad hunc locum respexisse crediderim Augustinus sermone 246. de tempore, cum ait, Amare vultis & amate sapientiam, ambi ut eam assequamini.

**August.** Et gloriaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, id est, te gloriosum reddet, cum eam tanquam sponsam charissimam amplexibus dulcissimis strinxeris, id est, tunc cum demum illi nupseris. Nam nuptias osculo, & amplexu ritu publico celebrari alias docuimus in Cant. cap. 1. De his sapientiae amplexibus eleganter Diuus Augustinus in præmisso loco, Nullanemorum amœnitas, nulle florum purpura, nullus vel naturalis, vel adhibitus carnis ornatus, nullus quarumlibet chordarum, atque tibiarum sonus, nulli complexus pulchritudini, inspiratio, dulcedini, fomento, & amplexibus sapientia conferuntur Hugo Cardinalis, Cum eam, inquit, fueris amplexatus, tanquam rem amatam duobus brachis actionis, & contemplationis. Septuaginta conuertunt hanc sententiam, Honora eam, & amplexabitur te. Et quidem utraque lectio copulata notat vicissitudinem amplexuum, atque honoris. Quasi dicat, Honora eam, & amplexabitur te. Ac ruris vicissim amplexare eam, & honorabit te. Hæc enim est lex coniugij, ut honor, gloria, decora, & stemmata omnia ab ipso in sponsam, & rursus ab sponsa in sponsum transeat.

IX. Dabit capiti tuo argumenta gratiarum : & corona inclita proteget te.

**D**abit capiti tuo argumenta gratiarum. Hebraicè, Dabit capiti tuo copulam gratiae. Caetan. Societatem gratiae. Chaldeus, Et ponet in capite tuo pulchritudinem gratiae. Septuaginta, Ut det capiti tuo coronam gratiarum,

Tom. I.

**A** Et corona inclita proteget te. Hebraicè, Et diademata decoris muniet te. Chaldeus, Corona decoris erit super te. Septuaginta, Corona autem delitiorum proteget te. Aquila, gloriationis. Symmachus, glorie. Theodotus, decoris. Pro illo verbo proteget te, est Tamanicha, id est, scutabatur super te. ( si licet dicere ) id est, scuti instar proteget.

Circa sententiam prioris Emiliychij Caietan. sic habet, Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, id est, te amabilem, & gratiosum reddet aliis. Hæc vero augmenta gratiae vel fauoris, propterea capiti addenda esse dicit, quia rationalis pars ( inquit Caietanus ) quæ perficitur sapientia, in capite sita existimat. Quasi dicat, propter caput tuum gratiam omnium inibis, id est, propter sapientiam tuam. Hispanè diceremus, Por tu buena cabeca. Hærent Caietanus, & Rodolphus. Sed Iasenius & Lyra per hec gratiarum augmenta capiti addita coronam accipiunt, quæ capiti splendorem, atque decus conciliat Septuaginta mentem sectantes, sic enim habent, Ut det capiti tuo coronam gratiarum. Quapropter Lyra postremam partem expendens, Et corona inclita proteget te. Coniunctionem, & putac capiendam esse pro, id est, hoc modo, Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, id est, corona inclita proteget te. Verum hi, qui præfata verba de corona interpretantur, de sensu illorum non idem iudicium ferunt.

**C** Lyra sic habet, Antiquitus dabantur corone sapientibus in signum, quod ab aliis deberent honorari, & in periculis adiuuari, atque id est consulto à Salomonе dictum existimat, Corona proteget, ac muniet te. Sed tamen licet constet sapientes olim coronis donari solitos ex oliua, vel myrto, vel lauro: hic gentium mos, non autem Hebreorum fuit: atque adeo inepte ad verba Salomonis exponenda traducitur. Rursum non satis liquet coronas eiusmodi, quibus apud gentes docti gaudebant, ad id donari, ut in periculis defenserentur. Quapropter non assequor, unde id coniectari potuerit Lyra: nisi forte nomine corona Cydarim intellexit. Hanc enim sapientum insigne olim fuisse ex cap. 3. lib. 4. Esdræ coniici potest, ubi sapientiori Cydaris byssina, torques promittitur circa collum, propter sapientiam suam. Et quidem cydari, vel diademata tiaram obligare solebant sapientes apud Persas, ut docet Brissonius in suo libello de regno Persico. Ita que cum cæteris tiara simplici vti licet, addebant sapientes cydarim byssinam. Atque adeo non inepte dici potuit capitis additamentum. Sic habet lectio originalis, Et dabit capiti tuo additamentum gratiae. Exploratum est etiam quosdam pro corona diadema conuertisse, est enim vox hatar, pro qua interpres noster sepe transtulit diadem. 1. Cant. 3. 2. Reg. 12. & alibi. Sed licet alij Persorum mores Hebreos imbuerint, imprimis nescio, an his ad Hebreos etiam migraverit. Deinde non quadrat in reliquum contextum. Iansenius ergo ad allegoriam se contulit. Sic enim ait, Sapientia erit tibi pro diadema, & corona, sicut enim diadema gratum alioqui, & pulchrum caput nouo decore, & gratia cumulat, sic sapientia homines gratos, & honore digniores reddit. Rursus corona est regni insigne: per sapientiam vero homo sui ipsius, atq; vitiorum Rex constituitur, & alia eiusmodi asserit. Cæterum præmissa verba sapientiam pro corona, aut diadema futuram esse non dicunt; sed ab illa coronam reddendam, atque imponendam affirmant, Et dabit capiti tuo augmenta gratiarum, &c.

**F** Quapropter facilior, atque planiot sensus evadit hoc modo. David alloquitur Solomonem si-  
L. iiiij  
**E** Et Brissone in suo libello de regno Persico. Ita que cum cæteris tiara simplici vti licet, addebant sapientes cydarim byssinam. Atque adeo non inepte dici potuit capitis additamentum. Sic habet lectio originalis, Et dabit capiti tuo additamentum gratiae. Exploratum est etiam quosdam pro corona diadema conuertisse, est enim vox hatar, pro qua interpres noster sepe transtulit diadem. 1. Cant. 3. 2. Reg. 12. & alibi. Sed licet alij Persorum mores Hebreos imbuerint, imprimis nescio, an his ad Hebreos etiam migraverit. Deinde non quadrat in reliquum contextum. Iansenius ergo ad allegoriam se contulit. Sic enim ait, Sapientia erit tibi pro diadema, & corona, sicut enim diadema gratum alioqui, & pulchrum caput nouo decore, & gratia cumulat, sic sapientia homines gratos, & honore digniores reddit. Rursus corona est regni insigne: per sapientiam vero homo sui ipsius, atq; vitiorum Rex constituitur, & alia eiusmodi asserit. Cæterum præmissa verba sapientiam pro corona, aut diadema futuram esse non dicunt; sed ab illa coronam reddendam, atque imponendam affirmant, Et dabit capiti tuo augmenta gratiarum, &c.

Quapropter facilior, atque planiot sensus evadit hoc modo. David alloquitur Solomonem si-  
L. iiiij

72

73

74

75

Cant. 3. 2.  
Reg. 12.

76

77

78  
lium, cui paterni regni successio iam tunc parabatur, atque ad eō suadet illi sapientiam & honestatem, ut colat: sic enim sicut, ut facili negotio regnū, & paternam coronam, quam habebat in vobis asseretur. Quasi dicat: Hæc sapientia, quam tot documentis tibi intimo, Dabit capiti tuo additamentum gratia, id est coronam gratiæ, siue gratiosam, per hanc nimurum communis omnium gratia, & gratulatione, coronam, regnum consequeris, Dabit tibi, quasi dicat non tam parentis est regnum filio legare, & haeredem relinquere, quam sapientiæ, atque virtutis (hæc enim tibi, vel me reluctante regnum, & coronam addicet,) Et corona inclita protegente, id est tuebitur, atque muniet. Nam corona, & imperium, quod in aliis periculose est, alex plenum, & securitatis expers, te muniet, tuebitur, atque securitate donabit. Hanc esse literalem huius loci expositionem reor. Sed si Septuaginta interpretum lectionem sequamur, in primis dicebit in hunc locum conferre multa ex his, quæ cap. 1. vers. 6. scripsimus de corona Charium seu Gratiarum, & de corona immarcescibili, seu amaranthina. Lege ibi.

79  
154. 63.  
num. 10.  
Cant. 3.  
num. 11.  
  
Eccl. 32.  
  
His positis si coronam deliciarum, de nuptiali accipiamus, addendum est id, quod docuimus in cap. 3. Cant. ad illa verba, Egrediemini filii Sion, &c. vbi quibusdam argumentis adducti decreuimus sponsam ab sposo, & hunc etiam ab sponsa in vicem coronari solitos. Quapropter cum superiora verba de nuptiis cum sapientia copulandis interpretati simus, apposite satis ad hanc similitudinem subdit David filium Salomonem alloquens, Et dabit capiti tuo coronam gratiarum, & coronam deliciarum, id est nuptialis, proteget te, tanquam sponsa sponsum. Et quidem ea similitudine coronæ sponsalitæ regiam coronam significare, & adumbrare voluit. Itaque exprimenda est sententia per comparationem. Sicut sponsa sponsi sui caput corona speciosa vincire solet: sic sapientia

A atque honestas si eam duxeris, capiti tuo regiam coronam imponet. Quod si vrgeas ex his testimoniis, quæ ibi adduxi, solum euinci sponsam ab sposo corona donari solitam, non autem è contra. Nam Ezechielis 16. vbi Deus sponsi personam induens Hierosolymam tanquam sponsam affatur, sic ait, Et dedit in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et Cant. 4. sponsus ad sponsam, Veni de libano, veni corona beris, &c. Respondeo inde elici elegantiorē sententiam: nam ut David huius sponsæ excellentiam, & præstantiam declareret, addit, Capiti tuo dabit coronam gratiarum, &c. Quasi dicat, cum alias sponsas sponsas coronis donare soleant, hæc è contra, si eam sponsam duxeris coronam capiti tuo imponet. Addo etiam, quod certius, ac verius est, sponsas à matribus suis olim coronari, ut testati videntur tum locus Canticorum, Vide Salomonem in corona, qua corona iste um mater sua in die desponsationis illius, &c. cum alias Euripidis in Iphigenia, quam eius mater Clytemnestra nuptui se daturum dicit his verbis, Attamen coronans eam: adduxit tanquam nupturam tibi. Ergo cum Salomon ad coronam parandam, & adipiscendam totam in matre sua Bersabee spem collocasset, quam nouerat & parente ceteris vxoribus præferri, & ab eadem se cum primis diligenter expertus fuerat, ut constat ex lib. 3. Reg. cap. 1. sic pater David ad ipsum. Sapientia, & honestas, quam sponsæ loco ut haberet, haec tenus suas, Dabit capiti tuo coronam gratiarum, &c. quasi dicat; Sponsum coronare maternarum partium esse consuevit: sed si tu sapientiam duxeris, hæc longè certius, quam mater tua, in quam haec tenus spem contulisti, te corona circumdabit regia, id est, regni tibi summam addicet.

80  
Qod si de coniugal corona accipias illud, Corona deliciarum proteget te, ad eundem quidem modum per similitudinem sententia efferenda est, id est, quemadmodum communi omnium gratia coniuij Rex, aut synposiarcha creator, & corona insignitur in potestatis argumentum (id sibi volunt illa verba Ecclesiastici, Et ornamentum gratia accipies coronam, id est, ex gratia, & benevolentia coniuarum coronam assequeris coniuij Rex, seu rector creatus.) Sic tu sapientiæ, & honestatis operi obtinebis, ut cōmuni omniū procerū acclamatio, & congratulatione coronam consequaris, Et dabit capiti tuo coronam gratiarum, & corona deliciarum protegente, id est, coronam ad eum modum ex communi omnium gratia obtinebis, quo inter coniuarum deliciarum Synposiarchæ deferri consuevit. Haec tenus David ad Salomonem, redditque Salomon ad cœptam adolescentis institucionem, & quæ statim attexit, cum superioribus innodat.

F X. Audi fili mi, & suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vita.

A VDI fili mi, & suscipe verba mea. Chald. Audi fili mi, & suscipe à me, & non amplius.

Vt multiplicentur tibi anni vita. Hebraicè, Anni vitarum. Chaldaeus, & multiplicabuntur anni vita tua. Septuaginta (quemadmodum alibi solent) originalia verba duplē ad sensum vocantur, & utrumque exp̄resserunt sua translatione. Cum enim vox Scanach, à radice Scanah, fluat, id est mutauit, vel iterauit. Septuaginta eam vocem nonnumquam annum, aliquando viam conuerunt. Hic vero utrumque significationem com-

81  
Ezech. 16.  
num. 12.  
Cant. 4.  
num. 8.

Lib. 3. Reg.  
cap. 1.

83

84

תנש

plexi sunt, sic enim habent, Et multiplicabuntur anni vite tua, ut tibi sint multæ viae vita.

Sententia verborum facilis admodum est, Audi fili mi, id est, auribus excipe verba mea, nec vero aures tantum accommoda, sed etiam suscipe verba mea, id est moribus exprime. Sic Hugo Cardinal. Vel est iteratio prioris sententiae, Ut multiplicentur tibi anni vita. Iansenius, temporalis vita. Hugo, & Arboreus gratia, Beda, Rodulphus, & Lyra, æternæ. Lectio originalis exponi potest de tribus vitiis, nam videtur omnes complecti, Ut multiplicentur tibi anni vitarum, vita, scilicet temporalis, vita gratiarum, & vita æternæ, quæ vitarum complexio obseruantæ mandatorum Dei tribuitur. Caietanus de recta valetudine interpretatur: nam anni, inquit, infirmitatis, & ægritudinis noua vita sed mortis potius dici debent.

Addunt Septuaginta, Ut tibi sint multæ viae vita. Cum Salomon in hoc libro omnes hominum conditiones præceptis suis informet, eum, qui sua obaudierit documenta, non unam vitæ instituendæ rationem habiturum esse dicit, sed plures, atque adeò ex pluribus aliam & aliam eligere posse. Quasi dicat, Multiplicabuntur tibi anni vita, id est, viues longo tempore, ac ne tibi tædio sit longavita, licebit tibi multis modis illam euariare, & variis rationibus instituere. Posset etiam hoc referri ad quæstus, & lucra, quibus homines vitam tueri solent. Quasi dicat, Tenas muchas maneras de passar la vida, y de ganar de comer. Vel aliter, ut tibi sint multæ viae vita, ad vitam scilicet. Quasi dicat, ut non uno, sed multis modis ad vitam, id est, felicitatem æternam contendere possis. Diuus Augustinus tom. 10. serm. 90. de tempore tres describit ad vitam vias, scilicet, bene cogitare, benedicere, & benefacere, ac de his latè agit. Sed aptius ad Salomonis sententiam loquitur Chrysostomus in Psal. 127. ad illa verba, Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Non dixit, ait, via, sed vie, ostendens eas esse multas, & diuersas, propterea enim multas vias munyt, ut earum multitudine facilem nobis redderet ingressum. Subdit vero multa in hanc sententiam, quæ apud ipsum legi possunt, quibus probat nullam adeò deuium ire, & tot vias salutis, atque vitæ amittere potuisse, cui non adhuc aliæ, atque aliæ vitæ, salutisque recuperandæ viæ, atque rationes præsto sint: id est appellat eiusmodi vias infinitas, quia scilicet nunquam finiuntur, & exhaustiuntur, quandiu homo inter viuos agit.

#### XI. Viam sapientie monstrabo tibi: ducam te per semitas æquitatis.

**V**IÆ sapientie monstrabo tibi. Hebraicè, in viam sapientie te institui, pro instituam. Septuaginta, vias enim sapientie doceo te, de præsenti Aquila, in vias deduxi te.

Ducam te per semitas æquitatis. Hebraicè, Calos-re feci te in orbitis rectitudinis. Septuaginta, & ingredi te facio orbitis rectis. Aquila, in tramitis rectitudinis. Symmachus, in semitæ rectæ.

Sententia verborum est perspicua, viam sapientie monstrabo tibi, id est, documentis meis indicabo (parum est hoc) ducam te, id est, dux ero tibi, manus ducam, per semitas æquitatis, id est iustitia, & honestatis. Sic interpretes communiter. Nescio tamen an aptius, & cum reliquo textu cohærentius sit ita interpretari, per semitas æquitatis, vel rectitudinis, id est per semitas æquabiles, planas, atque rectas. Subdit enim, Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, &c. Fauet lectio Septua-

ginta, & ingredi te facio orbitis rectis. Itaque pollicetur Salomon se non indicaturum tantum documentis suis viam honestatis, sed etiam manu ducturum per vias planas, & æquabiles, per orbitas, inquam, id est, per vias curules. Quomodo autem via virtutis lata sit, recta atque plana, & curulis, alibi docuimus, cap. 2. vers. 9. vbi occurrit eadem vox originalis. Vide ibi multa.

88

#### XII. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui: & currens non habebis offendiculum.

B

**V**IAS cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. Hebraicè, in eundo non arctabitur gressus tui. Septuaginta, si enim ambulaueris, non clauderetur tui gressus. Symmachus, non tribulabuntur. Chaldaeus, non arctabitur via tua. Hebraicè est, ut Iatsar, quod est, angustare, stringere.

**E**currens non habebis offendiculum. Hebraicè, & si curreris, non impinges. Septuaginta, si autem curreris, non laborabis, vel fatigaberis. Aquila, non traheris, id est, non scandalizaberis, vel corrues, sicut nostra.

Beda, Hugo, Lyra, Rodolphus, & alij sic interpretantur, Quas supple semitas virtutis, cum ingressus fueris, id est cum primum vnu & consuetudine honestæ vitæ extrueris, non arctabuntur gressus tui, id est, non tibi arcta, & angusta videbuntur, sicut antea. Nam via virtutis initio arcta est, & difficilis, deinde facilis, & procluus. Et currens non habebis offendiculum, id est, licebit quidem currere alacrius sine obice, aut scandalo. Displacet hæc interpretatione Iansenio, vel ex eo solum, quia in primitiis non est, Quas cum ingressus fueris, sed absolute, cum incedes, itaque existimat priorem partem eundem sensum reddere, atque posteriorem, hoc modo, Cum incedes, non arctabuntur gressus tui, id est, nullum malum eueniet, quod te per viam virtutis incedentem angat. Sed sane leuissima adductus ratione, eam interpretationem deseruit. Nam licet Hebraicus textus, si verbum verbo reddas, sic habeat, In eundo non stringentur, vel arctabuntur gressus tui. Illud verò, in eundo, non ita accipienda est, quasi dicat cum ire cœperis, sed cum iam in

**E**itinere progressus fueris, vel cum itineri assueveris.

Sed quamvis prædicta expositio non abhorreat à reliquo contextu, aliam subiictio, quæ fortasse magis cohærebit. Cum Salomon præmiserit, Et ducam te per semitas æquitatis, id est, per semitas æquabiles, & planas, addit, Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, id est, expeditè, atque velociter per illas ferri poteris: non enim astringentur, sed magis dilataribuntur, atque explicabuntur gressus tui. Ita enim accidit eis, qui per planæ pergunt,

**F**ut gressus longos, & effusos regant, Et currens non habebis offendiculum, hoc est quamvis gressus effuderis, & velocius ferri cœperis, tanta est huius viæ æquabilitas, vel æquor, ut nullibi offensurus sis.

Contraria huic sententia habetur Iob 18. Arcta buntur gressus virtutis eius, & præcipitabilem consilium suum. Sumitur enim similitudo ab eo, qui per arctam, accluem, seu præcipitem viam graditur, per quam gressus mouet lentiū, & tandem in præcepis agitur. Quasi dicat; Avarus quandam init viundi rationem perdifficilem, per quam non aliter pergit, quam si per accluem, & præcipitem viam gressus regeret, in qua passus explicare non licet, ac tandem ruere, & deuolui necesse est, sed expendamus aliqua verba.

89

90

91

10b 18. n. 7.

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

92

Aristot.

*Non arctabuntur gressus tui*, id est, explicare licet gressus tuos, & longos (ut ita dicam) per plana passus ducere. Ex his, qui currunt alij perbreues, & crebros passus iterando; citatim mouentur alij longis, & effusis gressibus cursum conficiunt. Et quidem illi (ut auctor est Aristot. prople. sect. 5.) & citius fatigantur, & spatia angustiora, & breuiora conficiunt: hi verò minus lassescunt, & longiora percurrunt spatia, quod experientio etiam nos didicimus. Ergo Salomon, ut ostendat in via virtutis lassitudinem non contingere, addit, *non arctabuntur gressus tui*; id est, non angustos, & breues, qui lassitudinem currentibus afferunt, sed longos, & explicatos passus duces, quibus longiora spatia lassitudinis expers decurres. Longis eiusmodi passibus ferebatur Paulus, cum aiebat ad Philipp. 3.

Philipp.

*Vnum autem quæ retro sunt, obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens me ipsum ad destinatum persequor, &c.* Hoc est, gressus protendens meos ad destinatum præmium velocissimè feror. Sed quid est, inquires, passus extendere? Certè via virtutis, *non passibus, sed affectibus* decurritur. Verba sunt Augustini tractat. 2. de Canticō nouo cap. 3.

Psalm. 118. num. 32.

*Quapropter ille vere passus explicat suos, qui affe-  
ctus, & animi sui motus non adstringit paruis, sed  
dilatat, atque effundit ad magna.* Vnde Dauid in Psalm. 118. *Viam, inquit, mandatorum tuorum cu-  
curri, cum dilatasti cor meum, id est, tunc velocissi-  
mè ferebar, cum cordis mei affectiones & motus  
extendisti.* Chrysostomus ad illa verba Pauli, ex-  
tendens meipsum, aliquid etiam ad velocitatem ad-  
dit, *Is vero extendere semetipsum dicitur, qui pedes  
licet currentes reliquo corpore anteuertere studet, seque-  
inclinat in anteriora, manusque protendit, ut ali-  
quando etiam plus spatij acquirat (scilicet corpore  
quam pedibus)* Id vero ex multo animi impetu, &  
magno ardore fit. Quantum autem inter eum, qui hoc modo currit, & eum, qui iacet supinus, interest, tan-  
tum inter Paulum, atque nos. Illi autem hoc modo mihi videntur currere, qui non desideria solum dilatant, sed ipsamet desideria operibus quodammodo anteuertere curant. Qui autem hoc animi im-  
petu, & gressuum, id est, affectuum dilatatione, & extensione operum per plana virtutis fertur, is lassitudinem non experitur, quæ his accidere so-  
let, qui studia animi sui non explicant: qui (in-  
quam) cursum suum, id est, profectum in virtute,  
studiis, & desideriis amplioribus non exten-  
dunt.

94

95

*Et currens non habebis offendiculum:* Nonne potius qui currat, offendere sapientis solet: qui vero lentos dicit gressus, cauet scandala, & offendicula. Cur ergo ita dicit? *Et currens, &c.* Innuuitur quidem ingens Domini prouidentia erga illos, qui per viam virtutis non lentè, & remissè graduantur, sed velociter currunt, ut eis omnia de medio tollat offendicula, & scandala. Et quidem hoc dissidet inter eum, qui lentius incedit, & eum, qui ocyus fer-  
tur per traitem virtutis, quod inter equidem compaticè per vias publicas obambulantem, & equitem in stadio currentem, nam cum pôpaticè graditur per vias, nemo admit impedimenta, vel obices: hic sarcinæ, illic terræ cumuli, illic lapides obstant, &c. At cum in stadio currit, non tantum impedimenta etiam minima de medio tolluntur, sed currucili spatium molli arena complanatur, adē ut dici possit securius hic excurrere equites, quam alibi abambulare. Ad eundem modum qui per viam honestatis, atque virtutis lentè, & remis-  
se pergunt, obiectis saepe scandalis impingunt, & corrunt, qui verò impigre velociter currunt, nullibi offendunt: aufert enim Deus impedimenta,

A & obices, atque viam illis non arena, sed protectio-  
nis sua gratia complanat. Itaque in via ista secu-  
rius longe velociter curritur, quam alibi pigre ob-  
ambulatur. Ideo autem Salomon, *Ducam te per  
semitas æquitatis*, id est, æquabiles, & planas: ea-  
propter, *currens non habebis offendiculum*. Rursus in originali est, *& currens non offendes*. Sunt qui ad locum istum, & lectionem accommodationis li-  
centia retulerint id, quod olim euenire solebat in ludis Circensis, in quibus currus à carceribus soluentes ad metas velocissimè ferebantur. Erant autem metæ exstantes lapides, & praecuti, ad quos

B sepe currus impingentes fracti dissiliebant. Quapropter maxima aurigarum peritia in eo si a erat, si metas velocissimè cominus obirent, & tamen ro-  
tis non impingerent. Hinc est illud Lyrici, *Lyricum.*

*que fernidu cuitata rotis.* Ergo verba Salomonis sic accipe. *Et currens non offendes*, id est, cursu per-  
latus veloci, etiam si proprius ad scandala, & offen-  
dicula tanquam ad metas accesseris, non tam en of-  
fendes. Id vero obtinebis; si viam sapientiae mon-  
strauero tibi. Et quidem ludorum Circensium par-  
tes elegantissime cum vita Christiana compositu

C Tertull. in lib. de spectaculis cap. 29. *Hac*, inquit, *spæcula Christianorum sancta, perpetua, gratitudo, in his tibi ludos Circenses interpretare, cursus sæculi intuere, tempora labentia dinumerâ, metas consummationis expecta, &c.* Quibus verbis metas, quæ in extremo curriculo, aut stadio assurgebant, cum ipsius viæ fine contulit. Fœlix, qui ad eiusmodi metas currens non offendit, nec fractis cassisque metis dissiliit.

D Septuaginta paulò aliter conuertunt, *Si autem curreis, non laborabis*, id est, lassitudinem non sensies. At inquires, qui diutius currit non potest non fatigari. Nec satis erit si dicas cursum confici per plana iuxta illa superiora verba, *Ducam te per semi-  
tas æquitatis*, nam (ut auctor est Aristot. in probl. *fest. 5.*) ambulationes, & cursus prolixii per plana laboriosiores sunt, quam per incompta. Subdit vero ratione in his verbis, *An quod membra cum à  
multo, tam à vehementi motu frangatur?* Est autem  
vehemens motus, qui per inæqualia agitur, multus ve-  
rò, qui continens, unusque est. Planis autem locis si-  
militudo, & paritas nihil interpellat, nec membris

E *villam præstat quietem, sed efficit, ut mouendi ratio  
continetur, &c.* Quamvis ergo virtutis via æqua-  
bilis sit, atque plana, non propterea laboris, & las-  
situdinis expers erit: quin imo labor inde, & las-  
situdine augebitur, si non à vehementi, saltem à mul-  
to, continuo, simili, & sine interpellatione illius motu, & exer-  
itio. Respondeo primum id dictum ab Aristotele de prolixis, atque diuturnis motioni-  
bus, nam de breuioribus expresse subiecit, *At vero*

F *si brevius sit nimetas, quidem motus, nulla in planu fa-  
tigabit, in acclivibus autem, quoniam immutatio ve-  
hemens, & contraria corporis modo sursum, modo dear-  
sum vexat, fatigetur neesse esse.* Ergo licet probi-  
atque pīj homines continuos, & sine interpellatione aliquā per plana virtutis ducant gressus: quia tam  
totius viæ cursus perbreuis est, inde sit, ut las-  
situdinem nullam sentiant: cum è contra in eodem

G *breuissimo viæ curriculo impij per acclivia per-  
gentes, vel ipsis fatentibus lassati cōsidant.* Sapient.  
*5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis,  
ambulauimus vias difficiles, & viam Domini igno-  
ramus.* Et de breuitate huius viæ statim subdunt,  
*Transferunt omnia illa tanquam nuncius præcur-  
rens, &c.*

Rursus in his, qui corporaliter currunt, fatigatio accedit ex eis, quia motus instrumenta, scilicet nervi, & arteriae laxantur, vel luxantur potius, & idē

97

98

99

100

facultas motuā edē deficit citius, quōd velocius fertuntur: at in spirituali virtutis cursu instrumenta motus, id est, virtutes crebris actibus amplius roborantur, & virtus motuā, id est gratia magis ac magis reficitur, ita ut tantō ipsa maiora capiat incrementa, quantō velocius animus contendit. Aptè ergo Salomon dicit, & currens non laborabis. Inepte autem facit quicunque propterea lentius, & remissius per viam virtutis graditur, quia laborem veretur: nam vel ex eo labore, & lassitudinem experitur, quia impigre, & velociter currendo sibi vires non facit.

XIII. Tene disciplinam, & ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua.

**T**E NE disciplinam, &c. Hebraicè, Apprehendere in eruditione, ne languescas: custodi eam, quia ipsa tibi vitæ. Septuaginta, custodi eam tibi ad vitam tuam. Rursus pro illa voce, Tene, &c. conuertere licet, Robustus esto in disciplina, notat Rodolphus.

101 Suadet Salomon discipulo, quem erudiendum suscepit, vti documenta, & correptiones suas non audiat tantum, sed auditas, tenacius apprehendat, & menti infigat, nec vnquam abiiciat. Vel certe monet, vt in suscepta semel virtute, & honestate diutius perseveret, ne forte fractis viribus, & casso robore deficiat. Et quidem hæc posterior expositiō est accommodatior, & cum lectione originali congruit magis, quæ sic habet, Robustus esto in disciplina, & ne languescas, id est, constanter persevera, nec langori, aut defectioni locum facito. Et quidem cum in superiori sententia ad ocyus currendum impulisset, satis apte subdit, ne languescas, constantiam, & persecuerantiam in cursu suadens. Sed examinanda sunt verba originalia.

102 **Tene disciplinam.** Hebraicè, פָּנַן Hachazek, à verbo פָּנַן Chazak, quod significat roborari, & fortificare, seu inualefcere. Proprie autem in coniugatione Kal denotat fere firmam rei alicuius apprehensionem, aut retentionem. Ideo verò significat roborari, & inualefcere, vt obseruat ex Hebreis non nemo, quia robur retentione spiritus, halitusque concipitur. Itaque propriissimè significat verbum istud, spiritum retinere ad vires exercendas. Hac ratione, qui cursum aggrediuntur, vel aliquod aliud quotiescumque viribus, ac robore opus est, spiritum, halitumque tantisper continent, atque postea efflant, valide cum vires promunt suas, id est spiritus aliquando sumitur pro labore. Vnde vulgo dicimus, vt fortē aliquem, robustumque esse significemus, Es hombre de aliento, o que tene alieno. Ergo cum ait Salomon, Tene disciplinam, vel robustus esto in disciplina, si vim vocis originalis exprimamus, periende est, ac si dicat, ne remisse, & languide doctrinam virtutemque suscipias, sed concipe spiritum, & halitum, vt vim, atque robur exeras tuum. Vulgo diceremus, Toma la virtud con aliento, o alientate para empender y tomar la virtud. Vel aliter, si ad respirationem referamus, sic efferre licet premissa verba, & cum sequentibus nescire, spiritum cape in disciplina Domini, id est, ipsissimā disciplinam, tanquam spiritum, halitumque ducito: Subdit vero, Quia ipsa est vita tua. Nam quemadmodum corporis vita respiratione huius aëris continetur: sic vita animi in respiratione vere, utilisque doctrinæ quodammodo sita est. Hæc verò, quæ de retentione spiritus diximus, aptissime ad superiora verba reuocantur, quibus Salomon homini suadet, vti velocius currat. Sic enim præ-

A misit, Quia cum ingressus fueris, non arctabundur gressus tui, & currens non habebus offendiculum. Nam vt docet Aristot. Proble. sectione 5. quandiu quis Aristot.

104 ocyus currit, spiritum cohibet, & exilem valde trahit flatum. Hinc accedit, vt in fine cursus crebrius, atque fortius respiremus, vt scilicet respiraciones, quas currendo interceptimus, recuperemus, tunc vero spiritum crebro ducentes conuiescimus. Ergo Salomon postquam ad currendum per semitam sapientiae, & doctrinæ hominem exauit, subdit appositè, continet spiritum in disciplina, id est, cursum vrge, & persequere: nam eius, qui ocyus currit, est spiritum tenere, & parcus respirare. Quasi dicat, nunc quidem sic excurrendum est, vt nullus quieti, aut otio locus fiat: aderit enim tempus, cum respirare, & feriari à cursu licebit.

**R**ursus pro verbis illis, ne dimittas eam, Hebraicè est קְרַב Tereph, à verbo קָרַב Rapha, quod (vt obseruant Hebrei) contrarium omnino est superiori verbo Chazack, significat autem languescere, otiosum esse, vel linere, & missum facere. Itaque vertere licet, ne languescas, ne desidia, & otio torpeas, neue ex torpore, & incuria missam disciplinam.

**C** Quia ipsa est via tua, id est, in ipsa vita continetur tua. Hebraicè, ipsa est tibi vita, de tripli vita aliàs diximus. Vide hic Hugonem Cardinalem.

XIV. Ne delecteris in semitis impiorum: nec tibi placeat malorum via.

**N**E delecteris in semitu impiorum. Hebraicè, In semitam impiorum ne ingrediari. Consonant Septuaginta, Vias impiorum ne intres. Chaldæus, In via impiorum ne ambules.

**D** Nec tibi placeat malorum via. Hebraicè, et ne gradiaris in via malorum. Sic convertit Pagninus, Caietanus habet, & non beabis in via malorum. Consentit Tigurina, & in via malorum nete beatum existimes. Sic etiam Pagninus in Thesauto, sed paulo aliter, ne beatifices malos in via sua. Utique interpretationi facit locum verbum originale אֲסָר Asar, quod tres coercet significations.

**E** Prima est, ambulare & incedere, infra cap. 9. ambulare per vias prudentia, & s̄pē alibi. Obseruant autem Hebrei hoc in loco specialiter intendi significationem, atque adeo non tam conuertendum esse, & ne gradiaris, &c. quam ne pedem, vel gressum obfirmes. Sed dum exaggerant significationem, sensum extenuant, & aduersam priori parti sententiam inducunt, atque adeo non sunt audiendi. Dixerat enim prius, ne intres in semitam impiorum, quapropter inepte adderet, & ne pedem obfirmes in via malorum. Et ob eandem causam displaceat mihi illa lectio, Negradiaris, nam cum posterior pars priori aliquid addere debeat, hæc potius detrahit significationi prioris: plus enim est non ingredi, quam non incedere, vel pedem obfirmare in via impiorum. Nisi velis sententiam sic effendam esse, ne ingradiaris, &c. quod si aliquando in hanc viam pedem intuleris, ne obfirmes illum.

**F** Secunda significatio illius verbi est, beare, aut beatificare. Et quidem frequentior: hinc nata secunda lectio, Et non beabis in via malorum, quæ duplice ad sensum vocari potest. Aut enim est, non te beatificabis, vel beatum iactabis in via malorum, sic Tigurina. Aut nequaquam illos beatos existimabis, vt habet Pagninus. Sed posterior hic

sensus mihi accommodatior videtur ob præmissam rationem. Nam qui dixerat, *ne intres in semitam impiorum*, parum aptè subderet, & ne te beatum existimes in via malorum, prior enim pars plus prohiberet, quam posterior. Appositè vero addit, & ne beatos illos existimes in via sua, vel (ut habent Aquila, & Theodot.) ne beatas putas malorum vias. Quasi dicant non tantum ab eorum semitis abstine, sed etiam eos felices nequaquam existima, ne forte ea cogitatio ad eorum scelera probanda animum tuum inducat. Hunc autem motum exprimere videtur nostra lectio, cum ait, *nec placeat tibi malorum via*, id est, ne dum eos felices, atque beatos nimium esse credis in via sua, eorum semitas, & viuendi ratio probari tibi incipiat.

Tertia significatio illius verbi est, *Intueri*, & inspicere. Osee 13. vers. 7. ad literam, sicut pardus iuxta viam afficiens. Numer. 25. vers. 9. & de cibibus intuebor eum, & sèpè alibi. Et quidem eo verbo notatur diligens quædam, & accurata obseruatio, & inspectio. Quapropter ad eam significacionem referre licet lectionem Septuaginta interpretum, quæ sic habet, *Neque zelaueris vias iniquorum*, cui consonat etiam Chal. ne emuleris viam maiorum. Nam zelus, & inuidentia in scripturis, vir mali oculi, appellari solet. Venio ad sententiam.

**Ambros.** *Ne delecteris in semitis impiorum*. Per semitas impiorum alij perniciosa eorum dogmata accipiunt, alij prauos mores, & improbabli viuendi rationem: ego vero utrumque notari dixerim. Ait ergo Salomon, ne oblecteris. Hebraicè, *ne intres in semitam impiorum*. Et quidem noster satis aptè pro illis verbis, *ne intres*, conuertit, *ne oblecteris*. Primo quia cùm suprà dixisset per honestatis viam sic excurrentem esse, ut nec respirationi & otio locus sit, appositè ad hæc subdit, *Ne oblecteris*, id est ne capias desiderio vitiorum, quasi via illorum iucundior, & delectatior sit. Deinde quia primus aditus ad vitia, & improbos mores est delectatio. Vnde Diuus Ambrosius in lib. de paradiſo capite 15. sic ait, *Delectatio prima est origo peccati*, & ideo non miraris, cur ante serpens damnatur iudicio Dei (putat enim Ambrosius in serpente delectationem adumbrari, per mulierem sensum notari, per virum autem mentem innui) secundò mulier, tertio vir: nam secundum erroris ordinem damnationis quoqueordo seruatus est: delectatio enim sensum, sensus mentem capiuam facere consuevit. Hæc Ambrosius. Quibus verbis exordia culpæ delectationi tribuit. Augustinus item de sermone Domini in monte, lib. 1. cap. 12. *Tribus* (inquit) gradibus ad peccatum perennitur, suggestione, delectatione, confessione. Utique ergo in aditu peccati, atque culpæ delectationem constituit. Rectè igitur interpres noster pro illis verbis, *Ne intres in semitam impiorum*, addit: *Ne oblecteris in semita*. Dum enim delectationem vitiorum prohibet, aditum ad illa interdictum. Et quidem ista delectatio ita in ipsius via aditu est, ut progredientes ultra statim deterat. Sic Augustinus serm. 3. de Natali Domini, *Delectatio in via est, occidit, & præterit, vulneravit, & transiit, miserum fecit, abiit, infelicem reddidit, & reliquit*. Quid illustrius? Quod si adhuc delectationem esse stabilem tibi omnino gratis darem, te viatorem esse memento atque adeò opus erit, ut eam post te relinquis. Accipe verba Ambrosij vbi suprà, *Vt auctor es* (inquit) *huius vita, omnia transis, omnia post te fiunt*. *Omnia in hac via cernis, & transis, vidisti amoenitatem arborum, herbarum viriditatem, puritatem fontium, & quodcumque huiusmodi, quo delectantur iculi, iuuit spectare, delectavit parumper at-*

**A** tendere, dum attendis, perstrafisti, &c. Ne ergo delecteris in semitis impiorum, quia vel delectatio in via est, atque transit, vel te transeunte post te fit.

Posterior pars sic habet, *Et non tibi placeat malorum via*, id est, nequaquam arrideat. Subdit lepidam rationem Hugo Cardinalis his verbis, quia laetitia est in luxuriosis, tenebrosa in iracundis, spinosa in auaris, petrosa in detractoribus, cancriosa in simulatoribus, montuosa in superbis. Ducas alias lectiones, quarum prior est, & non beabis in via malorum: posterior autem, *neque zelaueris malorum viam*, supra expendi.

B

XV. *Fuge ab ea, nec transeras per illam: declina, & deserere eam.*

**F**VG E ab ea, &c. Hebraicè, *Desere eam, ne transeras in ea*. Caietanus, *verte te ab ea*, verbum originale est יְרַדֵּ פָּרָגָה, quod significat retrocedere, elongari. Pagninus in Thesauro legit duplice, elongare ab ea, & rursus cessare ab ea. Chaldaeus, Reude, *ne transeras cum eis*. Septuaginta longe aliter, *In quocumque loco castra metati fuerint, ne superuenias illuc*. Sententia tamen non valde discrepat. Putat etiam Rodol. legi posse, *Abominare, vel execrare eam*.

*Declina, & deserere eam*. Hebr. *declina desuper eam, & transi*. Chal. *declina, & transi ab eis*. Septuag. *declina autem ab eis, & abscede*. Lucifer. & denita. Symmachus, Aquila, & Theodot. *transi*.

Sententia horum verborum perspicua est. Et quidem iuxta literam Synonymia quædam videtur committi, quam tunc maximè adhibet scriptura, cùm rem altius animis imprimere vult. Sic placuit

**D** Rodolpho, Iansenio, & Lyra. Sed tamen Hugo soluit synonymiam hoc modo, *Fuge ab ea, & ne transeras per illam, &c. fuge scilicet ab ea, opere, & ne transeras per illam cogitationis delectatione, declina occasione, deserere locum*. Caietanus aliter, *fuge, seu verte te ab ea*, id est, si fortè illam addisti, auerte, remoue gradum tuum à via, hoc est, ab impiorum moribus, & non transeras per illam, id est, neque illi fidas te ipsum ex transuersu, & transitu, quasi inde nihil mali accidere possit: nam si vel transuersè transferis per illam, expones maximo periculo salutem tuam. Et quidem propterea docuit Diuus

**E** August. in Psal. 76. viam vitiorū, atque carnalia desideria nō transunda, sed trāsilienda, *nepes* (inquit) *contagium trahat*. Fortasse autem Augustini verba spectant ad illud, quod suprà me dixisse memini, equum scilicet, si vestigia lupi recentia vngula premat, contagium inde trahere, atque oxyus disrumpi. Sic tradit Plinius, vbi suprà. Itaque erit sensus, lupi insidiosi, voraces, rapaces sunt impij. Ne igitur eorum vestigia premas, ne fortè pectus, id est, affectus animi contagium inde trahat, ac totus inde tabescas: non ergo pertransi, sed magis transili, *Declina, & deserere eam*. Caietanus sequitur lectionem originalem, quæ sic habet, *declina desuper eam, & transi*, additq; Salomonem monere, vt etiam superiori gradum, id est, perfectionem inter impios deuitemus. Sed nugatoria est eiusmodi interpretatione, nam præpositio *super* in scriptura sepe ad modum accipitur pro iuxta, Psalm. 136. *Super flumina Babylonis illuc sedimus, & solumus, &c.* id est, iuxta flumina, & Ecclesiast. 11. *Mitte panem tuum super transentes aquas*, id est, semen tuum iuxta flumina. Vulgo, *en las vegas*. Et alibi. Quapropter verba illa, *declina desuper eam, & transi*, vel *abscede*, hunc sensum reddunt, nec iuxta illam manseris, sed amoue te longius ne fortè vicinitas alliciat te. Quapropter siquidem verba ista

Psal. 136.  
num. 1.  
Eccl. 11.  
num. 1.

synonyma

110

111

August.

112

August.

113

113

107  
Osee 13.  
num. 7.  
Num. 23.  
num. 9.

180

Ambros.

August.

109

Ambros.

synonyma non sint, hunc ad modum sunt edisse  
renda, fuge ab ea, id est, discede ab impiorum se-  
mita. Sed quomodo id fieri debeat, statim aperit,  
et non transcas per illam, id est, ita ut neque ex  
transuerso eam peruidas. Addit vero declina de-  
super eam, id est, de iuxta illam (liceat sic dice-  
re) remoue te, et desere eam, vel trans, vel abscede,  
id est, abi longius.

**114** Quod vero attinet ad lectionem Septuaginta,  
existimo eos sensum, non autem verba secutos fuiss-  
se. In quocumque (inquit) loco castra metati fuerint,  
ne superuenias, vel ingrediari illuc. Hanc inter-  
pretationem peperit (ni fallor) verbum illud ex-  
tremum, quod subest illi voci, et desere eam, quod  
propriè ad desertores milites pertinere alibi dixi-  
mus, quod cum agnouissent Septuaginta, totam  
sententiam ad militiam transtulerunt. Itaque sensus est: si forte improbos tanquam eiusdem exercitus,  
ac tesseræ milites confoederatos alicubi sua  
castra locasse conter, ne ingrediari illuc, id est, ne-  
quaquam in eorum ordinem referri velis. Itaque similitudine exercitus, & eius, qui militie nomen  
dat, deterret hominem à societate impiorum. Po-  
steriora autem verba etiam ad hanc sententiam al-  
luci possunt, declina ab eis, et recede, id est, si forte  
in eorum ordines descriptus aliquando fuisti, dese-  
re illorum castra, atque fuge: nam cum alias deser-  
tores milites infames, atque inglorijs sint, qui eius-  
modi castra deserunt, gloriam sibi maximam par-  
tant. Exercitum, atque malitiam impiorum ele-  
ganter describit August. de Ciuit. lib. 15. cap. 4.  
Vide multa, quæ ibi conflat.

August.

115

Hugo.

Athener.

Rursus tesseram, qua huius exercitus milites  
vtuntur, eruditè contulit Hugo Athenerianus de  
hæresibustom. 9. Biblioth. Patrum, cum Pentalfa  
Antiochi, quem ferunt suos milites quinque alphis  
inter se connexis pro tessera insignire solitum, quas  
admonitus in somnis usurpare cœpit. Nam totidem,  
inquit, Alphis milites suos diabolus notat,  
quæ totidem virtus capitalia significant, Arrogan-  
tia, auaritia, ambitio, audacia. Ergo Salomon ab  
hoc exercitu pessimorum hominum, qui contra  
Machabæos, id est, iustos instructus est, caendum  
esse docet, cum ait: in quo loco castra metati fuerint,  
etc.

**XVI.** Non enim dormiunt, nisi cum male fecerint:  
et rapitur somnus ab eis: nisi supplantauerint.

**116** **N**ON enim dormiunt, nisi cum male fecerint.  
Septuaginta de futuro efferrunt verba ista,  
Non enim dormient, nisi male fecerint.

Erapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. He-  
braicè, Et fraudabitur somnus eorum, nisi ruere fecer-  
int. Chald. Neo soluitur somnus eorum, donec po-  
nant scandalum. Hoc est, & ipsi non soluuntur som-  
no, donec, &c. Septuag. Ablatus est somnus eorum,  
et non dormiunt. Ex antiquis vulgaris codicibus  
aliqui habent, Et non rapitur somnus ab eis. Quæ le-  
ctio ad eundem sensum vocanda est, hoc modo,  
Ne rapim quidem somnum capiunt, donec alios in  
ruinam impulerint.

117

Vergo Lyra interpretationem missam faciam,  
qui existimat nomine somni non verum soporem,  
sed quietem mentis, atque animi notari, quæ mihi  
nulla ratione probatur, Iansenius, Rodolphus, &  
Caietanus vehementer nocendi auditatem ex-  
primi hisce verbis putant. Non enim dormiunt, nisi  
cum male fecerint, id est, sollicitudo nocendi som-  
num adimit, nam curæ ingentes, atque sollicita stu-  
dia somnum auferre solent, iuxta illud Ecclesiast. 31.

**A** Vigilia honestatis, vel ut est in Græcis originibus, Eccl. 31.  
matu, hoc est, diuinitatam abscit carnes, & cogi- claudian,  
tans illius auferit somnum. Hinc illud Claudian.

I somnes longo veniunt examine curæ.

Et Valer. lib. 3. Arg. Vigiles incumbunt curæ, Valer.  
Mitto alia. Itaque Salomon assertit tanta cura ciul-  
modi nefarios homines in aliorum perniciem in-  
cumbere, ut sollicitudo nimia somnum eripiat.

**B** Arboreus autem ad consuetudinem refert ista ver-  
ba hoc modo, Non enim dormiunt, nisi cum male fe-  
cerint, id est, consuetudo nocendi ed peruenit, ut  
nunquam somnus, nisi post scelerà accedit. Et  
quidem ita accedit, ut ille, qui opus aliquod de  
more ante somnum præmittere solet, non prius  
somno vineatur, quæcum id egerit, quod agere con-  
suevit. Experientia id docet, atque Arist. author &  
in Problematis sectione 8. Hi autem similes sunt  
serpentibus, qui (ut author est Plinius lib. 8. cap.  
29.) Tota estate insomnes sunt, quamdiu venenum  
vigerit: postea vero ex algore veneno orbati dormiunt  
totam hyemen. Itaque non prius illis somnus acci-  
dit, quæcum totum effuderint, absumperintque vi-  
rus. Haud aliter isti non prius somnum capiunt,  
quæcum conceptum scelerum suorum virtus emou-  
uerint.

Ego vero potius crediderim his verbis notari tē-  
pus, quod scelasti illi homines captare solent ad de-  
licta perpetranda, scilicet noctem, atque umbram.  
Ait enim Salomon, Non enim dormiunt, nisi cum  
male fecerint, id est, de nocte sua admittunt scelerā,  
& tempus sopori tributum maleficiis inpendunt,  
somnumque in extremam noctem, aut in diem  
differunt. Suadent hæc mihi verba sequentia. Sub-  
dit enim, quasi ex aduerso, de iustis hominibus, In-

**D**storum autem semita, quasi lux splendens procedit, &  
crescit usque ad perfectum diem. Quasi dicat; Im-  
perij tenebras captant: pij autem luce gaudent me-  
ridiana, iuxta illud, Qui enim male agit, odit lucem,  
et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius.  
Qui autem facie veritatem, venit ad lucem, ut mani-  
festentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Ioan. 3.  
Iohann. 3.  
ideo noctem vulgo vocant malorum integumen-  
tum, Capa de bellacos. num. 20.

Erapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. Ob-  
serua vim vocis illius, rapitur, quæ vel significat il-  
los somno penitus priuari, adeo ut non vigilent so-  
lum, sed insomnes etiam tamdiu sint, quamdiu sce-  
leribus vacant suis. Sic enim Tacitus de Romanis

Tacitus.

militibus lib. 2. Atque ipsi passim adiacerent vallo,  
oberrarent tentorijs insomnes magis, quam pernigiles.

Vel aliter, Rapitur somnus ab eis. Quia tempus,  
quod natura sopori indulxit, vel potius tēpus, quod  
sopor vendicat suum, id est noctem ipsi flagitia sus-  
furantur, nisi supplantauerint, id est, nisi aliquem ad  
ruinam impuluerint, vel decepterint: ubi vero me-  
ditatum scelus perpetrarunt, tunc sopori suauiter  
indulgent. Nam ut ait Aristoteles lib. 1. Ethic. cap.

Aristot.

13. somnus otium est animæ, tam studiose, quæ vi-  
tiosa, id est, sicut homini probo & honesto post bo-  
na opera: sic improbo, & sceloso post scelera acce-  
dit somnus. Hinc autem probat inter beatitudinis  
atq; felicitatis partes somnū haud numerari posse.

**XVII.** Comedunt panem impietatis: & vinum ini-  
quitatis bibunt.

**C**omedunt panem impietatis. Hebr. Comederunt.  
Septuag. Ht enim edunt escas impietatis:

Quam lectionem amplectitur Ambrosius in Psal.  
118. sermone quinto. Aquila, Panem impietatis.  
Lucifer, Cibantur cibis impietatis. Chaldaeus,

Ambrosi.

M

Quoniam cibus eorum cibus est impiorum. Hanc ambiguitatem efficit auctor significatio vocis *on Lechem*, quæ pro pane, placenta, pro frumento, pro cane, aliquando etiam pro omni esca in vniuerium accipi solet.

*Et vinum iniquitatis bibunt. Hebraicè, Et vinum rapinarum bibent. Alij oppressionum. Aquila, & Symmachus, iniustiarum. Septuaginta, Vino autem iniquo inebriabuntur. Chaldaeus, Et vinum raptorum bibunt.*

Accommodatitia est Hugonis interpretatio de Eucharistia, quam panem impietatis, & vinum iniquitatis indignè, & impiè sumentibus esse dicat. **B** Prima ergo expositio huius loci eiusdem Hugonis & Bedæ, quæ non displicet Iansenio & Arboreo, sic habet, *Qui comedunt panem impietatu: hoc est, qui impeitatem tanquam panem, id est, tanquam omnia esculenta deuorant. Et vinum iniquitatis bibunt, id est, qui iniquitatem, sicuti vini potionem, exhauriunt. Et quidem ista interpretatio in premissa verba haud incepè cadit. Significat autem mira eos delectatione teneri, cum patrandis sceleribus dant operam. Hoc modo loquutus est David Psalm. 41.*

**Psal. 52. num. 5.** *Fuerunt mihi lachrymae meæ panes die ac nocte, id est, dulces admodum mihi accidebant lachrymæ. Et Psalm. 49. num. 4.* *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. Deus Augustinus obseruat ad priora verba, 121*

*panis edulium sitim accendere, hanc vero vino, vel aqua restingu: ac propterea Psalmem dixisse lachrymas sibi fuisse pro panibus: non autem pro popo (cui similes potius esse videbantur) vt signif. cat lachrymas sibi non extinguere, sed potius accendere illam sitim, de qua alibi dixerat. Sitim in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Pari ratione dicere licet de his sceleratis, & improbis hominibus, *Qui comedunt panem impietatu, id est, qui impietatem, velut panem deuorant. Sed quia panis sitim accedit, adhibent etiam vinum ad eam sitim sedandam: vinum (inquam) pessimum, Et vinum iniquitatis bibunt. Dicam luculentius: vna impietatis alterius sitim immittit, hanc verò sitim repetitis sceleribus exsatiant. Audi rursus Diuum Augustinum ad illa verba Psalmi 52. qui deuorant plebem meam, ut cibum panis. Cetera (inquit) que manducamus, possemus modo illa, modo illa, non semper hoc olos, non semper hanc carnem, non semper haec poma, semper autem panem. Quid est ergo, deuorant populum meum, ut cibum panu, id est, sine intermissione, sine cessatione deuorant. Ergo ad eundem modum cum Salomon ait, *Comedunt panem impietas, significat eos sine intermissione scelera perpetrare, cum scelera, tanquam panem adhibent aliis rebus.***

Sed quia vox originalis non panem tantum, sed omnem etiam cibum in vniuerium sonat, Septuaginta conuertunt, *Comedunt escas impietas. Escas profecto amaras, quæ videlicet animis acerbissimam amaritudinem immittunt: hoc enim est impietas proprium. Si ergo huius amaritudinis vim simul, & medicamentum nosse vis, accipe Augustinum, qui non iam panem cum impietate, sed cum pietate ipsa, atque iustitia compositum. Escas autem acerbas iniquitatis & iustitiae dedit, Quomodo qui manducat ore corporis vias acerbas, obrigescent, & obstupecunt dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandum solidum cibum, vel panem. Sic qui iniquitate usus est, & pastus peccatis, incipit non posse manducare panem iustitiae, id est, non facit. Unde non facit? Quia cùm cœperit facere, laborat. Quomodo sentimus laborare dentes post vias acerbas, quando cœperimus māducere panem. Sed quid faciunt illi, quibus obstupecunt dentes? Temperant se aliquantu-*

**A** lum ab viis acerbis, & incumbunt pani. Ergo si non volumus manducare iustitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & nascerur in nobis non solum delectatio laudandi iustitiam, sed etiam facilitas manducandi. Itaque Augustinus cum acerbo & amaro cibo iniquitatem contulit, qui edenti dentium stuporem afferret. Quæ verba optimè possunt ad Eucharistie vnum conuerti. Similia scribit D. Hieronymus ad Hieron. illa verba Hieremias, *Omnis, qui comedenter uam acerbam, &c.* Si verò amaritudinem tollas, & tantummodo legas, *Escas impietas, subest Origenes* *origenes. hom. 2. in Psal. 37. vbi cum esca indecocta, atque in Pamphil.* digesta impietatem contulit, & D. Pamphil. Martyr. in Apolog. pro Origene, scelerum multitudinem cum nimia ciborum abundantia composuit, quæ aut calorem internum restinguunt, aut febrem accendit. Mitto alia.

*Et vinnm iniquitatis bibunt, id est, iniquitatem tanquam vinum exhaustiunt. Septuaginta, Vino autem iniquo inebriantur. Peccata quidem stuporem similem ebrietati animis afferre testis est, Chrysostomus homil. 64. in Genesim, *Sicut ebrius, quando multo vino sese ingurgitauit, nullum sentit à vino damnum, donec ebrietatem excusit: sic peccatum, donec consummatur, obtenebrat mentem, & quasi densanubes, ita mentem coquimur. Deinde conscientia insurgit, & quo quis accusatore gratus mentem arredit. Idem in homilia de Patientia, Quemadmodum qui ebrietate tenentur, stulte, simpliciterque seruntur, & quamvis præcipuum subdit, infra concidunt in causa: sic qui corrumpunt in peccatum, veluti præna ebrietate actionis desiderio detenti nesciunt quid faciunt, non præsentia, non futura præsidentes. Et rursus homilia quadragesima in primam Epistolam ad Corinthios, *Quibus grauibus tenentur peccatis, ebrij sunt, acque deficiunt. Accedit D. Greg. in Moral. lib. trigesimo, cap. decimo quinto, qui peccatores non vino mero, sed absinthio inebriari affirmat, id est, vino absinthiis condito, Ebrius quisque***

*(inquit) quod patitur, nescit: qui verò absinthio inebriantur, & hic quod sumpsit, amarum est, & tamen Mag.*

*non intelligit eandem amaritudinem, quarepletur. Ita omnis peccator absinthio ebrius, qui amare sanè, que pro huius vita amore tolerat, tamen eandem amaritudinem cætitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis, ignorat. Amarum est omne, quod bibit, & discernere nequit, quod amarum est, quia ebrius absinthio est. Hinc Salomon nefarios eiusmodi homines non vino generoso, sed iniquo vino inebriari affirmavit, *Vino autem iniquo inebriabuntur, id est, vino absinthiis diluto. Quid plura? Hieronymus in cap. 5. Epistola ad Ephelios sic habet, Omnes, qui seculi huius cognitione sunt ebrij, bibunt, & insaniunt, & vomunt, & precipites corrunt, & iuxta Lapiham, Centaurorumque fabulam, in mutuum feruntur exitium. Fabula autem nota est, ad quam respexit Virgilii in Georgicis, Et magno Hylæum Lapithis craterem minantur.**

*Et quidem vino iniquo inebriantur, hoc est, non generoso, & nobili aliquo mero, sed degeneri, & tetro. At inquires, vinum, quod subito inebriat, & temulentiam affert, non nisi generosum esse solet, huius enim est caput irrumpere, & membra dissoluere: vnde ergo tam subita ebrietas ex tetro vino? Occurrit Isaías cap. 1. vbi de sceleratis hominibus verba faciens ait, Omne caput languidum, & omne cor maren. Hæc ergo via causa tam subita temulentiae, langor capitum: nam languidum caput etiam degener vnum tentare solet.*

*Ad extremum obseruanda est lectio originalis, Et vinum rapinarum bibent: quæ verba ad auaros pertinent, & eos, qui aliena diripiunt. Quos*

124

125

126

*Gregorius Mag.*

127

*Isaias c. 1.*

128

cum vinolentis eleganter composuit D. Basilius, homilia contra ditecantes auaros, *Vt ebrios* (inquit) *si potum angues, causam bibendi accumulas: ita etiam auari, quo plura possident, eò plura concupiscunt: auctarij morbum semper alentes.* Sed elegan-

Chrysost.

**C**um vinolentis eleganter composuit D. Basilius, homilia contra ditecantes auaros, *Vt ebrios* (inquit) *si potum angues, causam bibendi accumulas: ita etiam auari, quo plura possident, eò plura concupiscunt: auctarij morbum semper alentes.* Sed elegan-

129 **B**tissimè D. Chrysostomus auari, atque ebrij similitudinem longa oratione inseguutus est homilia decima tertia in Epistolam ad Romanos. Ex multis, quæ ibi dicit, pauca accipe, *Si placet* (inquit) *auaros preferamus: hec enim alia est* (et quidem ea, quam modo diximus, pestilentior) *ebrietas, quod si ebrietas, & mors omnino eam, quam paulo ante possumus.* Descriperat quippe longa oratione ebrietatem, multò deterior, quando ebrietatis lethalior, neque enim tam detrimens fuerit ebrietas, quam pecuniarum concupiscentia. Et breui verborum interstitio, *Nam & qui vino ebrius est, is quo plus vi*ni exhauste *rit, eò plus appetit, qui antem pecuniarum amori seruit, quod magis ditescendi desiderio capitur, & quod magis ditescitur, eò pestilentior em sibi desiderij scism accedit.* In hoc igitur uno ad similes sibi inuicem sunt: at in altero rursus auarus superior a omnia habet. *Vinum enim natura cum sit calidum, insitamque siccitatens intendat, facit, ut qui eo poti, ebrijque sint, stiant adhuc.* Auarus vero ille, unde plura semper concupiscit? Certè cum magnopere ditescit, tum maximè pauper est. Est enim morbus hictalis, ut cognitu sit difficultis, anigmatique potius similis. Quapropter utrumque tantisper dum ebrietate occupatur, difficiamus, consideremusque uter eorum risu dignior. Videbimus igitur eum, qui nimio potus vino delirat, despisce, sub vesperam oculis apertis neminem tamen videre, sed temere hoc illuc circumferri, atque ad unumquemque sibi obuium pedibus offendere, cundèque euomere, dilacerari, in dedecore nudari. Age itaque, & ipsum quoque auarum in medium preferamus: hic enim non iam ad risum res pertinet, sed ad execrationem, & ad ingentem excandescentiam, unoque verbo ad infinita fulmina. Ipsum tamen in praesentia spectemus: etenim ut ille omnes ignorans, & amicos, & proximos, & similiter oculis quidem aperiatis obsecratus est: at quomodo oculis omnia vinum, sic huius omnia pecuniae sunt, & propterea vomitus ipse longè lethalior: non enim cibos cruxat, sed conuinia, sed contumelias, sed bella, sed mortis verba, infinita calitus in ipsius caput fulmina attrahentia. At quemadmodum corpus ebrij luidum esse solet, ac diffluens, sic & huius anima, &c. Et paucis interiectis, *Addet* (inquit) *quod qui vinolentia oppressus est, transacta nocte ad sobrietatem redire potest: hic autem continenter ebrius est, & interdiu, & noctu, & euigilans, & dormiens maiori in cruciamento constitutus, quam constituantur, vel qui vincitus in custodia detinetur, vel qui ad effodiend. metalla relegatus est.* Hac tenus Chrysostomus qua solet elegantia & venustate auaritiam cum vinolentia composuit.

130 Postrema expositio huius loci, quæ germana magis, ac genuina est, *panem impietas, & vinum ini*quitas: panem atque vinum impietate & iniustitia partum accipit. Hanc sequitur Hieronymus vbi supra, Caietanus & Lyra, & eandem præferunt Iansenius, Rodolphus, & Arboreus, *Comedunt pa*nem impietas, & vinum iniquatibus. Nomine autem panis, atque vini omnes complectitur facultatum, & copiarum species. Sed quid inde? Sanè ex tanta, & tam impura ingurgitatione quid sperare licet, nisi vomitus, & fordes (inquit Hieronymus) Hoc sibi voluit apud Iobum Sopha, cùm ait, *Dinitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahe illas Deus.* Septuaginta, *Di*nitias iniuste partea euomentur. Hac enim auarus non deceptibus terere, ac diuidere, quod est iustitiae opus,

Tom. I.

**A** sed integras vorare, in stomachum deuoluere dicitur. Chrysostomus autem ad hæc verba apud Comitobam, *Quamvis* (inquit) à Deo tutam possebi- nem diuinarum adeptus sit, eas ut in ventrem fermè abdidisse videatur, breui tamen ipsas dolens amittet: hoc enim valet, euomentur, idque illus accidit, in improbis artibus diuitias quaesierunt. Sed unde vomitus?

**D**autem Greg. Nazianz. orat. 9. ad Julianum tributorum ex equatore, propterea eiusmodi diuitias iniuste partas naueam mouere affirmat, quia cum aliorum lachrymis permisceantur, *Ne ex aliorum egestate, ac lachrymis* (inquit) *opes nostras copiarer sustineamus, à quibus tanquam à rubrigine, actione consumentur, vel (ut scriptura verbo utar) euementur.* Itaque lachrymas egenorum rubiginem pecunias aspergere dicit, quia nimium metallia ab humore eruginare solent: deinde etiam his, qui eas contra fas deuorarunt, vomitum mouere dicit, nec immerito. Non enim insolens est aquis calidis, aut tepidis ad vomendum nauseantem impellere. Quapropter qui facultates aliorum per vim inuadit, atque eorum calentes lachrymas exorbet, euomat tandem necesse est. Ceterum hæc ipsissima Nazianzeni verba expendens Nicetas, sic addit vim vomitionis ostendens, *Qui noxium aliquem cibum sumpsit, una cum eo probos etiam euomit sic qui iniquè congerendi opibus studet, non solum ipsas, sed etiam, quas prius iure possidebat, plerumque amittit.*

Greg. NAT.

132

Nicetas.

XVIII. Iustorum autem semita, quasi lux splendens procedit, & crescit: usque ad perfectum diem.

**D**HÆC verba codex Hebr. ad verbum sic exprimit, *Et semita iustorum, veluti lux splendor, vadit, & illuminat usque ad paratum diem.* Rödol. conuertit, *Visque ad robur diei, Caiet. Vsque ad directionem diei.* Septuag. integrum sententiam sic redunt, *Via autem iustorum similiter, ut lux fulgent;* procedunt, & illuminant donec dirigat se dies. Lucifer, Donec corrigat se dies. Theodot. *Tanquam lux splendoris vadens, & illuminans usque ad stabilitatem dies.* Aquila, *Visque ad paratum diem.* Symmachus, *Visque ad stabilem diem.*

**E** Caietanus cum extrema verba conuertat, *Visque ad directionem diei, ad hunc modum interpretatur. Lumen, inquit, auroræ non sufficit ad illuminandum, sic ut opera omnia dirigi possint: lumen autem diei operibus omnibus directionem præstat.* Sic ergo describitur progressus piorum in honestate, quod ab initio quali ab aurora exorsus in diem intendantur, quo usque tandem ad eam lucis mensuram perueniat, quæ satis sit ad dirigenda cuncta opera. Itaque in eo dissidet Caietanus à reliquis, quod per diem perfectum, non beatitudinem, sed vita perfectionem accipit. Ad id spectasse videatur

**Nicobol.** apud Nazianz. in Epistola ad filium de triplici via: altera caliginosa, & tenebris obsita, nocti similis horridæ, quam pergunt impij: secunda media, de qua sic habet, *Media via est, proindeque in mercede ratione medium quendam locum tenet, ut quæ nec admodum erumosa sit nec rursum admodum splendida & gloria, quemadmodum si noctis obscuritas matutina luce diluat.* *Quod quidem mixtioris genus αμφιλέκτη, id est, sublustrum noctem, qualis antelucano tempore esse solet, eruditæ appellant.* Tertia est pura, & præclaran nullis involuta umbris eoque hominem virtute præstantem subuekens, ut ante antecedendi finem faciat, quam ad summum illud præstantissimumque lumen peruenierit. Et breui verborum interstitio subdit,

133

134

135

136

M ij

Hac præclara viaj omnes incedunt, quibus iam vita  
minime in terra est: ter certè, quaterque beati homi-  
nes in terra sublimorem terræ vitam agentes, calibes,  
mundi contemptores, calipeta, pauperes, tristes, humi-  
cubantes. Et paulò infra, Hos ego deorsum vergens  
pertimesco, ad velut Deum ipsum, cum ad homines  
accedit, perhorresco, ut qui longè supra mortales o-  
mnes assurrexerint. Ecce quanti fieri debeat homo  
ille, cuius lux creuit ea ratione, & processit usque  
ad perfectum diem. Reliqui verò interpretes in  
candem expositionem conspirant. Iustorum au-  
tem semita, id est, honesta viuendi ratio, Quasi  
lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum  
diem, id est, similis est luci auroræ, quæ succeden-  
tibus aucta incrementis peruenit usque ad meri-  
diem. Nam virtutum progressibus, & cognitionis  
illustrationibus in dies accrescens ad summam il-  
lam lucem meridiana clariorem, scilicet beatitu-  
dinem pertransit. Sic exposuit locum istum Diuus

137  
Gregor.

Gregorius super Ezechiel. homilia 5. his verbis,  
Iustorum semita, &c. In eorum enim animis bonum  
desiderium, atque intellectus lucis intima iam pars  
diei est: sed cùm usque ad finem vite in virtute pro-  
ficiunt, ad perfectum diem tunc veniant, quando ad  
caelestia regna perduci in ea luce, quam desiderant,  
iam minus aliquid non habebunt. Et quidem aug-  
menta virtutum, atque cognitionis Dei satis aptè  
cum diei incrementis conferuntur. Prima enim  
nostræ iustitiae primordia cum primo manè, atque  
luciferi ortu eleganter cōpositi Petrus 2. Can. cap.  
1. Donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus  
vestris. Quæ verba licet aliqui accipiunt de futura  
gloria, & alij de Euangelij prædicatione, nonnulli  
etiam de prima resipiscientia, & conuersione illo-  
rum, ad quos Petrus scriperat, interpretantur.  
Ergo ab hoc manè, & luciferi ortu, id est, à prima  
gratia progressa iustitia, & cognitio Dei ad perfe-  
ctum usque æternæ gloriæ diem promouetur. Qui-  
bus verbis significare vult Salomon iustis semper  
lucem suppetere, ut scandala, atque ruinas vitent,  
quibus improbi impingunt. Subdit enim, Via im-  
piorum tembrosa, nesciunt ubi corruant. Sed obser-  
uandum est, hanc sententiam non tantum aduersari,  
& antithesim habere cum sequenti: sed etiam  
cum antecedentibus, ut planè denotat illa particu-  
la aduersaria autem, Iustorum autem, &c. Quod  
ideo animaduerti, quia ut supra obseruauit, inter  
illam sententiam superiorem, Non enim dormiunt,  
nisi male fecerint, &c. atque istam perfecta versat-  
ur antithesis, atque adeò cùm dicitur, Iustorum au-  
tem semita quasi lux, &c. non tantum iustorum vi-  
uendi rationem cum diei progressibus aptè compa-  
rari, sed etiam piorum hominum vitam noi esse  
lucifugam, sed luce plurimum gaudere signifi-  
catur.

139  
Chrysost.

Sed vide quām aptè honestatis atque iustitiae  
exordia cum aurora, profectus cum diei progres-  
su, beatitudo cum meridie à Salomone compon-  
nuntur. Itaque iustitiae primordia, & prior resipis-  
centia auroræ similis esse dicitur. Ad id spectasse vi-  
detur Chrysostomus homilia 39. in cap. 21. Mat-  
thæi super illa verba, Manè autem reuertens in ciuitatē  
esuryt. Vbi primū, secundū, tertīū, quartū quintū,  
& sextū manè numerat, quibus totius mūdi seculū,  
quasi diuīsum, ac dispertitum est. Toties autem  
manè illuxisse dicit, quoties mundus à suis sceleri-  
bus resipuit, & pietatē inchoauit, Magnus Grego-  
rius in lib. 1. Regum, ad illa verba, Cras enim cum  
incaluerit sol, erit vobis salus. Geminum constituit  
diem mysticum, Dies ( inquit ) primus est lux pre-  
dicationis, crastinus diuina gracia est. Addit verò  
inter utrumque hunc diem noctem quādam inter-

A cedere, Quia et si diuina auxilia ( inquit ) sperantur,  
ad huc tamen irruentes desideriorum carnalium tene-  
brae non discedunt. Hunc verò nocti succedit manè,  
quod tunc primò illucescit, cum fugatis tenebris car-  
nalium, pietas inchoatur. Sed audiendus hac de re  
etiam est D. Hieronymus in cap. 7. Hieremias ad Hieronymum.  
illa verba, Et loquutus sum ad vos manè cōsurgens, &  
loquens. Vbi sic ait, Manè consurgit Deus, non quod  
et aliquid tempus sine diluculo sit, sed quod post noctis  
quietem viribus corporis instauratis, hominum virtus  
vegetior sit, ita ut audire, & facere valeat, quæ dicū-  
tur. Itaque ex mente Hieronymi, manè animæ illud  
dicitur, cùm primū obiecto sopore vegetior est,  
ac promptior ad perficienda diuina mandata. Et  
sanè primū pœnitentia, ac resipiscientia exordium  
aptissimè cum aurora comparatur: aurora enim di-  
citur, quasi aura rorans, quia manè primò ros ex  
aere demittitur. Nec secus oculi lachrymas irro-  
rare solent, cùm pœnitentia cor tangitur, vel aliter.  
Aurora dicitur ( ut alij mālunt ) quasi *aurea hora*,  
quod nomen quidam ex eo tulisse dicunt, quia lux  
prima, quasi auro imbuere omnia videtur, montes,  
arbores, &c. Alij verò ex eo auream illam horam  
dictam existimant, quia illi, quibus ea hora nasci, &  
lucem aspicere contingit, fœlicitatis omen habent.  
Aurea igitur hora dicitur hora resipiscientiæ prioris.  
Primò, quia opera omnia iusti hominis auro chari-  
tatis colorat, vel potius aurea omnino reddit, hoc  
est, meritoria, ut his possit æterna vita comparari.  
Vnde D. Laurentius Iustinianus charitatem *Chimi-  
cam compositionem* appellavit, quia omnia opera,  
quæ attingit, aut imbuat, aurea reddit, & meritoria  
vitæ æternæ. Deinde quia pœnitentia hora est, qua  
homines denuò renascuntur per regeneratēm gra-  
tiam, qualis hora nihil magis aureum, ac fœlix exco-  
gitari potest. Adde etiam si placet, Christus quo-  
dammodo ea ipsa hora verè pœnitentium animis  
innascitur. Obserua autem Prophetam de Christi  
Domininatuitate verba facientem in Psalmo 109. *Psal. 109.*  
sic pronunciasset, *In splendoribus Sanctorum ex utero num. 3.*  
ante luciferum genuisse. Quæ verba Hieronymus sic *Hieronym.*  
exulit, *Ex utero auroræ tibi ros adolescentia tua.* Et  
quidem locum istum alij ex Patribus de tempora-  
li Christi natuitate, alij de æterna generatione ex-  
ponunt. Vtriusque verò natuitatis sublimi qua-  
dam ratione natura describitur, cùm vel ex fecuri-  
da patris mente, vel ex matris immaculatis visce-  
ribus velut Sol ex auroræ utero processisse affirma-  
tur: vel certè Propheta, ut natuitatem utramque  
fœlicissimam, & auspicatissimam esse deceret, af-  
firmat ei persimilem esse, quæ contingit aurora il-  
lucescente, & Sole appetente: nam natuitatum  
momenta obseruantes Astronomi nullum fœlicius  
esse aiunt, qnām auroræ. Ea igitur est dignitas  
pœnitentiæ, per quam in iustorum animis Chri-  
stus enascitur, ut cisdem verbis, atque eadem si-  
militudine describi possit hoc modo, *Ex utero*  
**F**auroræ ( tibi ô Christe ) ros adolescentia, seu pœ-  
nitentia tua, id est, tum, cùm ex pœnitentia in ani-  
mis hominum nasci tibi libuit, quasi ex utero au-  
roræ procedis, tunc fœlicissimo omne, & auspicio  
te nasci putas. Vide quanta hic subit fœges; eam  
tamen tibi demetendam relinquo.

Rursus hominis iusti in vera honestate profectus  
cum diei progressu comparatur. Diuus Dionysius *Dionysius.*  
de diuinis nominibus cap. 4. ut ostendat rationem,  
qua homines diuini luminis splendores hauriunt,  
& luciformes redduntur: postquam Deum cum  
Sole contulit longa oratione, addit ab hoc Sole  
diem quandam intelligibilem, & spiritualem in  
animis effici. Nam quemadmodū dies hic visibilis  
est latiō Solis super magnum mundum, ita etiā dies

140

Gregor.

intelligibilis est quædam latio Solis diuini, hoc est, Dei super minorem mundum, id est, superhominem. Sed qua ratione lux Solis istius proficiat, declarathis verbis. Dicendum itaque est, ut intelligibilis lux bonum ipsum dicitur, quod omnem super cœlestem spirituā spirituali impletat luce, omnemque ignorantiam pellat, erroremque abigat ex animabus, quibus se insinuauerit, eisque sacre lucis consortia tradat, spiritualisque illarum oculos purget, obductaque ignorantie caliginem terga, tradatque illa primum quidem exigua consortia luminis: deinde ubi illæ degustauere lucem, maioremque eius tanguntur desiderio, sese eis magis infundat, & copia uberiore lucis infuseat, quia dilexerunt multum: semperque eas ad anteriora intendat, quantum affirare ad ea pro captis suo possunt. Haec tenus Dionylius, cuius verba præclare ostendunt, qua ratione iustorum semita: sicut lux splendens, procedit, atque crescit usque ad perfectum diem.

145 Ad extremum perfecta dies æternæ vitæ simulachrum gerit, tunc scilicet, cum Sol iustitiae supra verticem elatus, perpetuum, atque constantem profundit meridiem. Libet ex præmissis initio letationibus aliquas præcurrere, quia præclarè æternæ vitæ conditiones exprimunt. Et quidem duas illæ priores, scilicet usque ad perfectum diem, & usque ad robur diei, meridiem sonant. Hunc autem cum vita beata contulit Diuus Gregorius ad illa verba Iob, Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, lib. 10. Moral. cap. 12. Iusto, inquit, meridianus fulgor ad vesperam surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam occumbere cœperit, animaduertitur. Similia habet August. in Psal. 54. ad illa verba, Vesperi, & manè, & meridiem narrabo. Subiicit enim, Vesperi de præteritu, manè de futuris, meridiæ de sempiternis. Lege ibi multa. Et sane meridiæ, vel robur diei, aptè satis cum beatitudine comparatur. Quia ut it idem Augustinus de verbis Domini serm. 50. Meridiæ magnum feruorem, magnumque splendorem sonat. Ex utroque vero, scilicet ex splendore visionis Dei, feruore dilectionis coalescit beatitudo. Tertia leto Luciferi est, donec corrigat se dies. Certe vita æterna cum die una confortur, Melior est dies una in atrio tuis super millia ( inquit David ) est autem dies quædam, ut ita dicam, correcta, quæ à nostrarum dierum imperfectionibus libera, & immunis est. In primis enim dies huius vitæ mali dicuntur. Sic enim Jacob Genes. 47. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum pauci, & malæ. Et Paul. ad Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. David autem de diebus æternæ vitæ sic cecinit, Qui ergo vult vitam, & diligit dies vide re bonos. Rursus dies nostra cum nocte commutatur: illa vero dies æterna est, & constans. Audi Augustinum in eum locum ser. 16. in Matthæum, Vita beatæ esse non potest, nisi æterna, ibi sunt dies boni, nec multi, sed unus ex consuetudine huius vita appellari sunt dies: ille dies nescit ortum, nescit occasum. Illi diei non succedit crastinus, qui a nō præcedit hæternus. Et in Psal. 83. super illa verba, Quoniam melior est una dies supra millia. Millia dierum desiderant homines, & multum volunt hic vivere, contemnunt millia dierum, desiderent unum diem sempiternum, cui non cedit hæternus, quem non urget crastinus. Quid nobis est cum millibus dierum? Unus a millibus dierum ad unum diem, &c. Item dies nostros nubila obtenebrant, nebulae maculant, non item diem æternum. Audi Gregorium Papam in Psal. 7. ex pœnitent. Illa est, inquit dies, quam verus sol illuminat, qui nescit occasum, quem non obtenebrat nubes, non obscurat nebula, non obumbrat turbo, quæ recte una dicitur, qui a nullius fini termino angustatur. Ad hunc mo-

Gregor.

August.

146

Genes. 47. num. 3.  
Ephes. 5. num. 16.

147

Gregor.

Tom. 1.

A dum correcta, & imperfectionibus libera una dies beatitudinem efficit, atque adeò præclara. Lucifer, Donec corrigat se dies. Ad id etiam spectat Symmachus translatio, Usque ad stabilem diem, id est, permanentem, & constantem, quem scilicet non urget crastinus, ut verbis utr. Augustini. Et quidem ob eam causam idem Augustinus de Genesi ad literam, septimam illam diem, quam Deus post conditionem cœli, & terræ requiei, & remissioni impedit, æternæ vitæ præferre imaginem docuit, quia cum reliqua dies vespera definiti dicantur, huic quidem vespera non adscribitur, ut significetur beatitudinis stabilis, & constans permanentia. Denique Aquila habet, Usque ad paratum diem, id est, quod in promissis est.

148

## XIX. Via impiorum tenebrosa: nesciunt, ubi corrunt.

VIA impiorum tenebrosa. Hebraicè, via impiorum sicut caligo. Nesciunt ubi corrunt. 149 Hebraicè, Non nouerunt in quod impingent, aut corrulent. Chalduus, Nesciunt in quo offendunt. Septuaginta, Non norunt quomodo offendunt. Symmachus, in quo infirmabuntur. Complutensis utrumque copulavit, Non nouerunt in quo, & quomodo offendunt. Habet enim & in ps. Itaque si omnes amplectamur lectiones, sic licet dicere, Nesciunt in quo, vel in quid, ubi, & quomodo offendant. Quod perfectam obsecrationem significat.

Vna est omnium mens de sententia horum, VIA impiorum tenebrosa, id est, ratio viuendi eorum caligine errorum, atque peccatorum obtenebratur: & quemadmodum hi, qui in tenebris ambulant non præudentes obiecta offendicula impingunt, atque ruunt: ad eundem modum impij nesciunt, ubi corrunt, id est, ignorantes quo loco lateat obex, offendunt, atque corrunt. Et quidem ab hac sententia non discedit illud Ioan. 10. 11. Si quis ambulauerit in die non offendit, quia num. 9. lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux in eo non est: ideo autem offendet, quia sublata luce non videntur offendicula. Sed quæ offendicula? scilicet opera tenebrarum, de quibus Paulus ad Rom. 13. Abiçia-

E mus ergo opera tenebrarum. Sicut in die honeste ambulemus non in comeditionibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & emulatione. Hæc sunt tenebrarum opera, ad quæ impij impingunt, & concidunt, de quibus etiam ad Ephes. 5. Paul. Nolite communicari operibus in fructuosis tenebrarum. Hæc vero opera tenebrarum dicuntur, vel quia lucem fugiunt, & tenebras amant, id est, latere desiderant, ut docet Chrysost. vel quia digna sunt tenebris illis, inquam, de quibus dictum à Christo, Mitte eum in tenebras exteiiores, ut docet Ambros. aut denique, quia ab his, Ambros. qui in tenebris sunt, patrantur: qui nimur lisci, ac cæci ad ea passim offendunt, & impingunt. Id August. sibi vult Salomon cùm ait.

Nesciunt, ubi corrunt, id est, corrunt, ubi nesciunt. Scilicet ubi minus putant. Sic accipienda sunt verba ista, si de ruina peccati intelligentur. Ad id spectat Ioan. cap. 12. Qui ambulat, inquit, in tenebris, nescit quo vadat, & rursus 1. Cant. cap. 3. Qui n. 35. & in odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quo 2. Cant. 3. eat. Itaque eorum, qui tenebris obsidentur, prout num. 15. prius est ignorare, quid pergent: quia si ambulant, nesciunt, quem in locum gradiantur: si vero herent, ignorant quoque, quam in partem sedent: atq; adeo si gradiuntur, impingunt, offenduntque in suo met

fratres eosdem lassentes, quod est manifestum  
excitatis, & tenebrarum argumentum. Ceterum  
si de ruina in Orcum accipiamus ista verba cum  
Lyrano, hunc sensum reddunt, *Nesciunt, ubi cor-  
ruant, id est, corruant, ignorant scilicet, quod viæ,  
id est, viæ suæ articulo tandem aliquando in tarta-  
ra accident, Nam cum dixerint pax, & securitas,  
tunc repentinus ei superueniet interitus, & non ef-  
fugient. Quasi dicat, No saben donde les cojera la  
caida.*

152  
Sed obseruanda est lectio originalis, quæ sic ha-  
bet, *Via impiorum caligo. Vbi non caliginosa, sed  
iplissima appellatur caligo, & ipsissimæ tenebræ ad  
significationis augmentum. Hebr. est, Aphelah,  
quæ vox densissimas tenebras sonat. Vnde Iob 3.  
Noctem ipsam accipiat caligo, id est, tenebrae aliae  
densiores noctem excipiunt, Itaque via impiorum  
caligo, id est, tenebrae ( si licet dicere ) obtenebra-  
tissimæ. Sic explicant Rabini. At inquires, quo-  
modo tenebrae obtenebrari adhuc, & noua caligi-  
ne inuolui possunt? Occurrit August. in Psalm. 138.  
ad illa verba, *Quoniam tenebrae non obscurabuntur à  
te, inquit, Noli obtenebrare tenebras tuas, quia Deus  
illius non tenebrat. Qui autem tenebrant tenebras suas,* C*

153  
*Chrysost.* 154  
qui autem tenebrat? Homines mali, homines per-  
uersi. Cum peccant, tenebrae sunt, & cum insuper non  
confitentur peccata sua, sed ea defensant, tenebrant  
tenebras suas. Ergo iam, si peccasti, in tenebris es, sed  
confitendo tenebras tuas, mereberis illuminari tenebras  
tuas: defendendo autem tenebras tuas tenebraberis te-  
nebris tuis. Et quando euades à duplicitibus tenebris,  
qui in simplicibus laborabas? Rursus alibi docet te-  
nebras consuetudine peccandi densiores reddi. Et  
quidem ad hunc sensum allici possunt verba Chrysostomi in enarratione super cap. 5. Isai. vbi sic Isa-  
ias, *Et aspergient in cœlum sursum & in terram deor-  
sum, & ecce tenebrae, dura tenebrae in desperationem  
eorum. Ita conuerunt Septuaginta. Subiicit autem  
Chrysostomus, Utque nosse tenebras istas non ab  
aeris natura, sed ab illorum misericordi affectu esse ob-  
ortas. Subdit ὅτι περὶ οὐρανοῦ, Tenebras duras, rudes,  
aspidas, strigosas, sive callosas, per inopiam consilij in  
desperationem ipsorum. Quibus verbis tenebras du-  
ras, & callosas appellat videat Chrysostomus,  
eas, in quibus miseri illi peccatores obdurerant,  
& consuetudine callos obduxerant. Velut enim  
apud Exod. Tenebrae palpabiles dicuntur præ magna  
carum densitate, sic Chrysost. tam densas eiusmo-  
di tenebras fore dicit, ut palpantium manus callo-  
osas, atque strigosas reddere possint. Quæ maxima  
est exaggeratio. Porest autem similiter ad consue-  
tudinem peccandi reuocari, nam cum impij eius-  
modi suorum peccatorum tenebras densissimas  
palpent, eo deuenire solet, ut assidua palpatione  
callos contrahant, atque non sentiant.*

155  
*XX. Fili mi, ausculta sermones meos : & ad elo-  
quia mea inclina aurem tuam.*

156  
*Septuaginta integrum sententiam sic conuer-  
tunt, Fili mi, attende eloquio meo : & meis verbis  
appone aurem tuam, vel adiace. Aquila, Symmachus,  
& Theodot. habent ut nostra: inclina.*

157  
Verba sunt perspicua, nec indigent interpretis  
opera. Auditorem suum ad sequentia præcepta  
attentius excipienda Salomon excitat, & exacuit.  
Et quidem crebrius attentionem postulat Salo-  
mon, quia nouit animum auditoris sœpe euagari,  
& distrahi: tunc maxime cum de rebus honestis  
sermo habetur. De qua re maxime queritur Au-  
gustinus lib. 2. de Ciuitate Dei, cap. 26. Præbentur,

A inquit, propatula pudendis, secreta laudandis, Deus  
latet, & dedecus patet. Quod malum est omnes conuo-  
cat auditores, quod bonum dicitur, vix aliquos inue-  
nit auditores, quasi honesta erubescunt et, & inho-  
nesta glorianda. Quantum vero attentio auditoris  
dicentem erigit, eleganter Chrysostomus in cap. 1. Chrysost.  
Genes. homil. 4. Forte, inquit, extendimus sermo-  
nem non volentes, sed ab ipsa consequentia verborum,  
qua rapido quodam amne vi abstracti, vosque huic  
causa estis, qui magna cum voluptate dicta nostra audi-  
ditis. Nihil enim sic excitare potest dicentem, & sen-  
tentiarum magnam copiam illi afferre, ut auditoris  
alacritas. Et sicut supini, & desides auditores, etiam  
multum eloquio valentem reddunt segniorem: ita &  
vos per Dei gratiam, et iam si magis muti essemus, quam  
lapides, potestis nostrum stuporem emendare, & sem-  
nolentiam discutere, cogereque, ut dicamus ea, quæ  
vobis conducunt. Ergo Salomon merito attentio-  
nem discipuli crebri postulat, *Fili mi, ausculta ser-  
mones meos, &c.* subdit vero, & ad eloquia mea in-  
clina aurem tuam. Hugo verbum illud, *inclinata ad*  
humilitatem, & demissionem animi refert. He-  
braicè est **תְּחִזֵּק** Tah, à verbo **תְּחִזֵּק** Matah, quod est  
propriè extendere: adeo perinde est *inclinare au-  
rem*, atque illam ostendere, seu arrigere. Quomo-  
do autem arrectis auribus doctrina excipienda sit,  
diximus cap. 2. Versiculo 1. Sed obseruant Hebrei  
illo verbo significari motionem in omnem partem,  
atque adeò attentissimum quandam audiendi mo-  
dum notari: sic enim accedit his, qui attentius aus-  
cultant, ut aures quoquoversus vertant, ne verba  
fugiant.

Sed tamen circa vulgatam lectionem, *inclinata au-  
rem tuam*, obseruare oportet ex Conrado medico,  
D ac Philosopho in sua Philosophia, more compara-  
tum esse, ut cum attentius aliquid auribus obire  
volumus, eas demittamus, & deorsum inclinemus  
caput, auresque eam in partem flecentes, vnde  
sonus accidit. Reddit vero rationem, quia auribus  
demissis vox capitut gratius, suauiusque inso-  
nat. Propterea, inquit, sinuosis quibusdam anfra-  
ctibus aures compactæ sunt, ut per quandam quasi  
lituum modulatior, atque dulcior ad organum vox  
melius penetret, cum demissis auribus captata sur-  
sum mouetur. Accedit etiam testimonium Diui

158  
*Ambrosij lib. 6. Hexam. cap. 9. vbi sic ait. Sinua-  
E tio autem interiorum aurum modulandi quandam  
numerum præstat, & disciplinam. Si quidem per  
anfractus aurum, quidam ritmus efficitur, & mo-  
dulis quibusdam ingressus sonus vocis exprimitur. Ergo  
cum ait Salomon, Et ad eloquia mea inclina aurem  
tuam, ita accipiendus est, ut doceat aures inclinare,  
ac demittere spiritualiter, ac mystice per humilitatem,  
& animi abiectionem, quod vox Deigratiō sit,  
atque dulcius auribus insonet, & quod præcepta, &  
documenta iucundius excipientur. Nescio enim  
qua ratione verba Dei humilibus gratiōra, & iucū-  
diora accidunt. Ad id spectant verba illa Christi*

159  
*Domini, quibus Pharisæis exprobavit Ioan. 5. Quo-  
modo vos potestis credere, qui gloriam ad iniucem ac num. 44.  
cipitis? Denique cum ait Salomō, aurem tuam, non  
enim simpliciter aurem, sed tuam, dixit, de interio-  
ri animi, ac mentis aure loqui significat. Audi Am-  
brosum ad illa verba Psalm. 11. Deus auribus nostris  
audiimus, quod si non satis esset audiimus. Certe si  
hoc placuerat, audiimus, plenum erat. Cur ergo ad-  
ditum est, nostris? Quid sibi hoc vult, nisi ut intelligas  
illa esse nostra, quæ mentis sunt, & ea esse meliora,  
quam quæ corpore ipsius sunt? Et plura subiicit in  
hanc sententiam. Ergo ad eundem modum Salo-  
mon non aurem, sed aurem tuam dixit, id est, aurem  
interiorum, &c.*

*XXI. Ne recedant ab oculis tuis; custodi in medio cordis tui.*

*XXII. Vita enim sunt inuenientibus ea, & universa carni sanitas.*

**N**on recedant ab oculis tuis. Hebræa consolantur. Cæterum quia oculorum, atque fontium est commune vocabulum. Scilicet *Guenajm*, aut *ghenim*. Septuaginta de fontibus acceperunt hoc modo, *Vt non derelinquant te fontes tui, custodi eos in corde.* Symmachus tamen non recedit à vulgata lectione. Theodotion paulo aliter, *Ne subsannetur ab oculis tuis.* Rodolph. *Ne effluant ab oculis tuis.*

*Vita enim sunt inuenientibus ea.* Hebraicè. *Quia vita ipse inuenientibus ea, & universa carni medela.* Septuaginta referunt ad fontes. *Vita enim est inuenientibus eos, &c.*

**A**mbros. Singulae partes scorsum edifferenda sunt. *Ne recedant*, inquit, *ab oculis tuis.* Caetanus, Rodolph. Ianseni, Lyra, & Hugo de oculis animi internis accipiunt ista verba. Quasi dicat, assiduo, & sine intermissione præcepta mea meditari te iubeo. Itaque postquam dixit *ausulta, &c.* ab auribus transmittit ad mentem, & intellectum: ab intellectu perducit ad effectum, cum addit, *Custodi ea in medio cordis tui.* Hoc enim ordine ad suadendum opus est. Addo etiam, *aliquid in oculis ferre, accipi solitum pro eo, quod est adamare, & quidem ad amorem spectant illa verba Deuter. II. Ponite verba mea in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus,* (id est in annulis) & inter oculos vestros collocate. Quæ verba Iudæi, ut sonant, accipientes; in membranas inscripta, vel laminis incisa Deimandata fronti aptate solebant, ut supra oculos penderent. Cæterum de amore, atque studio erga diuina mædata interpretari debere suadent antecedentia. Nam (ut supra dixi ad illa verba describe in tabulis cordis tui, & postea cap. 6. subiectam ad illa. *Ligaeam in digitis tuis.*) familiare erat Hebræis ea, quæ adamabant, & cordi habebant, in bullis, quæ supra cor appendebantur, & in annulorum palis incidere: adde etiam in laminis exarata ex fronte suspendere, & supra oculos ferre. Huius generis erat lamina illa Sacerdotalis, de qua Exod.

*Exod. 30. num. 30.* *Fecerunt & laminam sacræ venerationis, scripseruntque in ea opere gemmario sanctum Domini, & strinxerunt eam mithra, & vitta Hiacynthina.* Hæc enim vel suspensa ex funiculo Hiacynthino inter oculos volitabat, ut quidam volunt. Propterea enim Hebraicè dicitur. *¶ ziz. i. ala.* Vel fronti aptata supra oculos incumbebat, ut nomen Dei ineffabile, quod inscriptum erat, Sacerdos in oculis semper ferret. Fortasse etiam ex eodem genere erat gemmæ illæ, quæ inter reliqua mundi muliebris ornamenta recenset Isaias cap. 5. *Et gemmas, inquit, ex fronte pendentes.* Nam pro gemmis alijs sigilla conuertunt. Quod scilicet in his aut nomina, aut imagines eorum, quos dilexerant, impressa forent: ex fronte vero ad oculos demittebantur, ut inter lumina volitarent. Ergo Deus in prædicto Exodi loco ad eas omnes rationes, modosque gestandi res adamatæ fortasse respexit, cum dixit. *Ponite ea in cordibus vestris,* id est, portate in bullis, & suspendite ea pro signo in manibus vestris, id est, gestate in annulis, & inter oculos vestros collocate, id est, in laminis, aut bracteis frontalibus afferte. Quod perinde est, ac si dicat, adamate impensis. Ergo ad

Tom. I.

**A**hanc sententiam allici possunt etiam Salomonis verba illa. *Ne recedant ab oculis tuis, & obserua ea in medio cordis tui.* Iuxta ea, quæ diximus de bullis, & frontalibus ornamentis.

Rursus hæc verba, *Ne recedant ab oculis tuis,* de lectione interpretari possumus. Cum enim præmisserit, *Ausulta sermones meos, &c.* satis apposite adnectit, *Ne recedant ab oculis tuis.* Id est, non audi tantum, sed iterum atque iterum oculis attentis lustra, & relege. *Ne recedant ab oculis tuis.* Id est, oculis tuis semper aspice. Eleganter Plutarchus in Moral. *Vt in aliorum oculis nosmetipso conspicimus: sic in libris sapientum, quid nos deceat, quid item dedebeat, contemplandum est.* Itaque qui legit attentius alicuius viri sapientis documenta, similis est ei, qui in alterius pupilla se ipsum contemplatur. Liceat autem mihi id ad humilitatem, & animi demissione referre. Nam sicut is, qui in alienis oculis se aspicit, quantumvis magnus sit, in valde exiguum & perbreuem formam se coactum videt: sic etiam qui sapientissimorum hominum libros legit, semetipsum contemnere incipit, atque cum illos collatum parum lucere. Legerat Gregor. Ma-

**C**gnus Augustinum, & cum codem semetipsum cōponens ait libro octavo, Epistola quinquagesima secunda. *Si delitioso cupitis pabulo saginari, beatè Augustini opuscula legite, & ad comparationem similagini illius nostrum surfurem non quereris.* Ecce quomodo quamlibet Magnus (eo enim nomine censematur) se p̄ a vno Augustino, quem diu legerat, paruum ducebat. Et quidem cum eam vim habeat lectio sanctorum Patrum, & sapientissimorum virorum: tamen lectio sacrarum litterarum in primis elationem, atque iactantiam mentis deprimit. Nam quemadmodum alieni oculi seipsum in his contemplantem exiguum valde reddunt: ita etiam sacrarum litterarum lectio id efficit, ut mentes alioqui magna de se ipsis demissius sentiant, dum earum secretiores sensus rimari non possunt. Sed tamen Plutarchi sententia ad morum compositionē pertinet, quæ è lectione Philosophorum petit potest. Nam quemadmodum alieni oculi pro speculo sunt: ita etiam alieni libri ad mores informando.

**E**Plutarch. Parum est hoc, aliquid enim amplius lectio habet: non enim solum semetipsum in alienis oculis aspicit lector, sed etiam vere alienis oculis videt. Nam cum fere oculi nostri ad nos conuersi sint, & nostris rebus plus æquo faueant, oportet nonnumquam alienis oculis res aspicere; hoc autem facit, quicumque alienos liberos legit. Tunc enim alienis oculis se circunspicit, sive defecitus suos, & vitia melius adnotat. Vide autem præstantiam sacræ lectionis. Cum quis legit ab hominibus conscriptos libros, humanis semetipsum oculis obit; cum vero legit ab Spiritu Sancto dictata opera, Spiritus sancti quidem oculis se iustrat. Propterea Salomon: *Ne recedant, inquit, ab oculis tuis,* scilicet documenta mea.

Rursus dum ait. *Ne recedant ab oculis tuis,* huius lectionis non solum utilitatem, sed necessitatem etiam intimare videtur. Subiectio vero duas de sacræ lectionis necessitate sententias, alteram Ambrosij, Chrysostomi alteram. Ambrosius ergo in Psalm. 118. lect. 12. *Athleta, inquit, nisi exercitio palestra diu fuerit assuetus, non audet subire certamen.* *Ungamus igitur oleo lectionis nostræ mentis lacertos, sive nobis tota die, ac nocte, in quadam cœlestium scripturarum palestra exercitij usus, & cum aduersarius assistere cœperit, & puluere nos suæ tentationis asperserit, stenus intrepidi.* Subdit Chrysostomus homil. in illud, *Astitit Re-*

*M iiii*

194

Plutarchi.

Gregor.

Magnus.

165

166

167

Ambros.  
Chrysost.

168

gina, &c. Attenti itaque simus lectioni scripturarum: ad hanc enim attentus si fueris, anxietates à te depellet, corai tuo i. seret incredibilem voluptatem, sublata malitia radices virtutum affiget anima, interque turbas negotiorum istas, que riuu undarum sese agitantum fluctuant, non te sinet villa conflictari perturbatione, insanis licet agitetur mare procellis, tu in tranquillo nauigabis: habes enim, que te moderetur, atque gubernet scripturarum lectionem. Cum ergo vita ista rāilicia sit, & astidius agoa, vel nauigatio admodum periculosa, lectio-  
nis sacræ oculum ad pugnam, atque gubernaculum ad nauigationem adhibere necesse est, ne in agone  
victi cadamus, aut in pelago subeamus naufragiū:

**Chrysost.** Ne recedant ergo ab oculis tuis. Chrysostomus quidem cum gubernaculo sacram lectionem compo-  
suit, licet mihi eandem cum nauigatoria acu, vel charta conferre. Gubernaculum enim manibus trā-  
ctatur: acus vero, & charta ob oculos semper sunt Nauclero.

Rursus cum ait, Ne recedant ab oculis tuis, sa-  
tis innuit lectionem sacram ad oculos deliniendos,  
atque pascendos eis habilem. Audi iterum Chry-  
sostomum præfata homilia. Saaue, inquit, pratū &  
hortus, utroque tamen suauior scriptura diuinæ lec-  
tio: illuc sequidem flores inuenire est: sed qui tem-  
pore marcescunt. Hic autem occurruunt sententiae  
in nativo virore perennantes. Illuc spirat Fau-  
nus, hic afflat aura Spiritus sancti: Illinc spine  
pro muro hortum obspicunt, hic Dei prouidentia  
reddit tutum lectorum, Illuc cicade stridore suo  
obstrepere: hic Prophetæ suauis iubilo personantes:  
illuc ex aspectu quiddam oblectationis accipitur:  
hic autem ex ipsa mox lectione plurimum decerp-  
tur vtilitatis: hortus denique pro tempore qualita-  
te servit necessitatibus: scriptura autem perinde hi-  
berno tempore, atque astino perennant, comanti-  
bus vndique foliis, & fructuum pondere degrauan-  
tur. Hæc ille.

**Custodia in medio cordis tui.** Id est, præcipuum  
cordis & animi tui locum illis accommoda: reliqua  
vel extra eorū facito, vel in cordis extremo ambitu  
colloca, sed documentis meis, inquit Salomon,  
medium attribue. Non abit ab hac sententia illud  
Psalimi 39. Et legem tuam in medio cordis mei. D.  
Chrysostomus in hunc Psalmum vim huius senten-  
tiae expressit his verbis: Illud autem in medio ventris  
mei dixit ex metaphora eorum, qui bene sunt in ali-  
quem affecti, & eum, quem desiderant cupiunt vel  
in inima immittere. Ipsissima verba habet Basilus,  
& Theodoreus ibidem. Iaque illis verbis sui do-  
cumenta impensius diligenda, atque aliis omnibus  
præferenda esse docet Salomon.

Non est omittenda lectio Septuaginta: Ut non  
derelinquant te fontes tui, custodi eos in corde.  
Quæ verba, ut ad sensum nostræ vulgatae vocen-  
tur, sic accipienda sunt. Hæc priora documenta  
mea, & præcepta, inquit Salomon, ubi animo insi-  
derint tuo, fontium ad instar obtinebunt, ex qui-  
bus reliqua omnia officia, & bona opera riuorum  
in morem effluent. Ad hunc modum Tullius lib. 1.  
de Officiis, capita quædam, seu principia prima  
morum, quæ præmiserat, fontes officiorum appellauit, addiditque suminopere cauendum Philoso-  
phis, Ne relättis fontibus riuulos consolentur. Ergo  
cum Salomon priora morum documenta tradere  
aggregiatur, fontes appellauit, vt innueret ex his  
reliqua damnare. Addit vero in medio cordis con-  
stituenda, ne obturentur, & fluenta intermittant  
sua. Ut non derelinquant te fontes tui, custodi eos in  
medio cordis tui. Id est memoria in primis recole  
hæc priora. Quia si principia ista mente exciderint,

A quasi fontibus obsecariis reliqua præcepta, quæ tā-  
quam riuli ab his deriuantur, omnino deficient.  
Vel aliter. Custodi eos in medio cordis tui. Plato in  
dialogo 2. de Repub. fontem in medio urbis medi-  
tullio constituendum esse præcipit, duplice ex cau-  
sa. Prior est, vt ad communem vsum in promptu  
sit: posterior, vt sicubi ignis exarserit, præsentius  
inde succurri possit. Et quidem ob easdem causas  
Chrysostomus in homilia ad Neophytes, docet

173

D. Chrys.

fontem ex Christi latere circa cor erupisse. Nam  
cum in corpore Christi naturali Ecclesiæ mysticū  
corpus contemplari licet, oportebat fontem in  
medio esse, vt prope esset vndique ad illum acce-  
sus. Adeo fons, inquit, in medio collocetur, ut vndi-  
que circumstartia satentur aementa, & saluta-  
ris ille meatus abundantí largitate decurrens nul-  
lum si is rabie deperire permittat. Ergo iuxta ea,  
quæ diximus, ad hunc modum exponere licet Sa-  
lomonis verba. Ut non derelinquant, vel deserant te  
fontes tui, id est, vt hæc prima documenta mea, ex  
quibus reliqua fluunt, tanquam fontes quidam à  
te longius non abeant. Custodi eos in medio cordis  
tui, vti omnes animi, atque corporis facultates eos

C fontes in promptu habeant, vt sua inde hauriant of-  
ficia ad vulgarem vsum honorum operum: ac rur-  
sus, vt si quando ignis exarserit cōcupiscentię, ira-  
vel alterius, è proximo suppetat vnda ad restiguendam  
flammam, id est, bona consilia ad temperan-  
dos animi ardores, atque motus.

Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ  
carni sanitas. Sæpe alias incidimus in similia ver-  
ba. Hebraicè. Vitæ sunt, &c. Id est, triplex alia vi-  
ta, scilicet vita naturalis, vita gratia, & vita aeterna.

D Et sanitas vniuersæ carni, duplex etiam carnis ac-  
ceptio: sumitur enim pro corpore naturali, & pro  
appetitu immoderato. Ait igitur Salomon sua præ-  
cepta, & documenta vniuersæ carni sanitatem, seu  
medelam allatura, id est, vtrique carni corpori vi-  
delicet valetudinem, & appetitum moderationem.  
Septuaginta habent, vitæ sunt inuenientibus eos,  
scilicet fontes. Profecto cor vita fontem, & primam  
scaturiginem appellant tum medici, tum Philo-  
phi. Ergo cum fontes illos in medio corde locandos  
eis iam præmisserit, apposite subdit. Et erunt vi-  
ta inuenientibus eos. Id est, ex his fontibus fluet vbe-  
rius vita, & salus, tum animi, tum corporis. Qua-  
si dicat, cor quidem vitæ fontem esse dicunt: sed ta-  
men si cordi accedant hi fontes meorum præcep-  
torum, ac documentorum, tunc quidem vitam mira-  
effundent copia non solum animo, sed etiam cor-  
pori. Quid vero in corpore, & carne præstare soleat  
huius fontis aqua, docet Ambrosius tract. in Psal.  
45. Fons est, inq. it, ut aqua supereffluant requiren-  
tibus, quo & vniuersæ carni, vel flagitia diluan-  
tur, vel restinguantur incendia.

174

F **XIII.** Omni custodia serua cor tuum: quia ex  
ipsò vita procedit.

O Mni custodia serua cor tuum. Hebraicè. Ex  
omni custodia custodi, vel muni cor tuum. Ro-  
dolph. Pre omni custodia. Tigurina. Omni cura  
muni pectus tuum. Chalck. Ab omni munitione cu-  
stodi cor tuum. Aquila & Theodotion. Ex omni cu-  
stodia, iuxta textum Hebræum.

Quoniam ex ipsò vita procedit, Hebraicè. Quia  
ex ipsò exitus vitarum. Consonat Chaldæus. Se-  
ptuaginta. Ex his enim sunt exitus vitæ. Supple  
fontibus, de quibus supra Symmachus processiones  
vitæ.

175

Rodolphus sequutus propriam illam lectionem.

169

**Chrysost.**

171

**Psal. 39.****num. 3.****Chrysost.****Basilius.****Theodor.**

172

**Tullius.**

**Pre omni custodia serua cor tuum.** sic interpretatur. Longè accuratius cor tuum asserua, quām asseruantur ea, quātutissimē, & occultissimē reponi solent, id est, hæc cordis custodia aliarum rerum custodiam longo interuallo superet. Iansenius autem exponit, *omni custodia serua*, id est, summa custodia. Quemadmodum Eccles. 25. dicitur, *Omnis plaga tristitia cordis*.

**Eccles. 25.** **Eccl. 17.** Id est, plagarum omnium maxima. Caietanus aliter, *Omni custodia*, vel (*ex omni*) *serua cor tuum*. Id est, nullum prætermittas custodiæ genus, quo in corde asseruando non vitaris.

**Bernard.** **176** Diuus Bernardus in sermone de triplici Custodia, nomine custodiæ intelligit noctis excubias, seu vigilias, iuxta illud, *A custodia matutina usque ad*

**Psalm. 129.** **num. 6.** *noctem Psalm. 129.* & rursus. *Et custodia in nocte,*

**2. Para. 7.** **Baruch 3.** *que pro nihilo habentur eorum anni erunt.* Nec im-  
**Habach. 2.** *merito, quia vox originalis שָׁמַר Samarach, quæ hoc in loco reperitur, in præmissis locis, atque in aliis occurrit ad significandas excubias, seu vigilias. Itaque, omni custodia serua cor tuum.* ex Bernardi sententia, hunc sensum reddit; Per omnes excubias, seu vigilias noctis, cordi tuo asseruando inuigila.

**3. 177** *Et quidem cum vox Samarach, non tantum ipsam excubandia actionem, sed locum etiam significet, in*

*quæ excubia aguntur. 2. Paralipomen. 7. Et Sacer-*  
**Baruch 3.** *dotes super custodias sias stabant. Et Baruch 3. de*  
**Habach. 2.** *stellis similitudine militari sic dicitur. Stelle autem stellare lumen in custodiis suis. Id est, in stationibus. Et Habach. 2. Super custodiam meum stabo.* Licebit etiam alium ad sensum allicere. *Omnis custodia serua cor tuum.* Vel vt est in Hebreo, *Ex omni custodia, id est, nullam non ascende stationem, ad cor tuum, animumque asseruandum.* Sic Aquil. *Ab omni munitione.* Itaque quinque nobis suppetunt huius loci expositiones, quarum nulla est, quæ cum textu non cohæreat, singulas expendam.

**178** Prima est Rodolphi. *Prae omni custodia serua cor tuum.* Id est, accuratius illud serua, quam ea omnia, quæ accuratissimè seruari, & reponi solent. Nihil diligentius custodiri consuevit, quām thesaurus: atqui cor thesaurus est omni thesauro locupletior, cum Christus Dominus dixerit, *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* Ergo vir probus maiorem cordi suo asseruando operam impendere debet, quām auarus aliquis thesauro suo.

**Apos. Cor. 179** *Et quidem quanta auari sit hominis sollicitudo, luculenter exprimit verba Apostolorū in suis Constitutionibus, cum aiunt. Auarus locum serpentis fortius sit, quem aiunt in thesauris cubare: id est, non dissimili cura pecuniis tuendis vacant auari, quam dracones illi, de quibus fabula ferunt thesauris incubare pernigiles, immo insomnes. Non abhorreat à sententia Apostolorum Cicer. in Philipp.*

**Tullius.** *An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, agri Lucani possessiones occupavit? scilicet præsumma auaritia. Ergo cum par, immo maior esse debeat cura tuendi cor, & animam, quām thesaurum, satis liquet draconis custodiam potiori iure à nobis imitandam, quo tutum cordis nostri thesaurum reddere possimus. Et quidem ob eam causam thesaurorum tutela draconibus demandata est ab antiquis, quia insomnes esse existimabantur. Idoque dracones dictos, & r̄r̄ de pœv, id est aspicere, non solum quia videndi vī polleant, sed etiam quia nunquam oculos claudant, nec somno vīteantur. Quantum vīdō hoc vīdendi acumen ad cordis tutelam faciat, perspicue*

**Psalm. 39.** tradit Dauid in Psalm. 39. Cum enim præmiserit. **num. 13.** *Comprehenderunt me iniuriantes mee, & non potui, vt viderem. Quid inde? statim addit, Multiplicari sunt super capillos capilli mei. & cor meum dereliquit me.* Imitare ergo draconem, thesaurum

**A** tuum simili cura asseruans. Nam si vel semel eccllos claueris (liceat sic dicere) nictu oculi, cor tibi diabolus suffuratum auferet. Sed quia in draconem incidimus, accipe ab illo seruandi cordis disciplinā. Nam vt tradit Plinius lib. 37. cap. 10. & ab eo libauit Isidorus in originibus, Draconites, seu draconitas est pretiosi lapidis species, quæ draconis ex cœrebro trahitur, sed nisi viuentibus adhuc abscondatur, non gemescit: igitur dormientibus amputant, inquit Plinius, Ergo qui quarunt, viso draconem spargant somnifica medicamenta, atque ubi in soporem induixerunt, præcidunt. Hæc autem gemma cognominatur Encardia siue Cardisce, ~~καρδία~~ enim Græcè est cor. Et quidem propterea nomen hoc tulit, quia est triplex illius species. Vna, in qua nigra cordis effigies eminet. Secunda colore viridi cordis speciem representans. Tertia nigra cor ostendit, reliqua sui parte candida. Hæc ille. Haud dissimili astu diabolus pretiosissimam cordis gemmam, seu encardiam nobis eripere contendit, dum viuimus ergo draconum in morem perugili eam cura teneamus, & tucamur, nec sopori unquam faciamus locum: cor enim non nisi à dormientibus, & vitam defidem agentibus auferre potest. Fugiamus soporifera diaboli tētamenta, vitemus ea, quæ nos desidia solvant, & (vt compendio dixerim) *No-lite locum dare diabolo.*

Rurlus inter res, quibus præcipua à Deo optimo maximo custodia adhibita est. Paradisus censetur, cui scilicet hominem prius præfecit, ut operaretur, & custodiret illum. Sed cum homo ab innocentia excidisset, Cherubim versatilem ignis gladium vibrantem custodem esse iussit. Audi ergo Diuum Marcum Heremitam in opusculo de Paradiso, &

**D** lege spirituali. *Cum igitur scriptura audieris enarrantem, quæ pertinent ad Paradisum, omnibus affectioribus semotis, ad cor tuum conuerte animum, & reperies ibi Paradisum.* Et breui verborum intersticio. *Quocirca iubet scriptura hominem omni custodia seruare cor suum, ut conseruans in eo Paradisum, fruatur gratia spirituali, nec audiat serpentinus intus se implicantem, & consilientem, que faciunt ad voluptatem.* Ex his constat cor nostrum Paradiſi adinstar obtinere. Disce igitur quemadmodum Paradiſushæc asseruanda sit, imitare Deū:

**E** hic enim hominem prius illuēdo præficit: at postquam hic excidit, angelum adhibuit, & gladium versatilem igneum. Haud aliter tu, vt Paradiſum cordis tui tutum reddas, adhibe prius hominem, id est, humaniores rationes, propone illi suavia, & mitia, abiice illi præmia æterna. Vbi verbō homo exciderit, Cherubinum præfice gladium ignis vibrantem, & versatilem, id est, obiice conscientiam inferni ignes minitantem: ad hunc enim modum Paradiſus cordis muniendus est.

Secunda expositio est Iansenij, *Omni custodia serua cor tuum*, id est, maxima custodia. Iuxta illud **F**omnis plaga tristitia cordis, id est, plagarum maxima: Profecto ad mysticum, seu spirituale cor maxima, atque præcipua cura custodiendam ducera, optimam se præbuit natura, quæ in structura corporis naturalis tutissimum cordi locum accommodauit. Quod eleganti oratione persecutus est Plinius lib. 11. cap. 73. *Cor animalibus ceteris in medio pectore est, homini tantum infra leuam papillam turbinato mucrone in priora eminens, palpatur certe, & quasi alterum mouetur animal, præmolli firmoque operum membrane inuolucro, munitum costarum, & pectoris muro, ut pariatur præcipuum vite causam, & originem.* Sicut ergo natura prouida præcipuam naturali cordi asseruando nauauit curam: ad eundem modum spirituali cordi, animo-

**180**  
**Plinius.**  
**Isidor.**

**182**  
**Marcus**  
**Heremis.**

**388**

**Plinius.**

184

que faciendo maximam omnium custodiam adhibere oportet. Et quidem duo in primis numerat Plinius naturalis cordis septimenta: alterum est tunica illa interior, quā pericardium appellant. Hanc vero supra cap. 3. ad illa verba, *Et erat sanitas umbilico tuo, bona conscientia, quae ad tutelam cordis in primis necessaria est, accommodate adscriptissimus.* Vide ibi. Alterum est exterius, scilicet costæ, atque pectus, quæ muri ad instar cingunt. De his Gregor. Moral. 14. cap. 7. *Castæ, inquit, viscera constringunt, ut latenciae intrinsecus earum soliditatem muniantur. Costæ ergo uniuersus sunt animi sensus* (sic appellat rationales virtutes, quæ secundum rationem operantur) *qui latentes cogitationes muniunt, ne ad exteriora prodeant, & nullatenus regi possint.* Itaque virtutes omnes pro costis sunt ad cor spirituale muniendum, atque tuendum. Ad hæc Cyrilus de Adoratione lib. i. fabricam mulieris primæ allegoricè sic extulit. *Tulit Deus costam ex Adam, & edificauit eam in mulierem.* Hinc est, ut ex latere una costa vir imminutus sit, atque ex parte cor naturali careat mumento. Nam costas ad cor muniendum natura compedit. Itaque mulieris fabrica cordis murum labefactauit. Mulier autem, inquit Cyrilus, est figura voluptatis: voluptas verò vbi animum deliniuit (ut ita dicam) vallum, quæ costarum in morem cor præcinctum, prærumpit, atque murum labefactat: cauenda igitur voluptas est.

186

Tertia interpretatio Caietani sic habet. *Omnis custodia serua cor tuum.* Id est, nullum prætermittas custodiæ genus, quo in corde tuo afferuando non utaris. Latissima est hæc sententia, & omnes custodiæ rationes complectitur. Sed tamen tres præcipiosos enumerat custodiæ modos Richardus Victorinus de Monachorum claustro verba faciens: *Pretiosa, inquit, in arca afferuamus, filium domi clausis foribus continemus, reum in carcereis custodia coercemus.* His omnibus custodiæ speciebus erga cor tuum vtere: pretiosa res est cor, atque adeò arca mandandum, & includendum videtur. Et quidem ibidem Richardus arcam cum silentio contulit, cuius est monachos quasi in arca occlusis seris tutos seruare. Id vero silentium ad cordis custodiam imprimis necessarium est. Et sanguis locus vbi natura cordi locum dedit, arca à medicis appellatur: sic enim totam viscerum intercapelinem nominant.

Richard.  
Victorin.

187

Quemadmodum ergo ad naturalem cordis tutelam natura ipsa arcum compedit: ita etiam ad spiritualem eiusdem custodiæ arca loco silentium prouida gratia accommodauit. Ad hæc Remigius pendens illa verba. *Beati mundo corde. Cor, inquit, mundum qui seruat beatus est, eius autem munditia sic seruanda est, quemadmodum virgo muliebrem mundum in theca reponit, ne lordes attingant: sic anima et sanguis in pura abdit conscientia, ne labes inquinent peccatorum.* Itaque pura conscientia cordi pro theca est, ut de pericardio supra diximus. Secundo cor nostrum loco filij charissimi nobis esse debet: atque adeo quemadmodum filium, ne vagetur diu, vel noctu erret, domi clausis foribus continemus, ut Richardus verba usurpem, sic etiam cor nostrum coercere oportet, ne vagum, & errans noctu, diuque per voluptatum illecebras feratur. Et quidem cor vni filij vices agere docet Augustinus serm. 40. de tempore, vbi sic ait. *Quod Abram illi dictum est, domi huius dilectionis filium tuum, Id ipsum dicit tibi sapientia, da mihi fili cor tuum: ipsum est dilectus, & vnicus filius.* Rursus quibus foribus filium istum domi coercere debemus, docet idem Augustinus in Psalm. 140. *Quid est, inquit, ostium cordi claudere, hoc ostium quasi duas*

Remig.

*habet valvas cupiditatis, & timoris: aut cupis aliquid terrenum, aut times aliquid terrenum?* Timoris ergo, & cupiditatis ianuam claudere contradibulum, aperi ad Christum. *Quomodo ipsas ianuas aperis Christo? Cupiendo regnum celorum, timendo ignem gehennarum.* Itaque duo habet ostia cor nostrum: vtrumq; verò duabus valuis muniendum est. Prioris ostij duæ valuæ sunt: cupiditas terrena rerum, & metus earundem. Hæc si pateant, vel cor egreditur nostrum, vel diabolus intrat, atque il lud aufert. Posterioris autem osti forens sunt, cupiditas regni, timor gehenna: hi cum reserantur, Christus animum ingreditur, & hospitijs pretio loci plerat. Hæc est Augustini mens. Itaque cum audis cotanquam filium occlusis foribus domi continendum esse, cupiditatis, atque timoris vtramque valuam diligenter illi obseruandam esse intellige. Tertiò, cor nostrum multorum criminum reum esse constat, atque adeò carcereis custodias, compedibus, & manicis aduersus illud vti debemus. Sed quænam ista? Idem Augustinus in Psalm. 149. ad illa verba. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Multi, ait, cessauerunt nobiles esse gentium, elegerunt paupertatem in Christo, nobilitatem in Christo. Multi autem tenent ipsam nobilitatem in Christo, tenent regias potestates, & sic sunt Christiani. Ipsi sunt, tanquam in compedibus, & tanquam in vinculis ferreis, item Reges eorum dicuntur animi, & corda eorum, quæ in reliqua membra obtinent principatum: hi vere compedes accipiunt. Quorsum? ne progredentur ad illicita compedes accipiunt, compedes sapientia, compedes Verbi. Quare ergo vincula ferrea, & non aurea? ferrea sunt, quando timent: ament, & aurea erunt. Et post pauca. Non dum diligunt iustitiam, sed timent paenam, & timendo paenam iam accepunt compedes, & in vinculis ferreis erudituntur.*

189

Hunc ergo ad modum carcere includendum, vinculis, manicisque astringendum est cor, tanquam multorum criminum reum, vinculis scilicet legis, & disciplinæ Christianæ, quæ cum timor abstingit, ferrea sunt: cum vero pulso timore amor eadē implicat, aurea sunt. Cæterum aliam custodiæ rationem cordi custodiendo excogitauit Bernard. ser. *Bernard.*

190

*46. inter paruos, vbi dicit castri instar munitissimi afferuandum, atque defendendum esse, his verbis. Solent dicere homines huius seculi, bonum castellum custodit, qui corpus suum custodit, nos autem non sic, sed ex Apostoli sententia dicimus colendum, custodiendumque magis anime castrum, quoniam ex ipso vita procedit, sed castrum istud in terra immicorum situm undique impugnatur, & idcirco omni custodia, id est, inferius, superius, ante, & retro, à dextris, & à sinistris muniendum est. Vide plura ibi. Quarta expositio huius loci est eiusdem Bernardi: Omni custodia vel per omnem custodian serua cor tuum. Id est, omnes noctis excubias, seu vigilias tuere animum. Subiicio verba Bernardi.*

191

*Nam & veritas in Evangelio de vigilantibus seruis, & aduentum Domini prestolantibus, sic inquit. Si in tertia vigilia venerit, & ita innenerit, beati sunt serui illi: quod nequaquam de prima, sed nec de secunda dictum repertus. Est autem vigilia hac super cor, cui sane omnem iam custodiæ exhibere sapiens monet, nimisrum quia ex ipso vita procedit. Constat autem noctem in quatuor olim vigilias distribui solitam, à vespere scilicet, vixque ad gallicinium in duas: & à gallicinio usque ad auroram in duas alias, quas Origenes cum quatuor ætatibus composuit homil. 31. in Matthæum: scilicet cum pueritia, adolescentia, virilitate, & senectute. Origene hæreat Augustinus serm. 14. de verbis Domini.*

192

*Bernard.**Origenes.**August.*

Gregor.

193

Hilatius super Matthæum 14. & Diuus Gregor. homil. 13. in Euangel. Ergo iuxta hanc sententiam seruare cor per omnem custodiari, id est, per omnes custodias, seu vigilias, perinde est, atque illud omnibus ætatibus asseruare. Et quidem cum quædam

Chrysost.

194

sunt viae cuilibet ætati familiaria, pueritiam ignorantia, adolescentiam luxus, virilem ætatem licentia effrenata peccandi, senectutem auaritia comitantur, ut docet Chrysostom. hom. 82. in Matthæu, profecto omnibus hisce ætatibus cor omni custodia munire nihil est aliud, nisi ab his vitiis sollicite illud defendere, ac tueri. Quid plura? Hæc vigiliarum partitio militaris est, & à militibus desumpta, qui distributis spatiis per totam noctem excubant in speculis, quibus mors cum somno pariter irreperre solet, sicut Imperator dormientem militem inuenit. Sic ergo accipe verba Salomonis. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Id est, per omnes vigilias noctis excubia, agitur enim de vita tua. Denique illas tres vigilias, quas Lucas enumerauit cap. 14. quidam tribus statibus accommodant, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum: atque ad eam, dum Salomon omni custodia, seu vigilia cor custodiendum esse dicit, eius custodiā non ad incipientes tātū, sed etiam ad proficientes, & perfectos spectare significat.

Lyc. 14.

195

Denique quinta interpretatio est: *Omni, vel ex omni custodia serua cor tuum*, id est, ex omni specula, nullam videlicet prætermittas speculam, in qua non excubes ad cor asseruandum. Profecto virtutes omnes intellectuales cum speculis co. nō sunt. Diuus Gregorius Moral. lib. 31. cap. 20. sed prudētiā imprimis, cuius est à longe prospicere, ac de illis decernere, ideo appellatur prōficiētia. Alibi etiam scripturas sacras cum speculis contulit. *Speculari*, inquit, est de altitudine sacrarum scripturarum eterna bona contemplari. Item Diuus Augustinus in Psalm. 101. contemplationem nouissimorum speculæ similem esse eleganti oratione cōfirmat. *Specula*, inquit, dicuntur, ubi ponuntur custodes. Fiunt ista specula in axis, in montibus, in arboribus, ad hoc, ut de loco eminentiori longe videantur. Qualis ergo speculatio intelligere nouissima? Hoc est enim speculatio longe videre, transire mare, videndo, non nauigando, & habuisse in extremis maris, ibi ponere spem in eo, quod erit finito huic seculi mari. Si ergo ex omni specula cor seruandum, atque custodiendum est, constat mētem excubitoris instar militis has omnes speculas ascendere, atque inde contemplari debere, ne quā hostis irrumens imparatas ad repugnandum animi vires, id est, virtutes inueniat.

Gregor.

August.

196

*Quoniam ex ipso vita procedit.* Id est ipsum est via fons, & origo. Quasi dicat, quemadmodum cor naturale, naturalis viae primum fontem, & scaturiginem præbet, ita ut gradus omnes viae vegetatiæ, sensitivæ, & rationalis, ab ipso profluant. Ad eundem modum cor morale, id est, voluntas gratia informata moralis viae initium est, & prima causa secundum omnes virtutum omnium gradus. Et sanc in naturali cordis structura, ut autor est Hypocrates in libro de corde, constat duos esse sinus, aut ventriculos, in quibus spiritus vitales elaborantur, atque duo item ora, quæ duo sinus aperiunt.

Hypoc.

197

*Hi vero* (inquit Hypocrates) fontes sunt humanae naturæ, & hi flumina sunt, quibus totum corpus irrigatur, atque hi etiam vitam homini conferunt. Plinius autem ubi supra triplicem dicit esse cordis humanis sinus. Nam post verba iam recitata sic adnectit: *Ut pariat præcipuan vita causam, & originem, prima domicilia intra se animo, & sanguinis præbet sinuo sospicu;* & in magnis animantibus

A triplici, in nullo non gemino. Si ergo duos enumeres fontis sinus, hi quidem charitatem Dei, & proximi adumbrabunt, in quibus tota vita animi, & tota legis perfectio continetur. Si tres sinus censeas, hunc triplicem sinum cum tribus item principiis virtutibus fide, spe, & charitatem conferre licet, quas constat vita primos fontes, & flumina vita spirituallis continere. Ad id spectat lectio Septuaginta, qui sic conuertunt. *Quoniam ex his sunt exitus vita.* Id est, ex his fontibus: præmiserant euim fontium mentionem in superioribus versiculis.

Sed non est præteruolanda lectio originalis, quæ

sic habet: *Quoniam ex ipso sunt exitus vita, quam sequutus est Chaldaeus.* Quidam ergo nomine exitus finem vita intelligit: ita ut sit sensus, ipsum est,

quod ultimo loco emoriatur, vitam amittens. Diuus Basilius fidem cum corde composuit. Est enim cor vita radix, non ipsa vita. Sic item fides, quæ spiritualis vita radix est, non autem ipsa vita, quæ consistit in charitate. Nam sicut in naturali corde accedit, ut ipsum reliquis membris vita functionis postremo loco intereat, sic docet Plinius in prædicto loco.

*Os primum mori tradunt, cor nouissime.* Sed ele-

gantius Aristoteles lib. 2. de generatione animæ c.

*4. Est autem primo cor, idque effici primum non modo sensu percipitur, sed etiam quod per obitum vita hinc ultimum deficit: evenit namque in omnibus, ut quod vitium fit, hoc primum deficiat, & quod primum, id ultimum, quasi natura decursionem reducem agat, & a calce ad carceres, unde proruit, redeat. Ergo fides ad instar cordis extremo loco interire, atque emori solet in ahimis, quia vita etiam spiritualis prior initium dedit. Ceterū nomine exitus non finis: sed potius origo, atque initium (si originalis verbi conulas vim) significari animaduentas. Quapropter hæc etiam lectio ad priorem sententiam reuocanda est.*

#### XXIV. Remoue à te os prauum: & detrahentia labia sint procul à te.

**H**Ebr. *Remoue à te peruersitatemoris, & præ uitatem laborum elonga à te.* Atque noster interpres latiorem sententiam in angustias concisæ videtur, cum prauitatéoris per detractionem extulit. Septuaginta: *Aufer à te prauum os, & iniusta labia longe propelle à te.* Aquila, Symmachus, & Theodotion. *Elonga à te.* Ex his vero duo scilicet, Aquila, & Theodot. Non prauum os: sed oris peruersitatem, vel obliquitatem conuertunt. Chald. Transfer à te os prauum, detractionem laborum longe fac à te. Itaque noster Chaldaeum paraphrastem sequutus videtur.

Prima interpretatio placuit Hebræis, qui originalem lectionem sequuti derisionem à Salomone carpi volunt: nam irridentium est os deprauare, & labia detorquere, ut his gestibus aliis illudat. *Quod quām sit impium, ut plura dimittant scripturæ testimonia, quibus aduersus derisores ut licet (sunt enim obvia) subiicio alterum Plutarchi in Laconicis apophægmati.* *Extrema* (inquit) *improbatis est linea etiam illudere his, quos affixeris.* Quasi dicat, si improbitas alicuius eo usque peruerterit, vel terius certe progrederi non potest, est enim saeuissimi animi argumentum, afflictus, miserisque insultare.

Propterea ergo consulte dicit, *Remoue à te peruersitatemoris: & obliquitatem laborum elonga à te.*

Quasi dicat: Nil improbum magis, quām ad extream iniquitatis lineam deuenire. Quapropter, ut longe fias ab hac linea, irrisione longe fac à te. Sed tamen hæc interpretatio parum accom-

198

Basilisc.

199

200

Plutarch.

201

modata mihi videtur, & textui nostro minime concors.

**A** Secunda ergo expositio, quæ non displicet Hungoni, Iansenio, & Rodolpho, est huiusmodi. *Remoue a te os prauum.* scilicet aliorum, id est, ne aures accommodes detractoribus, iuxta illud: *Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire.* Rursus appositi dicit, *Remoue a te, & elonga a te, seu longe fac.* Quia detractio pestis est, atque adeò eos, qui prope sunt, facile inficit. Huius pestis viris describit

Pseudo Augustinus in serm. 26. ad fratres in cremo.

*Sicut lepra,* inquit, *proprium corpus deuorat, & sibi adhaerentes inficit: sic & murmurator non solum seipsum destruit, sed etiam cunctos audientes inficit, ac perimit.* Et breui verborum interstitio subdit. *O quam pestis misera, & mortifera est ipsa murmuratio, o quam venenosa!* Sed elegantissime pestem istam Bernard. serm. 24. in Cantica, ubi quam latè serpat, declarat his verbis, cum enim pestem, atque lethale virus appellasset, subdit. *Unus est, qui loquitur, & unum tantum verbum profert, & tamen illud unum verbum in unum memento multitudinis audiencium dum aures inficit, animas interficit, & sunt species pestis huius multæ.* Vide ibi plura. Rectè igitur Salomon *Remoue a te,* inquit, *os prauum, & detrahentia labia longe fac a te.* Lepra enim, & pestis cum sit, sic interficit proximos.

**B** Tertia vero expositio cæteris præferenda est, quæ feruntur interpres. Caietanus, Iansenius, Hugo, Rodolphus, Dionysius, Arboreus, & alii. *Remoue a te os prauum, & detrahentia labia sunt procul a te.* Id est, noli tu ipse os tuum perueriens, vel deprauans de aliorum honore detrahere. Dixi autem huic expositioni reliquias postponendas, quia melius cum reliquo textu cohæret. Postquam enim cor omni custodia muniendum esse dixit, tanquam vitæ originem, & fontem, aptè subdit ea, quæ ad oris, & linguæ custodiam pertinent: Sicut enim vi-  
**C** ta initium à corde fluit, sic etiam interitus, mortis que primordia ab ore deriuantur. Sicut enim in naturali corruptione mors ab ore incipit. *Constat enim (vt ait Plinius vbi supra) os primum emori in homine, cor nouissime.* Ita etiam in spirituali animi interitu mors ferè ab ore incipit. Vnde Chrysostom. in Psal. 140. ad illa verba. *Pone Domine custodiare ori meo.* Per os, inquit, multæ sunt interitus viae. *ut quando quis obsena loquitur, quando verbis scurrilibus utitur.* &c. Et postquam plura enumerauit, in quibus os delinquit, subdit. *Mortis unicum fere ostium lingua est.* Et quidem eam ob causam vita, & mors in manibus linguæ esse dicuntur, quia eius est vitam tueri, vel morti ostium amplissimum reserare. Ex his liquet extremum hanc interpretationem aptius in reliquum textū cadere. Rursus iuxta illum Arist. canonem, quam supra superiori versu recitauimus, ex quo constat eum esse naturæ ordinem, vt ab his corrumphi, & emori incipiat homo, quæ ultimo loco via productionis absoluuntur, fit sane, vt natura inter reliqua membra postremam ori manum imponat, cum constet mortis, & interitus, ab eodem sumi primordia. Nec aliter in spirituali hominis regeneratione accedit, quæ gratiæ opera perficitur. Tunc enim gratia extremâ (vt ita dicam) manum homini imponit & ad perfectionis extremum gradum euehit, cum os, & linguam prorsus perfecit, temperauit. Iuxta illum Jacob, 3. *Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir,* atque adeò corruptio, & interitus ab eodem ore incipiat necesse est, vt spiritualia naturalibus omnino respondeant.

**D** Sed vide quā appositi Salomon detractionem prohibens dicat. *Remoue a te os prauum, id est, os*

*obliquum, vel oris obliquitatem.* Ea est enim natura detractionis, vt linguam non recta illum, cui detrahit, sed oblique potius semetipsum prius configat, quam alterum attingat, aut lœdat. Vel aliter, obliquitas oris taxatur. Septuaginta habent, *οὐ πατεῖ* id est, *obliquum os.* *οὐ πατεῖ* propriæ dicitur de obliquo, & sinuoso motu serpentis. Itaque perinde est, ac si dicat. *Remoue a te os,* quod oblique, & sinuose serpentis instar mouetur ac mordet. Quid enim certius, quā detractionem serpentis omnino similem esse? teste Eccles. c. 10. *Si mordeat serpens Eccles. 10.* in silentio, nihil minus habet, qui occulè detrahit.

**E** Sed de hac serpentis, & detractoris similitudine pluribus ibi agemus, tum ex Augustin. tum ex Bernard. Illud tantum accipe nunc ex Augustin. in lib. de Paradiso, propterea detractorem cum serpente conferri, quia antiquus ille serpens diabolus eius linguam obsidet, atque inde proximos mordet. Ad id spectant Bernard. verba. *Detractor, inquit, & libens auditor vierque diabolum in lingua portat.*

Chrysostom. item homil. in Psalm. 10. *Graue, inquit, malum est detractio, turbulentus Demon, nec unquam pacatum hominem reddens.* Et breui intervallo. *Etenim ipsa detractione diabolica nominatur, naturam videlicet a parentis sui detractione appellationem natæ.* *Quamobrem qui detractioni studet, diabolo inserut.* Mitto alia, ex quibus constat detractoris os, linguamque à diabolo obsessam esse. Absolutus.

**F** *Et detrahentia labia longe fac a te,* sic habet nos ter interpres Chaldaicum sequutus. Hebraicè est *לְזַעַת Lezath,* id est, peruersitas, aut declinatio, à verbo *לָזַעַ Luz,* quod est declinare, aut deturquare, sed tamen huius verbi *Benoni* in coniugatione

**D** *Niphah* (scilicet נִפְחָד) noster interpres aliquando conuertit *infames*, supra cap. 2. *Et infames gressus eorum.* Itaque *Lezath*, ad eandem significacionem retulisse videtur, & pro infamia accepisse, quasi diceret, *Infamiam labiorum longe fac a te,* ideo transtulit, *detrahentia labia longe fac a te,* quod sensu nihil diffidet. Et quidem illa verba, *infamiam labiorum*, satis accommodatè dicta videntur, est enim anceps significatio. Vel enim, *infamia labiorum*, significat labia ad infamandum prona, vel illa, quæ ipsam infamiam labie notata sunt, hoc vero fluit ex illo: detractoris enim labia prorsus infamia sunt. Eccles. 5. *Susurratori odium inimicitia, & contumelia.* Hieronymus item in Epistola ad Nepotian. *Vilium satis hominum est, & suam laudem querentium alios vili facere, qui alterius visuperatione se laudari putant, cum suo merito placere non possint.*

208

#### X XV. Oculi tui recta videant: & palpebra tuae precedant gressus tuos.

**F** *Oculi tui recta videant.* Hebraicè: *Oculi tui ad rectum aspiciant.* Consonat Symmachus, atque adeo illud *recta* videtur adverbij locum sortiri, *recta*, scilicet *videant.* id est, id quod è regione est, aspiciant. *Et palpebra tuae præcedant gressus tuos.* Hebraicè, & *palpebra tuae dirigant coram te.* Septuaginta, & *palpebra tuae iusta annuant.* Chaldaeus, & *palpebra tuae dirigantur coram te.*

Communis interpretum consensus accipit ista verba de prouidentia, aut prouincientia hoc modo, *oculi tui recta videant, &c.* id est, *Quemadmodum oculos externos, qui ambulat, non circumfert, sed in directum iacet versus cum locum, in quem tendit, & palpebras, id est, oculos ipsos præmittit,*

209

mittit, ut prius iter obeant, per quod gressus suos A regere vult: ad eundem modum, qui aliquid laude dignum gerere vult, ut mentis sue oculis infinitem intendat, necesse est, atque media, quibus eum finem persequi cupit, praeuideat animo. Hæc est mens Bedæ, Ianuenij, Rodolphi, Caietani, Arborei, & aliorum, & quod caput est Diui Gregorij Magni Pastor. 3. p. Admonitione 16. vbi sic ait.

*Palpebra tuae precedant gressus tuos: palpebrae quippe gressus nostros procedunt, cum operatio nem nostra consilia recta præueniunt, qui enim negligit considerando præuidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed præuidendo semetipsam non antecedit, atque idcirco citius corruit, quia quod pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non attendit. Sed licet ego non negauerim eam interpretationem in præmissa verba cadere posse: nescio tamen an potius, & cum reliquo textu cohærentius sit, nomine oculorum non metaphorice mentem, aut intentionem, sed germanè ipsissimos oculos intelligere. Suadent enim hoc verba superiora: nam cum egisset de custodia oris, & linguae, Remoue à te os prauum, &c. accommodate de oculorum etiam custodia subdit, Oculi tui recta videant, &c.*

Posteriorem hanc interpretationem haud repudiandam esse docet Hugo Cardinal. sed omnino amplectitur Basil. in lib. de Virginitate, qui auctoritatem Gregorij compensat. Adde Ambrosium in libro de bono mortis cap. 9. vbi sic ait.

*Oculi tui recta videant, quod non esset dictum, nisi frequenter errarent: vidisti meretricem, & captus es vultu eius, decoram putasti, errauerunt oculi tui, peruersa viderunt, aliena nunciauerunt. Nam si vere vidissent, deformem meretricis affectum vidissent, D inhorrentem procaciam, indecentem impudentiam, marcentes libidines, taram colluisionem, animæ vulnera, conscientia cicatrices. Mihi vero alteri omnino præferenda videtur. Itaque verba illa per quandam periphrasim significant rationem, qua moderandisunt, atque regendi oculi ad hunc modum, recta videant oculi tui, id est, ne circumferas huc illuc oculos: aut ne vagis luminibus cuncta obeas, sed incedens ea tantum, quæ sunt è regione, contemplantur: nec vero omnia; sed palpebrae tuae præcedant oculos tuos, hoc est, ne longius oculos iacias, quam opus est, vt gressus tuos regere possis, hæc enim est optima oculorum moderatione. Eandem sententiam reddit lectio originalis. Et palpebrae tuae dirigant coram te, id est, ducatum tibi præstent, nec ulterius aliquid aspiciant. Et quidem apertissime palpebras hic dixit, non oculos, quia palpebrarum est visum moderari, temperare, ac metiri, ne ultra quam opus est intendatur. Sed expendamus utramque partem.*

123 *Oculi tui recta videant, id est, in directum aspicient, ne scilicet circumferantur, aut vagentur. Oculos vagos insectatur Basilus in libro de virginitate non longè à principio. Non igitur, inquit, vaga oculorum acies ad omnia passim inspicienda visibilis pandanda est, ne omnem quoque figurarum, atque formarum speciem sine discretionis examine hauriens, ad earum postea turbetur imagines. Ad hæc Clem. Alexand. lib. 3. pædagogi c. II. versatiles oculos carpit sic. Lascini autem aspectus, & versatilibus oculis intueri nihil est aliud, quam oculis mœchari, cum per eos cupiditas prima ineat pugna præludia, nam ante totum corpus oculi corrumpuntur, (& post pauca) talem viisque effeminatum Sardanapalum Regem Assyriorum in lecto pedibus sursum sublati sedentem, purpuram carpentem, & albuginem oculorum versantem introducunt.*

Tom. I.

At enim Diuus Basilius vocem illam, recta, non aduerbij, sed adiectiui loco duxit. *Oculi tui recta Basilius*, videant, id est, ea quæ recta sunt, contemplantur. Quam sententiam eleganti illustrat Scholio. Ad hunc modum. *Sicuti cum in eos, qui morbo tenentur, oculorum obtutus diutius figimus, morbo ipsius consortes efficimur, contraque cum his, qui aciem naturaliter innant infigimus luminum radios, secreissima natura vi inde proficit noster intuitus* (scilicet cum aspiciimus videntes agros, aut virides smaragdos) *ita etiam cum in Voluptatis indicia innicimus oculos, animus voluptate fit sauciatus: sicut etiam cum viris bonis intendimus, magna in animo per oculos emolumenta suscipimus.*

B *Et palpebrae tuae præcedant gressus tuos, id est, ne oculos conicias ultra quam opus est ad regendos gressus, ne pedibus offendas tuis. Vrget hanc sententiam acute Clemens Alexandrinus vbi supra. Porro oculus maximè perpendendum est, quoniam melius est labi pedibus, quam oculis. Quibus verbis significat oculos adeò continendos, ut quis eligit potius pedibus offendere, non satis videns vbi pedes collocauit, quam oculis labi. Vel certè aliter. Palpebra tuae præcedant oculos tuos, id est, velocius moueantur, quam pedes ipsi, id est, si forsitan te pertransente oculi in turpem aliquem aspectum inciderunt, ne haereant, aut defigantur, sed ocyus declinent, quam pedes. Sic interpretari licet illud, Præcedant gressus tuos, & sane oculos in turpi re morose defigere prohibet Augustinus de Regula Monachorum epistola 109. Oculus, inquit, & si iaciatur in aliquem, figuratur in neminem, neque enim quando proceditis, viros videre prohibemini, sed visum sistendo appetere.*

*Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, nam impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Sed elegantissime Diu. Ba-*

*silius de Virginitate longè à principio, moras oculorum insectatur. Nam cum hanc luminibus forma obtutus passim fixerit, atque in anima voluptate mollitæ cera instar conspectæ speciei imagines presserit: quamvis ille abeat, qui eiusmodi formas impressit, insignita animo conspecti species, quod suum est semper operatur, animamque imaginibus ludit. Idcirco Virginis summopere caudendum est, ne cuiquam infigat obtutus, &c. Lege ibi plura. Acuta etiam est, et si non solida, cuiusdam meditatio in huic locum. Palpebra tuae præcedant gressus tuos, id est, cum palpebras ad claudendos, obstruendosque oculos natura compegerit, ocyus illas mouere oportet, quam pedes: etenim cum carnis illecebras fuga perincendas esse constet, tunc cum illis declinare oportet. Palpebra tuae, inquit Salomon, præcedant gressus tuos, id est, velocius moueantur palpebrae tuae ad claudendos oculos, quam pedes, vt fuga te à libidinibus vendices.*

F *Quasi dicat, obstrue primum oculos, quod breuius absolui potest, ac statim fuge.*

Ad extremum pendenda est lectio Septuaginta, quæ sic habet. *Et palpebrae tuae annuant iusta. Verbum Græcum est, rōs id est, iusto, vel nutu oculorum aliquid ostendo. Itaque hunc sensum redundat, oculi tui ipsis nutibus animi iustitiam, & mores prodant: oculi enim animi indices sunt. Nam ut supra Augustinus. Impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et Basilus ibidem. Dux enim, ac Basilius, præuius, & prenuntius animi, ut ita dicam, oculorum iactus est. Mitto alia.*

N

**XXVI.** *Dirige semitam pedibus tuis; & omnes via tua stabantur.*

August.

**D**irige semitam pedibus tuis. Hebraicè. *Li-*  
*bra*, vel *pondera orbitam pedibus tuis*. Se-  
ptuaginta. *Rectas orbitas fac tuis pedibus*. Chal-  
daicè. *Transfer pedem tuum à semitis malis*. A-  
quila, *cura vel muni viam pedum tuorum*. Sym-  
machus *obserua*, *vel caue pedibus tuis*. Augu-  
stinus epistola 47. *Rectos cursus fac pedibus*  
tuis.

*Et omnes viae tuae stabantur*. Septuaginta,  
& *vias tuas dirige*. Chaldaeus, & *omnes viae tuae*  
dirigentur.

218

Postquam de custodia linguæ, & oculorum  
egit Salomon, statim de moderatione pedum at-  
texit. *Dirige semitam pedibus tuis*, id est, ad ea  
solum, quæ recta, & honesta sunt, pedem adi-  
cito, & ab omni turpitudine pedem referto: nam  
si ad pia, & honesta gressus rexeris, *omnes viae*  
*tuae stabantur*, id est, quocumque te moueris,

August.

*omnia tibi prospere*, & fœliciter contingent, per  
omnia secundo pede perges. *Eris* (vt verbis vtar  
Diui Augustini epistola 44.) *Namphanio alter*,  
de qua voce sic lusit sacer doctor. *Namphanio*  
*quid aliud significat, quam boni pedis hominem?*  
id est, cuius gressus afferat aliquid fœlicitatis, si-  
cūt *solemus dicere secundo pede introisse*, cuius in-  
troitum *prosperitas aliqua consequata est*. Confir-  
mat carmine Virgil. *Aeneid. 8. Et nos, & tua dex-ter adi pede sacra secundo*. Subdit verò. *Secundo*  
*pede optat, ut veniat*. Ergo *Venire Herculem*  
*optat Namphanionem*. Hanc credo his verbis sub-  
esse sententiam. Neque omnino ad allegoriam  
confugiendum esse, si litteralem sensum persequa-  
mur. Hac enim ratione locus hic coheret melius  
cum superioribus, quām si nomine pedum af-  
fetus, aut animi tantum internos motus accipiamus.  
Neque abit ab hac nostra interpretatione Diuus  
Augustinus in ea epistol. 47. vbi de externis moti-  
bus intelligere videtur hæc verba, & de moderatio-  
ne pedum externa, quæ à bono affectu virtutis im-  
peratur. Itaque non omnino placent Iansenius, Ca-  
jetanus, Rodolphus, & alij, qui ad allegoriam pror-  
fusse recipiunt. Sed tamen librandæ sunt nobis ad-  
huc partes singulae.

219

*Dirige semitam pedibus tuis*. Hebraicè. *Li-*  
*bra orbitam semitis tuis*. Appendere, seu libra-  
re vias apud Geographos est ipsas metiri, & per-  
pendiculo exequare. Libratores autem dicuntur,  
qui vias, vel aqueductus ea ratione metiuntur.  
Eo nomine gaudent in lege 1. cod. de excusatione  
artific. libro 10. & in leg. ultima eodem titulo,  
sic habetur. *Et eos, qui aquarum ductus, & in-*  
*uentos modos docili libratione ostendunt*. Adde  
etiam Plinium Minorem epistola. 258. vbi sic ait.

Plinius.

*Superest, ut tu libratorum, vel Architectum,*  
*sit tibi videbitur, mittas, qui exploret, sit ne la-*  
*cus altior mari*. Itaque liberorum erat munus  
depresso valles, & præaltos cluos metiri, ut co-  
gnoscerent, an viis, vel aqueductibus essent ha-  
biles. Ergo cum ait Salomon, *Libra semitam, vel*  
*orbitam pedibus tuis*, perinde est, ac si dicat: priu-  
quam via te committas, illam adhibito rationis  
perpendiculo metiri debes, explorandi tibi sunt,  
tum valles, tum clui, & tumuli, id est, præuiden-  
da difficultates, an peruinici, & superari possint.  
Vel in uniuersum librandæ sunt semitæ, id est, men-  
surandæ. *Quia cum teste Christo Domino duplex*  
*sit via, lata via, quæ dicit ad mortem; altera an-*

**A** gustæ, quæ in vitam desinunt: oportet sanè, vt qui optimam sequi vult, vnius latitudinem, & alterius angustias metiatur. Sed rursus vocandus est in consilium Augustinus super Psalm. 39. vbi quo-  
modo istæ duæ liberandæ, & appendendæ sint per-  
acute ostendit his verbis *Angustam viam vident*  
*hac, latam viam vident illac, hac vident paucos,*  
*illac multos, sed si instus es, noli numerare illos,*  
*sed appendere: statueram affer etiam, non dolosa-*  
*mam, quia instus appellatus es: Noli ergo nume-*  
*rarre turbas hominum incidentes latas vias: Noli*  
*dicere multi sunt, pauci autem per viam angu-*  
*stam: profer statueram, appende, vide contra pa-*  
*ca grana, quantam paleam leues*. Itaque ex men-  
te Augustini librare vias, non tam est ipsas appen-  
dere, quam eos, qui perillas gradientur, qui non  
numerandi, sed appendendi sunt. Quamvis enim  
multi per viam latam regant gressus suos, pauci  
vero per semitam angustam incident: tamen si  
vtrique in æquas lances veniant, semita longe su-  
perat.

Sed ulterius notare oportet Diuum Augustinum  
in ea epistola 74. ex his verbis liberi arbitrij in v-  
C tramque partem indifferentiam auctupatum fui-  
se. Sic enim ait, *In hæc verbis sacra Scriptura con-*  
*siderate fratres, quia si non esset liberum arbi-*  
*trium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus*  
*tus, & vias tuas dirige*. Ergo si in his verbis liberi  
arbitrij indifferentiam agnoscimus, accommodissima  
est illa lectio. *Libra semitam pedibus tuis*. Id est, adhibe liberi arbitrij libram & lances, appende vias omnes, & optimam elige. Et quidem  
liberum arbitrium cum statera componendum esse  
docuimus supra c. 2. vers. 2.

Reliquæ lectiones facilis negotio ad eandem sen-  
tentiam allici possunt, licet verbis dissidere videan-  
tur. Chaldaeus habet. *Transfer pedem tuum à se-*  
*mitis malis*. Et sane, vt quis posset duas vias libra-  
re, oportet utramque experiri. Ideo suadet, vt à  
mala semita in bonam pedem transferat, vt peri-  
culo vtriusque facto inter utramque rationis libra  
decernere possit. Huc spectat etiam id quod alibi  
docuimus, scilicet vias virtutis esse leues, vitiiorum  
autem graues, inde enim constat in libram voca-  
ri posse, nam de grauitate, & levitate libra decer-  
nit. Mitto alias lectiones, habent enim æque faci-  
les explicationes.

August.

220

**XXVII.** *Ne declines ad dexteram, neque ad*  
*sinistram: auerte pedem tuum à malo. Vias*  
*enim, quæ à dextris sunt, nouit De-*  
*minus: peruersæ vero sunt, quæ*  
*à sinistris sunt.*

**N**e declines ad dexteram, neque ad sinis-  
tram. Hebraicè: *Ne declines dexteram,*  
& *sinistram*. Septuaginta: *Ne declines in dexte-*  
*ra, neque in sinistra*. Sententia eadem est, sic legit  
Augustinus quæstionum super Deuteronom. *August.*  
lib. 5. q. 48.

*Auerte pedem tuum à malo*. Hebraicè, remo-  
ue. Septuaginta, à via mala, sic etiam Augu-  
stinus in epistola 47. Chald. *Transfer pedem tuum*  
à malo.

*Vias enim, quæ à dextris sunt, &c.* Hæc verba,  
& reliqua usque ad finem capituli desiderantur in  
codicibus Hebraicis. Quapropter Hebræus apud  
Caietanum ea licentia, qua solet alias, illa ex-  
punit, & superflua duxit. Sed ad compescendam  
illius audaciam satis est authoritas Septuaginta,  
in quibus cuncta ad ynguem reperiuntur, & Augu-*August.*

Caietan.

D. N. a. stini in prædicta epistola 47. & libro 5. quæstionum in Deuteronom. quæst. 48. & Hieronymi in caput 10. Ecclesiast. Gregor. Nazianzen. Oratiozienzen. non longe à principio. Beda. & Salonihi, qui omnes ea verba pro canonice usurparunt. Adde pondus authoritatis vulgata correctionis. quæ verba ista retinet, & antiquissima omnia Biblia, quæ semper eadem retinuerunt.

224 Priorem huius sententia partem prius ad trutinam vocare libet, deinde posteriorem. *Ne declinates ad dexteram, vel ad sinistram, auerte pedem tuum à malo, vel à mala via.* In hunc locum dissimiles admodum expositiones inuexerunt Patres, atque interpretes. Hugo, Rodolphus, & Lyra, quibus subscrigit Ianuenius per dexteram, prospera, per sinistram aduersa acceperunt. Itaque declinare ad dexteram est prosperis efferti: declinare vero ad sinistram, aduersis deprimi. Et quidem nihil fere familiarius est Augustino, Bernardi & alios, quæsi prospera in dextera, in laua autem aduersa contemplari. Secundo Rodolphus dexteram de amicis, sinistram de inimicis interpretatur. Itaque declinare ad dexteram, est amicorum causa etiam inhonestæ præstare: declinare ad sinistram, inimicos odio prosequi, & iniuriis lacessere. Adductus autem ad id videtur Rodolphus testimonio illo Euangelij. *Si dextera manus tua scandalizat te, &c.* vbi nomine dexteræ communii interpretum conspiratione quiuis amicitia coniunctissimus homo intelligitur. Tertio, Beda bona in vniuersum, ac mala opera intelligit: addit vero declinare ad sinistram impios, qui praua perpetrant: ad dexteram vero iustos, qui ex eo quod iusti sunt, & bona opera præstant, sibi arrogant. Desumplit

August.  
Bernar.

225 *August.* verò hanc expositionem ex Augustino in Epistola quadragesima septima, vbi sic ait: *Declinare ille est intelligendus in dexteram, qui bona ipsa opera, que ad vias dexteræ pertinent, sibi vult assignare, non Deo.* Rursus libro quinto quæstionum in Deuteronomium, quæstione quadragesima octava. *Absit (inquit) ut dexteras, quas nouit Dominus, negemus esse rectas, sed ut dixi, declinare in eas non est illius gratia, sed tibi tribuere, quod rectum est.* Quartò idem Augustinus libro secundo de peccatorum meritis, & remissione, aliter exponit his verbis. *In dexteram enim declinare, est seipsum decipere, dicendo esse sine peccato: in sinistram verò per nescio quam prauam, ac peruersam securitatem se tanquam impunè dare peccatis.* Quintò rursus Beda sinistram stultitiam adscribit, dexteram verò sapientiæ: atque adeò declinare in sinistram esse ait stultitiam se dedere: declinare verò in dexteram plus sapere, quam sapere oporteat. Sextò, Diuus Gregorius Nazianzenus in præfata oratione aliam obtulit expositionem. Accipe illius verba, sunt enim pulchra. *Quam inutilis est iners, ac supina segnities, tam est inutilis stulta acrimonia: illa à bonis, atque honestis actionibus refugiens: hec easdem preteriens, ac dextra dexterius aliquid constituens.* Atque id probè cognitum, & exploratum habens Salomon: *Ne declines (inquit) ad dexteram, neque ad sinistram, ne per contraria in aquale malum incidas.* (Reliqua verba paulò post subiiciam.) Nam ex his satis constat eius mentem esse, eos declinare ad sinistram, qui vitiis desidiosè se dedunt, eos verò ad dexteram, qui virtutis studiosi metas ipsius virtutis per excessum euadunt. Clarius eandem expositionem tradidit Hieronymus in caput decimum Ecclesiastici. *Hic (inquit) dexteræ declinatio accusatur, ne plus sapiamus, quam*

D. N. a. *Ziazenus.* *Nouit Dominus: que peruersa verò sunt, à sinistris sunt.* Hæc est posterior pars præfatae sententia, quæ specie tenus pugnare videtur cum priori. Nam cùm declinare ad dexteram, & ad sinistram interdixerit Salomon, iam nunc dextra vias suadet, quapropter vtramque partem in concordiam adducere conantur Patres. Diuus Augustinus in præmissis locis difficultatem hanc eludit, docens in priori parte haud prohibitum fuisse à Salomone dextram viam sectari, sed declinare ad dexteram, vel

227 *Hieron.* *in dextera.* (Hanc enim lectionem præfert Augustinus in quæstione illa super Deuteronomio) quod est in ipsam dextra virtutis via delinquere his modis, quos initio ex sententia eiusdem Augustini, & aliorum præmisimus. Gregorius Nazianzenus, & Hieronymus in eandem difficultatem inciderunt, & eadem est vtriusque solutio. Subiicio verba Nazianzeni, quia venusta sunt. *Qui sit igitur (inquit) ut qui dextrum laudat, idem à dextro nos auertat intelligite caute.* Quod dextri speciem habeat, cùm reuera dextrum non sit: quod etiam spectans alio loco dicit, ne magnope iustus sis, nec supra modum sapiens. Par enim iustitia, & sapientia affert detrimentum

Tom. I.

**A** sapere nos necesse sit, quia virtutes in medio sunt, & nimetas omnis in virtuè est. Itaque uterque sententiam istam de virtutibus moralibus accipit, quæ inter duo vitiosa extrema procedunt. Illos ergo aiunt declinare ad sinistram, qui (exempli gratia) à liberalitatis virtute aberrantes prænimia parcit sequuntur sordes: eos verò ad dexteram, qui ad profusionem per excessum donandi vergunt. Quæ expositio inter eas, quas hactenus recensui, videtur mihi accommodatior.

**B** Cæterum per placet septima interpretatio Chrysostomi homilia nona in epistolam ad Thessalonicenses, à qua non abit Nazianzenus in oratione prima Apologetica de fuga sua in Pontum. Diuus Cyprianus de singularitate Clericorum circa medium, qui sinistra, aut dextra nullam metaphoricam significationem esse docent, sed existimant' absolute, ut iam rectam tenendam esse doceret Salomon, iuxta id, quod præmisserat. *Dirige semitam pedibus tuis, subiecisse, ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, id est, ne latum vnguem à recta via discedas: iuxta scripturæ consuetam phrasim, cui familiaris est iste loquendi modus.* Numerorum 2, *Gradiemur via publica, neque ad dexteram, neque ad sinistram num. 17. declinantes, donec transcamus terminos vestros.* *I. sa. 30.* Et Isaia 30. *Hæc est via, ambulate per eam, num. 21.* & non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Existimo autem nullas sinistram, aut dextram vestigandas esse penitiores acceptiones, quam ex his, quæ præmisimus, sed priores longè petitæ videntur, & mysticæ potius, quam litterales. Septima de duabus extremis virtutum Salomonis sententiam in angustias coniicit, ut tantum de moralibus virtutibus accipiatur, quæ sola inter extrema vitiosa versantur, cùm tamen latius patere videatur, & omnes amplecti virtutes. De omnibus enim licet dicere: *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.* Id est, recta perge. Atexit,

**C** *Auerte pedem tuum à malo, vel à via mala, id est ab omni iniquitate auerso pede ad pie- tam redi, ut cohæreat cum lectione Chaldæi, Transfer pedem tuum à malo, vel auerte. Causa tibi, ne vñquam à via virtutis ad vitiorum semi- tam exorbites.*

**D** *Vias enim, que à dextris sunt, nouit Dominus: que peruersa verò sunt, à sinistris sunt.* Hæc est posterior pars præfatae sententia, quæ specie tenus pugnare videtur cum priori. Nam cùm declinare ad dexteram, & ad sinistram interdixerit Salomon, iam nunc dextra vias suadet, quapropter vtramque partem in concordiam adducere conantur Patres. Diuus Augustinus in præmissis locis difficultatem hanc eludit, docens in priori parte haud prohibitum fuisse à Salomone dext-

**E** *F* *tram viam sectari, sed declinare ad dexteram, vel in dextera.* (Hanc enim lectionem præfert Augustinus in quæstione illa super Deuteronomio) quod est in ipsam dextra virtutis via delinquere his modis, quos initio ex sententia eiusdem Augustini, & aliorum præmisimus. Gregorius Nazianzenus, & Hieronymus in eandem difficultatem inciderunt, & eadem est vtriusque solutio. Subiicio verba Nazianzeni, quia venusta sunt. *Qui sit igitur (inquit) ut qui dextrum laudat, idem à dextro nos auertat intelligite caute.* Quod dextri speciem habeat, cùm reuera dextrum non sit: quod etiam spectans alio loco dicit, ne magnope iustus sis, nec supra modum sapiens. Par enim iustitia, & sapientia affert detrimentum

*Nazian.*  
*Hieron.*

229

N 1j

acres hec circa actionem animi affectio, virtutis nomen per excessum amittens: hanc enim defecit, & excessus peraque labefactant, non secus, ac regulam additio aliqua, aut substratio. Nemo igitur sapientior sit, quam conueniat, nec lege exactior, nec luce splendidior, nec amissi rectior, neque praeceps diuino sublimior. Hec ille, cuius verba perspicua sunt. Ianseniū suam etiam solutionem coniecit in hunc locum, docet autem duas istas sententias omnino dirimendas. Et quidem in priori dextrum, & sinistrum sumi respectu nostri, qui opera nostra deordinamus, & à recta via detorquemus. In posteriori autem dextrum atque sinistrum, ac sibi respectu Dei. Ita ut dextræ via dicantur, quæ homines eō perferunt, ut ad dexteram Dei cum agnis cadant, in magna iudicii extremi die. Sinistre vero, quæ homines eō adducunt, ut cum hœdis in sinistram decident.

Sed tamen nodus difficultatis iuxta extremam, quam sumus amplexi interpretationem priorum verborum, facili negotio dissoluetur. Nam in illis prioribus verbis nulla latet dexteræ, aut sinistre metaphorica significatio, sed error prohibetur solum, quando dicitur: *Ne declines ad dexteram, vel ad sinistram*, id est, nullo modo aberras à via, ut iam diximus. In posterioribus autem dextera, & sinistra via pro mala atque bona capiuntur. Itaque variatur appellatio ( ut verba Dialecticorum usurpem) atque adeò nullum est inter utramque partem dissidium. Expendamus ergo posteriora verba.

*Vias enim, quæ à dextris sunt, nonit Dominus.* Diuus Augustinus duas tradit expositiones huius hemystichi in ea epistola quadraginta septima. Prior est in hunc modum: *Vias, quæ à dextris sunt, Dominus agnoscere ideo dicitur: Quia in illos, qui ad sinistram constituendi sunt, tunc demum proferenda est illa vox terrifica: Non noni vos, ex quo constat illos, qui ad dexteram euenient, à Deo probè agnoscendos.* Itaque cùm ait: *Nouit vias, perinde est, ac si dicat, nouit eos, qui per eas vias incedunt.* Posteriorem interpretationem sic tradit: *Vias ( inquit ) quæ à dextris sunt, nouit Dominus: quomodo intelligendum est, nisi quia ipse fecit dexteras vias, id est vias iustorum, quæ sunt viisque opera bona; quæ preparauit Deus, sicut dicit Apostolus, ut in illis ambulenuis? vias autem sinistras peruersas, id est, vias impiorum non viisque nouit, quoniam non eas ipse fecit in homine, sed homo sibi.* Tertia ex-

D. *Na-* posito est Diuī Gregorij Nazianzeni, Diuī Hieronimi, & Diuī Saloniū vbi suprà. *Vias, quæ à dextris sunt, nonit Dominus.* Id est, approbat, & sibi placere ostendit, iuxta illud. *Nouit Dominus vias iustorum, & inter impiorum peribit.* Psalm. 1. Addo etiam exponi posse, *No-*

*Psalm. 1. num. 6.* *uit, id est, felicitat, fortunatque. Nam verbum. Nouit, cum Deo accommodatur, hunc sensum reddere solet, vel maximè in loco Psalm. 1. Nam cùm multa de iusti felicitate, atque fortuna prædixisset, subdit statim: Quia nouit Dominus vias iustorum, id est, felicitate & fortuna donat. Mitto alia.*

*Peruersæ vero sunt, quæ à sinistris sunt Græccæ disceptationes, id est, detorta, seu obliquæ, ex quo sit, ut eas Dominus minimè norit, id est, nec approbat, nec felicitat.*

At inquires, cur virtuti dextra adscribitur via, vi-

A ex quibus duo protulit testimonia Diuus Hieron. nymus; alterum Poëta Æneidos 6. Virgil.

*Dexteræ, que magni Ditis sub mania du-*

*cit,* *Hac iter Elysiam nobis: at leua malorum Exercet poenas, & ad impia tartara mit-*

*tit.* Alterum de littera Pythagoræ, de qua sic idem Maro lusit.

*Littera Pythagora discrimine septa bicor-*

*nii,* *Humane vite speciem preferre videtur.*

*Nam via virtutis dextrum petit ardua cal-*

*lem, &c.*

Et sane non ineptè dicemus his Salomonis verbis exprimi totam illius litteræ conformatiōnem, *Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus.* Ecce cornu dextrum, rectum, & acclive, quod viam virtutis ostendat, *Peruersæ, vel obliquæ sunt, quæ à sinistris sunt.* Ecce laevum cornu, oblique & declive, in præcipitia tandem desinens, quod vitij semitam repræsentat. Adde Hierony-

mum, qui tanti duxit dexteram virtuti, & probitati tribuere, ut nihil omnino in homine iusto sinistri esse euincat, testimonio Christi Matth. 5. *Si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Non iubemur ( inquit ) si-*

*nistram maxillam percussienti præbere, sed alte-*

*ram, scilicet, dextram: iustus enim sinistram in se non habet, sed totum in eo dextrum est.* Suc-

*Ccedat Aristoteles, qui libro quarto Ethicorum*

*sic ait, Accommodatar autem habitus medio, id est,*

*virtuti ipsa dexteritas, atque ipsius est dextri ea*

*dicere & audire, quæ ad modestum virum accom-*

*modan:ur.* Diuus Augustinus in ea epistola ratio-

*nen prioris quæsti à termino istius viæ ducentam*

*obtulit. Propterea enim vias virtutis dexteræ di-*

*ci affirmat, quia hæ viæ deferunt hominem in*

*eum locum, in quo agni collocandi dicuntur in*

*extremo iudicio, Matthæi vigesimo quinto, Et Matt. 25:*

*agnos quidem statuet à dextris, hedos autem à si-*

*num. 33. nistris.* Rursus ex Hebræis quidam idèo viam

*virtutis dextram appellari voluerunt, vitij autem*

*sinistram, quia cùm in cælo etiam dextrum, &*

*sinistrum contemplarentur, pars illa, quæ ad*

*orientem Solem pertinet, dextra; quæ vero ad*

*Eoccidentem vergit sinistra centebatur. Cuius*

*placiti meminit etiam Aristoteles libro secundo*

*de cælo, capite secundo, illudque Pythagoricis*

*tribuit, atque adeò via virtutis, propterea in-*

*quiunt, dextra dicitur, quia ad orientem Solem*

*tendit, id est, ad lucem atque splendorem: via*

*vero vitij sinistra, quia occidentem versus, id est,*

*in noctem, tenebrasque defertur. Non longè*

*abit ab hac sententia Lactantius Firmianus, qui*

*cùm multa de littera Pythagoræ præmisset, li-*

*bro sexto de vero cultu, capite tertio, ad ex-*

*tremum addit, Quid enim opus est, I, littera in*

*rebus contrarijs, atque diversis. Sed altera illa me-*

*lior via conversa est ad solis ortum, altera illa de-*

*terior ad occasum: quoniam qui veritatem, ad in-*

*stitionem sequitur, is accepto immortalitatia præmo*

*perenni luce potitur, qui autem ab illo malo duce*

*illectus præterit via virtutibus, & mendacium*

*veritati, necesse est ad occasum, & tenebras defe-*

*ratur. Tertiò Aristoteles dexteræ partes virtuti*

*dati docet, quia dextera præbet motui principi-*

*um. Semper enim à dextris capimus exordia*

*incedendi, & dextrum præmitius semper pe-*

*dem, ut significetur bonos animi motus, seu affe-*

*ctus ad omnia præmittendos esse. Rursus quia*

*laue actiones deordinatae, atque incompositæ,*

dexteræ autem moderatæ , & ad numerum ca-  
dentes. Atque alias rationes excogitare po-  
test.

*Ipse autem rectos faciet cursus tuos : & itine-  
ra tua in pace producit. Hæc verba agnoscunt  
præmissi Fratres. Textus autem Septuaginta ad  
verbū sic efférēndus est : Ipse autem rectas fa-  
ciet orbitas tuas , & gressus tuos in pace promo-  
uebit.*

Sententia est admodum perspicua. Agnoscit  
hic Augustinus diuinæ gratiæ , atque liberi ar-  
bitrij concordiam. Nam cùm Salomon paulo an-  
tè dixerit : *Rectos fac cursus pe dibus tuis* ( sic enim

A legit Augustinus ) ac statim subiiciat : *Ipse rectos  
faciet cursus tuos , hæc duo , scilicet liberum at-  
bitrium , atque gratiam Dei ad nostrarum via-  
rum rectitudinem pariter conspirare , conniti af-  
firmat. Itaque ait , rectos faciet cursus tuos , id  
est , te currentem manu ducet ; vel orbitas tuas , id  
est , viam simul rectam curulem tibi sternet. Quod  
raro accidere solet : nam curules viæ ferè anfra-  
ctus , & ambages sequuntur. Et itinera tua in  
pace producit , id est , efficiet sua virtute , ut vitæ  
tuæ cursum eum tranquillitate animi peragas , ne  
quid vel infestet , vel exturbet susceptas vitæ tuæ  
rationes.*





## C A P V T Q V I N T V M.

1. **E**go L I mi, attende ad sapientiam meam: Et prudentia mea inclina aurem tuam. 2. Ut custodias cogitationes, Et disciplinam labia tua conseruent. Ne attendas fallacia mulieris. 3. Fauus enim distillans labia meretricis: Et nitidius oleo gutture ius. 4. Nouissima autem illius amara quasi absynthium: Et acuta quasi gladius biceps. 5. Pedes eius descendunt in mortem: Et ad inferos gressus illius penetrant. 6. Per semitam vita non ambulant: vagi sunt gressus eius, Et inuestigabiles. 7. Nunc ergo, fili mi, audi me: Et ne recedas a verbis oris mei. 8. Longe fac ab ea viam tuam: Et ne appropinques foribus domus eius. 9. Ne des alieni honorem tuum, Et anno stuos crudeli. 10. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, Et labores tui sint in domo aliena. 11. Et gemas in nouissimis, quando consumperis carnestuas, Et corpus tuum, Et dicas. 12. Cur detestatus sum disciplinam: Et increpationibus non acquieuit cor meum? 13. Nec audiui vocem docentium me: Et magistris non inclinavi aurem meam. 14. Penè fui in omni malo; in medio Ecclesie, Et synagogæ. 15. Bibe aquam de cisterna puteitui. 16. Deriuenter fontes tuiforas, Et in plateis aquas tuas diuide. 17. Habet oea solus; nec sint alieni participes tui. 18. Sit venatua benedicta; Et latare cum muliere adolescentiæ tua. 19. Cerua charissima, Et gratissimus hinnulus. Ubra eius inebriente in omni tempore; in amore eius delectare iugiter. 20. Quare seduceris, fili mi, ab aliena: Et foueris in sinu alterius? 21. Respicit Dominus vias hominis: Et omnes gressus eius considerat. 22. Iniquitates suæ capiunt impium: Et funibus peccatorum suorum constringitur. 23. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam: Et in multitudine stultitiae suæ decipietur.

I. Fili mi, attende ad sapientiam meam: & prudenter inclina aurem tuam.

II. Ut custodias cogitationes: & disciplinam labia tua custodian.

**F**ili mi, attende ad sapientiam meam, &c. Reliquæ lectiones consonant. Septuaginta legunt, Et sermonibus meis appone aurem tuam. Sed Græca lectio Theodot. cum nostra omnino cohæret.

Ut custodias cogitationes. Hebraicè, ad custodiendum sagacitatem. Septuaginta, Ut custodias cogitationem bonam. Aquila, Symmachus, & Theodot. scientiam bonam. Chaldaeus, Ut admonitus sis in consilio.

Et disciplinam labia tua custodian. Sic habet Hebreus, & Chaldaeus. At Septuaginta, Sensus autem meorum laborum mandat tibi. Alij verò legunt, Sensus meorum laborum mando tibi.

Priora verba, quibus Salomon auditoris excitat attentionem, sæpè alias expendi cap. 2. vers. 1. & 2. & cap. 4. vers. 10. atque adeò frustrè hic plura. Ergo ad posteriora, Ut custodias cogitationes, &c. verba deueniens. Hugo, Iansenius, Rodolphus, Arboreus, & Cajetan. hæc de custodia cogitationum, atque laborum moderatione capiunt hoc modo, Ut custodias cogitationes, id est, ob eam causam tantam animi ad audiendum ereti attentioñem requireo, ut de asseruandis cogitationibus te informem, nam omnis pugnæ præludia prima in cogitatione peraguntur. Et disciplinam labia tua custodian, id est, ut scire & prudenter loquaris: nec tua verba disciplina metas & cancellos euadant. Nam quævis animo versat, eadem ore effundit. Quam expositionem libenter amplector, authoritati deferens interpretum. Vel eò maximè, quia Diuus Gregorius Magnus de Pastorali cura, tercia parte, Admonit. 15. eam sectatur: sic enim scribit, Ut custodias cogitationes tuas. Nihil quippe innobis est corde fugacius, quod à nobis roties recedit, quoties per prauas cogitationes defuit. Cum ergo cogitatio per custodiam restringitur, cor, quid fugere consuevit, inuenitur. Sed tamen, quia cum reliquo textu non valde consonat hæc expositio, & quoniam Septuaginta lectionem, atque vulgatam concordia reddere oportet, quoties sine iniuria vulgata fieri licet, aliam subiicio ad hunc modum.

Ut custodias cogitationes, id est, obserua attentius verba mea, ut ea, quæ ego cogitau, altius animo imprimantur tuo, vel ita intende verbis, ut meorum verborum sensus & intelligentias apprimè calleas, & retineas. Septuaginta, Ut custodias cogitationem bonam, id est, ex his, quæ à me acceperis, bona tibi mens indatur, ut optimam verborum meorum sententiam teneas, atque animo includas tuo, Et disciplinam labia tua custodian. Hoc est, ut de optima morum ratione, cùm opus erit, verba face re possis. Quasi dicat. Id assequeris eruditione atque præceptis meis, non solum ut tu optimè teneas doctrinam, sed etiam, ut eandem, quam tenes labiis proferre possis ad alios edocendos, atque informantos. Vel aliter: Ut custodias cogitationes, id est, verborum meorum sensa teneas: Et disciplinam labia tua custodian, vel contineant, ut scilicet ea, quæ audieris à me, ita optimè capias, & de cætero sileas: Nam silentium discipuli disciplina custodia est. Hoc autem erat Pythagoricæ Scholæ præcipuum documentum: & quidem laude dignum, ut tradit Augustin.lib.2.de Ord.c.20. quem

A tantopere extulit, ut lib. i. retractationum, cap. 5. eius laudes extenuare coactus, ita dixerit: Displace mihi, quod Pythagora Philosopho tantum laudis dedi, &c. Ambros.lib. i. offic. cap. 10. paritatione silentium Pythagoræorum laudibus vehit, quod per quinquennium ab his sanctis seruatum do

cet Chrysostomus homil. i. in Epistolam ad Timoth. Pythagorici silentij exemplo, Christianorum compescit curiosas quæstiones, quibus præceptorum diuinorum, ac fidei rationes sibi reddi postulant. Hi ronymus in cap. 3. Ecclesiastes eiusdem si-

lentij meminit, ac de Pythagora admonet Christia-

nos his verbis: Discamus igitur ab eo nos prius non loqui, ut postea ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore, & ad præceptoris eloquia pen-deamus. Nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod disimus, ut post multum silentium de discipulis efficiamur magistri. Nec iniuria dixerim Gregoriū

Greg.NAZ.

in oratione de laudibus Basili, ad id silentium spe-  
tasse. Cùm enim de tempore, quod audiēdis præ-  
ceptoribus Athenis impenderant, ipse, & Basilius  
verba faceret, sic addit: Atque muti passi parti-  
cipes eramus, id est, obmutescentes Doctorum no-  
strorum illud, quod vulgo dicitur: Obeja que vala  
bocado pierde.

Sed expendenda est lectio originalis: Ut custodias, &c. מְזִמוֹת Mezimoth, id est, sagacitatem, solertiam, seu cautiones, quæ vox sæpè occurrit in hoc libro. Quod perinde est, ac si dicat: ut custodias, vel obserues sagacitatis, atque cautionis regulas, ut cau-  
tus sis, atque prudens. De qua astutia & sagacitate pluribus egic. i. vers. 4. ad illa verba: Ut detur par-  
nulis astutia, &c.

Septuaginta posteriora verba aliter conuertunt:  
Sensus autem laborum meorum mandat ibi, id est,  
præcipio tibi, ut meorum laborum, id est, verborū sensum teneas, id est, verba mea, ut labiis enunciata sonant, sic accipe, atque mente retine: cum enim sensum reddunt, quem sonant.

### II. Ne attendas fallacie mulieris.

**H**ec verba desiderantur in Hebraicis codiciis, sed tamen Septuaginta retinent, in quibus ad verbum est. Ne intendas φαῦλη γυναι, id est, fallaci mulieri. Nostram lectionem amplectitur Ambros. in lib. i. de Cain, & Abel, cap. 5. Complut. habet: Prae mulieri. Nam φαύλος η οὐ. sæpè improbum sonat vel nequam: item vilem, vanam, inanem, & nullius momenti rem. Hinc est, quod Hieronym. in cap. 23. Isaie sic legerit: Ne attendas pesimam mulierem. Interpretes Cyrilli lib. 15. de Adoratione: Ne attendas improbam mulierem. Diuus Chrysostom. hom. 14. ad Populum longè aliter: Ne discas pulchritudinem alienam, & ne occurras mulieri fornicianti. Mel enim, &c. Crediderim autem Septuaginta, qui aliquando sensum, non verba transcribere solebant, hæc pauca verba addidisse, ut constaret sententia: nam si verbum ex verbo exprimas, sublati istis verbis, sic habet textus Hebreus: Qui faciunt distillant labia aliena. Præmittitur enim huic sententiæ particula ב Chi, quæ cùm sit illatua, aut rationalis, satis ostendit eam sententiam ex alia pendere. Cùm ergo ad priora illa verba: Ut custodias cogitationes, & disciplinam labia tua custodian: reuocari non posset, meritò Septuaginta sub intellec̄tam clausulam expresse runt: Ne attendas, &c.

Baynus ex aduerso reprehendit vulgatam editio-  
nem, atque nimia religione textus Hebraici indu-  
ctus docet, suppressis illis verbis, Ne attendas falla-

N iiiij

c. e mulieris, &c. satis eleganter necti posse illa, Quia fānum distillant labia aliena, cum superioribus hoc modo, Disciplinam labia tua custodiant: quia fānum distillant labia aliena, id est, contine labia tua à prauis colloquiis: nam si cum aliena sermonem ineras, prædulci, atque molli eius sermone delinictus cades, ac labasces. Verū ista Rodolphi interpretatio non est accommodata. Primò, quia (vt supra dixi) illa verba, Disciplinam labia tua seruent, alium sensum reddunt. Deinde, quia licet eum sensum præberent, luculentior euadit sensus, si præmissa suppleatur sententia, vt satis liquet.

Prior igitur expositio Iansenij, & Hugonis sic habet, Ne attendas fallaciæ mulieris, id est, ne eius dolis te abduci patiare, ne cum muliere consorta ineras, nam dolo illius malo cades. Sunt enim fœminæ eximiae dolorum artifices, & architecæ. Quid certius? Chrysost. in oratione de Muliere & Pulchritudine, Si igitur (inquit) o homo, gehennam non metuis, at præstigias earum metue. Illud etiam ad fœminarum dolos pertinet, quod Iosephus in lib. Antiquit. 5. cap. 19. tradit, scilicet Samsonem, postquam se Dalila præstigiis deceptum, atque robore pristino exarmatum agnouit, sic exclamasse, Nihil est dolosus fœmina! De dolis etiam & astu fœminarum interpretari licet illa verba Ecclesiast. 25. Non est caput nequius super colubri & non ira super iram mulieris. Chrysostomus verò homilia 15. de variis in Matthæum locis, extrema verba sic reddidit, Et non est malitia super malitiam mulieris. Et quidem Græcè est θύμος, quæ vox nonnunquam sumitur pro astu & versutia, quam nomine malitiæ expressit Chrysostomus. Itaque sensus est. Sicut serpens versutia, & astu reliqua vincit animantia: sic fœmina dolis, & calliditate cæteris præstat. Et quidem singulos serpentis astus fœminis aptare in promptu est, quos supra cap. 1. vers. 3. constaui. Vide ibi. Quod si ab externis aliquid nonnunquam excerpere licet, audi Senecam in Octavia.

Tecum ipsa nunc euolue fœmineos dolos.  
Hypolitus. Sed in Hypolito luculentius.

Mulier dedit natura cui pomum malum  
Animum ad nocendum pectus instruit dolis.

Et infra.

Instruitur omnis fraude fœminea dolus.

Accipe etiam illud Codri felicissimi Poëtæ.

Sydera non tot habet calum, non flumina pisces:  
Quod seclerata gerit fœmina mente dolos.

Mitto plura, quæ hac super re diligentissimè cōfirat. Tiraquell. flauit Tiraquell. in leg. 9. conuu. atque subiicio rationem, ob quam fœminæ fallax ingenium tot dolos moliri natum est. Nam cùm sexus iste robotis, atque lacertorum expers sit, quando res viribus perficere non potest, ad dolos, & artificia se se recipit. At inquieris purgari fœminas ea labe ex lege ubi, ff. de Eden. vbi dicitur, quod dolus præsumitur nūquam in muliere, ac nec lata quidem culpa: cuius rei rationem obtulit Baldus. hic verbis, In muliere non præsumitur dolus, sed bona fides, quia naturalis ratio, & sexus imbecillitas, hanc opinionem, sine cōiecturam inducit. Respondeo id quidem non in uniuersum, nec semper ita accipendum: sed tunc quando aliquid in legum fraudem comissum præsumitur, mulier quippe legum peritia caret: in reliquis autem rebus viros dolo & astu à fœminis superari verisimilius existimo,

Secunda expositio huius loci est eiusmodi: Ne attendas fallaciæ mulieris, id est, ne in muliere animal defigastuum: est enim fœmina quid fallax & vanum, quod oxyus fluit, atque euaneat. sensu, quo infra, cap. 30. de forma & specie mulie-

ris dicitur: Fallax gratia, & vana est pulchritudo.

A Quam expositionem alteri preferenda ideo existimo, quia Græca verba illi longè melius inseruunt. Nam vox illa φαῦλη (vt suprà obseruauit) rem nihil, inanem, ac vanam sonat: ad dolos autem, & fraudes significandas nunquam asciscitur: imò ru-des, imperitos, doli expertes, & planè vecordes homines φαῦλοι Græci appellare consueuerunt. Quid autem forma fallacius, vel fugacius? Fœmina ergo fallax protus, & inane bonum, quod dicto citius euaneat. Eleganter Chrysostomus in oratione de muliere, & pulchritudine: Cūm Chrysost.

B igitur (inquit) videris venustam mulierem, fulgidum habentem oculum, vultu hilari cornustantem, eximium quandam decorem aspaltu p̄ se ferentem, vrentem mentem tuam, & concupiscentiam sui augentem: cogita mihi eam alterari, senescere, agrotare, subsidentes oculos, canas genas, florem illū omnem defluentem animaduerte. Quid admireris? Imò & pudeat te iudicij tui. Et quidem ad hinc sententiam reuocatur illa eiusdem Chrysostomi lectio, quam præmisimus initio: Ne discas pulchritudinem alienam, quæ vicaria est illius: Ne attendas fallaciæ mulieris.

C Nam mulieris tota fallacia, seu vanitas in fallacia pulchritudinis, ac formæ consistit: Ne ergo discas, id est ne admireris: pulchritudinem alienam, id est, eius, quæ aliena est, & non tua vxor. Vel aliter alienam, hoc est, adulterinam, aliunde adscitam, fisco videlicet, atque pigmentis comparatam, non innatam, & genuinam, quæ meretrices plerunque vtuntur. Vel demum, alienam, id est, non propriam, quæ scilicet potestati eius, quæ pulchra est, non subiacet, sed tempus, morbus, senium, & alia eiusmodi de illa decernit. Luculenta est, & ad rem ista sententia Gregorij Nazianz. in oratione contra fœminas se excolet: Ab eo tempore o filia, tibi paterna lege cautum est, ne pulchritudini tue vñquam fidas, omnem formæ pulchritudinem mihi breue ver affert, & eam hyemis asperitas protinus extinguit. Aut enim eam morbus frangit, & debilitat, aut ipsa certè senectus delet, & obliterat. Adde etiam illud tragicum in Hypolito.

D Anceps forma bonum mortalibus,

Exiguī donum breve temporis,

Vt velox celeri pede laberis.

E Et breui interstitio.

Ut fulgor teneris qui radiat genis,

Momento rapitur, nullaque non dies

Formosū spolium corporis abstulit.

F Quomodo ergo suam, & non potius alienam formam vocet fœminam eam, in quam tot, tamque dissimiles res ius habent, atque potestatem. Mitto alia, atque sententiam istam vrgeo. Forma mulieris constans licet, ac perennis foret, non fluxa, & caduca, fallax nihilominus dici deberet, quia nimirum voluptas, quæ ex illa fluit, oxyus quam ipsa euaneat, ac decedens hominem decipit. Accipe verba Chrysostomi in epistolam ad Ephesios homil. 20. Externa pulchritudo plena est multa arrogantia, & iniicit in zelotypiam. At habet voluptatem? Usque ad primum mensum, aut plurimum usque ad annum, deinde non amplius, sed à consuetudine marcescit miraculum, & dum placet, fallit. Fallax ergo talis forma, promittit enim longam, & constantein voluptatem, at promissis nunquam stat.

Chrysost.

13

Nazianz.

14

15

*III. Fauus enim distillans labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius.*

**F**auus enim distillans labia meretricis. Hebraicè: *Quoniam stillationem stillabunt labia extraneæ.* Sed tamen Septuaginta, mel, expresserit: *Mel enim distillat à labiis mulieris fornicarie, vel alienæ.* Lectionem Septuaginta amplectitur Hieronymus in caput 23. & in caput 65. Isaiae, & in caput 6. Ezechiel. & in caput 13. Osee, & in caput 1. Ioëlis. Et Cyrus Hierosolymitanus de decem dominatibus Cäthechesi 4. & Cyrus Alexandrinus, libro 15. de Adoratione, Chrysostomus homilia 14. ad Populum. Diuus Ambrosius lib. 1. de Abel & Cain, & capite 5. de plurali extulit: *Mella enim distillant à labiis mulieris fornicarie.* Chaldaeus vero fauum expressit, quemadmodum est in nostra: *Quoniam fauum distillant labia extraneæ.* Item Diuus Ephrem in opere de abstinentia à cupiditatibus, nostram lectionem sectatur, ut iacet.

17

*Et nitidius oleo guttur eius.* Hebraicè, *Et præ oleo palatum eius.* Septuaginta, *Quæ ad tempus impinguat fauces tuas:* sic legunt Ambrosius, Chrysostomus, & Hieronymus, vbi supra. Vulgatus sumpsit lectionem suam ex Symmacho, & Theodotione. Vterque enim habet, *Et nitidum, seu lene super oleum guttur eius,* quibus consonat etiam Chaldaeus.

Patres ferme ad humanam sapientiam incusandam asciscunt ista verba, quæ tota est meretricis instar fucata, & pigmentis illicita, atque melle dulciores, oleoque nitidiores, seu leuiores effundit sermones. Sic vterque Cyrus, & Beda, Hieronymus in Oseam, & rursus in Ioëlem locis citatis. Sed in cap. 6. Ezechiel. Tyro vrbi accommodat ista verba, quam Propheta meretricis similitudine adumbrat. Ad hæc Diuus Ephrem de voluptate carnis interpretatur, in loco citato. Ceterum istæ interpretationes partim allegoricæ, partim tropologicæ sunt.

18

Reliqui interpres de Scorto exponunt. Hugo, Caiernus, Iansenius, Arboreus, & ex Patribus Diuus Chrysostomus homilia illa 14. ad Populum. Et Ambrosius de Cain, & Abel lib. 1. cap. 5. sed licet præmissi Doctores de meretricie interpretati sint, non tamen uno, & eodem modo. Nouus autor ad cantum retulit meretricium hoc modo, *Fauus distillans labia eius,* id est, melle, vel saccaro dulciorem promit ore melodiam, *Et nitidius oleo guttur eius,* id est, non asperas, & absonas proferg voces, sed gutture lentissimè modulatur, atque olei instar in animum serpit, mollit, & eneruat. Ad id spectant verba Chrysostomi in Psalm. 117. *Audiant, inquit, qui Sathanicus, & meretricis cantico mollescant, & putrefiant.* Et quidem nullus est animi tantus rigor, quem meretricis melos non emolliat, & soluat. Augustin. *Talibus enim turpitudinibus cautionum animi humani affecti enervantur, & decidunt à virtute,* in libro de decem chordis capite quarto.

Chrysost.

Chrysostomus in ea homilia 14. ad Populum, de impudicis osculis, quæ meretrici labiis imprimis suis, accipit priora verba, *Fauus distillans.* Quasi dicat, mellita sunt eius oscula, & batia. Posteriora vero accipit, *Et nitidius oleo guttur eius,* de mollicita verborum. Reliqui interpres aptius de melliloquio meretricio exponunt utramque partem. Et quidem verba Scorti melli, atque oleo apte conferuntur: melli quidem, quia dulcedinem præ se ferunt: oleo, quia deliniunt, atque emolliunt.

**V**nus est Hugo Cardinal. qui extrema illa verba, **A** *Et nitidius oleo guttur eius,* de virginis accipit, quibus meretrices se collinere solebant. Sed parum aptè Expendamus singula.

*Fauus distillans labia eius.* Nostræ lectionis magnam emphasis agnoscō h̄ic: verba enim hæc apertissime necluntur cum superioribus. Cum enim dixillet, *Ne attendas fallacie mulierum,* id est, ne adames feminam, in qua nihil est non fallax, & vanum, quodque ocyus non effluat: subdit appositiè, *Fauus distillans,* &c. id est, labia illius fauum referunt: sed tamen perstillantem. Nam quemadmodum fauvus distillans breui interullo temporis defluente melle arescit, ac siccatur, adeò ut præter ceram rudem, & insipidam nihil reliqui fiat: sic dulcedo mellea, quam meretricis labia continent, per stillas defluit, atque fugit: & quæ prius dulce sapiebat, ocyus desipit. Et quidem hæc mea meditatione cum germana scripturæ phrasē congruit. Nam stillare s̄p̄ius accipit pro deficere. Psalmo centesimo *Psalm. 118.* decimo octauo, *Defecit anima mea præ radio,* in originibus est, *stillavit anima mea.* Ad id etiam facit originalis lectio huius loci, *Quoniam stillationem stillabunt labia extraneæ;* id est, proſus distillata dulcedine deficient. Confirmant etiam hanc expositionem posteriora verba iuxta Septuaginta translationem, *Quæ ad tempus impinguat fauces tuas,* id est, breuissimo tempore eius dulcedo gustatur (dicam luculentius) tamdiu durat, delectatque eius suavitatis, quamdiu per fauces percolatur. *Quæ sententia per similitudinem efferenda est hoc modo.* Mellis haustus eo tantum delectat tempore, quo per fauces, palatumque pertransit: non longiore, imò breuiores mellita scorti verba voluptatem efficiunt. Sed ad vulgatam lectionem veniamus.

*Et nitidius oleo guttur eius,* vel (ut est in Hebræo)

*Et præ oleo guttur eius,* id est, verba oleo ipso molliora ore promit suo. Vide quæ nos coniecumus in illa verba cap. 2. vers. 16. *Quæ mollit sermones suos,* &c. Verba meretricis mollia, atque lenia ab oleo nihil dissident: ergo quicumque his aures accommodauerit, similis erit ei, qui oleum flammis acribus instillant. Nam cum concupiscentiæ ardor semper in nobis vigeat, infuso lenocinij feminæ oleo inardescat magis necesse est. Ad hunc modum

**E**de adolescentia, & vino dixit Hieronymus ad Eu-stoch. *Vinum, & adolescentia duplex est incendum voluptatis. Quo oleum flammæ adycimus?* Quid inde? Infecta omnia animantia oleo infuso perimit Aristoteles libro septimo de historia animalium, cap. 27. *Intereunt, inquit, omnia infecta taeta ex oleo, sed celerrime, si capite illito exponantur soli.* Et quidem Aristoteles infecta appellat ea animantia, quorum, postquam seca sunt, utraque pars vivit. Sane hominem duas in partes quasi secare, & diuidere mente licet, spiritum scilicet, atque carnem. Ergo in hominibus, eos dicemus quasi ex infectorum genere esse, quorum, postquam ea ratione mente seca sunt, pars utraque inuenitur vivere: eos vero, qui partem aliquam, scilicet carnem morti tradiderunt, (*Mortificantes sua membra, quæ sunt super terram*) non item. Igitur his, qui mortificationem Domini in suo corpore circumferunt, seu qui membra humi reptantia mortificarunt, licebit fortasse feminas audire sine crimine, & vix licebit: at his, in quibus cato per intellectum secta viuit, & voluptatis sensum habet, feminæ colloquiis aurem præbere, præsentissimam mortem affert, quia oleum insectis lethale est. Rursus qui adhuc in studio sunt, & cum sua carne decertant, omnino meretricios affatus vitent. Nam quemadmodum gladiatores & athletæ olco, ac strigimento se inunge-

21

22

Aristot.

23

Aristot.

24

Origenes.

bant, ut inter manus aduersariorum elaberentur: ad eundem modum caro nostra, si mollia verba nanciscatur, que velut oleum fœminarum ex ore fluunt, his se quodammodo perlinit, vel inungit, atque ad hunc modum rationis eandem premere volentis manus, atque vim eludit. Ad hæc vetus est illud proverbium, *oleum in aure gerere*. Quod quidem natum videtur ex eo, quod tradit Aristoteles Problematum sectione 22. cap. 10. & 11. Vrinatores scilicet oleo aures imbuere solitos, ne aqua per illas irrumpat. Nam oleum aquam ex illis relabi, & effluere facit. Addit etiam his, quorum aures aquam perbiberunt, oleum instillari solitum, ut iterum refluat. Nam per lubricam aurem aqua labens foras excurrat. Proverbium istud usurpauit Origenes in Periarchon, ex quo constat in eos iatari solitum, qui bonis consiliis, atque monitis aures suas præcludunt. Et quidem his aptissime accommodatur, qui fœminarum molles sermones, vel cantus auribus excipiunt, hi enim vere oleum in aure gestant, id est, sermones meretricios leni oleo similes, atque adeò nullis consiliis, aut spiritualibus institutionibus aditum præbent: imò si quid antea boni consilij ad informandos mores idonei auribus hauserant, postquam istæ molissimo fœminei lenocinij oleo litæ sunt, per lubricam aurem labens foras effluit.

I V. Nouissima autem illius amara, quasi absinthium: & acuta, quasi gladius biceps.

25

Hieronym. Chrysost. Ambros.

**N**ouissima autem illius amara, quasi absinthium. Hebraicè, *Nouissimum illius, &c.* Pro absinthio vero est, *תְּנֵי לָגָנָח*, quæ vox amaritudinem, absinthium, & venenum sonat, vel toxicum. Septuaginta, *Postea vero amarorem felle inueniens*. Hanc sequuntur Hieronymus in cap. 6. Ezechielis, Chrysostomus homilia 14. ad Populum, & Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel cap. 5. Chrysostomus interpres paulò infra, *toxicum*, atque *venenum* conuerit. Chaldaeus absinthium habet, sicut noster, & consonat Aquila ὁ εὐθύος, id est, sicut absinthium.

Clemens.

26

*Et acuta quasi gladius biceps.* Hebraicè, & acutum, veluti *gladius acierum*. Septuaginta, *Et acuta plus quam gladius biceps*. Quibus hærent præmissi Patres: in quibusdam antiquis codicibus habetur, *Et lingua eius acuta quasi gladius biceps*. Sed tamen Clemens expunxit dictiōnē illam, quasi superfluam.

Hæc verba ad sensum superioris versiculi reuocanda sunt. Quapropter cum superiora verba interpretes de mellifluo cantu, de mellitis osculis, ac de melliloquio meretricio exposuerint, oportet etiam ut ista verba variis atque dissimilibus interpretationibus inseruantur. Quapropter si de molli cantu, quo scorta infelices iuuenes incantant, superiora verba accipiamus, hæc posteriora sic edisserenda sunt, *Nouissima illius amara, quasi absinthium*, id est, melos illius, qui breui tempore mellis instar obliteravit, & olei in morem emolliuit, vertetur demum in absinthium, & omni veneno lethalius erit. Aliquis dicere posset hanc clausulam priori superioris carminis respondere, quæ ait, *Fauus distillans labia meretricis*, ducique similitudinem à melle, quod cum audius sumitur, in acrem, & acerbam bilem abire solet, iuxta illud, *Qui mel multum comedit, non est ei bonum*, infra cap. 25. Itaque sensum talē reddit, *Nouissima eius, quasi absinthium*, id est, mel illud quod de meretricis ore defluit, quidquid illud sit cum forte sumitur, in bi-

A lem absinthio amariorem demum transit, atque animum vehementer cruciat. Ad id pertinent verba Plauti in Truculento, qui hanc & superiorē *Plantus*, sententiam penè expressit. Sic enim ait ad meretrices, *In melle sunt ha lingua vestre atque orationes, latetque; Corda in felle sunt sita atque acerbo aceto*. *E linguis dulcia dicta datis corde amare faciunt amantes*. Etsane si in cantu lasciuo persistamus, iam nunc quomodo illius suauitas in amaritudinem desinat, accipe ex Augustino in libro de decem Chordis, *August.* cap. 4. *Quare, inquit, ambulamus delectati canticis lasciis nulli rei profuturis, ad tempus dulcisbus, postmodum amaris?* talibus enim turpitudinibus illelli animi enervantur, & propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerunt, quod cum dulcedine temporali biberunt: *Melius ergo nos amara vobis cantamus ad tempus, ut postea dulcescant in vobis, &c.* Perinde illa verba, *magna amaritudine digerunt*. Nam perinde est, ac si dicat, dum haustam dulcedinem mente decoquunt, in bilem mellis instar commutata cruciat animum. Mens vero Augustini est eiusmodi. Dulcia quidem decoctabilem efficiunt: amara autem bilem extenuant, atque perimunt. Ad eundem modum lascivi cantus præ dulces videntur. Sed tamen decoctibiliosam amaritudinem, dolorem scilicet, atque macerorem in animum inducunt. At hymni spirituales, & Davidici (de his erat sermo) amaritudinem præse ferunt, sed postquam mens intima decoxit, biliosam illam amaritudinem, scilicet mœrores, & angores extenuant, ne dicam perimunt. Quod si nomine absinthij venenum intelligis, accipe verba Cypriani de singularitate Clericorum, *Cyprian.* Nunc blanditiæ exhibet meretrix, nunc verba molbia. Et quod est venenosus super cuncta, psallere delectatur, cuius cantu tolerabilis est audire Basiliscum sibilantem. Subdit Salomon, *Et acuta quasi gladius biceps*: liceat sic dicere. Acuta meretricis vox, & quæ primum olei ad instar delinire, atque emollire animum videtur, tandem bicipitis in morem gladij sui acumine viscera peruidit, ac perfodit, atque lethale vulnus infligit. Hieronymus ad Gaudientium, *Vox*, inquit, *dulcedines per aures animam vulnerantes fugiat*.

Quod si de lasciis oculis capiantur priora verba, facile in eandem sententiam hæc allicere possimus, *Nouissima illius amara, quasi absinthium*, id est, oscula meretricia dulcedine sua breui interuallo delectant: nam paulò post absinthio deteriora sunt. Nomine autem absinthij venenum intelligo, aut toxicum ex Chrysostomo, qui in ea homilia 14. *Chrysost.* ad Populum verba ista sic expendit, *Meretrix enim amare nescit, sed insidiatur, tantum venenum habet illius osculum, & toxicum os perniciosum*. Basilius *Basilis*, item in libro de vera Virginitate, *Formosorum*, inquit, *oscula canere oportet, non secus quam anima- lium venenatorum mortus: diffunditur enim virus ex osculo per omnem corpus*. Accedit Clemens Alexand. *Cle. Alex.* lib. pædagog. cap. ii. *Hoc enim turpem mouit suspi- cionem, quod impudenter osculo utebantur, quod esse debebat mysticum*. Est enim quoddam osculum infestum, veneno plenum. *An nescitis, quod etiam Pha- langia, si ore tangat, graues dolores hominibus affe- rat? oscula ergo impudica virus immittunt*. Hæc de veneno.

Attexit Salomon, *Et acuta quasi gladius biceps*, id est, lethale quoque vulnus infligunt oscula, adeo ut aduersus eorum ictus caput galea obtegere oporteat, & clypeo munire. Sic enim suadet Ter- *Tertull.* in lib. de velandis Virginibus, *Dum digitis de- monstrantium titillatur, dum inter amplexus, & os- cula incalcent, frons obduratur, pudor teritur. Sed*

27

28

29

30

enim vera, & pura virginitas confugit ad velamen capiti, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, quo bonum suum protegat aduersus ictus oscularum. Itaque quemadmodum aduersus gladios hostium: ita etiam aduersus amantium oscula galea & clypeo opus est. Osculi autem iictum esse lethalem docet eleganter Athenagoras, apud Iustinum Martyrem in oratione pro Christianis: quamuis enim ex Apocrypho libro: tamen optimam sententiam producit, Verbo, inquit, dicente si quis propterea secundo ex osculatio fuerit, quod id illi placuerit, &c. Et sub-infert, Nam accurate ergo temperare osculum, seu potius adorationem salutacionis debemus, nam si quomodo pauxillum mens polluta fuerit, ab aeterno nos visitare proscribit verbum. Vide de his plura, quae cōtulimus in cap. 5. Cant. vers. 1. in spirituali expositione, vbi late egimus de osculo impudico.

Denique si de turpi meretricis sermone explicantur superiora verba, ad eum sensum ista facile reuocantur, Nouissima eius amara, quasi absinthium, id est, verba meretricia initio sunt melle dulciora, sed postea commutato sapore absinthio & felle amariora videntur. Expando utramque lectio[n]em. Noster habet, quasi absinthium. Septuaginta, Felle amariorem. De absinthio constat esse gramen gustui valde acerbum: id est ad significandam insignem quandam amaritudinem, & animi dolorem additum est Hierem. 9. Cibabo populum istum absinthio, id est, acerimo dolore illum afficiam. Et Thren. 3. Replenit me amaritudinibus, inebrianit me absinthio. Sed tamen accipe modum, quo amaritudo h[ec] bonum in soporem adduci possit (nec vero discedam ab instituto.) Profecto medicis comperturn est absinthium aceto maceratum acetem saponem abiicere. Et quidem mirum non est amarissimum gramen acri aceto emendari, nam in aliis plerisque acerbis rebus idem accedit: malum enim cytrium, arque lymnoneum aceto infusum amaritudinem amittit, & ferme dulcescit. Quorsum h[ec]: Ut constet eum, cuius animus ex consortio, & colloquiis foeminarum hausit absinthio amarorem dolorem, si quidem eam amaritudinem emendare velit, acerbum p[ro]cenitentiae, & doloris acetum immittere oportere. Hic enim dolor macerat, & corrigit alterum dolorem: Id vero diximus propter verba, quibus locum istum illustrat Beda in Lucam: vbi cum incidisset in hunc locum, Nouissima, inquit, eius, quasi absinthium. Cum ergo expertus est absinthij amaritudinem, adhibeat p[ro]cenitentiae dolorem. Nam dolor ille hoc dolore corrigitur, ac soluitur. Pende nunc denuo illam sententiam, Nouissima eius amara, quasi absinthium, id est, foeminarum melliloquia, & dulces confabulationes amaros habent exitus, nam in absinthij acerbitatem demum abeunt: at postquam in eam amaritudinem discesserunt, noua amaritudine opus habent: ut emendari, & corrigi possint. Septuaginta, Sed postea felle amariorem inuenies. Fellis amaritudo comperta est. H[ec] ad grauem dolorem notandum asciscitur. Thren. 3. Circumdecerunt me felle & labore. Et Hierem. 9. Potum dabo eis, aquam fellus, & saepe alibi. Constat est inter medicos placitum, ea omnia, quae fel adaugent, parum sana esse. Nam ut docet Aristotel. de partibus animalium, lib. 4. cap. 2. Fel nullum, aut valde exiguum habet salubris constitutio. Ex quo sit, vt ea animantia, quae felle carent, diutius viuant. Rursus illud etiam Galeni medicorum Principis testimonio ratum est, de mellis, atque aliarum rerum dulcium esu. (Nam dulcia valde biliosa sunt) plurimum felli humoris accedere: ergo eum Salomon præmisser, Fauns dissipans labia meretricis: apte subdit, sed postea amariorem felle

A inuenies. Quia quo plus mellis haurit quis, eo plus bili amarissima turget fel. Ait ergo Salomon, sed postea felle amariorem inuenies, id est, quidquid hauseris mellis, quod de scorti impudici ore distillat, nouissime in fel, hoc est in mœrem, & angorem animi redundabit.

Demum addit, Et acuta quasi gladius biceps. Sic accipito. Sermones meretricis, & d[icitu]r aet[er]na acuta gladij ad instar bicipitis per aures illa ipsa acumine suo animam transuerberant. Propterea Clemens

Cle. Alex.

Alexandrinus paedagog. 2. cap. 6. aduersus eiusmodi iictus aures muniendas esse Amphotidibus eleganter docet. (Dicebant autem Amphotides armaturæ genus, quo Athletæ vrebantur ad muniendas aures & tempora aduersus iictus contrariorū:) Cum autem, inquit, turpia eque in audiendo noceant, & inspectando ne aures offendantur, pudicos, & modestos sermones, veluti quedam aurium munimenta, Græcē d[icitu]r, adhibet, ne posset ad frangendā animā peruenire pulsatio fornicationis. Itaque pro Amphotidibus contra turpes, & lasciuos verborum iictus, modestos atque pudicos sermones usurpan-  
dose docet Clemens. Mitto alia.

Illiud tamen ad extreum subiectum ex quorundam interpretū sententia h[ec] verba non ita esse referenda ad ea, quæ processerāt, ut ad sermones, cantus lascios, vel impudica oscula reuocentur: sed de ipsa potius meretricie intelligantur hoc modo, Nouissima illius amara quasi absinthium, & acuta qua-  
sigladius biceps, id est, meretric illa propter labiorū mellitam gratiam placuit initio, & illa frui licuit: at postquam voluptas deferuit, absinthio acerbior, & anticipi gladio acutior esse inuenitur. Hanc interpretationem suadet translatio Septuaginta, quæ sic habet, Postea vero amariorem felle (id est, veneno) inuenies, & acutam, plusquam gladius biceps. Est ergo meretric veneno lethalior. Accipe verba Chrylo-  
stomi hom. 15. de variis in Matthæum locis, O malū omni malo peius mulier mala! Sed si habeat facultates malo suo cooperantes, duplex malum intolerabilis, v[er]o immedicable venenum. Et D. Cypr. de singularitate Clericorū, Ipsi nos fallimus, inquit, quoties ordinabiliter credimus, ut inter masculos, & foeminas speremus castitatem immobilem custodiri, difficile qui venenum bibet, & viuet. Rursus scortum absinthio amarius, & felle redditur, cum voluptate præterita, mœror tantum relinquitur, & tristitia mortis similis, ut docet Augustinus in sermone de incauta familiariitate extranearum mulierum.

Chrysost.

E B E Aug<sup>st</sup>,  
familiariitate extranearum mulierum.

Acuta quasi gladius biceps. Et quidem optime cu[m] gladio bicipiti componitur meretric: nam acie altera corpus incidit quod saepius debilitat, & morbis immedicabilibus replet: altera, animam, quam lethali vulnere transfigit. Eleganter hac de re supra D. Cypr. Tentationibus, inquit, subiacer, qui iunctus Cyprian,  
est foemina, in qua nihil est aliud, nisi quod feriat proximam. Aculeus peccati facta est forma foeminea,

39

F & mortis conditio non aliunde surrexit, nisi de mulierib[us] substantia. Nam si modo putamus nos intentabiles esse mulierib[us] iaculus: quid ergo restat celestib[us] regnum? Tempus adhuc luctaminu geritur, & mors foemina adhuc usque grassatur. Quasi dicat: Illa sententia, Per mulierem mors, nondum expleta est: sed mors, quæ à foemina duxit initium, adhuc, eadē foemina vrgente grassatur. Et paulo infra, Foemina fædere suo magnis molestias præstat, & cui adhæserit contrafas, insanabilem ingerit plagam. Accedit Cypriano Aug. citato loco, Si per linguam, inquit, aut amico tuo, aut seruo iussoru, ut ad te meretric adducatur, per os tuum ad animam tuam gladius aeternæ mortis ingreditur. Hunc ad modum meretric gladij in morem anticipitis sauciatur.

Aug<sup>st</sup>.

Iustin.  
Martyr.

31

Hier. 9.  
num. 15.  
Thren. 3.  
num. 15.

33

Thren. 3.  
num. 5.  
Hier. 6.  
num. 15.  
Aristot.

35

Galenus.

V. Pedes eius descendunt in mortem: & ad inferos gressus illius penetrant.

VI. Per semitam vita non ambulant: vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.

40 **P**edes eius descendunt in mortem, &c. Hebraicè, Et infernum gressus eius sustentabunt. Caietanus, Fossam gressus eius fulciant. Consonant nostræ lectio Chaldæus. Septuaginta longe aliter, Imprudentie enim pedes ducunt utentes cum morte ad infernum. At enim nomine *Imprudentia* consueta scripturæ phras, cui familiare est uti ab abstractis pro concretis, imprudentem intelligo, hoc modo, *Imprudentis*, aut *recordu* (scilicet Scorti) pedes ducunt utentes ea, id est homines, qui ad eam accedunt, cum morte ad infernum, &c. Vel imprudentes pedes ducunt utentes, &c. id est, non nisi imprudentes ab illa abducuntur.

41 **C** Per semitam vita non ambulant, &c. Hebraicè, Semitam vitarum si forte libres, mobiles sunt orbitæ eius, nec scies. Caietanus, Semitam vita ne forte expondres. Chaldæus concinit cum nostra, In via vita non ambulant, instabiles sunt semita eius, & nescit. Septuaginta, Vias vita non ingreditur: lubrica autem orbitæ eius, & non bene vestigabiles. Proorbitis autem Aquila flexus, Symmachus gyros conuertit.

42 **D** Præmittam aliorum interpretationes. Lyra interpretatur de dololatria. Iansenius, Caietanus, Hugo, Rodolphus, & Arboreus de meretrice, & ferme in eande n expositionem conspirant, ad hunc modum, Pedes eius descendunt in mortem, id est, affectus illi depravati, tum ipsam, tum eos, qui illam festinatur, in æternam mortem deferunt. Et ad inferos gressus illius, id est, opera illius recta in gehennam ducunt. Adhibet hic Caietanus lectio nem Hebraicam, quæ sic habet, Et infernum gressus eius fulciant. Exponit autem hac ratione, id est, meretrices multos adducendo in infernum, sustentant illum, id est, implent. Quasi diceret, rueret omnino infernus, & vacuefactus nutaret, nisi meretrices tantam hominum vim in eum inferrent, Per semitam vita non ambulant, id est, via, quæ ducit ad vitam, ac eti illi videtur, propterea ipsam ingredi non vult. Sequitur autem vias latas; at in his vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles, id est, animus illius variis cupiditatibus distractus nunc in hanc, nunc in illam rem vagus impellitur, atque adeo nemo satis dissimilitudinem affectionum, & operum eius inente complecti potest.

43 **F** Adhibetrushic Caietanus lectio nem Hebraicam ex suo cerebro, quæ non satis responderet originibus, hoc modo, semitam vita non forte exponderes. Nam caret textus Hebraicus particula negativa. Non enim habet ne forte, sed si forte. Illud etiam verbum exponeres, nescio unde traxerit Caietanus. Cum in primitiis sit ponderes simpliciter (ut supra animaduerti.) Sed tamen Caietanus suam lectio nem sic exponit, Semitam vita ne forte exponeres, id est, ô fili, caue ne quando suo expondere educas viam vita. Cum enim supra monuissest, Ut libraret semitam vita pedibus suis. Sic enim licet conuertere illa verba superioris capit, Libra semitam pedibus tuis (ut iam docui) subdit modo appositi, ne exponeres, ne scilicet male librando à pondere suo, id est, à sua rectitudine de orqueas viam vita, ut vagos meretricum gressus sequaris, &c. Hæc interpres.

43 **A** Sed tamen, ut dicam, quod sentio; non satis mihi accommodata omnia videntur: existimo enim non aliam his verbis subesse sententiam, quam illis, quæ habentur cap. 2. vers. 18. & 19. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos semite ipsius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vita. Vide, quæ ibi diximus, & facile agnosces omnia in hunc locum apte cadere. Ergo iuxta interpretationem, quam ibi tradidi, locum istum denuo sic expendo, Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus illius penetrant. Verba hæc ad amissim respondent illis, Inclinata est ad mortem domus eius: & ad inferos semita ipsius. Et hunc reddunt sensum; Cum constet meretrices extra urbem inter busta, & sepulchra in specubus, imo in ipsis nonnunquam defossis monumentis degere solitas, satis liquet pedes earum ad mortem descendere, & ad inferos, id est, ad sepulchragressus illarum penetrare. Ex quo fit, ut tum ipsæ, tum etiam qui ad eas in monumentis degentes ingrediuntur, suis passibus testentur se ad mortem properare, & meretricio vsu, quasi morti traditos inter mortuos, atque defossos iam censeri. Subdit, Per semitam vita non ambulant. Posunt hæc verba ad præmissam sententiam allisci. Meretrices enim (ut ibi dixi) extra urbem agentes in semitis desidebant, propterea semitæ dicebantur, non in publicis, atque basilicis viis (lege quæ in eo loco diximus expeditentes illa verba Hieremias, Vias tuas in conuallis, vel inter sepulchra, sic enim conuertunt Septuaginta.) Ex quibus constat scorta in semitis illis solita desidere, quæ ad sepulchra ducebant: accedente autem proco in tumulum aliquem, vel in fossam pariter descendebant, ut rem obsecnam peragerent. Ergo sensus erit, Per viam vita non ambulant, id est, non gradientur per vias, per quas viui pergunt, quales sunt publicæ, atque regiæ, sed per eas, per quas mortui deferuntur in busta. Subdit, Vagi sunt gressus illius, & inuestigabiles. Verba ista cum illis omnino concinunt, Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vita, atque hunc efficiunt sensum. Viæ, per quas illa gressus regit, vel (ut Aquila, & Symmachus conuerterunt) Flexus, atque gyrari instabiles sunt, & mobiles, id est, facile delentur, atque adeo inuestigabiles, scilicet ad rem eandem. Quasi dicat, caue inuenis, ne post ipsam pergas: nam cum referre pedem volueris, deleteris prioribus vestigiis, viam inuenire non licebit, per quam recurras ad salutem, & ab bonam frugem.

44 **E** Confirmant expositionem hanc duæ translationes, scilicet Originalis, & Septuaginta. Nam originalis est huiusmodi, Viam vita si forte libres, mobiles sunt orbitæ eius, & non scies, id est, si forte resipiscere cupiens semitam vita librare, id est, explorare, ac metiri velis, ut ad ipsam recursas, semitæ, per quas à recta via descentem meretrice detulit ad mortem, instabiles, perplexæ, & implicatae sint, atque adeo non scies, scilicet regredi. Septuaginta vero habent, Lubrica autem via eius, & non bene vestigabiles: lubricas vias dicit, quia cum præmisserit eam passibus suis descēdere (dixerat enim, Pedes eius descendunt ad mortem) satis ostendit per declivem descensum ferri: ex hoc fit, ut via, quæ descendentem prona, & declivis erat, eadem regredienti acclivis, & ardua sit: propterea lubricas vias dixerunt Septuaginta. Itaque ex his constat eos, qui semilibidinibus mancipatis sunt, cum iterum resipiscere, & ad bonam frugem se recipere volunt, tum acclives, tum lubricas, tum etiam vestigatu difficultimas vias sortiri, adeo, ut non semel illos

Syliphi

Syphili labor ille æternus vexet. Sæpius enim accidit, ut postquam in carnis illecebras delapsam animam erigere, & ad fastigium probæ, & honestæ vitæ reuocare volunt, iam-iam vertici ipsi proximi recidant, & ad pristinas libidines recurrent: est quippe via acclivis, & lubrica. Sed expendo integrum lectionem, *Imprudentiae pedes ducunt utentes ea, cum morte ad inferum, id est, ipsius recordis pedes iuuenis currentes, illos, qui ad illam accedunt, ad inferos, vel ad sepulchra deducunt, cum morte, id est, quasi morti iam addictos, Et vestigia eius non firmantur, id est, non exprimuntur, ut per vestigiorum impressa signa viam pristinam iterum requiret, reliceat. Propterea lubricæ orbitæ eius, & inuestigabiles, &c. ut iam exposui.*

VII. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei.

VIII. Longè fac ab ea viam tuam: & ne appropinques foribus domus eius.

47

**N**UNC ergo fili mi, &c. Hebraicè, *Nunc ergo filij mei audite me, & ne recedatis à verbis oris mei.* Septuaginta, *Et ne irritos facias sermones meos.* Græcè, *αὐτούς, id est, inualidos, abrogatos, incertos, vel antiquos.* Hæc omnia significat vox illa. Et sanè placet valdè mihi illa lectio, *Ne antiquatos facias sermones meos.* Ne scilicet ea, quæ tibi præcipio circa meretricem vitandam, putes senis effetti, ac frigidi esse consilia. Solent enim adolescentes impuri in suæ libidinis æstu parum deferre seniorum consiliiscum suadent vitam colere temperantem, & dicunt vulgo, *que són veiezes, scilicet frigidissimorum sénū frigida, & socordiamonita.* Reliqua perspicua sunt. Venio ergo ad ea, quæ sequuntur.

*Longè fac ab ea viam tuam. Hebraicè, Fac longe de super eam viam tuam:*

*Et ne appropinques foribus domus eius.* Consonant Hebræa & Septuaginta, nisi quod Septuaginta efferrunt de plurali, *demos.*

Sententiavero perspicua est, *Longe fac ab ea viam tuam*, hoc est, longius ab illa discede. Luculentius dixerim, *Euge ab ea*, nam non aliter saluti consules tuæ. Audi Augustinum verba illa Pauli exponentem r. ad Corinthios 6. *Fugite fornicationem.* Nemo dicat fratres charissimi, quod temporibus nostris martyrum certamina esse non possunt, *habet enim & pax nostra martyres suos.* Nam libidinem fugere pars magna martyrii est. Ergo contra libidinis imperium apprehende fugam, si vis obtinere victoriam, nec tibi recundum sit fugere, si castitatus palmarum desideras obtinere. Hæc ille sermone ducentesimo quadragesimo de tempore. Neque vero insolens est fugiendo pugnare, ac vincere. Nam Parthos aiunt hostibus suis dare terga solitos, & in ipsa fuga sagittas à tergo torquentes superare. Vnde acutè quidam contemplatus est analogiam, & vicinitatem earum dictiōnum μάρτιος, & μάρτιον. Parthos scilicet; & Parthenos. Nam illa Parthum, hæc virginem sonat, vt constet virginem Parthorum in morem aduersus illecebras carnis pugnaturam, nimurum fugiendo, & iacula à tergo torquendo. Pende illa Augustini verba, *Nam libidinem fugere pars magna martyrii est.* Olim, qui fugerant tyrannos, & delituerant, martyrii laurum, & palmarum amitterebant. Dispar est conditio eorum, qui ne violent castitatem, fugiunt: nam fuga ipsa illis pro martyrio est, & martyrii loco censetur. Accipe nunc verba Cypriani in lib. de singularitate clericorum, *Nec*

Cyprian.

Tom. I.

A quisquam sibi proponat, & dicat habere volo, quod vincam, hoc est enim dicere vivere volo sub ruina. Quis tam stultus, qui arctari cupiat ad laborem, cui offeratur delicatus triumphus? Neque enim duplex triumphus est sub famina præsentia probari victorem, quam est in singularitate seruare integrum sponsionem castitatis. Et cum sit unus titulus gloriarum, hoc loco unus fortis est, qui satis laborat, si cum illo, qui parum labrando vicerit, pariter coronatur. Quæ quidem verba ita intelligenda sunt, quia ille, qui in occasiones se coniicit, ex hoc ipso, quod se casibus exposuit de merito victoria detraxit, tum etiam, quia dum pugnat, non sine vulnera vincit, atque adeò satis bene cum illo agitur, si parcum eo, qui fugit, gaudet præmio. Quid illustrius?

*Et ne appropinques foribus domus eius.* Non ad ipsam solum, sed ad dominum etiam eius prohibet accedere. Dispensia enim castitatis periculosa valde sunt. Ait ergo Cyprianus ibi, *separamini deprecor separamini a contagione pestifera, quantumcumque quis longius fuerit ab aduersis, tantum non senit aduersa,* &c. Ne appropinques foribus domus eius. Quātum sit hæc proximitas periculis exposita, idem

C ipse Cyprianus exposuit infra, ubi (vt alia dimittam) circa finem illius libri sic fatur, *Respicite quanto malâ fœminarum propinquitas acquirat, non nisi corruptionem seminar, pullulat vicia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinos edificat, ripas eripit, precipitia instruit, in pericula nauigat, naufragis velificat, interitum souet, confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusations inflamat: & cateruatum simul in fascem glomerans uniuersas indagationes captionum, per infinita dedecora multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum.* Hæc ille describens discrimina, & in compendium cogens uniuersa mala, quæ secum asportat fœminarum propinquitas. Ex quo constat merito à Salomone præcipi, *Ne appropinques, &c.* Vide plura infra cap. 6. vers. 27. & 28.

IX. Ne des alienis honorem tuum: & annos tuos crudeli.

E **N**e des alienis honorem tuum, &c. Hebraicè, *Ne des alienū decorum tuum.* Et quidem honor sèpè sumitur pro decore, & pulchritudine. Virgilius, *Virgilinus, Oculisque afflavit honorem.* Septuaginta hanc sententiam ad superiorum referunt hoc modo, *ut non prodat aliis (scilicet scortum,) vitam tuam.* Chaldaeus, *Vi non des aliis virtutem tuam.* Symmachus, *Ne prodat alteris gloriam tuam.*

*Et annos tuos crudeli.* Septuaginta, *Et atatem tuam immutibus.* Chaldaeus, *Et annos tuos alienis.* Hebraicè, *אֲחַזָּר, sœum* significat, & dicitur de beluis efferatis, & immutibus, atque *insanabilem:* Deuteron. 32. *Et venenum aspidum Achzar,* id est, *Deut. 32. num. 33. insanabile.*

Hugo Cardinalis, Arboreus, & quod caput est D. Gregorius Magnus in Pastorali, 3. parte, Ad monitione 13. ex quo sumpsit Saloniūs in sua expostione mystica, sic interpretantur locum istum, *August.* *Ne des alienis honorem tuum,* id est, ne spiritibus immundis te committas, ita vt honorem illum, quo ad Dei imaginem conditus es, illis turpandum, & comaculum tradas, *Et annos tuos crudeli,* id est, ne vita spatha Angelo apostatae impendas, qui postquam sibi æternam consciuit mortem, humani generis semper ruinam molitur. Lyra ad idolatriam refert, hoc modo, *Ne des honorem tuum,*

id est, Deo debitum cultum (qui propterea tuus dicitur, quia honor est in honorante *alius*, id est idolis, & annos tuos crudeli, id est dæmoni, qui in idolis obseruatur, & crudelis cum sit, sacrificia fœuisfima præcipere solet. Sed tamen hæc accommodatia sunt.

**I**ansenius, Caietanus & Rodolphus de meretrice interpretantur, sed non eodem modo. Bipartitus est locus, priorem partem edisseram prius, deinde posteriorem, *Ne des alienis honorem tuum*. Iansenius, ne famæ tuæ, & boni nominis iacturam facias, cum meretricibus conuersando, ne dedecus æternum tibi asciscas. Et quidem haud displicet hæc interpretatio, quæ docet probrosum valde homini esse scortari. Reuoca in memoriam extrema verba Cypriani supra allegata, *Per infinita decorum multiplex mortes inuehit in perniciem perditorum*. Vbi infinita homini dedecora ex foeminarum illico congressu accidere docet. Et quidem appositè dedecus hoc infinitum appellat Cyprianus: cum vix vnquam homo, dum viuit, ea labe se purget. Sed accipe eleganter Chrysostomi sententiam, homilia in Psalm. 3. *Mulier (inquit) mala peccatorum est colaphus*. Quasi dicat, non tantum homini dedecus atculit ille; qui alapam, aut colaphum genis expressit, sicut malæ mulieris, id est, scorti societas, & vsus: hæc enim pro turpissimo colapho est. In Græcis vero est, Κόρηνος, quæ vox propriè talitrum significat, id est scilicet conuersis nodis impactum, vulgo dicimus *vn rebes*, qui est alapa, & colapho turpior.

Rodolphus aliter exponit, *Ne des alienis honorem tuum*. Ne scilicet aliis facultatem præbeas adeundi eos reipublicæ honores, qui tibi contingenter, nisi meretricibus te addixisses. Et quidem inter ea, quæ valde arcent hominem à publicis muneribus, non extremum locum obtinet scortatio. Huius

**Plutarch.** rei rationem obtulit Plutarchus, cuius testimonium ex libro contra voluptatem produxit Stobæus sermone 5. *Qui scortantur, dormiunt ad negotia, ciuitates negligunt, non verentur leges, patefaciunt publica concilia, & unius mulierculæ cuncta iudicio, vel temeritate potius administrant*. Vbi eleganter Diogenes, apud Maximum sermone 30. *Scorta Regum Reginas esse dixit*. Quia scilicet regibus ipse imperitant. Ob eam rationem Athenis legge cautum erat, vt scortator publica manera, & magistratus capere non posset, vt tradit Demosthenes in oratione contra Androtium, & Libanius in argumento eiusdem orationis. Quantavero esse debeat publici magistratus temperantia, & pudicitia eleganti sententia complexus est, Magnus Cassiodorus, 4. Var. Epist. 11. *Magistratus esse debet innocentia templum, temperantia sacrarium, & a iustitia, absit a iudicariis mentibus aliquid prophatum*. Pio principi sub quodam sacerdotio seruatur. Expende gradus illos, *Innocentia templum, temperantia sacrarium, ara iustitiae*. Nam ex moribus optimi magistratus templum quoddam sanctissimum componit: temperantia, ac pudicitia sacrarium adscribit, in quo erecta est ara iustitiae, in qua ara rei maestantur pro hostiis, & quidquid ad ciuite bonum & publicam utilitatem conducens geritur, pro libamentis est. Hæc ergo iustitiae ara in pudicitia sacrario erecta optime dicitur. Quia si pudor absit, & temperantia, magistratus iustitiam sanctam, & inuiolabilem seruare non possunt. Quæ enim iuris sanctitas tanta excogitari potest, quam unius mulierculæ apud libidinosum iudicem supplices preces non detorqueant? Itaque iustitia (sic dicere libet) extra temperantia sacrarium, seu sanctum prophana est.

**A** Tertia expositio est Caietani, *Ne des alienis honorem tuum*, id est decorem, & pulchritudinem, & primæum ætatis florem, ne meretricibus addicas. Et quidem nomine *honoris* decorem notari supra obseruauit, quæ interpretatio mihi reliquis præferenda videtur. Illud autem *nedes*, perinde est, ac si dicat, *ne prodas*. Nam exploratum est, verisam iuuentæ decorem præcoci venere omnino prodidi, ac desperdi. Nam sicut æstu nimio virentes herbae marcent, ita immoderata libido virentem iuuentam enecat, & pallore inducto reddit exanguem. Imo ut tradit Aristoteles, *Seneclam turpem Aristot.* iuuentuti superinducit. Itaque quemadmodum temperantia iuuenem honestat, & præcoci quadam morum senectutem donat, *Canis enim sunt sensus hominis, & etas senectutis vita immaculata*. Sapient. 5. Ita libido præmatura senectam indecoram affert, rugas item, & canos turpissimos adolescentiæ aspergit. Et quidem ob eam causam venerem iuuniorem, & eandem canam, caluamque effinxerunt veteres (teste Lactantio libro primo cap. 20.) Subdit.

**C** *Et annos tuos crudeli*. Rodolphus sic interpretatur, *Nec annos tuos*, id est, ea, quæ pet omnes vitæ tuæ annos tibi peperisti bona, *crudeli adulteræ matrō tradas*, *crudeli* inquam, quia licet tuis pascatur, & ditescat copiis, si tamen torum suum à te violari cognoverit, omni deposita humanitate in te deseruit. Vel aliter *crudeli*, id est carnifici publico, quia leges omnes mortis supplicio in adulteros animaduertunt. Sed hæc longius petita videntur.

Ergo Iansenius sic exponit, *Ne des annos tuos crudeli*, id est, immanissimæ, meretrici agresti, & efferae. Et quidem ut supra obseruauit, originalis vox

**D** propriæ de belluis dicitur feris, quæ mansuetæ non sunt, aut cicuratae. Accipe igitur meretricis feritatem, & agrestes mores ex Chrysostomo hom. 15. ex variis in Matthæum locis, *Scio ego, & affectus blandimentis incantantiū mitigari, & leones, & tygres, & pardos domita feritate mansuescere: at mulier mala non ita, &c.* Et paulò ante in eadem homilia, *Et quidem ego existimo (inquit) in hoc mundo nullam bestiam esse male mulieri comparabilem*. *Quid inter quadrupedia leone suauius?* sed nihil ad hanc. Aut in serpentibus, *quid draconem atrocius?* Sed ne hoc quidem cum muliere mala conferri potest. Rufus de hac truculentia scorti, & fœnitia loquitur homilia 49. in Matthæum, exemplo Herodiadis, & homilia 14. ad populum. Et quidem Venus nimia de mentis atque rationis vigore detrahit plurimum: ratione autem consopita, atque imminuta, belluini appetitionis motus, solutis imò perfractis vinculis deseuunt, atque omni fera efferaciorem, & immaniorem fœminam reddunt. Et quidem eò amplius, & facilius efferatur mulier, quam vir ex libidinis vsu, quia cum viri ratione ac mente fœminas vincant, non ita facile eiusdem mentis iacturas sentiunt.

**F** Cæterum cum supra animaduerterim eam vocem originalem Achzar, de insanabili morbo, aut plaga dici solitam, ea quidem significatio ad alias nos compellit interpretationes, *Ne des annos tuos crudeli*, id est, insanabili meretrici. Quam sententiam triplicem ad sensum allicere licet *insanabili meretrici*, id est, quæ sanari ipsa non potest vel sanitati redi: nam meretrix raro resipiscere solet, & bonam in frugem se recipere. Vel aliter, *Meretrix insanabilis* dicitur affectiuè, quia insanabiles infligit plagas, & morbos immedicabiles inducere solet. Nec vero de illis morbis tantum intelligo, qui ex consuetudine meretricia accidere solet: sed de his, quos scorta beneficiis,

Chrysost.

60

& excantationibus immittere consueuerunt. Hi enim propriè dicuntur insanabiles, atque immedcables morbi, quia nulla medicamentorum vi illis succurrere licet. Audi Chrysostomum in homilia de muliere & pulchritudine. *Et multi quidem ex his, qui meretricibus adharent, non modo aeternam mortem inde subierunt: sed & hic mali male perierunt, arumnas à meretricantibus mulieribus perpetrati, cum enim contendenter illa, ut adharentem sibi, atque amore sui penitus astringerent, magicas artes excitarent, amatoria pocula appararunt, multasque præstigias consarcinarunt. Ita deinde in grauem morbum coniectum, & lui tabique lent & traditum ex hac vita sustulerunt. Si igitur homo gehennam non metuis, ac præstigias earum metue. Cum enim per hanc lasciuiam Dei te auxilio priuaueris, & supernam opem tibi præcideris, excluso omni metu, meretrix, cum demones suos inuocauerit, cum folia scriperit, & insidias struxerit, facile sane salutem tuam opprimet, probrum & ludibrium omnibus, qui urbem habitant, te constituens. Hactenus Chrysostomus, qui homilia 24. in Epistolam ad Romanos de philtiris etiam atque yeneficiis, quibus pellices vti solent, verba multa interserit. Et sane proprium esse, meretricantium fœminarum pocula amatoria temperare, yeneficas artes exercere compertum est.*

*Apc. 17. num. 4. Hinc autem lucem accipit locus A pocalypsis 17. vbi meretrix illa crudelis, & blasphema expingitur. De qua inter alia sic scribit, Et habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius. Existimo enim illud poculum esse amatorium, scilicet ad id temperatum, ut multorum amorem sibi conciliaret, & obstringeret. Id enim sibi volunt illa verba, Plenum abominatione. Græcè Εἰλυγμάπω. Quæ vox yeneficiis adscribit, id est, plenum phyltris impuris. Nam phyltra, & pocula amatoria plerumque ex tetricis, atque impurissimis rebus temperari solent, Et immunditia fornicationis eius, id est, vt vase illo propinaret fornicationem suam immundam ( luculentius dicam ) vt eos, quibus illud poculum propinabat, ad fornicandum secum yeneficiis abstractos induceret. Ergo illa verba, Ne des annos tuos crudeli, vel insanabili, sic accipienda sunt. Ne saeuissimis meretricibus ætatis florem, & primæuos annos committas, quibus familiare est, phyltris, poculis, ac yeneficiis immadicabiles morbos efficeret, & vt amatores sibi deuinciant, eosdem enecant.*

62

Marsil.  
Ficinus.

Basilius.

Tertia huius loci expositio est, *Ne tradas annos tuos crudeli*, id est, amori lasciuo, seu libidini, quæ omni fera truculentior, omni tyranno immanior est. Et quidem Marsilius Ficinus in commentario de Platonis cōiuio, postquam triplicem amoris differentiam obseruanit, sic addit ex Platone ascitis verbis, *Tres isti amores tria nomina fortiuntur, contemplatiui hominis amor diuinus, actiui humanus, voluptuosi ferinus dicitur. Quem ferinum amorem Plato furoris, alienationis, insanæ, atque aliis eiusmodi nominibus multis censere solet. Et quidem amor iste impudicus, non tantum ipse ferinus est, & agrestis: sed etiam in animo clausas feras alias incitat, & immites reddit. Nam vt ait Basilius homilia 11. in Hexameron. Se utique ad eius brutæ animantis indolem transformasse dicitur, cui virtuosa imitatione affinem se reddidit, ac familiarem, quo circæ non una in nobis se collatebrant feræ, da igitur operam, istiusmodi feru ut imperes. Addit vero libidinem & lasciuum amorem pro cestro quodam esse, quo reliquæ animi feræ, id est, cæteræ passiones, & affectiones incitatæ efferantur, atque bacchantur: Hunc eundem amorem Tyrannum trucem appellat*

Tom. I.

A Chrysostomus homil. 19. in 1. ad Corinth.

*Extrema expositio nomine crudelis, zelotypiam intelligit, quæ saevum in modum amatorum torquet animos, nam Scortatorum etiam in suas zelus insanus esse solet. Optimè enim August. in Psal. 33. Augus. Quisquis amas carnaliter, necesse est, vt cum zelo pestifero ames, si quis forte videre potuit eam, quam pestifero amore desiderauit, nunquid vult, vt videat illam & alias? Necesse est, vt zelo, & linore saucietur. Itaque carnis, & petulantis amoris germanū gerimen est zelotypia, quæ inter animi perturbationes facile princeps est, nulla virtus ardenter, nulla tortuet immanius, nulla saevit truculentius. De qua re infra cap. 6. vers. 34. multis agemus ad illa verba, Quia zelus, & furor viri non parcer in die vindictæ: Illud autem obserua aptissime dici, Ne tradas annos tuos crudeli. Id est zelotypiæ crudelissimæ atque saeuissimæ. Nam vt Salomon noster infra cap. 30. Zelus sane minuit dies, & ante tempus senectutem adducit. Et qui zelotypiæ indulget, plurimos vitæ suæ annos saeuissimo hosti prodit, quos amittere necesse est.*

*C X. Ne forte impleantur extranei viribus tuis: & labores tui sint in domo aliena.*

*N E forte impleantur extranei viribus tuis. Hebraicè, Ne forte saturantur alieni robore tuo.*

*Et labores tui sint in domo aliena. Hebraicè, Et labores tui sint in domo aliena. Septuaginta, Et labores tui in domum alienorum veniant. Aquila, In domos alienas. Chaldæus, Et labore tuum introducas in domum alienam.*

*D Duas omnino huius loci interpretationes inuenio. Prior est Iansenij ad hunc modū, Ne forte impleantur extranei viribus tuis. Ne scilicet vites tibi immoderato veneris vsu exhauriantur, ita vt cum ad iustum, & habilem copulandis nuptiis ætatem deueneris, fractis & quasi effeminatis viribus, ad procreandos legitimos liberos ineptus sis. Et quidem sæpè accidit vt adolescentes præcoci, & immatura venere infœundi reddantur, vt docet Aristot. de historia animalium lib. 7. Cæterum hæc interpretatio non valde atridet mihi, quia non satis exprimit vim illius verbi impleantur, vel saturantur, quod E planè significat ex his, quæ alter effundit, alienum expleri, quod in veneris vsu non accidit, neque enim meretrix vires iunioris in se transfert.*

*Ergo nomine viri, aut roboris, facultates, atque opes accipiendas esse existimo cum Caietano ex familiaris scripturæ loquendi modo. Osee 7. Comedunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Iob 30. Si putantianrum robur meum. Isaïæ 3. Dominus exercituum auferat à Hierusalem, & Iuda, &c. omne robur pa- & omne robur aquæ. Itaque sensus est, Ne forte 24. Isaïæ 3. impleantur extranei viribus tuis. Ne scilicet facultatibus tuis alij ditescant, Et labores tui sint in domo aliena, id est, ea, quæ tibi labore, atque sudore magno constituerunt, in domum alienam translata doles. Quid autem certius quam libidinosos prodigere, ac decoquere solitos facultates, & patrimonia ingentia? Exemplo sit prodigus ille filius, qui substantiam suam consumpsit viuendo luxuriosè. Hac de re elegantissime Chrysost. hom. 86. in Ioan-*

*nen, Qui meretricibus ( inquit ) dat, ridiculus, & infamis est, & multis sibi inimicos parat, & breuem voluptatem vel nullam potius. Quacumque illis dat, ex his nulla gratia habebitur. Vas enim pertusum est domus aliena. Præterea muliebre genus temerarium est, & inferno eius assimilatur cupiditas: runc cefsat, cum omnibus rebus amantem spolianerit,*

O ij

*imo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & iacenti, cumque maiorem in modum ridet, & tot cum malis circumuenit, quæ nullo modo narrari possunt. Hactenus Chrysothomus, qui ipissima verba habet homilia 63. ad populum. Vbi addit meretrices patrimoniorum syries, & scopulos appellandas esse. Et sanè ad id spectat Diti Fulgentij Chartaginensis Episcopi interpretatio Mythologica de Scyllæ fabula, quæ cum se in mare præcipitem egisset, in scopulum nauibus infensissimum cōuersa est. Ergo Diuus Fulgentius Scyllam meretricem quamlibet esse dixit, in quam ingentes, ac prædiuites patrimoniorum naues illiduntur, atque dehiscunt. Et quidem Scylla scopolus est. Charibdis autem vorago, aut vortex, qui naues in illum incidentes absorbet. Ergo ut constet lasciuum hominem inter utramque Scyllam, & Charibdim versari, Chrysothomus in Epistolam ad Romanos sic fatur de meretrice, *At quemadmodum vsu venire solet in verticibus, & quibus vel millies periculo enadendi facto, tamen eudere non possit. sic & multo molestius in huius libidine alitudinem demersus te ipsum vna cum tuis omnibus rebus perditum ibis.**

**D. Max.** 68 Pendenda est insuper lectio originalis, *Et dolores trii sint in domo aliena, id est, ea quæ postquam in alienam domum translata videas, doleas necesse est. Optimè est, & ad rem sententia illa Demosthenis, cuius meminit Maximus in sermone de fornicatione, qui cum aliquando Corinthum nauigasset, illeatus fama nobilissimi scorti, cumque illa pro nocte vna stipularetur drachmarum decem millia, occurrit sic Demosthenes, Non emo tanti pœnitentia, & dolore, quod quidem non tam de pœnitentia, & dolore admissi criminis: (nec enim hæc valde pungebat lascium hominem,) sed de pœnitentia, & dolore factæ donationis accipi debet.*

69 Item hæc verba ad infamiam referunt alij, *Ne laborestui, vel dolores sint in domo aliena. Sint (inquam) id est, perseverent. Nam priora illa verba, Ne impleantur viribus tuis, &c. iacturam facultatum significant: hæc verò posteriora infamiae notam. Indecorum enim est, & non tantum dispendiosum apud meretricem esse aliquid, & perseverare eorum, quæ illitradit. Illud enim perpetuo arguit donantis lasciuvam, & libidinem, & quidem ius ipsum hanc infamiam extollit, dum præcipit, vt datum ob lenocinium repeti non possit: Legе Mercalem: De donatione ob turpem causam, quod quidem ita lex cauit, quia æquum est, vt in foris allegans propriam turpitudinem nequaquam audiatur. Et licet quidam velint ea lege non præcludi actionem ad repetendadona in meretrices collata aliis proximioribus donanti, scilicet patri, fratribus, &c. tamen nescio an etiam isti audiendi sunt, sed hoc alterius est instituit.*

#### XI. *Et gemas in nouissimis, quando consumperis carnes tuas, & corpus tuum.*

70 **E**t gemas in nouissimis. Hebraicè, *Etrugias in nouissimo tuo. Septuaginta, Et pœnitabit te in nouissimis. Aquila, Symmachus, & Theodot. Gemes, sicut nostra. Et quidem Symmachus pro illa voce in nouissimis, transtulit, in deficiente.*

*Quando consumperis, &c. consonant Hebræa. Septuaginta, Quando contrita fuerint carnes corporis tui.*

*Tripliçem sensum reddere possunt priora illa verba, Et gemas in nouissimis tuis. Primus est. Ne forte cum ad senectam deueneris, gemas: tunc enim*

*demum maxima corporis infirmitas ex intemperanti adolescentia contracta animaduertitur. Nam vt optimè Tullius, Libidinosa, & intemperans adolescentia effetum corpus tradit senectuti. Secundus est, Ne forte gemas in nouissimis tuis, id est, cum ad nouissima facultatum tuarum deueneris, cum scilicet consumptis, atque profusis copiis in extremis (vt aiunt) te esse videris. Et quidem ad id spectare videtur lectio Symmachi, *Et gemas in deficiente, id est, ne forte cum exhaustis facultatibus defeceris, tunc pœnitiat; nam tunc maximè pœnitentia subire animum solet. Vt accidit iuueni illi prodigo, qui postquam patrimonium decoxit, tunc demum pœnitentia concussus, Lucæ 15. in se reuersus ait. Lucæ 15. Quanti mercenary in domo patris mei abundant panibus, &c.* Itaque rerum angustia pœnitudinem extorlit. Tertius sensus est, *Ne forte gemas in nouissimum, id est, sero, quasi dicat, ne forte sera te pœnitentia capiat, cum scilicet profusis facultatibus, & exhaustis viribus nullū suppetat remedium, quo rantis iacturis, & malis succurrere possis.* Et quidem hæc extrema interpretatio imprimis arridet mihi, quadrat enim aptius in reliquum textum.*

Sed tamen expendenda est vox illa originalis, *Ne forte rugias in nouissimis tuis.* Exprimit enim ingenitum dolorem leonum rugitum imitantem. Et quidem tunc maximè leo rugit, cum famæ stimulat, infra cap. 28. *Leo rugiens, & versus esuriens. Ruggens inquam, id est, famelicus. Psalm. 203. Catuli num. 15. leonum rugientes, ut rapiant, & querant a Deo es- cam sibi, id est pra fame rugitus edentes. Ergo Salomon cum vltus est ea voce, Ne forte rugias, perinde est, ac si dicat, ne forte exhaustis facultatibus, & copiis, quemadmodum leones famæ: sic etiam*

**D**te inedia ad rugitus compellat miseros. Et sanè rugitus erat gemitus ille, quem emisit prodigus ille iuuenis Lucæ 15. constat enim illum à fame fuisse Luc. 15. expressum: aiebat enim plorans, & gemens, *Quanti mercenary in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo?* Rugit flebiliter etiam leo febri corruptus, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 15. *Plinius* cum fractis viribus morbo quatriduano corripitur, atque adeo non solum famis, sed morbi etiam indicium rugitus præbet. Aptè igitur Salomon leonis rugitum ei accommodauit, qui profusis facultatibus fame angit, & exantlati viribus morbo vexatur.

**E**tiam addo etiam cuiusdam Neoterici scolium, qui expendens hanc lectionem originalem, *Ne forte rugias in nouissimis tuis, sic ait. Rugitus certè leonestum edunt. Constat ergo leones etiam à meretricibus prostrari. Quis hoc neget? cum D. Cyprianus in lib. de singularitate clericorum, sic Cyprianus expresserit, *Quantos leones domuit vna muliebris infirmitas delicata, quæ cum sit vilis, & misera, de magnis efficit prædam?* Quæ verba alibi expendam.*

*Quando consumperis carnes tuas, & corpus tuum,* id est, cum tandem post longam venerem innumerous morbos in corpus tuum inuexeris. *Quis autem complecti possit veneris nocumenta?* Illud certè exploratū nullam fere corporis esse partem, quam turpis ista lues non afficiat: coitus enim nocet cerebro. Galenus in commentariis lib. 3. Epidemion, *Galenus* adeo ut in lib. de Philosophi historia doceat semen, aut sperma ab ipsomet cerebro decidi, atque esse cerebri quandam partem. Adde etiam Pythagoram apud Laertium, qui asseruit sperma esse cerebri stillam, & Augustinum lib. de vera religione, *August.* cap. 40. vbi sic ait, *Semen totius animalis latentes Laertius. numeros accipit, & inchoatur in prolem, & sine conuenientia duorum corporum, siue tali aliquo phantasmate commotum per genitales vias ab ipso vertice defluit in insima voluptate, &c.*

Secundò, nocet stomacho. Galenus in libro 3.

*Auicenn.* Epidemion. comm. I. Auicenn. lib. 3. sen. 13. tract. 1. cap. 39.

*Hypocrat.* Tertiò, nocet spinæ dorsi. Hypocrates in libro de Passionibus interioribus. Sed & Plato, ut tradit. Plutarchus in libro de placitis Philosophorum, docebat semen esse vertebral, sive spinalis medullæ defluvium.

*Corn. Cels.* Aphor. Hypocrates lib. 3. ad fin. Cornelius Celsus, lib. 1. cap. 9. Iterumque lib. 3. cap. 27. Auicenna lib. 3. sen. 3. tract. 1. cap. 5. & ex his alij. Ratio est, quia nerui ex cerebro reguntur, & expresso B semine rigescunt.

*Auicenn.* Quintò, nocet oculis. Galenus lib. 4. de locis, vel secundum locos, cap. 8. Auicenna vbi supra, & ex his alij. Et quidem Aristot. in lib. 2. de generatione animalium, cap. 3. sic habet. *Sedes enim oculorum maximè omnium locorum capitum seminalia est, quod patet cum sola ipsa per coitum venereum manifestetur, & usu immodicore venere oculi aperè langueant, & subsident.*

*Aristot.* Ad id spectat id, quod refert D. Ambrosius edifferens illud Lucae 4. *Socrus autem Simonistenebat in magnis febribus.* Theotinus

(inquit) *cum graui pectorum incommodo laboraret, & amaret uxorem, interdicti sibi à Medico facultate evanidi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, se moderari nequererit. Sciens enim, prudensque quod esset oculus amissurus, priusquam conveniret uxori in ipso astu feruente cupiditatem, & consuetudinis apparatu: vale (inquit) amicum lumen.*

*Cel. Aurelian.* Sextò, nocet dentibus. Celsus Aurelianus libro Chronion. 2. cap. 4. & Aetius Tetrab. sermone 3. cap. 8.

*Genes. 35.* Septimò, nocet lumbis. Ratio est, quia cum sperma diuiditur, lumbi maximè laborat, & exhaustiuntur. Ideo toties in scripturis filii ex lumbis proficiuntur: Genes. 35. *Reges de lumbis suis egredientur: & ad Hebreos 7. Et ipsi exierunt de lumbis Abraham.* Mitto alia. Docet hoc Aetius vbi supra, & Arnaldus de tuenda sanitate.

*Arnald.* Octauo, renibus obest. Aristot. lib. 4. problemat. cap. 2. Galen. lib. 8. morbotum vulgarium comm. 6. & ex his alij. Addit. Lactantium lib. 8. de opificio Dei, cap. 14. Item Tertullianum libro de Resurrectione carnis, *Vbi renes seminis conscientes Regum 8. Filii tuis, num. 19.* qui egredietur de renibus tuis. Ob eam causam D. Fulgentius in sua Mytholog. scribit venerem in renes, atque inguinā dominari. Vide ea, quæ Interpretes conferunt in illa verba, *Vre renes meos, & cor meum.*

79 Nondò, nocet lateribus. Ex quo manauit proverbum illud *latus rumpere, aut lateri non parcere,* Poëtis familiare pro *Veneri indulgere.*

*Arnald.* Decimò, venus obest cordi. Arnaldus vbi supra. *Aristot.* Undecimò, nocet ventri Aristot. problemat. sect. 4. cap. 17.

Arnald. Duodecimò, nocet hepatici, & iecinori. Arnald. ibidem.

*Aetius.* Decimo tertio, nocet pectori, vesicæ, pedibus, vt tradit Aetius, & Oribasius, & in vniuersum omnia membra ex coitu immoderato languent. Vnde Venus peculiariter epitheto à Græcis appellatur *avulsa*, id est soluens, aut dissoluens membra omnia. Ex quibus constat totum corpus ex veneris usu pati maciem, & langore dissoluti, vel consumi, atque adeo recte Salomonem dixisse, *Cum consumperis carnem tuas, & corpus tuum.* Et sanè isti morbi, qui ex veneris illicito usu contrahuntur, æterni, & gehennalis ardoris fuligo sunt, vt docet D. Ioannes Climacus. Climacus scalæ lib. 3. Cum enim fornicarij æternis

A ignibus addicendi sint; iam inde in hac vita illorum ignium fumos experiuntur: imò & calor ipse cōcupiscentiæ caloris illius sempiterni ænulus est.

XII. *Et dicas, cur detestatus sum disciplinam: & increpationibus non acquieuit cor meum.*

XIII. *Nec audiri vocem docentium me: & magistris non inclinavi aurem meam.*

**V** Erba ista perspicua sunt, quibus describit Solomon voces intemperantium, quas sera demum pœnitentia extorquebit illis. Experiad singularia breuius. *Cur detestatus sum disciplinam, id est.* O me miserum! qui cum olim libidinis incommoda edocebar; doctrinæ impatiens eos, qui forte meam turpititudinem arguebant, præ insania quadam detestabar.

*Et increpationibus non acquieuit cor meum. Hebr.* *Et increpationem spexit cor meum. Septuag.* *Et increpationes declinavit: aut denituit cor meum.* Theodotion, *Exacerbavit cor meum.* Sensus est, tunc cum corripiebar, nequaquam parebam. Nam cum cor meum libidinibus mancipatum callos obduxisset, correptionum vim, atque stimulos non percipiebam. Possumus autem præmissas lectiones sic ordinare. Primo, non acquieuit. Secundo, deuit aut: Tertiò, spexit. Quartò, exacerbavit cor meum. His enim quasi gradibus pergere solent, hi, qui correptionibus non emendantur. Primo non acquiescunt: audiunt certè eos, qui incipiunt, sed non parent. Deinde spernunt, nam si aliquis nolentibus increpationem obtrusit, ex eo contemptu subsannat & illidunt. Postea deuit aut: cum scilicet iam vel audire recusat ægre ferentes correptionem. Ac denique exacerbavit ipsos Doctores increpati, tunc nimis, cum in eos, qui illis acerbioris aliquid loquuntur, acerbiora ipsi verba retorquent, & increpationes contumeliis reciprocant, quod est impudentiæ valde effrontis.

*Nec audiri vocem docentium me, id est, non eis solum, qui increpabant acerbioris, non parebam, sed etiam eos, qui mitius mecum agebant, & consiliis suis, atque doctrina à luxu, & lenociniis me reuocare volebant, nequaquam auscultabam.*

**E** Aquila, Symmachus, & Theodotion. *Non audiri voces illuminantium me.* Nam cum luxus, & turrido obscenare soleat, & tenebras in mentem inuehere eos, qui monitis suis oculis meis lucem afferre, & tenebras illas discutere volebant, minimè exaudiiebam. Hebraicè est, מִזְרָחַ מִזְרָחַ. Quod nomen à pluia dictum est, vt obseruant radicum estimatores. Itaque licet conuertere, *Non audiri vocem impluviuum mihi, id est, eorum, qui ut æstum ardoremque libidinis meæ restinguenter, monita, & consilia sua*

**F** mollis instar pluiae instillabant mihi: imò talis, tamque ingens inerat animo, atque medullis ignis, vt quemadmodum ardantis camini, & foci molli aqua respersi amplius inardescunt, sic etiam animus consiliis ipsis magis, ac magis inflammaretur, adeo ut monitis salubribus deteriore ipse euaderem. *Qua similitudine aduersus Procum libidinis igne accensum usus est Diuus Ephrem in tractata de in-* Ephrem, temperantia.

*Et magistris non inclinavi aurem meam.* Repetitio est eiusdem sententia. Aut certè de magistris accipere licet, qui adolescentes instituunt, ad quos spectat ita iuvenes ab omni lascivitia, & turpitudine deterrente. Ergo dolet, quod illis suadentibus temperantiam autem suam non accommodauit.

XIV. Penè fui in omni malo in medio Ecclesiæ,  
 & synagoga.

**P**ENÈ fui, &c. Hebraicè, Quasi parum fui in omni malo, in medio collectionis & cætu. Septuaginta consonat vulgata nostræ. Licet tamen clarius conuertere, Parum absuit, quin fuerim in omni malo. Schol. In brevi fui in omni malo. Chald. Penitus habui mala omnia.

Præmittere autem oportet mali, non vnam esse acceptancem in scripturis. Significat enim quilibet vitij speciem. Itaque omne malum iuxta eam acceptancem est omne vitium. Rursus sumi solet pro calamitate, ac labore, & secundum hanc, omne malum est omnis calamitas. Hęc perspicua sunt. Tertiò malum accipi consuevit pro dedecore, & contumelia. Psalm. 4. Qui dixerunt mala mihi, id est, probra. Et Psalm. 108. Et qui loquuntur mala aduersus animam. Quartò significat malum absolute sumptum ipsum dæmonem. Sic fere exponunt Patres illa verba orationis Dominicæ, Sed libera nos à malo. Igitur tot mali acceptancees, tamque dissimiles interpretationibus etiam valde dissimilibus locum fecerunt.

**P**sal. 4.  
 num. 6.  
**P**sal. 108.  
 num. 20.

84 Prima est recentiorum magis accommodatitia, quam literalis, qui mali nomine dæmonem accipientes sic edifferunt præmissa verba, Penè fui in omni malo in medio Ecclesiæ, & synagogæ. (Scortatoris verba sunt) id est, cum adhuc inter hominem degerem, quodammodo mihi videbar inter dæmones omnes apud barathrum egisse vitam. Sed licet hęc interpretatio non valde accommodata sit, nihilominus tamen sententia vera est: nam scortator quodammodo viuus inter dæmones agit, & in inferno defossus est. Augustinus in Psalm. 101. Amores (inquit) turpes quantas molestias habent! quantas solitudines hic in ista vita? Omitto gehennam, vide ne iam ipse tibi gehenna sis in hac vita.

**P**sal. 25.  
 num. 5.

85 Secunda interpretatio est Iansenij, qui nomine mali vitium intelligit ad hunc modum, Penè fui in omni malo, id est parum absuit, vt in omne vitiorum genus perlaberet, In medio Ecclesiæ, & synagogæ, id est, cum in cætu impiorum, atque libidinorum hominum versarer: Nam synagoga, & Ecclesia (inquit) aliquando de impiorum conuentu dicuntur. Psalm. 25. Odini Ecclesiam malignantiam. Et rursus, Exarsit ignis in synagoga eorum. Et tum etiam, quia in originibus est, In medio cætu, & collectionis. Cæterum neque huic interpretationi plurimum deferendum esse censeo.

Luc. 7.  
 Ioan. 37.

86 Tertiam igitur expositionem sic habeto. Si malum pro vitio capias, ista verba sic edifferenda sunt, non longè absuit, vt in extremum malorum omnium inciderem, In medio Ecclesiæ, & synagogæ: hoc est adeo, vt publicus peccator haberet. Et quidem scortatores, ac meretrices peccatores publicos appellari suadet illud Magdalena, Lucæ 7. Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, id est, publica ciuitatis estimatione meretriciam artem exercens. Et quidem Pharisæi probri loco in Christum iactabant eum cum publicanis, & peccatoribus conuersati. Si enim publicanos à peccatoribus dirimas, nomine peccatorum scortatores intelligi non abnuo.

Quod si nomine mali calamitatem, aut dedecus accipiamus, duas offeram expositiones: altera est Caietani ad hunc modum, Penè fui in omni malo, id est, propè assui, vt inciderem in omni calamitatem, & dedecorum genus, conspicante omni-

A cætu, & synagoga, ita vt in omnium oculis miser, & inglorius essem. Itaque illa vocem Penè, adiungit Caietanus verbo fui, hoc modo Penè fui, id est, in proximo fui, vt essem. Sed (mea quidem sententia) friget hęc interpretatio, neque admodum aptè necitur cum superioribus. Quapropter illa particula Penè copulanda est cum aliis verbis hoc modo, Penè in omni malo fui, reddit autem hunc sensum: nullum fere calamitatis, aut ignorantiæ genus est, quod ego, postquam libidinibus mancipatus fui, expertus non sim, In medio Ecclesiæ, & synagogæ, id est, videntibus cunctis. Altera

B interpretatio est iuxta lectionem originalem, quæ sic habet, Quasi parum fui in omni malo. Vbi illud quasi, secundum familiarem scripturæ loquendi modum imminuere non debet significationem. Apocalyp. 13. Vidi unum de capitibus quasi occisum. Apoc. 13. Et 1. Petri 1. Sed præuiso sanguine, quasi agni immolati Christi. Ioan. 1. Vidi misericordiam gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre. Ergo illud, quasi parum fui, &c. perinde est, ac si absolute dicat, Parum fui in omni malo. Hoc autem exponendum est num. 14. iuxta lectionem scholasticam, In brevi fui in omni malo.

C Quasi dicat non dilatis spatiis post longas moras, sed per breve tempore in malorum omnium barathrum incidi. Et quidem nihil est, quod brevius cunctis hominem malis cumulare soleat, quam scortatio, & lasciva cum malitibus conuersatio. Ad id spectant verba Lucæ 15. de prodigo filio, Et non post multos dies adolescens peregrinè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Nam vt admetit Chrysost. & Ambros. illud non post multos dies, non ad perfectionem referendum est, sed ad

D substantię dissipationem. Itaque non paucorum dierum interstitio profectus dicitur, imo potius statim atque accepit suam à patre portionem, abscessisse credendus est. Sed breve dierum interusillo totam decoxisse substantiam affirmatur. Hęc vero sic assuenda sunt superioribus. Inducitur supra adolescentis, qui patrimonij iacturam, & salutis intertrimentum expertus dolet se eorum monitis non obsecundasse, qui recta illi consilia instillabant. Hęc ergo tandem addit, se in malorum omnium voraginem deuenisse, ac turn demum sapere cœpisse. Itaque doloris thema hoc est: quod cum potuisset tot consiliis, ac monitis edoctus, meliora sapere, tamdiu distulit, quoad propriorum experientio malorum resipiscere compulsa est.

87

88

Lucæ 15.

num. 13.

Chrysost.

Ambros.

XV. Bibe aquam de cisterna tua, & fluente putei tui.

XVI. Deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas dividere.

F **B**IBE aquam de cisterna tua. Hebreus apud Caietanum existimat hic etiam sicut infra, conuentendum esse, Bibe aquam de puteo tuo. Sed ideo facit, quia nouis studet semper translationibus, vt à vulgata discedat. Septuaginta, Bibe aquas de tuis vasis. Hebraicè est, בְּרֵבָר. Quæ vox propriè significat fossam excisam ad excipientias aquas pluvias. Differunt autem בְּרֵבָר, & בְּרֵבָר, cum Aleph quiescente, quod posterior vox puteum adsignificat, prior autem cisternam. Vel vt ait Pagninus, quod בְּרֵבָר sola terræ defossione perficitur absq; edificio. Et non sine structura aliqua cōpingitur. Sed vetiorem existimo priorem differentiam, quā assignat Rabi David optimus radicū

89

*August.* æstimator. Træssationem Septuaginta sequuntur  
*Ambros.* Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Basilius,  
*Chrysost.* & alij Patres locis infra citandis. Sed Diuus Hiero-  
*Hieron.* nymus in Ezechiel. cap. 32. legit. *Bibe aquam de tuis*  
*Basilius.* *aquis.* At vero Symmach. Aquila, & Theodot. cum  
 vulgata nostra concinunt.

90      *Et fluenta putei tui.* Hebraicè, & fluenta de me-  
 dio putei tui: vox originalis est בְּרֵת בָּרֶךְ de qua su-  
 pra diximus. Septuaginta. *De puteorum tuorum*  
*fontibus.* Sic præmissi Patres.

*Deriuentur fontes tui foras.* Hebraicè: *Disper-*  
*gantur.* Septuaginta negationem addunt hoc mo-  
 do. *Non supereffudentur tibi aqua extra tuum fon-*

*Origen.* *tem.* Sic habet Origen. hom. 12. in Numeros, & Cle-  
*Cle. Alex.* mens Alexand. l. 1. Stromatum, quamvis in quibusdam  
 etiam exemplaribus apud Origenem sublata  
 sit omnino negatio.

*Et in plateis aquas tuas diuide.* Hebraicè: *In pla-*  
*teis rini aquarum.* Septuaginta. *Et intra plateas*  
*pertransant aquæ tuae.* Chaldæus integrum ver-  
 bum sic conuertit. *Redundent aquæ tuae foras,* &  
*in plateis rini aquarum.* Ambros. *in plateis super-*  
*fluant aquæ tuae.*

91      Ergo Patres in hunc locum mysticas, & spiritua-  
*D. Aug.* les interpretationes plurimas coniecerunt. Diu. Au-  
 gustinus lib. 2. contra Cresconium cap. 14. Et in epi-  
 stolam Ioann. tra. Et. 6. Diuus Ambrosius lib. 1. de  
 Spiritu Sancto, cap. 20. de Spiritu Sancto accipiuit  
 ad hunc modum. *Bibe aquam de vasis tuis, & de*  
*puteorum fontibus:* id est, ne spirituali alieno cre-  
 das ( inquit Augustinus) sed de Spiritu Sancto ( qui  
 aquæ comparari consuevit in scripturis ) hauri, at-  
 que bibe copiosius, scilicet dona eius in animum  
 transfunde tuum. Diuus Gregorius de prædicto-  
 re venuste interpretatur his verbis. *Aquam quippe*  
*prædicator de cisterna sua bibit, cum ad cor suum*  
*rediens prius audit ipse, quod dicit: biberque sui*  
*fluenta putei, si sui irrigatione verbi infunditur,*  
*vbi bene subiungitur, Deriuentur fontes tui foras,*  
*&c. Rectum quippe est, ut ipse prius bibat, & tunc*  
*prædicando aliis influat.* Diuus Basilius in Psal. 14.

*Basilius.* de vnu propriarum facultatum interpretatus est hoc  
 modo. *Bibe igitur misericordia tuis vasis aquam, ut air*  
*Salomon, hoc est, proprias considera facultates, &*  
*subsidia vita, non ad alienos fontes propera, sed ex*  
*proprijs fontis scaturigine tibi vita solaria collige.*

*Hieron.* Diuus Hieronymus in cap. 22. Ezechiel. Et in cap.  
*& Salon.* 4. Amos. Et Salonius in sua mystica expositione  
 de scripturis Sacris interpretatisunt, ex quibus ( non  
 autem ex Hæreticorum lacubus, & stagnantibus  
 fossis, quæ ardorem aridarum faucium restinguere  
 non possunt ) haurire oportet. Et quidem Salo-  
 nius ita scribit. *Cisternam vocat Catholicam, id est,*  
*veteris, atque noui Testamenti doctrinam: puteum*  
*vero profunditatem eiusdem Catholicæ doctrinæ,*  
*aquam, scientiam, fluenta, copiam, & abundan-*  
*tiam, id est, varijs scriptura Sacra intellectus.* Hæc  
 ille. Rursus idem Hieronymus in cap. 3. Malachia  
 de naturali lege, quam Deus animis nostris  
 venuste locum istum edisserit. Nam cum de uxore  
 prius exposuisset ista verba, ad spiritualem sensum  
 deinde allicit hoc modo. *Uxorem adolescentia na-*  
*naturali dicam intelligentiam, & legem in corde præ-*  
*scriptam, quæ omnibus hominibus insita est.* Et de  
 hac coniuge prædicator. à Deo coniungitur uxor  
 viro: & iubemur, ut de nostris aquis potemus, &  
 fontibus, &c. Origenes in ea homil. 12. super Nume-  
 ros, extra illa verba, & de puteorum tuorum fonte,  
 ( sic enim legit ) ad hunc modum expendit. *vnu,*  
 inquit, *puteus est scientia Patris, alius putens co-*  
*gnitio Filii, tertius putens cognitio Spiritus San-*  
*cti.* Sed horum puteorum vnu est fons: *vna enim*

*Origen.* Tom. I.

*A* *substantia est, & una Trinitas.* Haec tenuis Patres.  
 Sed tamen, ut à mysticis sensibus ad litteralem fa-  
 ciamus gradum:

94      Arboreus, & Caietanus litteralem huius loci sen-  
 tentiam eam esse putant, quam præmissus ex  
 Basilio hunc ad modum. *Bibe aquam de cisterna*  
*tua:* id est, tuis ipse viætta facultatibus, *Deriuen-*  
*tur fontes tui foras, &c.* id est, ex bonorum tuorum  
 redundantia publicas exerce eleemosynas. Et qui-  
 dem Iansenius eam fuisse putat. Septuaginta inter-  
 pretum mentem, nam ea verba, quæ statim sequun-  
 tur; *Habeo eas solus.* Septuag. sic conuertunt, *Sint*  
*tibi soli facultates.* Καὶ οὐ μόνος ἡ τερψχοντα. Sed ta-  
 men parum apte conuertit. Nā correctior transla-  
 tio sic habet, *Sint tibi soli posse.* Quo sensu non  
 dissidet à nostra lectione.

95      Reliqui interpretes Iansenius, Rodolphus, & Hu-  
*Hieron.* go & ( quod caput est ) Diuus Hieronymus in cap. 3.  
 Malachia. Et Chrysostomus homil. 1. in Matthæu, locū istum de legitimis nuptiis interpretantur. Edis-  
 seramus ergo priora verba, deinde posteriora. *Bibe*  
*aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.* Matri-  
 monium quidem tanquam præsentissimum libidi-  
 nis remedium consulit Salomon, quemadmodum

*Paulus* 1. ad Corinth. 7. *Et propter fornicationem Paul. 1. ad*  
*vnu quisque uxorem suam habeat, & unaquaque Corinth. 7.*  
*virum suum.* Ac rursus, melius est nubere quam viri. num. 2.

Et quidem elegantissimam adhibuit similitudinem  
 ad legitimis coniugij vsum adumbrandum, *Bibe*  
*aquam de cisterna tua.* Adolescens sane libidinis  
 æstu vritur, vt ait Paulus, ex calore autem, & ardo-  
 re sitis euenit, scilicet veneris appetentia, quam alibi  
 etiam cum siti contulit Ecclesiast. cap. 26. *Sicut*  
*viator sitiens ad fontem os aperiet, & de omni aqua*  
*proxima bibet, &c.* Loquitur autem de præmissa  
 appetentia, & Hierem. 2. *Prohibe gemitum à si-*  
*ti:* id est, à libidinosa appetentia. Subdit enim, *De-*  
*sperani nequaquam faciam, adanai quippe alienos,*  
*&c.* Ergo Salomonis sententia hæc est: Hæc  
 tenuis illicitam cum meretricibus conuersationem in-  
 terdixi tibi: sed tamen forte causaberis te libidinis  
 ardoribus exæstuar, & siti omni ardentiorem ve-  
 neris appetentiam experiri, atque adeò contineri  
 non posse. *Bibe igitur aquam de cisternatua, &c.*  
 Id est, ad eam situm sedandam, & restinguendam  
 vtere propria & legitima coniuge, quæ cisternæ in  
 morem puras, & illimes tibi præbebit aquas. Et sa-  
 ne ad id significandum olim in nuptiarum sole-  
 nibus ignem, atque aquam adhiberi solita credi-  
 derim, vt tradunt Plutarch. in Apophthegmatis  
 Romanis, & Aristoteles in Problematis. Cuius ri-  
 tus meminerunt Hieron. & Tertull. Ut enim alias  
 dimittam rationes, hanc vnu germanam esse cre-  
 do, igne scilicet ardorem eum significari, quo vir,  
 fœminaque in se inuicem ardent, & in venerem  
 inflammatur: aquam vero legitimi vsum coniugij,  
 quem deinceps ad eum ardorem extinguendum ad-  
 hibere licet post nuptias. Et quidem id interest inter  
 scoti congressum illicitum, & nuptiarum vsum,  
 quod hic calorem, atque situm libidinis refrigerat:  
 ille vero magis, ac magis accedit: qui enim ardet  
 uxorem legitimam, vnu illius refrigerium accipit:  
 quivero ardet, appetitque meretricem, vnu ipso  
 denuo acceditur, atque inflammatur. Vterque  
 sane ardet, sed ignis diuersa natura est. Illius enim  
 ignis, vt ita dicam, communis est, ex eorum ignium  
 genere, quos aqua restinguunt; huius vero flamma  
 est sulphurea ex earum genere, quas aqua non op-  
 primit, sed excitat magis. Vnde Augustinus in ser-  
 mone de mulierum congressu, de his, qui meretri-  
 cibus se addixerunt. *Sulphurea, inquit, est illorum*  
*libido, ardet plurimum, & extingui non potest.* Qui

96      *Eccl. c. 25*  
*num. 15.*  
*Hierem. 2.*  
*num. 25.*

97      *Plutarch.*  
*Aristot.*  
*Hieron.*  
*Tertull.*

98      *Augus.*  
 Q      iiiij

Sane illius ignis conditione videtur expressisse, quod vulgo dicitur, *Alquitram*, quem aqua non restinguunt, sed magis reaccendit. Vel aliter. Vtque (scortator, & coniugatus) sit, tamen scortatoris sitis hydropisis est, atque adeo quo plus bibuntur, plus sitiuntur aquæ, id est, quo majori, atque intemperantiori venere se ingurgitat, eò magis ac magis venerem sit. Non ita coniugatus, sed sítim suam bibendo restinguunt. At enim intemperantem libidinis appetitum cù hydropisi morbo esse componendum docet Augustinus de Genesi ad litteram cap. 10. lib. 9.

99  
Foreyrus.

*Bibe aquam de cisterna tua.* Rursus quæres cur cisternæ vxor hñd dispar esse dicatur? Foreyrus nobilis Ilaia interpres ad illa verba cap. 51. Attende ad petram, unde excisi estis, & ad cisternam caueam, ex qua præcisi estis. (Sic enim est in originibus Hebraicis) obseruauit quandam allusionem inter caueam, & maritatem fœminam, nam cauea Hebraicè appellatur מַקְבֵּה *Makebeh* à radice מָקַב *Kabah* vnde נֶקְבָּה *Nekabah*: id est, fœmina. Itaque cauea, atque fœmina ab eadem radice fluunt. Ideoque fœmina cauea comparatur, propter nominis vicinitatem, quemadmodū sèpius oculi cum fontibus componuntur, quia fontium, atque oculorum vocabulum vnū est apud Hebraeos, & eiusmodi alia passim inuenies in scripturis. Non valde displicet hoc, sed tamen altius vestiganda huius similitudinis ratio. Chrysostomus super Psalm. 115. appendens haec ipsa Ilaia verba rationem affert, propter quam Sara cisterne similis prædicatur his verbis: *Quemadmodum enim ex lacu aqua per se non scaturit, sed eam suscipit ex supernis fluviis: ita etiam illa, cum esset priuata facultate gignendi à superiori accepit illam apitudinem.* Quæ Chrysostomi meditatio apte cadit in ea, quæ supra diximus, de etymologia, & significatione nominis כֹּוֹר *Bor*: atque adeo in locum istum sic transferre licet. *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.* Vtrumque his verbis complexus est, cisternam, quæ à cœlitus desfluentibus aquis impletur, & puteum, qui scaturientibus ab imo redidat lymphis. Nimirum, ut significet Salomon matrimonium non tantum esse naturale libidinis solatum, sed etiam cœlestē remedium. Quod in primis quadrat in matrimonium fidelium, quod supra vinculum naturalis cœiunctionis, quod nuptiae adstringunt, sacramenti rationem sortitur, atque gratiam eximiam ad peruincedos libidinis æstus præbet. Itaque homo licito vtens coniugio ad extinguendam vel sitim, vel ignem concupiscentiæ, atque libidinis, aquam adhibet infernè, & supernè fluëtem, scilicet vsum coniugij, & gratiam ipsius sacramenti.

101

Vel aliter, si ad prolem referamus, quæ matrimonii finis est, hunc ad modum exponere licet. *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui.* Ita ut illud, & vim habeat disiunctiæ, vel, vt sèpè alias accidit in scripturis. Threnor. 3. *Quia si abiecit, & miserebitur: id est, vel miseretur.* Huius generis sunt plura. Est ergo sensus. Vt erit licito coniugio: sic enim habebis vel cisternam, vel puteum, vtraque aquis redundantia: nam si cisterna sit fœmina, nimirum sterilis natura sua, & infœcunda, aquis cœlestibus implebitur: hoc est à Deo Optimo Maximo cœlitus fœcundabitur, ob meritum tori coniugalis sanctè tractati. Si vero puto sit, naturali scilicet prædicta fœcunditate, illa atfatim exsatiabere, & prolem ex illa copiosam suscipies. Aut demum cisternæ, aut puto confertur coniux ad notandam fœcunditatem vulvæ, quia (vt Aristotel. tradit) ad fœcunditatem mulieris duo sunt necessaria, scilicet bene excipere, atque emittere, nimirum, vt decisum

à viro semen excipiat, atque ipsa etiam fœmina serat. Excipere autem est cisterna, quæ aliunde ascitis impletur. Emittere autem, seu fluere, & manare intrinsecus putei est proprium. Adde à Græcis vuluum appellari δέσαρπην: id est, cisternam, nimirum ad prædictam rationem, quia viri defluvium excipit. Pergo ad alia.

*Deruentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* A signat Salomon rationem, propter quæ præferri debet usus legitimus nuptiarum meretriciæ libidini, scilicet, quia ex meretricibus vix aliquis suscipit filios (nam meretrix pluribus succumbens non concipit) quod si aliquando conceperet contingat, nemo eos palam filios suos proclaimare audet. At ex legitimis vxoribus, quasi ex fontibus riui, id est, filij plurimi scatent. Itaque ait: *Deruentur fontes tui foras:* id est, vxores legitimæ, quæ pro fontibus tibi sunt, emitte foras riulos suos. Quasi dicat; Ex illis plures in lucem edentur filij, qui riuorum in morem vberimis ex fontibus promanent. Loqui autem videtur Salomon secundum morem antiquæ legis, cum plures sibi adiungere vxores legitimas licebat. Subdit, & in plateis aquas tuas diuide, id est, tot tibi liberi suppetent, vt vicos, & plateas vrbis compleant.

102

Vel aliter, filios habebis non spurious, & nothos, atque adeo obscuros, sed legitimos, quorum te esse patrem in plateis, hoc est, in omnium auribus, atque oculis prædicare possis. Aut demum: *In plateis aquas tuas diuide.* Id est, filias publicè nuptui trades, & filios coniugio copulabis, adeo vt ex redundantia tua alienas domos complere possis. Et quidem filiorum affluens copia riuis ex fonte fluentibus componi solet. Suaderet hoc ille locus Ilaia c. 51. *Ilaia. c. 15.*

103

*Attende ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam lacis, de qua præcisi estis, attendite ad Abram patrem vestrum, & ad Sarah, que peperit vos.* Nam licet plures ita interpretentur, attendite ad lapidicinam illam eximiam, ex qua velut lapides quidam decisi estis, &c. Tamen alium subesse sensum huic loco evincunt illa verba. *Ad cavernam lacis,* vel *ad caueam cisternæ, aut putei.* Quæ nomina in lapidicinam cadere videntur. Ergo cum ait: *Attende ad petram ex qua excisi estis,* hunc sensum reddit: Considerate solidissimum illum lapidem, ex quo tanquam riui quidam excisi, id est, aperti estis: obseruate (inquam) Abraham grandænum, & effætæ iam ætatis virum, & ad generandum inhabile: quemadmodum enim solidior, atque durior lapis ad riuos fundendos ineptus est: sic ille ad gignendū aridus prorsus, ac præsenio frigidus erat, & tamen ex illo excisi estis, id est, effluxisti. Et ad cavernam lacis, & cisternæ, ad vulvam scilicet illum infœcundam senioris Saræ, ex qua simili modo, tanquam aluei promanastis. Et quidem modus iste loquendi familiaris est Scripturæ Sacrae. Ilaia 35. *Ilaia. 35.*

*Scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes inundauerunt.* num. 6. &  
*F* cap. 63. *Scidit aquas ante eos.* Et cap. 48. cap. 63.  
*Scidit petram, & fluxerunt aquæ.* Abacuch. 3. Flu- nu. 12. &  
*rios scindes terræ.* Itaque cum scissæ, vel excisi filij cap. 48.  
Abrahæ dicuntur ex petra, similitudo ducitur à ri- num. 21.  
uis, vel à lacis, qui scindi dicuntur, tunc cum pri- Abach. 3.  
mum erumpunt. num. 6.

104

Quadrat autem hæc similitudo aquarum optime in filios. *Et in plateis aquas tuas diuide:* id est, filios tuos in matrimonium loca. Accipe acutam nouitatem meditationem, qui liberos ad eum modum tradedos in matrimonium esse dicit, quo aquæ per suos alueos, aut canales deriuantur. Nimirum ut significet parentes iuxta ipsorum filiorum studium, & procluem voluptatem coniugia pacisci debere. Nam cum aquæ nō nisi in decluem locum

sponte fluant, tunc cum dicitur aquarum in morem liberos à patre diuidendos esse, satis inuitur, iuxta illorum procluem, & spontaneam voluntatem id fieri oportere.

105 Aliter etiam ego dixerim id parenti deferri his verbis, ob meritum coniugij sancte tractati, quod filii iuxta illius nutum, & voluntatem coniugia in-eant, quod maxime parentes optare consueuerunt. Nam sicut infra Salomon dixit: *Sicut diuisiones aquarum, ita & voluntas Regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud: id est, voluntas regia ad eundem modum est in manu, & potestate Dei, vt ipsam in quamlibet partem non per vim aliquam, sed sponte flectat, quemadmodum diuisiones aquarum sunt in potestate agricolæ, vt eas, per alios declives sponte fluentes in quamlibet partem diducat. Pari ratiōne cum dicitur parenti: Et in plateis aquas tuas diuide: id est, diuides, perinde est, ac si dicat, id obtinebis, vt filios tuos in eum, quem malis statum, aut vitæ conditionem sponte obtemperantes flectas ad eum modum, quo aquæ per alios declives ab agricultorū reguntur, & deriuantur. Et quidem operæ pretium duxi, hic admonere sententiam istam non in angustias esse coniiciendam, vt de solis nuptiis intelligatur: sed extendi oportere ad omnes alias viuendi rationes, hoc modo: Et in plateis aquas tuas diuide: id est, per omnes status, & conditiones hominum, per omnia officia, ac munera Republicæ iuxta eorum procluem voluntatem distrahes filios tuos. Ad id spectat lex illa Athenarum, quam refert Diuus Gregorius Nazianzenus, in Epistola ad Eudox.*

D. Nā. ziazenus. Athenis (inquit) vetus lex erat præclarissime constituta, que adolescentes cum pubertatis annos attigissent, ad artes hunc in modum duci inubebat. Cuiuslibet artis instrumenta in foro publicè proponebantur, atque his admonebantur adolescentes: & quocumque delectari quenque contigisset, ad idque accurrere, huius quoque artem edocebatur, quod videlicet, vt plurimum recte succedant, quæ natura dute aggredimur, atque contra ea, que inuitana-tura suscipiuntur, spem frustrare soleant. Ergo iuxta huius legis præscriptum expendere licet prædicta verba: *Et in plateis aquas tuas diuide: id est, productis in plateam liberis tuis ostende illis omnes artes, omnia munera, & status hominum (nam in plateis haec omnia spectare licet) ac tum eos, tanquam aquam in eam artem, aut statum, in quem proclues esse videris, rege, atque deriuia.*

XVII. *Habeto eas solus: ne sint alieni par-ticipes tui.*

XVIII. *Sit vena tua benedicta: & latare cum muliere adolescentia tua.*

107 **H**abeto eas solus, &c. Hebraicè: *Sint tibi soli; ibi, & non alieni tecum.* Septuaginta: *Sint tibi soli possesse: ibi. & nemo alius particeps sit tibi.* Non autem vt alij conuertunt: *sint tibi soli facultates: vt supra admonui.* Chaldaeus. Erunt tibi soli, & alieni non participabunt tecum. Itaque Chaldaeus ista verba extulit de futuro perfecto. Eundem autem ad sensum alliciendæ sunt alia lectiones, atque adeo cum audis, *Habeto eas solus:* perinde cert est, ac si dicat: *Habebis eas solus: & sic de aliis, quæ sequuntur: Sit vena tua benedicta: id est erit, &c.*

*Sit vena tua benedicta, & latare cum muliere adolescentia tua.* Hebraicè: *& latere de vxore adoles-*

**A**sciendarum tuarum. Septuaginta: *Fons aquæ sit tibi proprius, & letare cum uxore, que a iuuentute tibi.* Aquila, Symmachus, & Theod. cum nostra vulgata concinunt, imo, & Chaldaeus.

108 Verba ista quemadmodum superiora ad spirituales sensus vocant Patres, Clemens Alexandrinus 2. Stromatum de arcans Ecclesiæ mysteriis interpretatur. *Habeto eas solus, & non sint alieni participes tui.* Nam mysteria (inquit) nostra non sunt canibus, id est, infidelibus propalanda. Saloni-nus Vienensis Episcopus nomine alienorum intellegit dæmones, & cœptam de prædicatore vrget allegoriam hoc modo: *Habeto eas solus, &c. Soli (inquit) aquas habemus, quando de prædicatione nostra laudes humanas non querimus: alienos dæmones vocat.* Nam tunc malignos spiritus in prædicatione nostra nobis socios facimus, quando per superbiam intumescimus. Hæc ille, qui cuncta ferme verba ex venerabili Beda in sua transtulit commentaria.

Caietanus, & Arboreus cœptam etiam de propriarum facultatum ysu interpretationem insequuntur, *Habeto solus tibi, & non sint alieni participes tecum,* id est, vt eris ipse facultatibus, & meretricies, lenones, & id genus alij rerum tuarum exortes sint, *Sit vena tua benedicta,* id est, erit. Quasi dicat, ea ratione facultates tuæ benedicentur, id est, multiplicabuntur nouis in dies auctæ incrementis, aut benedicentur à pauperibus, peregrinis, viduis, atque eiusmodi aliis, in quos beneficus fueris, qui bona solent suis benefactoribus precari, iuxta illud, *Splendidum in panibus benedicent labi: multorum, &c.*

Reliqui de uxore, ac filiis exponunt præmissa verba Hugo, Iansenius, & Rodolphus. Adde Chrysostomum homilia in Psalm. 9. & Ambrosium in lib. Isaac, & anima, cap. 4. Sed tamen non est eadem omnium mens. Quidam enim priora illa verba, *Habeto eas solus, scilicet aquas,* Et non sint alieni participes tui, de uxore ipsa accipiunt, non de filiis. In his est Diuus Chrysostomus vbi supra. Itaque iuxta illius mentem iam nunc redit Salomon ad caput fontis, cui uxoris collata fuit: & de custodia illius admonet virum. Quasi dicat, nemini scaturiginis tuæ facias copiam, ne si alter inde hauriat, dubitare incipias, tui ne sint filii, an alieni? Et quidem Ecclesiasticus cap. 25. hanc uxoris custodianam eadem aquæ similitudine adumbravit, *Nec des aquæ tua exitum vel modicum, nec mulieri negram veniam prodeundi, &c.* id est, quemadmodum si aquam continere, atque includere vis, oportet, vt nec minimam quidem illi rimam aperias, nam statim erumpere, & ampliorem, liberioremque sibi viam aperire solet. Ade eundem modum uxoris cohibenda, & coercenda, ita vt nec minimam quidem licentia rimam inueniat: nam cum sit (licet sic dicere) aquæ, labilis, & fluxa, breui in magnam Ferumpit libertatem, & audaciam. Ecclesiasticus, *Eccles. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te: hoc est, si dimiseris illam liberam, magno cum decore tuo adultera euaderet.*

111 Cæterum præferenda est interpretatio Iansenij, & Rodolphi, quæ sic habet, *Habeto eas solus tibi,* id est, habebis. Est enim Zibui pro Ghathir, scilicet interpretatiuum pro futuro. Quemadmodum in sua translatione significauit Chaldaeus. Quasi dicat, si coniugium sancte, atque pure colueris, id obtinebis, vt habeas tu tibi filios, & ab aliis discretos, quos scilicet certò noueris esse tuos. Nam quidquid ea ratione tuo ex fonte manauerit, atque foras effluxerit, tuum erit. Agitur autem de uxore fidei, & pudica, *Nec sint, id est, non erunt alieni parti-*

*Cle. Alex.*

109

110  
*Chrysost.*  
*Ambros.*

*Eccles. 25.  
num. 34.*

111

*pes tui*, id est, alieni filij non tibi adscribentur, ut accidit his, qui cum meretricibus agunt, quæ susceptos ab aliis filios solent eis obtrudere, qui eos minime generarunt. Et quidem illud *participes tui*, emphasis habet, est enim perinde, ac si dicat, ne filii alieni partem tuam, id est, sortem hereditatis capiant, & facultates tuas, tanquam paternam hereditatem adeant.

*Sit vena tua benedicta*. Hugo Cardinalis etiam, hæc verba de filiis interpretatur, quasi dicat: Sic sit, ut proles tua fœliciter, & sancte matrimonio tradatur, vel in uniuersum proles tua erit fœlix, & fortunata. Sed tamen ut hæc verba nectantur cum his, quæ sequuntur, satius est cum Rodolpho, & Iansenio de vxore interpretari hoc modo, *sit, id est, erit, vena tua benedicta*, id est, sons tuus abundans copiosè scilicet, & affluenter manans, nam benedictio copiam significat in scriptura. Genes.

Paul. 1. 22. *Benedic tibi*, & multiplicabote. Et Paulus 2. ad Cor. 9. ad Corinth. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, id est, qui copiosum spargit semen, copiosam etiam messem reportat, & sœpè alias. Itaque ait, *Erit vena tua benedicta*, id est,

vxor tua copiosam, & numerosam prolem in lucem edet. Iuxta hunc sensum exponi debet illa verba, quibus Angelus Mariam affatus est Lucæ 1. *Benedicta tu in mulieribus*: ita ut ad fecunditatem referatur, id est, tu fecunditatis præstantia reliquias foeminas antecellis, & benedictus fructus ventris tui ( particula, & vicem agit causalis quia, ut ibi obseruant locupletissimi authores ) id est, quia filius tibi eueniet, quo nullus aut præstantior, aut sanctior: & cum alia mulieres sine viri congressu non pariant, tu quidem naturalis fecunditatis mensuram superans salua virginitate filium suscipes, qui unus cum sit, omnium ad instar obtinebit. Ergo cum audis illud, *sit vena tua benedicta*, eam vocem benedicta, contra sterilitatem dictam pura, quia in veteri lege sterilitas probro erat, & sceleres foeminas tanquam à Deo maledictas vitabant.

*Et latere cum muliere adolescentia tua*. Hugo & Caietanus existimant Salomonem consulere hoc loco, ne quis libellum repudij det vxori, quam duxit adolescentis, etiam si illa senuerit. Quasi dicat, latus age semper cum ea vxore, quam adolescentis tibi copulasti. Rodolphus ad Hebraeorum excusat commentationes, imò commentitias expositiones, *Lataberis* ( inquit ) *cum muliere*, id est, a muliere adolescentia tua: filiis nimis, quos ab uxore iuniori suscepisti, in quibus etiam postquam ad senectutem peruereris, quodammodo iuuenesces. Nam cum in filiis quadam ratione viuat parens, in iunioribus iuuenescat necesse est. Et id quidem additum existimat aduersus illud, quod supra dixerat, *Quando consumperis carnes tuas*, & *corpus tuum*, &c. Quasi dicat, tantum abest, ut consumas, & exteras corpus tuum coniugio legitimo, ut potius ab ætatis detrimentis illud vendices carne tua in filiis quodammodo renascente, atque vernante.

Ceterum aliam esse Salomonis mentem credo, *Latare cum muliere adolescentia tua*, hoc est, *lataberis*, ut supra animaduerti. Quasi dicat: Tunc cum ad uxorem tuam, & non aliam accesseris, *lataberis*, quidem, & voluptatem ex consuetudine illius capies sine adolescentia tua, atque ætatis floridæ intentimento. Nam cum supra dixisset. *Ne des alienis honorem*, id est, decorem tuum, & annos tuos crudelis: significans meretricis amoribus ætatis floridæ, ac primores annos contabescere, & præcocem senectam, canosque accedere: aptè subdit ex coniugali ysu nullas ætatis iacturas sentiri, & iu-

uentutis virentem, vernantemque decorem non immixti: Quod quidem ipsam experientia duce nouimus. Vix enim unus est, qui legitimis ysu conjugi laguescat, aut senescat. Imò potius cum quædam veneris moderata emolumenta numerasset Galenus lib. 6. de locis affectis, cap. 5. subdit *Galenus.* moderatam venerem se appellare eam, quæ in licita vxoris consuetudine plerumque euenit: additique ( ut alia omittam ) huius consuetudinis temperantiam, & moderationem senectam differre, & viorem ætatis seruare. Ad id spectasse videntur Spartani, qui ( teste Pausania lib. 3. ) Veneri nuptæ simulachrum ex oraculo quodam exerunt, eidemque nomen in diderunt αυτολόγης, id est, senectutem differens, ut innuerent venerem coniugalem & oportunam, intempestam, & præcocem senectam non adducere, sed arcere.

XIX. *Cerua gratissima*, & *gratissimus hinnulus*: ubera eius inebriant te in omni tempore: & in amore eius delectare ingiter.

*Cerua gratissima*. Hebraicè: *Cerua amorum*. Septuaginta: *Ceruus amicis*. Chaldaeus: *Cerua amoris*. Itaque concors interpretum sententiatenet vocem Hebraicè חֲרֵב, & ieleth Ceruam significare, id tantum interest, quod Septuaginta: *Ceruum*, reliqui ceruam extulerunt, maius dissidium est inter verba sequentia.

*Et gratissimus hinnulus*. Septuaginta conuertunt: *Et pullus gratiarum*. Diuus Ambrosius in lib. de Iacob, & vita beata cap. 7. *Et pullus equi gratiarum*. Et rursus lib. 3. Officiorum, cap. 1. abstinet à nomine equi. Consonant Hieronymus in cap. 35. *Hieron.* Isaïæ, & Diuus Augustinus in lib. 83. Quæstionum, *August.* quæst. 71. Symmachus repetit iterum *ceruum*. Et Symmach. *ceruus gratiarum*. Chaldaeus. *Et exaltatio gratia*. Paginus cum reliquo Rabinorum cœtu: & ibix gratia. Tigurina utramque partem sic extulit: *Sit hec velut amata cerua, & caprea grata*. Vox originalis est יָגְהָלָה, à radice יָגְהָל, quod est prodeesse, aut eleuare, vel leuamenti esse. Et quidem eam vocem non eodem modo transtulit semper nostri Interpres. Iob 39. *Ibicem* conuertit: *Nunquid nosti tempus partus Ibicum?* Et 1. Reg. 24. *Et iam super abruptissimas petras*, que solis Ibicibus pertine sunt. Vbi Septuaginta transtulerunt *arietes sylvestres* ad hunc modum. Super faciem petrarum arietum sylvestrium. Sed puto arietes positos pro hircis, quasi hircorum sylvestrium. Rursus Psalm. 104. Septuaginta ceruos legunt: *Montes excelsi ceruis*, at in hoc loco vulgatus consentientibus Septuaginta *hinnulum* conuertit: nec vero cuiuslibet specie pullum intelligit, sed ceruorum. Exprimere autem voluit vim vocis originalis eo nomine: nā cum verbum *Iaghal*, sit eleuare aut leuem facere, ut supra monui, inde fluit *Iaghalah*, quæ vox à levitate sumpsit etymon. Hæc autem leuitas, seu velocitas hinnulis in primis conuenit, antequam cornibus degrauentur: nam cerui grandiores, postquam cornua excreuerint, non ita leues sunt ad cursum ( ut docet Plinius. ) *Quod si Chaldaeus exultationem* conuertit, ideo fuit, quia vocem *Iaghalah*, ad suam retulit radicem, quæ ( ut supra docui ) significat etiam consolari, atque leuamento esse.

*Ubera eius inebriant te in omni tempore*. Hebraica vox anceps est, *ubera*, & *amores* significat. Alij ergo conuertunt. *Amores eius inebriant te*. Chaldaeus longè aliter. *Rationem disce in omni tempore*. Septuaginta adjungunt hæc verba superioribus, hoc

modo. Pullus gratiarum confabuletur tecum, & propria ducat te, & adst tibi in omni tempore. Schol. abiicit vocem illam propria, & subscriptit, & amicitia, vel delectatio ducat te. Aquila concinit cum nostra. Septuaginta interpretum lectionem amplectitur Patres supra adscripti, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius. Tigurina habet, Amores eius perpetuo te reficiant.

112  
Et in amore eius delectare iugiter. Hebraicè ad verbum. Et in amore eius errabis iugiter. Chald. in dilectione eius perpetuose implicitus. Septuaginta: In huius amicitia conuersatus diuturna eris.

113  
Hæc verba ad mysticos etiam sensus vocant patres. Diuus Ambrosius lib. 3. Officior. cap. 1. nomine cerui, atque hinnuli cor intelligit, hoc modo: Ceruns amicitie, & pullus gratiarum confabuletur tecum, id est, Cum tuō ipsius corde nonnunquam in sermonem, & colloquia (sic ille sequitus Septuaginta lectionem,) Rursus in tractatu de Interpellatione David eadem verba ad Christum Dominum allicit, quem propter simplices, & innocentes mores cerui nomine expressum vult. Sic autem ait: Verus enim Dei filius in semetipso naturam, quam ipse animantibus donauit, expressit, qui in hunc mundum, tanquam ceruus aduenit, & cum his semir simplicitate iungebat, à quibus ei parabantur infidele de quo Salomon paterna menis assertor in Proverbis dicit: Ceruus amicitie, &c. Cur autem ceruo amicitia, atque gratia tribuatur, exponit statim his verbis: Fertur enim huiusmodi ceruorum esse similitas, ut cum his nonnunquam societatem inveniant, qui ipsos insectantur. Num cum se exagitari viderunt, his se equitibus annexunt, qui ministerio fraudis appositi fuge simulatione, sive societatis inductos ad retia usque deducant. Ita ergo Dominus Iudeis dolum sibi astruentibus miscebatur, & societatem, osculumque Iude proditoris ascinit, cuius simulazione fuisse usque ad crucis laqueos, ac retia passionis accessit. Diuus Hieronymus in cap. 35 Isa. Apostolo cuilibet accommodari posse dicit. Diuus Augustinus in lib. 83. Quest. q. 71. præfata verba de amore proximorum interpretatur, hoc modo: Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studijs scripserunt: fretum ad insulam transeunt pascuarum gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorum, quæ gestant in cornibus, super se inuicem portent, ita ut posterior super anteriorē ceruice proiecta caput collacet, & quia necesse est unum esse, qui ceteros precedens non ante se habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur. Istam fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon, cum ait: Ceruus amicitia, & pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum: nihil enim sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Beda vulgatæ lectionem de Ecclesia interpretatur. Cerua (inquit) gratissima sancta est Ecclesia, quæ serpentinam contredit malitiam, &c. Lyra de Scriptura sancta, atque lege exponit. Sed hæc omnia mystica sunt.

114  
Litteralis sensus pertinet ad vxore, ut docet Chrysostom. homil. in Psalmo. 9. adilla verbæ: Et Dominus in eternum permanet: cui haerent Hugo Card. ac reliqui noui Interpretates. Caietanus. Iansen. Rodolph. Arbor. sed tamen non una omnium sententia est. Hugo sic exponit: Cerua gratissima, id est, illa coniux sit tibi gratissima, quæ sicut cerua serpentes, sic illa insectatur scortatores: Et gratissimus hinnulus, id est, filius etiam ex ea natus, si castitatis amator ad bona agilis, & visu fidei perspicax sit, istibi iucundissimus erit. Ita que nomine ceruæ vxorem accipit, atque in hinnulo filium ex ea suscepit contemplatur. Quod siquidem ita se habeat, possumus hæc etiam referre ad filiorum educatione-

nem, hoc modo: Cerua gratissima, & gratissimus hinnulus. Quasi dicat; Illud tibi in coniugio per-

gratissimum accidet, cum videris vxorem ceruæ in morem filium suum, tanquam hinnulum alentem, atque educantem, mētem ipsius præceptis acuen-

tem, & docentem bonos mores. Et quidem ceruarum in partu & educatione catulorum suorum so-

licita admodum est, atque strenua natura, ut tradit Aristotel. lib. 9. de hist. anim. cap. 1. quod sic incipit:

Aristot.

Cæterarum quadrupedum in partu cerua maxime prudentia præstare videtur: tum quia circa semitas pariat, quo scilicet bellue propter homines minus as-

cedunt. Preterea hinnulum dicens in fabula affue-

facit, quo refugere debeat: fabulum autem est saxum obruptum, uno aditu, quo loco eam, si quis inuadit,

expectare, repugnareque affirmant. Paria refert lib. 6. c. 29. & Plin. lib. 8. ca. 12. addit autem. Editos par-

Plinii.

rus exercent cursu, & fugam meditari docent, & ad prærupta ducunt, saltumque demonstrant. Ergo ex his constat ceruam vxoris filium suum amantis-

simè alentis, diligentissimè educantis, & prudentissimè informant simulachrum optimum esse. Cæ-

terum huic interpretationi parum tribuo, quia ab

C originibus nonnihil abhorret. Nam vox quæ in He-

braeo textu respondet hinnulo, est ἡγαλαθ, foemini generis, quapropter foeminam significati crediderim, scilicet vxorem, non filium. Quod si

Interpres noster hinnulum cōuertit, ideo certi fuit, quia utriusque generis proles, sive foemina, sive mas, hinnulus dicitur Latinè, & Græcè γέρες. Nā

si per linguam liceret, hinnulam potius conuertifset. Neque verò hinnulus est parua tantum proles:

nam in ceruis hinnuli dicuntur, qui ad decimum annū nondum venerunt, vel (ut alij malū) ad quintum, donec scilicet cornua in iustum magnitudinem euaserint, ut tradit Albertus in ceruo. Qua-

propter verisimile est posteriorem vocem significatiōnem prioris determinare hoc modo: Cerua gratiissima. Cerua, inquam, non senex, & effeta, sed

vigens, quæ hinnuleam etatē non euasit: propterē addit: Et gratissimus hinnulus. Quasi di-

citat; Vxor illa iucundissima, quæ iunior est. Denique sunt aliqui, qui existimant quandam ceruorum speciem, qui Græcè γέρες, Latinè hinnuli

vocantur (iij scilicet, quos vulgo Gamæ dicimus) atque adeò iuxta horum authorum sentētiā vxo-

rem ceruæ, atque hinnulo, Con la Gama, y con la Cierna, id est, collatam fuisse affirmare licet eodē sensu: hæc enim duo animalia in magnitudine corporis dissident, de reliquo similia sunt.

Albert.  
Ex his liquet parum etiam deferendum esse quorundam expositioni, qui cum cerua vxorem, cum hinnulo autem maritum compositum esse autumant hoc modo: Cerua gratissima: vxor quædam ceruæ instar decora, nitis, atque lenta marito suo per quam grata accedit: Et gratissimus iem hinnulus. Vir etiam decorus, mansuetus, atque moderatus vxori sua admodum iucundus est. Et sane inter-

pretatio isthæc in verba Salomonis cadere posset, ut hi existimant: satis apte accommodate licet coniugalibus eam amicitiae legem, quam suprà retuli ex August. in 183. questioni q. 71. Nihil enim ad coniugia sanctè, & honestè agenda necessarium magis quam ea onerum mutua subleutatio, quam cerui freta tranantes adumbrant.

August.  
Tertia ergo interpretatio est Iansen. Caietan. Rodolph. & Arbor. qui utramque similitudinem ceruæ, atque hinnuli ad vxorem referandam esse censem. Sed similitudinis vim non eodem modo expendunt. Iansenius, & Caietanus, in eo constituerunt, quod cerua sit animal morigerum, & docile, & cum cicuratum est, in delitiis haberi soleat. Non

Aristot.

dispicet, constat enim ceruam facilius cicurari, & A feritatem deponere quam feras alias, vt docet Aristotel. suprā. Quantum vero in mansuetudinem cicurata euadat, ostendit satis illa Sertorij cerua, quæ cum illius aures, caputque lamberet, fatorum responsa ad se deferrere Hispanis persualit. Ambrosius etiam ubi suprā: *Innocens* (inquit) & *mitis est natura ceruorum*. Quid certius? Ergo Salomon: *Gratiissima* inquit, est *cerua*, id est, vxor non aspera, & difficilis, sed ceruæ instar mitis, & quæ facile cicuratur, & ad mores mariti leniter traducitur. Gratiissima est coniugi suo: *Et gratissimus hinnulus*: non caret emphasi il'a vox *hinnulus*, qua significatur *cerua* quæ nondum hinuleam ætatem excessit, vt suprā dixi: hanc enim facilis feritatem abiicit, & cicuratur, quam senior, & grandæua. Nam ex omni animantium genere hinnuli citius, atque placidius mansuecunt, vt non semel docet Aristot. propterea quod nec dum ferinis moribus diu assueuerunt. Itaque sic licet exponere: *Cerua gratissima*, illa certè quæ à tenera ætate mansuetudinem didicit, propterea addidit, *Et gratissimus hinnulus*. Quasi dicat, ea profecto vxori viro iucundissima, quæ cum junior adhuc marito tradita sit, mansueta, & vieti moribus assueta est. Et quidem virginem tennellam adhuc nuptui dandam esse suadet Plutarch.

Aristot.

126

Plutarch.

in comparat. Licurgi, & Numæ. Offert autem rationem his verbis: *Sic enim & corpus, & indoles pura, atque illibata viro præstatur*, id est, non corpore tantum sed etiam indole virgo incorrupta, quia nimis teneram cius indolem mores improbi nec dum corruperunt. Addit Caïtan. eam ceruam cicurem, & item recte appellari *ceruam amorum*: quia cum ad eam mansuetudinem deuenit, & ipsa amatur, atque domesticos amat, atque adeò reciprocum vtriusque coniugis amorem optimè adumbrat.

127

Rodolph. ex quo etiam libauit Iansen. aliam huius similitudinis a signat rationem, scilicet quia memoria proditum est in ceruino genere maris atque fœminæ congressum nunquam fieri palam. Cæterum hoc haud satis compertum est. Aristotel. Plin. & alij historiæ naturalis Scriptores tantisper docent ceruos mares, postquam diu libidini indulsere, separari, ac scrobes fodere, vt deliteant propter graueolentiam, & tetrum odorem, quem ex veneris vsu contrahunt. Plin. verò addit ceruas à conceptu separari, vt maris molestam lasciuiam vitent: itaque apud nullum probatum autorem lego ceruos in obscuro congregari. Rursus nulla inde nuptiarum laus accedit. Nam adulteri etiam atque procilatibras obseruant.

128

Arbor. priorem illam partem: *Cerua gratissima* codem modo exponit, quo supra Hugo, vt scilicet scorta sic illa persequatur, quemadmodum cerua serpentes. Posteriorem autem hoc modo: *Et gratissimus hinnulus*, quia vxor inquit, placida, & proba non aliter viro suo paret, quam hinnulus ceruæ pullus matri acquiescit, obsequiturque sua. Similitudo etiam isthac parum arridet, tum quia vt suprā docui, nomen illud *hinnulus* non masculini, sed fœminini generis est in originibus, neq; foetus parvulum, & adhuc latet ante sonat, sed grandiorē atque vegetorem: tum etiam, quia parum apta similitudo vxorij obsequij erga virum ex pulli ceruini erga matrem obsequentia ducitur.

129

Quapropter præfatam ceruæ similitudinem dupli ex capite vxori accommodatam arbitror à Salomone. Primo ob illius animantis pulchritudinem, atque elegantiam tum maximè quando iunior est.

Aristot. Aristotel. enim lib. 1. de hist. animal. cap. 20. ceruæ Plutarch. pulchritudinem extollit. Adde Plutarch. qui cum

Iphigeniæ historiam narret, addit ceruam pro virginis sup positam, pulchram scilicet pro pulchra. Tū etiam ceruam Siluanæ Dianæ sacram ob inclytam eius animantis elegantiam docet. Rursus vide, an potius cerua pudicitæ symbolum sit, & ob eam causam pro vna virgine subrogata sit: atque alteri consecrata? Et quidem hoc symbolum ceruæ accommodari potuit, tum quia ubi marenum semel admisit, secedit, atque separat se, vt aliorum lasciuiam fugiat. Tum etiam quia, vt autor est Magnus Albert. marenum numquam expectat: sed currens, fugiensque sustinet, fugitiuam (si licet dicere) venerem carpens. Ergo Salomon vxorem cum cerua componens ad pulchritudinem illius, vel ad pudicitiam respexit. Quasi dicat: *Cerua gratissima, & gratissimus hinnulus*. Vxor nimis illa iucundissima, quæ ceruæ instar pulchra eadem, atque pudica est, quæ vnum tantum virum admittit, atque reliquos vt fugiat, latet. Concinit cum hac interpretatione originalis lectio, quæ ad vnguem expressa sic habet: *Cerua amorum, & hinnulus gratiae*. Gratia autem Hebraicè est, τὸν Chen, quæ vox pulchritudinē sonat, vt iam alibi diximus. Pro ambris אַחֲרֵיכֶם Ababim, quæ item vox amorem castum, atque pudicū significat, vt obseruat optimus radicum æstimator Rabi David.

Al. Mag.

Posterior similitudinis huius accommodatio peti potest ex alia ceruarum, ceruorumque natura, quos constat amore mutuo plurimum flagrare. Et quidem mares fœminas in primis ardent. Hinc est illud Se-ne. in Hypol.

*In furias, veneremque ruunt,  
Sic coniugio timuere suo,  
Poscunt tinidi prælia cerui,  
Et mugitu dant concepti  
Signa furoris.*

Certamina ceruorum pro tuendis fœminis susceppta narrat etiam Magnus Albertus & alij plures. Rursus ceruam fœminam tamdiu mari suo fidem præstare dicit, donec ab alio quopiam robustiori vietus fuerit. Itaque ceruorum in ceruas notissimus ardor est, atque adeò coniugalis amoris optimum symbolum præbet. Salomon ergo (mea quidem sententia) ad hunc respexit amorem, cum ait: *Cerua gratissima, & gratissimus hinnulus*. Quasi dicat.

130 Al. Mag.

E Non aliter viro amanti grata accidit coniux junior, pudica, & pulchra, quam ceruo item ardenti sua cerua. Cerua inquam non senex, & effœta, sed hinulea, & recens. Consonat cum hac expositione lectio originalis: *Cerua amorum, & hinnulus gratiae*. Vtrumque enim ad amorem referri videtur. Item lectio Septuaginta, quæ sic habet: *Ceruus amictie, & pullus gratiae colloquatur tecum*. Græcè autem est, ἔπειος, quæ vox epiceni generis est, ceruū, vel ceruam sonat. Itaque ceruam etiam conuertere licet, & (nimea me fallit coniectura.) D. Ioann. Chrysostom. in ea hom. in Psalm. 9. ceruam intellectum, quamvis interpres ceruum transtulerit. Adductamen ad id existimandum, quia reliqui patres, quotquot ceruum usurpat, in mysticos sensus recedunt, & nullus de vxore capiendum esse docet.

Chrysost.

Chrysostom. verò littera inhaesit. Pullus verò Græcè πόλλος propriè pullum equi significat, sed extensione vocabuli ad cuiuslibet animantis scutum notandum transfertur, vtriusque scilicet generis, siue marem, siue fœminam, vt de hinnulo nuper diximus. Addo puellam nubilem, ab Euripide πόλλον appellatam, & scorta ἀρεστίης πόλλου nuncupari, Euripid. id est, Veneris pulli, ex quo constat eo nomine fœminas etiam censerii.

131

Überae eius inebriant te: vbera amplexus notant. Itaque ait, huius amplexibus exsatirū honestelicet,

At,

Cant. I.

**A**t, inquies cur amplexus liciti vxoris legitimæ ebrietatem adducere dicuntur, tum h̄c, tum etiam Canticorum i. Meliora sunt ubera uavino. Et rursus: Memores uberū tuorum super vinum? Accipe acutam, non tamen solidam noui interpretis repositionem. Amplexus (inquit) vino, & ebrietati ideo conferuntur, quia quemadmodum ebrietas ita ligat membra, ut eius vincula ne robustissimi quidem viri abrumpere possint (vnde vinum à ligando Lyæum dictum nemo ambigit:) Sic etiam amplexus fœminæ arctissimè stringunt, atque deuiniciunt. Ad id spectat illud Ruperti, qui tradidit Sansonem arctius deuinictum Dalidae brachiis fuisse, quam nouis illis funibus, quibus manus eius innodatae fuerant: nam qui nouos funes, quasi aranei tenuissimas telas discindere potuit, amoris atque amplexum vincula abrumpere non valuit. Sed tamen quamvis hoc lepōris aliquid habeat, roboris tamen nihil.

Ergo illud inebriant te, perinde est, atque exsatiēt, reficiant te, ex communī scripturā dicendi modo. Amor enim etiā legitimæ coniugis, qui ebrietatem homini adducit, vituperandus profecto est. Vnde sanctissimum illum virū Ægyptium Franciscanum coniugi cuiusdam impensius vxorem adamanti respondisse ferūt: Nihil profecto refert an tuo, an alieno vi-  
**B**nō ebrietatem, & insaniam tibi adducas. Hieron. etiā similis sententia est lib. i. contra Iouinianum, circa finem. Vbi sic ex Seneca: Refert Seneca nouisse ornatum quendam hominem, qui exiturus in publicum fascia uxoris pectus colligabat. Et ne puncto quidem temporis eius præsentia carere poterat, potionemque nullam, nisi alterius tactam labris, vir, & uxor hau-  
riebant, & alia deinceps non minus inepta facientes, in qua imprudentia vis ardenter affectus erumperet.

Ac dēmum postea expendens huius fæti turpitudi-  
**D**nem, addit, Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis: nihil autem interest ex surpi, quam ex honesta causa quis insaniet. En tibi similem illi alteram sententiam, quam Ægydius pronun-  
ciavit. Sed urget adhuc Hieron. verba Senecæ trascribens: Adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardenter, in aliena quippe uxore omnis amor turpis, in suā nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Cum hac sententia cotincit lector originalis Chaldaica, quæ pro his verbis:

Ubera eius inebriant te in omni tempore, sic habet: Rationem disce in omni tempore, ut significet, etiā coniugalem usum, & amore ratione temperandum esse. Neque abeunt ab hac doctrina verba Cle. Alex. in Pædagogo lib. ii. cap. 10. vbi siuadens ne maritus etiam in tenebris impudentiæ soluat habenas, sic addit: Neque vero noctu tāquam in tenebris immodestè, & intemperanter gerendum est. Sed verecundia tanquam lux rationis in animo est includenda. Nihil enim à Penelope telam texente differemus, si interdū quidem texamus dogmata temperantie, noctu autem eadem retexamus. Quasi dicat; Tenebras quidem verecundia, tanquam face accensa fugandas esse, ut sic res peragatur in secreto, quæ in publico. Demū attexit Hieron. Ni-  
**E**hile fædius, quam uxorem amare, quasi adulteram.

Liber hic etiam addere verba, quæ præfatus Clem. Alexan. subnectit in hunc modum: Si enim honestatem oportet exercere, multo magis uxori tua ostendenda est, in honestas vitando coniunctiones, & nimis acres: ut quod caste verseris cum proximis, fide dignum ē domo adsit testimonium. Benevolentia etiam, quæ fatetur se ferrī præcipitem ad congressiōnem, exi-  
guo floret tempore, & cum corpore confundescit: non nunquam etiam personescit flaccidētiam & mar-  
cescentē libidine, quando matrimoniale moderatio-

Tom. I.

nem, & temperantiam meretricia voluptates iniuria afficerint, id est, quando sic cum uxore tibi res fuerit, quasi cum aliqua meretrice, quod est valde probrosum coniugio. Subdit: Amantium corda sunt volucria, amorisque irritamenta extinguntur saepe pénitentia, amorque saepe veritatis in odium, quando reprehensionem senserit satietatis. Itaque illud inebriet, vel exsatiēt, sic accipendum est, ut amoris delitiae adhibita moderatione captentur. Nam satietas nimia aliquando amorem cum odio, tædioque commutat: qui autem impensius amori etiam uxorio sese dedunt, citius satiati tædia sentiunt. Hinc verò constat inepite fatis eos interpretari subiecta verba, qui legunt: Et in amore eius errabis ingiter, quasi in amore, & vnu vxoris propriæ liceat per excessum errare, & labi: quamvis enim lapsus iste non sit ita grauis, non tamen culpa vacat: atque adeò quis affirmet eum ab Spiritu Sancto consuli: Sensus ergo illius sententiae sic habet.

**C**Et in amore illius delectare ingiter, id est, fruere illius amoribus impensius, adama illam ardentiū, ingiter, ne scilicet intermittas amorem illius alterius benevolentia allectus. Sic Chald. In amo-  
**D**rem illius incumbere semper. De amore viri erga uxorem eleganter Chrysostom. homil. in Psalm. 2. Cuilibet, inquit, viro regnum est concors coniux, & non sic Rex purpuram, & diadema, ut vir uxorem diligere debet, uxor enim corona est viro suo. & homil. 23. in Acta Apostolorum: Nihil est honestius, quam amari ab uxore, & amare, & sapiens inter beatos ponit illum, cui amabilis, que amat uxor obuenit: ibi enim vera diuinitas, & multa abundat felicitas. Et sane nihil est, quod fœminam ad redemandum impellat magis, quam viri testatus amor, & fides. Ad id spectat illud Ari-

stotel. Oeconom. libro 2. cap. 3. vbi cum narrasset historiam Ulyssis, qui rogatus ab Athlantis filia, ut apud se maneret, futurum promittente, ut immortalitatē obtineret: Ne ob id quidem, ait Aristotel. prodere voluit uxoris affectum, amorem, & fidem. Magisque optauit mortalem uxorem, si-  
**E**llumque videre, quam fieri ipsum immortalem. Ac dēmum addit. Sic ille firmam stabilemque uxori fidem seruabat, pro quibus merito ab uxore eadem reportabat, id est, uxor amoris illi vices repen-  
debat. Et sane ob hanc causam ancipiti illo dicendi modo Salomonem usum fuisse crediderim. In amore illius delectare ingiter, id est, in amore tuo erga illam, vel illius erga te. Ambiguum enim est, an ista verba de amore viri erga uxorem, an de uxoris erga virum benevolentia intelligi debeant. Ni-  
**F**mirum vti significaret utrumque, nam viri amor uxoris etiam amorem adstringit. Vel aliter posset quis dicere hic verbum illud delectare sumi pro delectaberis, ut de aliis supra constituimus: atque adeò præmissam clausulam hunc ad sensum vocari posse: In amore illius delectaberis ingiter, vel diuturnus eris, ut habent Sept. Quasi dicat. Meretricij amores, & delitiae diuturni non sunt, illos enim vel satietas dirimit, vel inconstans scorpi fides: præfer igitur coniugi legitimi amores, quia his iugiter delectari, & diuturno tempore perfici licebit.

XX. Quare seduceris filii ab aliena: & foueris in sinu alterius.

**Q**ware seduceris filii ab aliena. Hebr. Ut quid errabis filii in extranea. Setuag. Nemulus sis ad alienā. Chaldæus consonat cū nostra vulgata.

136

137

Chrysost.

Aristot.

138

139

Rupert.

134

Cle. Alex.

Hieron.

135 Cle. Alex.

*Et foueris in sinu alterius. Hebraicè: Et amplexa-  
beris sinum alienæ. Sequitur Chaldaeus. Septuaginta.  
Neque continearis vñis non proprie. Hæc ver-  
ba Epiphonema claudunt, scilicet totius præmissæ  
orationis summam, & extremam acclamationem.  
Quasi dicat, cum hæc ita se habeant, cum tam la-  
tum discrimen inter meretricem, & legitimam vxo-  
rem inter sit: Quare ergo fili mi, seduceris ab aliena,  
id est, quare scorti delinimenti te abduci, atquedeu-  
ludi finis? Cur autem meretric extranea, vel alieni-  
gena dicatur, alibi docuimus. Nihil est in meretrice,  
quod non sit ad ludificandum comparatum, ornatus,  
**Homerus.** vestis, pigmenta, verba mollia, &c. Hinc Homer.  
Iliad. 8. Meretricē quandam doli, atque alterius ex  
Parcis filiam induxit: innuens videlicet eam à patre  
dolos, & fallacias accepisse; à matre vero forcipes ad  
vitæ aureum filum reseindendum.*

**140** Septuaginta habent: *Nemultus sis ad extranea.*  
Notatur meretricis auditas, cui non satis sit, si to-  
tum sibi vendicet, & arripiat hominem, sed etiam  
opus est, vt quis semetipsum, quasi multiplicem  
reddat, ita vt non solum pro uno, sed pro multis illi  
obsequatur. Et quidem ita accidit: nam cum ipsa  
se cunctis prostituerit, quicunque illam sibi soli  
acquiescere volet, cunctorum obsequia, & dona suis  
obsequiis, & donis compensare debet, hoc est, tan-  
tundem illi donare, & obsequi, quantum cuncti.  
Sic licet ludere ad illa verba: *Nemultus sis, vel sis  
in alienan, id est ne alienam adames, nam vt illi sa-  
tisfacias, multiplicarite, & ex uno plures fieri quo-  
dammodo oportebit, &c.*

**141** *Et foueris in sinu alterius, id est, quare inter vna-  
nas, & brachia illius incalescis? Hebra. Et amplexa-  
beris sinum alienæ (eodem sensu) id est, cur in am-  
plexus te insinuas eius, quæ alium virum habet! hu-  
ius enim sinus, non tibi sinus aut portus, vt nauem  
appellas tuā: sed syrtes, vada, & scopuli, vbi præsen-  
tissimum imminet naufragium. Et quidem plures  
fecerunt in fœmina sinus naufragium, cum sinus  
illum portum existimarent. Sed audi Cyprianū, qui  
in lib. de Singul. Clericor. fœminam, virumque in  
mutuos ruentes amplexus cum duabus comparat  
nauibus, quæ mutuo impingentes illiduntur, & de-  
hiscunt. *Hanc primo exhibet (inquit) Diabolus leni-  
tatem, vt duas naues blectet inuicem conuenire, quas  
cum viderit iunctas, in semetipsum illidere posset, ac  
frangere. Addit etiam duarum facularum, duarum  
ferarum, & duorum gladiatoriū similitudines: Ignē  
sine flamnis occultat, donec duas faculas iungens,  
ambas accendat, donec peritus venator, quos occi-  
surus est, laquei sui vinculis alliget: & velut lani-  
sta protinus duos gladiatores aduersus se inuicem  
compellit armari, & subinde stimulans membra; sta-  
tum gladios aptat, statim succedit insaniam, &  
vulnificos amplexus impingens, virumque simul uno  
ictu mortificat. Pergo ad alia.**

**XXI.** *Respicit Dominus vias hominis: & omnes  
gressus eius considerat.*

**XXII.** *Iniquitates sua capiunt impium: & funi-  
bus peccatorum suorum constringitur.*

**143** *R*espicit Dominus vias hominis. Hebraicè: Co-  
ram oculis Domini via viri, & omnes orbitas  
eius ponderans. Septuaginta. Sunt enim coram oculis  
Dei viri, & in omnes orbitas eius speculatur.  
Symmac. gyros Aquila flexus, vt iam alibi diximus,  
Chald. extrema verba sic transtulit: *Et omnes via  
viri manifesta sunt coram eo.*

**A** Iniquitates sua capiunt, &c. Hebraicè. Capient  
impium, & funibus peccati sui tenebitur, aut fulcie-  
tur. Septuag. Iniquitates virum capiunt, & catenis  
peccatorum suorum vnuſque constringitur. Aquila, in funibus, vt nostra: Symmach. comprehendetur.  
Chaldaeus consonat etiam cum vulgatis.

Vna omnium interpretum mens est de sensu ho-  
rum verborum: nam cum mæchi, & adulteri tene-  
bras adament, & caliginem obseruent, ad sua per-  
petranda flagitia, ne putarent se propterea perspic-  
cissimos Dei oculos vitare posse, subdit: *Respicit  
Dominus vias hominum, vel coram oculis Domini  
via viri.* Quasi dicat, ea, quæ in tenebris, atque oc-  
cultissimis locis vir perpetrat, perinde sunt illi nota,  
ac si in oculis eius fierent. Ad id spectant verba illa  
Iob 24. *Oculus adulteri obsernat caliginē dicens, non  
me videbit oculus, & operiet vultum suum.* Perfodit  
in tenebris domos, sicut in die condixerat sibi, & igno-  
raverunt lucem. Itaq: ait adulteros lucis osores no-  
ctis caliginem expectare solitos ad sua adulteria  
perpetranda. Sed dum addit: *No me videbit oculus,*  
**144** & operiet vultum suum: significat adulterum mir-  
deludi: nam vbi operuit ipse vultum ex eo quod ip-  
se non videt alios, existimat se à nullo videri. Haud  
dissimilis struthioni, qui vt refert Tertullianus in lib.  
de Velandis Virginibus, si forte caput in frutices in-  
seruerit, dum neminem ipse conspicit, satis se late-  
re, & à nemine videri existimat, cum tamē reliquum  
corpus in aperto sit. Itaque illa particula, &, su-  
menda est pro causal, quia, hoc modo, dicens: *No  
me videbit oculus, quia operiet, vel operuit vultum  
suum.* Ait ergo Salomon: *Respicit Dominus om-  
nes vias hominum, omnes gressus eius considerat.*

**C** Quasi dicat: Ne putes ex eo, quod homines latere  
fortasse possint adulteria tua, etiam diuinorum  
luminum aciem fugere: nam Dominus omnes ho-  
minis rationes & consilia, & actiones oculis obit  
suis. Eandem sententiam legimus Ecclesiasti. 23. *Eccles. 23.*  
*Qui transgreditur lectum suum, non intelligit, quo-  
num. 25.* niam omniꝫ videt oculus illius, quoniam expel-  
lit à se timorem Domini huiusmodi hominis timor,  
& oculi hominum timentes illum. Extrema verba  
sic accipe: ided non intelligit, vel potius non con-  
siderat se videri à Deo adulter, quia non veretur  
Deum. Nam timor hominis est huiusmodi, id est,  
talis conditionis, & naturæ, vt hominis alterius o-  
culos timeat potius, quam Dei, id ē que cauet, ne  
ab hominibus videatur, de oculis autem diuinis  
nihil curat. Itaque cum audis: *Eiusmodi hominis  
timor, & oculi hominum timentes illum:* sic ac-  
cipere debes huiusmodi timor est timor hominis,  
scilicet humanus: vel timor hominis, hoc est, de  
homine susceptus: *Et oculi hominum timentes il-  
lum, Vox illum, non ad Deum, sed ad hominem  
referenda est.* Quasi dicat: *Oculi hominum, id est,  
carnei timentes illum, hoc est hominem, nimirum,  
quia hominem vident: Deū autem non vident.* Sub-  
dit Ecclesiasticus: *Et non cognovit, quia oculi domi-  
ni plus lucidiores sunt super solem circunspicientes  
omnes vias hominum, & profundum abyssi, & ho-  
minum corda intuentes in absconditas partes.* Non ani-  
maduertit (inquit) Dei optimi maximi oculos so-  
lis lucem, ac radios longe post se relinquere, nam  
solis lucem nox intercipit, at diuini obtutus radios  
nulla nox hebetat: solari lumini clausis cubiculi fe-  
nestris obsistunt: at Dei oculi vsque ad penitissima  
cubilia perueniunt: solis denique lux in specus, &  
antra non descendit at Deus abyssos imas intuetur,  
& ad vsq; secreta corda rimanda peruenit & intimas  
animi cogitationes peruidit. Sed quid inde? Ut co-  
gnoscat adulter, seu fornicarius ea, quæ tenebras ca-  
ptans, vel in noctis silentiis, vel in secretis cubilibus,

Tertull.

145

*Eccles. 23.*  
num. 25.

146

vel in defossis, & imis locis late desiderans perpetrat flagitia. Dei perspicacissimos oculos fugere non posse, adeo ut vel cor ipsum, quo nihil est occultius, ipsi peruum omnino sit. Sed imprimis obserua illa verba; *Circumspicientes omnes vias hominum. Quæ respondent ad amus in his, Respicit Dominus omnes vias hominis.* Subdit.

**A** Et omnes gressus eius considerat. Hebraicè. Et omnes orbitas eius librat, vel ponderat. Peccata alia leuiæ, alia grauiæ dicuntur. Ergo Deus expendit gressus, id est, peccata hominum, & utrum leuiæ, an grauiæ sint, & quæssima lance estimationis sua examinat. Sic Rabini. Possumus itaq; de ipso peccandi modo sic interpretari. Quidam ex inconsiderantia peccat, aliis sciens, atque volens: illius peccatum ignoratio aliquis leuius reddit: huius vero culpam cognitio, & scientia degrauat. Salomon ergo, vt adolescentem à turpitudine deterreat, addit: Deus gressus hominum appendit, atque adeo peccati tui grauitas ipsi comperta erit. Nam cum à me serio hac de re præmonitus fueris, non iam ignoratio, aut inconsiderantia culpam eleuabit tuam, sed scientia potius, & notitia grauitatem illius augebit. Rursus quia vt supra dixi, libratores viarum illi appellabantur olim, quibus vias metandi, atque metiendi cura commissa erat, vt per plana, & æquabiliaducerent. Possumus etiam alium ad sensum præfata verba sic vocare: *Dominus respicit vias hominis.*

**B** Quæ dicat. Deus quidem attentius obit cunctam hominum viuendi rationem: Et omnes orbitas eius librat, id est, vias complanat, æquabiles, & faciles reddit (hoc enim liberoris munus est.) Et quidem hæc expositio optimè nectitur cum antecedentibus. Nam cum Salomo suasisset iuueni, ne alienos toros inuaderet, & vti à meretricibus abstineret omnino, quod difficile admodum videri poterat, tanquam præsentissimum libidinis remediu proposuit illi legitimas nuptias, quibus facile est aliarum fœminarum congressus vitare: iam verò nunc demum subdit appositè Deū omnes orbitas, id est, virtutis vias librare solitum, planas nimirum, & faciles reddere. Nam licet ab omni fœminarum congressu abstinerre arduum sit, vnius tamen vxoris legitimæ vti concubitu planum, immo declive est. Quæ dicat. Difficultatem interdictæ libidinis nuptiarum permissione deliniuit Deus.

**C** Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Caietanus exponit de reatu pœnæ. Quæ dicat, peccata sua improbum adstringunt, & ad soluendas, seu dandas pœnas obligant. Reliqui interpretes de ipsis culpæ labe interpretantur, quæ funis instar adstringit, ac deuincit animam. Vnde Apostoli ligandi, atque soluendi potestatem acceperunt. Item apud Isaiam c. 28. peccata vincula appellantur: *Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula;* id est, ne forte magis, ac magis peccata vos deuinciāt, vt exponit Hieronymus: *Dicuntur autem funes* (inquit Beda) *quia iis, qui funem facit torquendo semper, & inuoluendo fila adauget: talis est fortitudo operum malorum, in quibus prava pranis necentes nil aliud, quam vt se arctius obligent, agunt.* Sumpsit verò ex Hieronymo in c. 5. Isaiæ ad illa verba: *Vae qui trahitis peccata vestra in funiculis vanitatis.* Quod si Septuaginta interpretes catenas convertunt: *Et catenis scilicet peccatorum suorum unusquisque constringitur:* eodem sensu accipiēdi sunt de his, qui peccata peccatis, tanquam vnius catenæ plures nodos neōtunt. Et quidem cum antecedentibus sic catenanda sunt hæc verba. Posset quis ita dicere: Si quidem Deus ubique peccantes conspicit, & omnia in illius oculis admittuntur scelera, cur non statim iniicit pecca-

toribus manus, & more aliorum iudicium comprehensos, vinculisque adstrictos carcere includit suo. Occurrit ergo Salomon dicens: *Iniquitates sue capiunt impium, & suorum quisque peccatorum funibus, aut catenis satis constringitur.* Hæc enim, impios deuincunt, & diuinæ iustitiae fiducia fiunt, vt ab ipsis debitas, cum voluerit, pœnas expectat.

**D** Cæterum quamvis præmissas expositiones probem, tamen arbitror hæc verba non utcumque de peccatis interpretari oportere, sed de quadam captiuitate libertatis experte, qua peccata quædam homines subiungant sibi. Nam vt iuuenem omnino à turpitudine remoueat, ne sorte causetur, se tunc cum ad maturam ætatem deuenerit, libidinibus renunciaturum, atque interim deliciari, & in voluptatibus ætatis florem terere velit: addit Salomon eam esse peccatorum atque vitiorum vim, præsertim carnalium, vt hominem semel sibi mancipatum captiuum abducant, & iniquitatum iuuarum catenis deuinctum sibi subiungent, adeo ut euadere, ac se in libertatem vendicare non possit. Consonant verò cum hac interpretatione subiecta verba, vt statim patebit.

**E** XXIII. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam: & in multitudine stultitiae sue decipietur.

**F** Ipse morietur, quia non habuit disciplinam. Hebraicè: *Et non in eruditione.* Septuaginta: *Is moritur cum his, qui non habent disciplina.* Chaldaeus: *Ipse morietur absque disciplina.*

**G** Et in multitudine stultitiae sue decipietur. Hebraicè. Errabit. Septuaginta: *Et de multitudine vite sue deiecius est,* & perire propter imprudentiam. Sic habet correctior textus. Complutensis codex legit: *Et de multitudine violentie sue.* Symmachus extrema verba sic conuertit. *Et stultitia illius errabit.*

**H** Caietanus, Iansenius, Rodolphus, Hugo, & alii, existimant his verbis notari causam, & originem, vnde tota impiorum pernicies fluxit, quia scilicet doctrinam, & correctionem non obaudient, hoc modo: *Ipse morietur eo, quod non habuit disciplinam,* id est, non exceperit eam, nec obtemperauit monitis salutaribus, atque adeo *in multitudine stultitiae sue decipietur,* id est, sua ipsius stultitia, & ignoratio illum decipiet, atque perdet. Sed quænam est hæc stultitia? Certe non alia nisi ea, quam supra dixerat: sibi nimirum persuadere, vel Dominum non videre ea, quæ in tenebris aguntur; aut non punire seuerius scelera.


**I** Cæterum quamvis prædicta interpretatio non omnino displiceat, tamen alia occurrit mihi aptior, & cum textu originali, atque cum antecedentibus concinnat. Cum enim præmiserit impium suis ipsis iniquitatibus arctius deuinciri, & captiuum reddi adeo, vt difficile, aut nunquam euadat, subdit accommodat: *Ipse morietur absque eruditio.* (Sequor lectionem originalem) id est, mors illum occupabit, ante quam resipiscat, vel meliora, & saniora sapiat, mors inquam temporalis, quæ illum æternæ morti committat: *Et in multitudine stultitiae sue decipietur,* id est, hac ratione illa vecors stultitia sua, qua putauit ætatis successu, & decursu frugem bonam se inchoaturum, delusus illum. Hæret huic interpretationi lectio Septuaginta, quæ mihi pro commentario est: *Hic moriatur cum his, qui non habent disciplinam:* & ex multitudine vite sue deiecius est, id est, hic homo, qui bonos differebat mores in posteriores vitæ suæ annos, tandem morietur cum his,

qui habent disciplinam, id est, in classe eorum, qui nunquam resipiscunt. Ecid quidem sit, quia mors maturior eius consilia praevertit: *Ex multitudine enim vita sua deiectus est*, id est, vita longior, ac diuturnior, quam se aetrum sperabat, ocyus abrupta fuit: hoc est enim de multitudine vitae suæ deicci, multam scilicet, id est, longam vitam quam sibi ipse promiserat, deficere, & abrumpi. Addunt: *Et perii propter imprudentiam*, id est, hac ratione per summam imprudentiam, quia scilicet futuræ vita anticipitem, dubiamque conditionem non praevidit, miserè perii. Hunc etiam sensum reddit Chaldaeus, qui sic habet: *Ipsè morietur absque disciplina*.

A plina, id est, antequam resipiscat, præmaturo obitu rapietur, &c.

Ad eundem sensum vulgata nostra lectio vocationis est, hoc modo: *Ipsè morietur, quia non habuit disciplinam*, id est, quia tunc cum potuit, non libuit vitæ integratam inchoare, quia distulit bonos mores: ideò mors maturior precipiti cursu inuaderet inopinantem: *Et in multitudine stultitia sua decipitur*, id est, ob nimiam suam stultitiam falsa spe longæ ac diuturnæ vitæ deludetur, ac sic fiet, ut miseram illam peccatorum servitatem, seu captiuitatem nunquam euadat. Perigo ad alia.

15



## C A P V T S E X T V M.

1. **F**ILI mi, si spoñonderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. 2. Illaqueatus es verbis oris tui, & capius propriis sermonibus. 3. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum.
4. Ne dederis somnum oculis tuis: nec dormirent palpebrae tue. 5. Eruere quasi damula de manu, & quasi avis de manu aucupis. 6. Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius: & disce sapientiam. 7. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem. 8. Parat in æstate cibum sibi: & congregat in messe quod comedat. 9. Usquequo piger dormies? Quando consurges à somno tuo? 10. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias. 11. Et veniet tibi quasi viator egestas: & pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet ut fons messis tua, & egestas longè fugiet à te. 12. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso. 13. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. 14. Prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. 15. Huic ex templo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam. 16. Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. 17. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem. 18. Cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum. 19. Proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias. 20. Conserua, fili mi, præcepta patris tui: & ne dimittas legem matris tue. 21. Ligat ea in corde tuo iugiter: & circunda gutturi tuo. 22. Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodian te, & euigilans loquere cum eis. 23. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via viæ increpatio disciplinae. 24. Ut custodian te a muliere mala, & à blanda lingua extranea. 25. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius. 26. Pretium enim scorti vix est unius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. 27. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant. 28. Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius? 29. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. 30. Non grandis est culpa cum qui furatus fuerit: furatur enim, ut esurientem implete animam. 31. Deprehensus quoque reddet septuplum: & omnem substantiam domus suæ eradet. 32. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. 33. Turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. 34. Quia zelus, & furor viri non parcat in die vindictæ. 35. Nec acquiesceret cuiusquam precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

I. *Fili mi, si sponderis pro amico tuo: defixisti apud extraneum manum tuam.*

II. *Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus.*

**F**ili mi, si sponderis pro amico tuo. Hebraicè: *Fili mi, si sponderisti sodali tuo.* Deest enim præpositio, *pro*, sed retinet eam Chald. Septuag. *Fili, si sponderis amicum tuum.* Aquila, *sodalem Symmach.* & Theodot. *proximum.*

*Defixisti apud extraneum manum tuam.* Hebraicè: *Defixisti alieno volas tuas.* Chaldaeus soluit metaphoram. *Promisisti soluere extraneo manu tua.* Septuaginta, *Trades manum tuam inimico tuo.* Schol. *Infixisti in catenam manum tuam.*

*Illaqueatus es, &c.* Hebraica consonant. Chaldaea non dissonat. Septuaginta paulò aliter. *Laqueus enim fortis viro propria labia, & capitur verbis oris sui.*

Prima interpretatio Bedæ est allegorica de Superiori, aut Prælato, qui quodammodo pro salute subditorum fideiussorem se se offert. Itaque ait: *Spandleristi pro amico, id est, pro subdito, qui tibi cordi esse debet. Defixisti ergo apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui,* hæc fideiussio adigit te, vt exemplo, ac verbo illi, quoad fieri possit, succurras. Et id quidem iure suo exigit à te Deus, quod nisi feceris, tanquam extraneus instabit, vrgebitque. *Defixisti videlicet apud extraneum manum tuam, id est, Deo obligaris, qui hac in re tanquam extraneus tecum ager, & ad solitudinem compellere te.* Vnde Bernardus. *Deus amicus est in sponsione: sed extraneus in exigenda ratione.* Audi D. Gregorium, qui 3. p. Pastoralis cap. 5. incidit in hæc verba, & ad hunc modum expendit. *Spondere namque pro amico, est alienam animam in periculo sue conversationis accipere.* Vnde apud extraneum manus desiguntur, quia apud curam sollicitudinis, quæ antè deerat mens ligatur. *Verbis vero oris sui illaqueatus est, ac propriis sermonibus captus, quia dum sibi commissis cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est, quem dixerit custodire.* Illaqueatur igitur verbis oris sui, dum ratione exigente cogitur, ne eius vita ad aliud, quod dixerit, relaxetur. Vnde apud districtum indicem tanta cogitur in opere exoluere, quanta constat eum aliis voce præcepisse. Adeundem modum exponit, expenditque allegoricè de Prælatis hæc verba Diuus Thomas in c. 13. epistola ad Hebreos lectione 3. ad illa verba. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruvigilant rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* Quod si quæras pro quali, ac quanta sorte spondent, ac fideiubent præfeti. Respondet Diuus Thomas pro ipsis animis subditorum, quæ tanti sunt apud Deum, vt non iniustus rerum estimator vitam, & sanguinem suum pro illic liberaliter impenderit: ideo prælati pro animabus aliorum animas quoque obligant suas. *Quædrantque in illos verba illa 3. Regum. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Accipe Chrysostomum in hunc locum. *Omnium, quos regis mulierum, & virorum, & puerorum tibi reddenda est ratio. tanto igni caput tuum subicis.* Miror an fieri possit, ut aliquis ex Rectoribus sit saluus.

Litteralis sensus huius loci est de fideiussore, sic fert vñanimis interpretum conspiratio. Nam cùm Salomon in superioribus docuisset qua ratione per Tom. 1.

A scortationem res tota familiaris dilapidari soleat, vt discat iuuenis substantiam suam tueri (quod non est minima honestatis pars) suadet nunc, ne ad spōsiones faciendas leuis admodum sit, propter quæ facultates valde pericitantur. Vel cùm certè paulò antè de legitimo coniugio, ac liberis suscipiendis egisset, ad quos alendos non parua substantia necessaria est, seruandi peculij, & augendi p̄cepta tradit. Ad seruandam rem pertinent hæc, quæ de sponsione præmittit: ad eandem verò augendam faciunt ea, quæ de otio vitando formicæ, atque apis similitudine subdit. Nec verò præcipit, ne vi quam homo fidem pro alio obstringat suam (id enim ad misericordiam, & proximi dilectionem nonnunquam pertinet) sed vt præstet, ne ipse, atque res illius familiaris pessum eant.

B Observare autem oportet inter yadem, atque prædem plurimū interest, quamvis uterque sponsor, atque fideiussor sit. *Vas*, enim propriè dicitur is, qui pro reo aliquo sistendo in iudicio fideiubet. *Pres* autem appellatur, qui pro debito alicuius fidem obligat suam. Quam differentiam duobus versibus conclusit Aufonius.

C *Quis subit in pœnam capitali iudicio? V. s.*  
*Quis cum lex fuerit nummaria? Quis dabitur?*  
*Pres.*

Idem discrimen constituit Varro libro 5. de lingua Latina, & vulgò recipiunt iuris periti. His præmissis,

S i vulgarem lectionem teneamus, sermo est de præde, qui pro debitis alterius fidem adstringit suam. Itaque ait: *Fili mi, si spandleristi pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam.* Hoc modo dicendi vsus est Salomon infra cap. 21. *Noli esse cum his, qui designant manus, & qui vades se offerunt pro debitis.* Rodolphus existimat in secunda etiam huius sententiæ parte supplēdam esse causalem particulam, *Si, & sic deinceps in aliis.* Hoc modo: *Si spandleristi pro amico tuo, si defixeris apud extraneum manum tuam, si illaqueatus fueris verbis oris tui, &c.* Atque ita vnius, eiusdemque sententiæ meram repetitionem esse, diuersis tamen verbis, ac metaphoris enunciatae. Quod sane parum, aut nihil sensum euariat. Vulgata lectione satis accommodata est, & vt iacet, venustam exprimit sententiam, ad hunc modum. *Fili, si spandleris.* Id est, si fideiussoris munus egeris, vt gratiam præstes amico tuo: duo quidem præstitisse te noueris. *Defixisti scilicet apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui, &c.* Tene verba: nam sine iniuria sacri textus audeo dicere Hebræis etiam in vsu fuisse antiquissimum mancipacionis ritum, qui à Tullio nexus, à Clem. Alex. l. s. stro. *cap. 21.* *Quis* appellatur, quia nimis is, qui sese alteri obligabat, aut fidem offerebat suam, carpum, id est, nondum, quo manus cum brachio copulatur, apprehendendum, stringendumque dabat, vt se obstrictum manere significaret. Adhibebatur autē ritus iste nō solum in testamētis, in quibus hæres mācipabatur, vt in familiā testatoris transiret, & in seruorum emptionibus, sed etiā in stipulatione, & pignoribus, vt docet Hotomanus in leges duodecim tabulari. Et quidem emptionibus vulgaribus nexus, vel *Carpinus* adhibebatur, cùm is, qui vñiderat, pericula rei venditæ in se suscipiebat, vel defectibus sarcenidis, rependendisque sese obligabat, vt tradit ibidem Hotomanus, quod est quodammodo pro re ipsa fideiubere. Ad hæc si in omni stipulatione familiaris erat nexus, cum fideiussio sit quædam stipulatio species, eundem ritum in fideiussione seruatum fuisse liquet. Huius nexus meminit Tullius ad Atti.

Tullius.  
Cle. Alex.

Hotoman.

P. iiij



cum lib. 7. Attici (inquit) te esse scribis mancipio, & nexus: meum autem usum & fructu. Et in Paradoxis. Non enim ita dicunt eos esse seruos, ut sunt mancipia, quae sunt dominorum facta nexus, aut aliquo iure ciuili. Et 12. Tabularum verba haec sunt: Ut quae res mancipij essent, qui eas renderet, nexus faceret. Quibus in locis nexus sumitur pro illa manus, vel carpi apprehensione. At inquires, quo spe-

*Cle. Alex.* Et abat hic manuum nexus? Clemens Alexandrinus vbi supra docet hunc ritum, atque alios à Romanis in contractibus usurpatos, ut per symbolum aliquid exprimerent: sic verò ait. Et quae à Romanis sunt in testamento, nempe libra illa, & asses propter iustitiam, manuumque apprehensiones (sic lego, non verò fructuum perceptiones, ut manifesto mendo conuertit Hebertus.) Græcè *καὶ τοις τοῖς μηνίνιαν μεταβολαίς*. Sic verò efferre licet. Hac autem in estimationis, vel pretij distributionem. Lypsius in Tacitum putat hoc spectare ad vindicias, has enim per nexus fieri tradit Agellius. *Vindiciae* (inquit) corripitione manus in re, ac loco presenti apud Praetorem siebant. Constat autem tunc locum esse vindiciis, cum is, qui vendiderat, periculis rei venditæ se se obligabat, ut pro illis satis daret, quod (vti supra dixi) quodammodo erat pro re vendita fideiubere.

*Hebertus.* Brisonius de manicipatione accipit, per quam hæres in familiam testatoris trahibant, imaginaria quadam seu ficta venditione. Placet mihi Lypsius coniectura. Intelligo autem de vindiciis, non quæ in venditionibus intercedebant, sed quæ in honorum distributionibus euenerire solebant. Vide quæ Budæus coniicit in hanc vocem, & quæ tradit de vindiciis secundum libertatem, & secundum seruitutem: haec enim studens compendio missa facio. Addit Clem. *Tertium verò*, id est, aurium contrettatio, ut qui incidisset, cum ei onus imponeretur, stans audiret, & teneret locum mediatoris. Sed haec non pertinent ad meum institutum.

*Budæus.* Ex dictis liquet eum, qui pro altero fidem offerebat, manum suam, seu carpum alterius manui insinuare solitum. Qui ritus ad solemnitatem stipulationis pertinebat, ut significaretur ad eundem modum fidem stipulatis teneri ad strictam: quo manus ipsa tenebatur. Quapropter nō temere dicam eundem more apud Hebreos in usu fuisse. Suadet hoc ille modus dicendi: *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas*, id est, qui manus suas ab aliis corripi, atque comprehendunt, in symbolum fidei data, quæ phrasatum in hoc libro, tum etiam alibi sèpè occurrit c. 11. pro illis verbis. *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo*: qui autem cauet laqueos, securus est in Primitiis ad verbum sic habemus. *Qui autem cauet defigentes manus securus est*. Et infra c. 17. *Stultus homo plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo*. Ex Hebreo ad verbum. *Homo carens corde defigens manus spondens sponsorum*. Certè cù lectione vulgata huius loci facit id quod docet Rabbi Levi, scilicet moris fuisse in stipulationibus, aut fideiunctionibus plaudere manibus, hoc est, ut is, qui dabant fidem, manum unam altera manu quateret, ex quo factum est, ut præmissa loca noui Hebraizantes ad manuum plausus referat. Sed tamen hoc figuramentum videtur. Quorsum enim stipulans manibus plauderet: Opportunior est alterius insinuandi manum, aut carpum stipulantis involam alterius,

*A* in fidei oblatæ, aut nuncupata symbolum. Accedit etiam locus alter Iob 17. vbi pro illis verbis, *Libera Iob 17. me Domine, & pon me iuxi a te, & cuiusvis manus num. 20. pugnet contra me*. Siverbum ex verbo reddas, sic habetur.

*Pone nunc pignora mihi tecum, quis est, qui ad manum meam percusat se*. Quæ verba fidem aliquam conciliant eorum sententias, qui existimat fideiunctionem plausu manuum celebrari. Sensus enim esse videtur, *Quis est, qui percusat manum suam, fideiubendo pro me?* Sic interpretatur Pagninus. Cæterum sensus longè diuersus est, ad hūc modum:

*Quis est, qui ad manum meam melius, pro manu mea. υπὸ Λιθακοῦ. Noli vertere, percusat se, sed defigat manum suam, quod perinde est, ac si dicat. Quis est, qui pro me fideiunctionem se offerat, manum suam pro manu mea dāndo?* sic extulit locum istum Tigurina.

17. Vulgatus conuertit. *Stultus homo plaudet manibus*, non ita accipiendus, quasi plausu manuum sua. rūm id faciat, sed ad significandam tenieritatem, & summam vesaniam, qua se vadat, aut predem offert, dicit tanto impetu ad fideiubendum accedere, ut dum manum suam porrigit, & alter excipit,

*C* complodant inuicem. Itaque cùm plausum, aut complusionem manum audis, non ita accipere debes, quasi is, qui fideiubebat una manu, alteram quateret, sed qui suam alteri offerens, atque insinuans temerè, dum conferebantur, quodammodo complodebant.

Sensus ergo verborum hic est: *Fili mi, si sponderis pro amico tuo*, id est, si fortè pro debitiss amici tui prædem te obtulisti. *Defixisti apud extraneum manum tuam*. Id est, cogita te in fidei data argumentum manum tuam alieni hominis manui comprehendendam tradidisse, atque adeo fidem tuam sic teneri obstrictam, sicut manus manui conserva tenerit. Subdit: *Illaqueatus es verbis oristrii, & captus propriis sermonibus*. In fideiunctionibus non solum intercedebat nexus ille manuum, sed etiam forma aliqua verborum, qua fides adstringebatur. Plurimas fideiubendi formulas antiquis familiares conflat Brisonius de formulis lib. 6. Omnes autem *Brisonius*, ed spectabant, ut vel eadē pecuniae quantitas (si de pecuniis fieret sponsio) vel eadē pena, si pro reo vadimonium suscipieretur, à fideiunctore appeteretur, quam debitor, vel reus haberent in debiti.

*E*tis. Propterea dicit Salomon. *Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus*. Vel vt habent Septuaginta. *Laqueus enim fortis viro propria labia*, scilicet quando verba protulit, quibus fidem obtulit suam.

Sed tamen si Septuaginta lectionem ab exordio sumamus, profecto non de quacunque fideiunctione, sed præcisè de vadimonio interpretari debent, per quod se aliquis pro reo vadet offert, ut vel reum fistat, vel penas pro illo det. Huius generis vadimonium celebrauit Iudas cum Patre suo Jacob, Genesis 43, pro filio parvulo Beniamino, cum *Genes. 43. ait: Ego suscipio puerum, de manu mea require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore*. Ergo ad hunc sensum vocanda sunt verba Septuaginta, quæ sic habent. *Fili mi, si sponderis amicum tuum*. Id est, si fortè amicum tuum alicuius criminis reum adducere, ac sistere in iudicio promiseris, obligas fidem tuam. *Trades manum inimico tuo, &c.* Reliqua perspicua sunt.

Ad extremum obseruandum est locum istum à quibusdā mysticè exponi de Christo Domino, qui cùm se se pro nobis sponsorem obtulisset, verò defixit manus suas apud extraneum, id est, cruci affigendas tradidit: & quidem non tantum fuit sponsor, aut

præs pro debitibus nostris, sed etiam vas pro reis, ut debita scilicet nostra exolueret, ac pœnas etiam, quas promeruimus, penderet, *Defixit autem manum apud extraneum, id est, apud Patrem, qui ut nostra debita, atque pœnas à filio exposceret, cum illo non paternè, sed tanquam extraneus aliquis ex summo iure egit, quod vel ipse filius testatus est, cùm in cruce ultimam patri solutionem offrēt, cum eodem lachrymis obortis expostulauit dicens, Pater mi, Pater mi, ut quid dereliquisti me, &c.*

**III.** *Fac ergo quod dico tibi, fili mi : & temet ipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui.*

**IV.** *Discurre, festina, suscita amicum tuum : ne dederis somnum oculis tuis : neque dormitent palpebra tuae.*

**11** **T**emeti psum libera, &c. Hebraicè, Eruete, quia venisti in volam socij tui. Septuaginta, *Saluare, quia venisti in manus malorum propter amicum tuum.*

*Discurre, festina, &c.* Hebraicè, vade calca te, id est, te calcandum præbe. Rodolph. procumbe, desiderantur hæc in Chaldaica paraphraſi. Septuaginta pro his habent, *Esto non remissus.*

*Suscita amicum tuum.* Hebraicè, *Robora sodales tuos.* Alij legunt, *Multiplica amicos.* Alij honorā amicum. Chaldæus concinit cum nostra lectione. Septuaginta non dissonant, *stimula amicum tuum.* Diuus Ambrosius in lib. de Tobia cap. 23. *stimula ciuem tuum, quem spopondisti.* Symmachus, & Theodotion, *incite amicum tuum.*

*Ne dederis somnum oculis tuis.* Hebraica concordant. Symmach. & Theodot. *Ne des dormitionem oculis tuis, neque indormites palpebris tuis.* Extremam partem habent etiam Septuaginta, pro qua Schol. legit, *expergiscere.*

Diuus Gregorius vrget allegoriam de præfecto animarum, *Vnde (inquit) & bene mox exhortatio subditur, ut dicatur; Fac ergo quod tibi dico, fili mi, &c.* Quia quisquis ad viuendum alia in exemplum proponitur, non solum ipse, ut vigilet, sed ut amicum suscitet, admonetur. Bene autem dicitur: *Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebra tuae.* Somnum quippe oculis dare, est intentione cessante curam omnino negligere subditorum: palpebra vero dormitant, cùm cogitationes nostræ ea, quæ in subditis arguenda cognoscunt, pigredine deprimente dissimulant. Planè enim dormire, est commissorum acta nec scire, nec corrigere; non autem dormire, sed dormitare, quæ reprehendenda sunt cognoscere, sed tamen propter mentis adiūcium dignis increpationibus non emendare. *Iuxta illud: Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.* Hæc ille.

**12** **D.Greg.** *Temeti psum libera.* Quamdiu sponsioni subiaceat quis, libertate sua caret, mancipio similem conditionem habet: adē ut quemadmodum mancipia nihil suum vendicant, sed omnia bona eorum dominis cedunt, sicut etiam sponsor suorum bonorum dominus appellari nequeat. Et sanè ob eam causam non immerito Romani prisci eodem ritu mancipationis, vel nexus, vel *xaptio*, seruos emebant, & fideiussorum adstringebant fidem, ut supra ostendi, ut parem quod ammodovtriusque conditionem esse significarent. Propterea Salomon ait: *temeti psum libera,* id est, libertatem tuam recuperā: & similem mancipio conditionem euade.

Tom. I.

**A** *Quia incidisti in manus proximi tui.* Iansenius, cui reliqui hærevidentur, nomine proximi intelligit creditorem, cui se fideiussor obstrinxit, hoc modo, *incidisti in manus,* id est, in potestate creditoris, qui ius habet exigendi à te debitum, & iniiciendi manus in bona tua. Sed tamen mirum est tam breui interuallo bonorum proximum, vel (ut habet Origenes) socium, & sodalem à Salomone appellari, quem nuper extraneum vocauerat. Non assentior. Itaque de ipso amico intelligo, pro quo fideiussor spopondit, ad hunc modum, *Incidisti in manus proximi, sodalis scilicet, atque amici tui,* nam in potestate illius est bona tua omnino perdere, si videlicet ipse aliena, atque sua diligenter non administret. Habet autem emphasis illud, *incidisti in manus proximi tui,* nam iuxta familiarem loquendi modum sacræ paginæ, tunc aliquid in manibus, aut inter manus esse dicitur, cùm periclitatur, & pluribus discriminibus obiectum est. *Psalm. 108. 118. Animam ea in manibus meis semper.* Chaldæus num. 109. autem expressit virū huius locutionis, *Animam (inquit) mea periclitatur, ac si in superficie manus mea sita esset.* Ad id spectat illud etiam Iud. 12. *Posui Iud. 12. animam meam in manibus meis, transiique ad filios num. 3. Amon, &c.* id est, vitam meam certissimo discriminī obieci. Mitto alia. Ait ergo Salomon, *Venisti, vel incidisti in manus proximi tui.* Tu nimur, id est, tua bona in manibus sodalis tui sunt, id est, periclitantur mirum in modum. Hebraicè: *in volas, id est, in palmas;* significat enim vox originalis manum extentam, & apertam. Agnosce verbi istius germanam vim, est enim perinde, ac si dicceret, tu, id est, bona tua inciderunt in palmis, & apertas manus proximi tui, qui dum aperti manibus multa infumit, atque profundit, ea, quæ tu claudendis, atque obserandas manibus peperisti, perdit, ac dilapidat: quia nimur te ad soluendum adgit ea, quæ temere ille profundit.

Septuaginta, qui (ut suprà obseruaui) non de præde, qui pro bonis aliis fide sua iubet: sed de vase, qui pro reo spondet, interpretandi sunt, apposite ad eum sensum sic conuertunt, *Saluare, quia venisti in manus malorum propter proximum tuum,* id est, postquam pro reo spopondisti, & vadem te obtulisti, noueris salutem tuam periclitari, quia pœnas pro ipso pendere teneris. Ergo, *saluare, id*

**E** *est, saluti consule tuæ, Quia venisti in manus malorum, propter amicum tuum.* *Venisti, id est, venies: malorum, id est, creditorum, aut iudicium, quod si amicus præsto non fuerit, iniicient in te manus, atque pœnas pro altero exposcent.* Subdit vero quomodo agendum sit cum amico, pro quo fides oblata est.

**F** *Discurre, festina.* Hebraicè, *Vade calcate.* Noster interpres illud, te, paragogicum esse censuit, pro sermonis Hebraici consuetudine: illud vero, *calca,* ad velocitatem retulit, nam qui velociter fertur, pedibus acrius tundit solum: vel certè illud, *calca te,* perinde est, ac *stimula te,* vel *calcaria tibi ipsi admoue.* Sed cur (inquires) velocitatem suadet? Certè vt diem positum præuertat. Rursus, quia vt author est Diogenes Laertius, inter Apollinis tria precipua oracula tertio loco ponebatur illud, *sponde, noxa in proximo est, vel præsto est:* ergo quia noxa & iactura sponsori tam est in propinquio, propterea festinare, atque excurrere iubetur, vt illa se vendicet. Et vero verbū illud, *discurrere,* non caret vi sua. Significat enim hac illac currere. Nimur docet Salomon, vt nunc ad creditorem, nunc ad eum, pro quo vadimonium susceptum est, contendat: hunc de debitibus suis admonens, illum de solutione securum esse iubens. Pagninus vero

P iiiij

Hebraicnum illum, *calca te*, alium ad sensum vocavit, id est, te calcandum praebē. Pagnino hærent *Caietanus*, & *Rodolphus*, quasi dicat: Amicus est, atque adeò siquidem non licet illum in ius vocare, & litem experiri, ne iniuria fiat amicitia; oportebit tamen obsecrare, & deprecari, vt ocius oblatio pretio sponzionem suam dissitat. Cūm verò id præstes, noli (inquit) indecorum reri, si ad pedes illius procumbas, vel si te pedibus illius terendum præbeas. Nisi fortè dicas illud, *præbet te calcandum*, perinde esse, ac si dicat, offendat te sāpe, ac sāpius ipsum adeuntem, ita vt videatur in te ipsum passim accurrere. Licebit etiam ad allegoricum illum sensum de Rector, ac Præposito transferre, cuius est non semper arguere, ac minas iactare, sed sāpius obsecrare, iuxta illud Pauli ad Timoth. 1. *Argue, obsecra, increpa.* Et quidem ed nonnunquam obsecratio peruenire debet, vt Rector procumbens ad pedes subditi se abiiciat, & alij se terendum offerat, sed hæc leuiora sunt. Addit.

17

*Suscita amicum tuum*, id est, iteratis admonitionibus somnum illius excute, vigilem & intentum solutio*ti* redde, sic *Iansenius*, & alij. Ego verò illud verbum, *suscita*, non ad somnum refero, sed ad animum; quasi dicat; Erige illum, fac illi animos. Suadet hoc verbum originale, quod ad vnguem expressum sonat, *robora*, vt suprà adscripti. Itaque ait: erige illum, ne cadat animo, & futurum desperans, vt creditoribus suis summam acceptam rependat: honorum suorum cessionem cum tua, & aliorum sponsorum iactura faciat. Robora (inquam) illum, non tantum verbis, sed aliquando etiam impensis, ne cadat. *Vulg*, *Porque no quiebre.*

Quod spectat verò ad lectiones illas, *Robora socios*, vel *multiplices amicos* ( siquidem non prorsus repudientur ) non assentior Rodolpho, qui ita exponit, *Adhibe etiam amicos alios, ut pro te interpellent*; friget enim valde eiusmodi sententia: sed intelligo de sociis, qui simul cum ipso fidem suam obtulerunt. Nemo enim uno tantum fideiustore securitati rerum suarum prospicit, sāpius sponsores plures petuntur. Ergo cūm ait, *Robora socios tuos*, perinde est ac si dicat illos, qui tecum spoponderunt, pro amico erige, atque excita, ne si amicus deficiat, aliis etiam deficientibus integrum debitum ad te perueniat. Quod si legas *multiplices amicos*, sensus erit: Si tu solus, aut certè pauci sponzionem fecisti, cura vt plures, ac plures sponsores exigantur. Sic enim profligantis amici tui rebus minor debiti pars ad te deueniet. Rursus Septuaginta habent, *Stimula amicum tuum*. Græcè *πεντηκοντα*, id est, *exacue, laceſſe*, aliquando etiam *irrita* non tam amicam & gratam exhortationem sonat. Quasi dicat: Hac in re non omnino amicè, & suauiter cum amico gerendum est, aliquando stimulandus, & pungendus acriter, nonnunquam etiam tantisper irritandus est: præsertim, quia de vadimonio sermonem instituunt Septuaginta, ( vt iam inde docui ) in quo grauior plerumque imminet sponsori iactura.

18

*Ne dederis somnum oculis tuis*, &c. Summam quādam accuratissimamque diligentiam significat his verbis, quæ hominem, si opus est, somno priuet. Ego autem ita intelligo verba ista. *Ne dederis somnum oculis tuis*, id est, ne dormias in vtramvis *strem* (vt aiunt,) *Neque dormient palpebra tua*, id est, neque dormire te simules. Quasi dicat, neque dormias omnino, curam huius rei abiiciens: neque sic te gere, quasi dormias, vt fieri solet demissis palpebris, cūm tamen vigiles, & attentius sis: quod quidem fiet, si solicitudine ista animum stimulante

A id te curare dissimules, cura enim hæc non dissimulanda, sed significanda, & obiicienda amico est, quo ipse reddatur attentior. Eam vim habet lectione Septuaginta, *Neque indormites palpebris tuus*. Græcè *πεντηκοντα*, quod propriè significat dormitionem simulare demissis palpebris.

V. *Eruere quasi damula de manu*: & *quasi aues de manu aucupis*.

B *Eruere quasi damula de manu*. Pro damula Hebraicè est, *צְבִבָּה*, aliquando *cerum*, non nunquam *capream*, aut *capreolum*, sonat. Noster *damulam* conuerit. Est quippe silvestris capreæ genus, quod eo nomine censemur. Pagnin. *Eruere tanquam cerna*. Et in Thesauro, *sicut capreolus*. Septuaginta, *vt salueris tanquam damula e laques*. Chaldeus, *de pedica*.

*Et sicut aues de manu aucupis*. Septuaginta: *tanquam avū de rete*. Chaldeus, *de laques*. Symmachus concinit cum nostra.

C Sensus est perspicuus. Sed tamen vt intelligas eius concinnitatem, reuoca in memoriam ea, quæ suprà diximus, nimirum fideiussionem eo ritu carpendarum manuum celebrati, ac rursus certa quadam verborum formula, qua se sponsor tantundem repensurum pollicebatur, quantum debitor, vel reus aeris, vel pœnarum deberent. Ergo ad eum ritum alludens Salomon, *Eruere* (inquit) *quasi damula de manu*. Quasi dicat, *Tunc cum spopondisti, manum tuam defixisti apud extraneum*, id est, illi corripiendam dedisti: contendere ergo damulæ in morem manum eius cludere, atque euadere. Et

D quidem Salomon damulæ, id est, capreæ sylvestris adhibuit similitudinem, quia animal hoc imprimis timidum præ sanguinis tum inopia, tum frigore, ex quo fit, vt præter morem aliorum animantium sanguis illius non coalescat, nec spissetur ( teste Aristotele ) timiditas autem efficit, vt capti dama totis viribus euadere contendat. Rursus si quando venatoris euasit manus, non more aliarum ferarum morsibus, & vim inferendo, sed ipsius potius venatoris vim eludendo. Qua ratione significauit Salomon sponsorem ab sponsore resilire volentem, quoad fieri possit, curaturum, vt sine iniuria amicitia id fiat; ne si id morsu, & laceratione, per lites nimirum, atque vim præstetur, lædantur amicitiae iura. Ad id quoque pertinent extrema verba.

E Aristot. *Et sicut aues de manu aucupis*. Hebraica vox auiculam sonat, imbellem nimirum, & exarmatam, non vnciunguem auem. Itaque si verba ista referamus ad illa priora, *Defixisti apud extraneum manum tuam*, eundem sensum reddunt, hoc est, sic fuga, ac libertati prospice tua, sicut aues e manu aucupis elapsa in apertum, atque liberum aërem deuolat.

F Aristot. Ex Aristotele constat parvas auiculas raro admodum cicurari omnino, & mansuetudini reddi, ita vt sicubi auolarint, in manus cicurantis redeant: cūm tamen constet ex magnis auibus quasdam fortiores, & vnciungues mansuetudinem edoceri solitas: & quidem metus in causa est, qui minores aues magis percellit. Propterea Salomon præcipit adolescenti, vt auiculae ad instar se subripiat, id est, vt ad hanc vnam rem præ metu se mansuefieri, & cicurari nonnquam sinat, & vt postquam semel elapsus fuerit, amplius in easdem manus non recurrit necti se, aut corripi manibus alienis nequaquam passus, id est, suas extranei manibus manus insinuans, vt sponsoribus solempne erat.

Sed tamen quia postquam defixisse manum apud

19

20

Aristot.

21

Aristot.

22

extraneum sponsorem istum dixit Salomon, rur-  
fus addidit eundem, *In manus proximi, seu amici  
sui venisse, ut nuper diximus.* Possumus sane duas  
similitudines sic distribuere, ut prior de extraneo,  
posterior de amico intelligatur, ad hunc modum,  
*Eruere quasi damula de manu.* hoc est, de manu  
extranei, *Et quasi avis de manu aucupis,* id est, de  
manu amici. Et quidem apposita est utraque simi-  
litudo, ut scilicet tanquam dama, vel cerua erga  
extraneum se gerat, & tanquam passerculus, vel  
parua avis, erga amicum: nam ut euadat sponsor  
illius manus, maiori vi ut licet, ut verò ex huius  
manibus euolet, non vim adhibere, ne iniuria irro-  
getur amicitiae, sed elabi quodam modo est opus  
paruae in morem auiculae. Quod si Septuaginta in-  
terpretum sequamur lectionem, quae ita habet, &  
*tanquam avis de reti,* extrema hæc verba responde-  
bunt illi versui secundo, *Illaqueatus es verbis eris tui,*  
& *captus propriis sermonibus,* quod de formula  
verborum, qua se sponsor obstringere solebat, su-  
pra expouimus. Ita ut sensus sit, *Eruere tanquam  
damula de manu,* id est, obligationem illam, quam  
data manu tibi imposuisti, abiice, & *tanquam avis  
de reti,* hoc est, verborum, quibus te tanquam la-  
queis innexuisti, obligationem dissolue.

Aut demum imperatiuum, *eruere* sumendum pro  
futuro, id est, *eruere te,* ut plane acceperunt Septua-  
ginta, *ut salueris,* &c. Atque adeò dici posset ex-  
hortationem quandam præmissis verbis contineri,  
vt semel experitus sponsonis damna, deinceps ad  
spondendum non accedat. Sensus autem erit eius-  
modi, *Eruere quasi damula de manu.* Hoc est, iam  
inde caue tibi, ne deinceps in manus alterius deue-  
nias. Et quidem eo modo, quo *damæ*, aut *capreæ*  
venatoris manus fugere solent, nam *damæ* esse ca-  
ptu difficultimas suadent ea, quæ de Dorcade, &  
Caprea scripserunt Aristot. Plinius, Albertus Ma-  
gnus, & alij historiæ naturalis authores: tum quia  
visus acerrimi sunt, & conspectum eminus ven-  
torem, aut laqueos vitant: tum quia mira illarum  
velocitas, & levitas est, qua præruptissima quæque  
montium, atquerupium iuga scandent nulli alteri  
animanti peruvia. Vnde *Rupicapra* appellatae sunt,  
*Et quasi auicula de manu aucupis.* Quid certius,  
quam paruas quasdam auiculas passerculos scilicet  
(quos quidam hic primitiva voce notari volunt)  
tali astu præditos esse, ut in conspectu prius  
rete nunquam veniant. De his enim scripsit  
Ouidius.

*Quæquenam parent retia vitat avis.*  
Et postquam semel aucupis effugerunt manus, ite-  
rum capi præ astutia vix unquam accidit. Itaque  
ait, *Eruere quasi auicula de manu aucupis,* id est, vi-  
disti iam retia, & laqueos sponsonum, ego enim  
proposui. Ergo passerculi ad instar deinceps tibi  
caue, & conspecta retia, & laqueos deuita.

*VI. Wade ad formicam. o piger, & considera  
viam eius, & disci sapientiam.*

*VII. Quæ cum non habeat ducem, nec præcepto-  
rem, nec principem.*

*VIII. Parat in æstate cibum: & congregat in  
messe, quod comedat.*

*25 V*ADE ad formicam, &c. Hebraicè, Et sape:  
reliqua consonant Septuaginta, *Et amalare  
videns vias eius, & esto illa sapientior.*

**A** *Quæ non habet ducem, nec præceptorem, nec prin-  
cipem.* Septuaginta, Nam cum non sit ei agellus, nec  
habeat, qui cogat, nec sub dominio sit. Aquila, &  
Theodotion, nec habeat, qui extorqueat, id est, ex-  
actorem. Symmachus, Nec habeat scribam. Chal-  
dæus, *Quæ non habet messem,* sicut nec ducem, neque  
dominatorem. In Hebraicis originibus *Duci*, res-  
pondet προπ Katsin, Rectorum sonat, & sæpius eum,  
qui militibus, quām qui ciuibus imperat, signifi-  
care solet. Sed quæres, vnde Septuaginta interpre-  
tibus venit in mentem *agellus*: & Paraphrasti moſu.  
Crediderim illos nomen hoc reuocasse ad radicem

**B** προπ Karsah, quæ inter alia significat *agros metari*,  
atque *partirifines*, vel *sortes*. Itaque sensus est, non  
est illi præcisa sors aliqua, aut agri portio. Præ-  
ceptor vero responderet πρωτος soter. Sunt qui etymon  
petant ex προπ relatio, & πρωτος Choster, quod est vir-  
ga, quasi baccilifer; alij verò à radice *Satad*, id est,  
præfuit, ita ut herum significet: patrum interest. Eo  
nomine censebantur presbyteri illi, seu iudices,  
qui populo Iudaico iura dabant, ad quos specta-  
bat interpretatio iuris, ac legum. Itaque nomen  
præceptor non ad doctrinam, sed imperium perti-  
net. Scio etiam Hieronymum aliquando *præconens*  
transtulisse 2. Iosue 3. vers. 2. reliqui tu: n hic, tum  
alibi *præfectum* interpretantur, & *herum*. Denique  
*Principi* respondet λειτον à verbo *Masal*, quod est  
dominari, & imperare.

*Parat in æstate cibum, &c.* Hebraicè, *Parabit in  
æstate panem suum, & cōgregat in messe escam suam.*  
Septuaginta, *Parat in æstate alimentum, & multam  
in messe facit aceruationem.* Schol. coaceruat in messe  
escas suas. Symmach. necessaria sua.

**D** Sancti Patres in locum istum allegoricas inter-  
pretationes coniecerunt. Diuus Basilius in Hexa-  
meton, homilia 9. hac formicæ similitudine æstate  
in futuram hyemem recondentis, suadet in hac vita  
laborandum, ac desudandum esse, ut meritorum  
cumulos in futuram aggrestos inferamus. Rursus in  
oratione 13. de Eleemosyna, formicarum exemplo  
ad eleemosynam hortatur. Nam pauperibus imper-  
tiri, inquit Basilius, cogere est. Cogere ergo oportet  
in hac vita, & ea, quæ damus, in cælestes apo-  
thecas conferre more formicæ, ut illic suppetat,  
vnde viuamus. Consonant Anastasius Nyssenus, *Anastas.*  
quæst. 46. in scripturam, ubi sic ait, *Formica ista.* Nyssenus.  
quæparant sibi in æstate alimentum, gentes sunt, quæ  
perfides in Christum parant sibi vitam eternam per  
bona opera. Ad hæc Diuus Cyillus Hierosol. Ca. *Cyillus.*  
teches. 6. *Videns*, inquit, *formicam in æstate sibi Hierosol.*  
*thesaurizantem cibos, imitare, & thesaurizantib[us] ipsi*  
*fructus bonorum operum in futura secula.*

Diuus verò Augustinus in Psalm. 36. & 41. & 66. *27*  
hanc eandem similitudinem formicæ per allego-  
riam aliò deriuat. Nam cum æstatis nomine tem-  
pus secunda, hyemis vero tempus aduersæ fortunæ  
concepisset, ita addit, *Cum esset vita tranquillitas,*

*cum esset sæculi huius erga illum prosperitas, quando  
ei vacabat, quando fælix vocabatur, astas ipsius eras.*  
Imitaretur ergo tunc formicam, si audiret verba Dei,  
colligeret grana, & intus recondoret. Venerat tenta-  
tio tribulationis, superuenierat hyems temporis, tem-  
pestas timoris, frigus tristitia, siue damnum esset, siue sa-  
lutu periculum, &c. hyems erat, reddit formicam ad id,  
quod æstate collegit, & intus in suo secreto, ubi nemo  
videt, astius laboribus recreatur. Hactenus Augu-  
stinus in Psalm. 66. qui eandem sententiam com-  
mutatis verbis tradit super duos alios præmissos  
Psalmos. Imo eandem allegoriam inculcat, in lib.  
contra Adimantum Manich. cap. 24. Nam cum  
Adimantus perperam locum istum ad auaritiam  
tuendam inuertisset, quasi scriptura suaderet the-

saurizare, atque recondere pecunias. Addit, *Nec que hoc intelligit Manichæus spiritualiter esse accipiendum, & putat præceptum esse, ut thesaurizemus in terra, & idèo illud Admantus ex Euangelio dicit aduersum esse huic sententia: nolite cogitare de craf-  
to.* Itaque duo statuebant Manichæi; alterum est hoc loco auaritiam suaderi, alterum vero sibi aduersariam esse scripturam. Ergo ut Manichæorum inanes rationes euerteret Augustinus asseruit hæc verba spiritualiter intelligenda. Subdit enim, *Illud de formica ita possum est, ut quemadmodum illa estate colligit, unde hyeme pascatur: sic unusquisque Christianus in rerum tranquillitate, quam significat aestas, colligat verbum Dei, ut in aduersitate, & tribulationibus, que hyemis nomine notantur, habeat unde spiritualiter vivat.* Ex quo constat ex mente Augustini huius loci sensum literalem ad spiritum pertinere. Non inscio Augustinum in eam sententiam abiisse: tamen immerito quidam asserunt illum aliam expositionem de colligendis, parandisque diuitiis ad vitam necessariis, tanquam Manichæam hæresim repudiassæ. Augustinus enim auaritiam conquisitionem diuitiarum, & curam nimiam augendorum honorum, quam Manichæi hoc loco adstruebant, solum incusat, non autem frugalem, atque sobriam sollicitudinem comparandi necessarias opes ad vitam tuendam. Imo ibidem addit discipulos Christi Domini non vixisse in diem, sed loculos habuisse ad congregandas eleemosynas.

Sunt etiam, qui locum istum de Christo Domino interpretantur, ad hunc modum, *Vade ad formicam o piger:* id est ad Christum, qui se vermem esse pronunciauit per Prophetam, cum ait, *Ego sum vermis, & non homo.* Et quidem Christum Dominum Deum pariter, atque hominem per formicam optimè adumbrari ex eo docent, quia si formicæ structuram, & compaginem attentius obseruamus, bipartita est, duos quasiorbes sibi cohærentes medio quodam nexus gerit, quorum alterum, posteriorem, scilicet humi serpentem trahit: alterum verò, id est, anteriorem, elatum. Quapropter appositi accommodatur ad significandam unam Christi personam in duabus, & ex duabus naturis subsistentem, ex humana scilicet, atque diuina, illa quidem humi reptante; hac verò sublimi, atque erecta. Adde etiam Clementem Alexandr.

*Cle. Alex.* in Protreptico longe à principio, qui tradit Ethnicos finisse, *Iouem in formicam commutatum ex Eunimedusa Myrmidones suscepisse.* Neque iniuriam fieri diuinitati existimarunt, inquit Clemens, si exigui animalculi formam suscepisse dicerent. Ad eundem modum nos sine iniuria diuinitatis Christum formicæ similem prædicamus, vt laboriosam, atque sollicitam ab eo viuendi rationem ab ineunte ætate susceptam ediscat; ipso per Prophetam attestante Psalm. 87. *Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.* Ecce humilitatem exaltationi, & gloriæ consertam.

29 Diuus Gregorius Pastor, tertia parte, admonit. s. docet, exemplo formicæ subditos argui à Salomone, quia scilicet formica, cum careat principe, atque rectore, vitam ciuilem, & moderatam instituit, non soluitur desidia, labore instat, sollicitudini non parcit. Quapropter eorum insectetur, incusatque desidiam, qui cum præfectum, ac superiorem affidit eos ad laborem stimulantem habeant, pigritia disfluunt, & quieti indulgent nimium. Haec tenus de SS. Patrum allegoriis.

*Chrysost.* Diuus Ioannes Chrysostomus in sermone de *Pentecoste,* & Diuus Ambrosius libro sexto, He-

xameron cap. 4. literalem huius loci sensum attigerunt, quos cætera recentiorum interpretum turbat secat. Putant enim adolescentem ad quandam accuratam, sed sobriam necessaria ad vitam tuendam comparandi sollicitudinem exaci à Salomone. Nam cum supra à quibusdam rebus sermone suo deterruisset, ex quibus iactura bonorum accidere solet, nimirum ab scortatione, & sponsionibus, iam nunc pigritiam insecat, suaderque diligentiam parandi res ad viuendum oportunas, exemplo formicæ. Itaque ait,

*Vade ad formicam o piger.* Nihil sane obuium magis in agris, quam myrmecia, & formicarum exercitus. Mittit ergo pigrum ad eam rem, quæ maxime prope est, ne si longum iter suscipere oportet, pigritia deterretur, *Vade.* Pigrum certe hominem ire præcipit, vt vel sic desidiam soluere eundo incipiat.

30 *Considera vias eius,* id est, mores illos ipsi à natura inditos. Vel certe iuxta verborum sonum, vias illas considerare præcipit, quas formicæ compontandis oneribus exterunt, quæ non modicam admirationem mouent. De his Plinius, *Silices itinere* *Plinius.* *carum attritos videmus, & in opere semitam factam:* ne quis dubitet, qualibet in re quantum possit quantulacumque assiduitas. Adde Ambrosum in Hxameron loco citato, *Nigro convectatur agmine præda, per campos feruunt semita comitatu viantium:*

*Sed Aristoteles libro nono de historia cap. 38. Insectorum, inquit, officiosissimum præ cetera anima-*

*lium generibus formica est, eadem semita semper ambulat.* Nec declinat à faciliori, securiorique via, aut à communi reipublica via, it via communi reipublicæ, illi consulit, non sibi, & cum minutissimum animal sit, continuo itinere silices durissimos earum cursu, & recursu attritos videmus. Denique Diuus Hieronymus de vita Malchi, *Afficio,* inquit, *for-*

*micarum gregem angusto calle feruere.* Merito ergo Salomon formicarum vias contemplari præcipit desidi homini, quianimirum plurima ex illos documenata haurire licet. Cum viderit piger silices ea-

*tum crebra, & assida concursatione detritos, (vt tradunt Plinius, & Aristoteles) quantum possit quantulacumque assiduitas, edocebitur. Cum vi-*

*E*derit semitas feruere comitatu viantum (vt ait Ambrosum) omnes ire, ac nullam subsistere aut

hærere, arguetur illius vita sedentaria, & otiosa. Cumque aspexerit eadem semita semper ambulantes, nec declinantes à faciliori, & securiori via, & via reipublicæ communi pergentes (vt tradit Aristoteles) discet quidem omni depulsa mutatione constantiam, & à via virtutis, quæ facilior, securior, publica, & regia est, sibi exorbitandum non esse edocebitur. Denique cum contemplatus fuerit formicarum gregem angusto calle pergentem (vt ait Hieronymus) non latam, & patentem viam, quæ definit in perditionem, sed arctam, & angustam, quæ ad vitam perducit, aggrediendam sibi esse cognoscet. Quid plura? Formicæ (vt author est Diuus Basilius) comprehendia semper sequuntur, *Basilius.*

vias scilicet suas illac regunt, quæ citius itur in scrobes, ac minor est erratio. Ex contemplatione ergo viarum huius animalculi discet homo derelictis anfractibus compendiosam viam sequi ad virtutem, & ad cœlum. Mitto alia documenta, quæ ex hac formicarum via decerpere licet.

31 *Et disce sapientiam.* (Scilicet ab ea) adhibe ilam tibi vitæ tuae magistram. Chrysostomus ubi su-  
*præ, Formicarum,* inquit, *facti sumus discipuli: for-*  
*micarum amulatione viuimus, formicarum conuer-*  
*samur exemplis.* Profecto Salomon non in viuenterum de omnibus sapientiæ partibus, quibus pollet

Aristot.

Formica, accipiens videtur, sed specialiter de illa, per quam vermis iste aestate cogit grana, quibus hyeme delitescens alitur. Sed tamen quia nonnulli sententiam istam amplificant, liber singula, in quibus exigui huius vermiculi prouidentia elucet, perscrutari. Aristoteles vbi supra iure optimo miratur prædagam illam temporum vim, qua prædicta est formica. Meminit huius Cicero de natura Deorum. Plinius lib. II. cap. 34. Sed elegantissime describit Basilius oratione 13. de Eleemosyna, *Cibos*, inquit, *siccat, cum eos humidos esse senserit, neque eos quoniam tempore profert, sed nunc denique, cum celum serenum præsenserit. Nunquam imbrex ex nubibus elabi videre poteris, quamdiu frumentum ex formicarum cauernis prolatum est.* Ipsissima pene verba habet homilia 9. in Hexameron. Sed audiendus utique hac de re Georgius Pysidas antiquitate venerabilis in Poëma de mundi opificio, quod habetur tom. 5. Bibliotheca Patrum.

*At quando cælo densa nubium agmina  
Aduersa tantu imminent laboribus,  
Vnde melius quam ope Zamolxis magi  
Vir rusticanus nouit te indice.  
Cumque indicat serena certo tempora  
Frumentaque expromis canes ex viuidis  
Ignem ad carentem sudibus, ad solis facem  
Quo accensu radiis grana sparsa feruidis,  
Centriticum fructum parata & tostafiant.*

32 Aristot.

Secundò Aristoteles tradit formicam usque adeo sapientia pollere, ut verita, ne grana quæ in penum infert, humore terræ conforta pullulent, emorsa ea parte, qua regerminant, condere soleat. Consernit Plinius vbi supra. Basilius item, qui in ea homil. 9. in Hexameron sic scribit, *secat ungulis fructus medios, arrosisque condit, nerurus in fruges exeat à terra, atque inutiles inde sibi ad usum alimonie fiant.* Succedat Georgius Pysidas.

*Accede iam huc formica frumenti rapax  
Operaria, abscondens humi grana in duo  
Partita, ne quam viginem, ac cariem trahant,  
Aut noxiūm à radice gramen pullulet.*

Tertiò est illud etiam portento simile (quod tradit Diuus Hieronymus in vita Malchi) formicas suorum defunctorum inferias celebrare. Sic enim Hieronymus, *Hæluctu celebri corpora defuncta deportabant.* Concinit Plinius, & Arist. Sed absolutissime rem istam persecutus est Ælian. lib. 6. cap. 49. Ælian. vbi veris quædam falsa miscere videtur, de pompa, de feretro, de sarcophago, & aliis. Illud etiam verosimile non est, quod tradit Antizoes lib. 1. historiæ rerum Indicarum cap. 7. formicas pullatas, & à natura atris indutas, vel imbutas potius funis persequi, adeo ut si qua occurrerit rubra formica, fulua, albæ eam dilacerent morsibus quasi emoruntur inferias de honestarit. Hæc vero formicarum proprietas Cleantem adegit (ut author est Ælian.) falso asserere quædam animantia non esse rationis expertia.

33 Seneca.

Quartò etiam illud ad sapientiam formicarum spectat, quod tradit Seneca lib. 1. de structura Myrmecij, *eas nimirum tripartitas cellas fodere solitas, quarum altera maribus deputatur, foeminis altera, tertia vero annonæ.* Sed quibus flexibus, & anfractibus subterraneas suas ædificulas construant, tradit Ælian., vbi supra. Additque dedalios labyrinthos ab his vinci, atque ea demum arte elaborari, ut nec ab hostibus nec à cælestibus imbris lœdi, vel inundari possint.

Plinius.

Quintò sapientiae argumentum illud est, quod docet Plinius lib. 11. hist. cap. 36. formicas cum forte in ranam rubetam inciderint, ut famem exsa-

tient, alteram fibram, in qua venenum est, nunquam mordere.

Sextò, illud miræ sagacitatis, quod annonam meatiuntur, & nec plura, nec pauciora condunt, quam quæ opus habent, ut in annum videntur, sic tradit Aristoteles vbi supra.

Septimò, denique summa industria est, quod aquas tranant, ut arborum fructus inuidant: nam posteriores priorum dorsa mordent, & mutuo nexu fultæ riulos transuadunt (sic tradit Columella de rustica lib. 5. cap. 2.) Hæc, & alia sunt, quæ maximè formicæ industriam, sapientiamque commendant, ex quibus plurima hominibus haurire licet documenta, adeò ut non immerit Salomon nos formicæ discipulos esse iubeat, & disce sapientiam: Audis formicam tot, tantaque sapienter præstare, hæc omnia in mores tuos transferre poteris. Sed unde, inquires, formicis tam insignis industria, & sagacitas, qua reliqua etiam maxima animantia facile superant? Occurrit Arist. lib. 2. historiæ cap. 4. vbi primo decernit formicam frigidissimi sanguinis esse. Quod quidem ex eo colligit, quia tumida valde est. Huc spectat Virg. 1. Georgic.

**C** Gurgulio, atque inopi metuens formica senecte. Deinde docet ex his animantibus, quæ frigido sanguine constat, quibusdam esse tenuissimum, atque adeo nobiliorem sensum habere: frigiditas enim efficit, ne sanguis spissetur, & concrecat: tenuitas vero, ut mobilior sit. Hinc ait Aristoteles, *Non nulla ex his, quæ sanguine vacant animalia, prudenter sunt nonnullis sanguinem habentibus, verbi gratia apes, & formicæ.* Vnde Plinius vbi supra inter Plinius, formicæ laudes alias sic addit, *Est ei Reip. ratio, memoria, cura.* Cicero de natura Deorum: *In formica non modo sensum, verum etiam mentem, rationem, atque memoriam esse sustinemus.* Seneca lib. 1. quæst. Seneca. si quis formicis det intellectum hominis: nonne, & ille unam aream in multas provincias diuidunt, &c.

**D** Adde etiam id, quod Ælian. tradit Cleantem in Ælian. ea fuisse sententia, ut formicas rationis compotes esse coactus tantæ sagacitate pronunciarit. Et sane hi Philosophi imperfectam quandam rationem animantibus tribuere videntur. Cæterum dogma Christianæ religioni magis consonum est formicas, & quædam alia animantia non vi rationis, sed instinctu quodam, Deo naturæ ipsius authore moderante & impellente, ea præstare, quæ ad rationem spectare videntur. Cecinit hoc præfatus Georgius Pysidas de formica verba faciens.

*Nam mentis haud formica tantæ erat capax,  
Ut prævidendi modulum haberet cognitum,  
Ni prævidens quædam mens forer (scilicet divina)  
sibi ut minus.*

Præsumercut qui sidera alta examinant, &c.

Ideo vero omnem illis rationem denegandam putatus, ne si aliquam rationem licet imperfectam his animantibus concedamus, liberum quoque arbitrium quamlibet imperfectum, & spirituales forfæce animas illis dare cogamus, aut de rationum momentis, quibus nostram animam spiritualem, & à corpore independentem esse comprobamus, plurimum detrahi opus sit.

*Quæcum non habeat ducem, nec præceptorem, nec Principem.* Hæc quidem verba exponi possunt, aut comparatione inita cum hominibus, aut cum quibusdam aliis animantibus, quæ duce, ac principe non carent. Si ergo ad humanos mores referatur comparatio, sententia per quam facilis euadit. Crediderim autem Salomonem omnes administrationis ciuilis modos fuisse complexū, nimis

Aristot.

34

Virgilii.

Georgius Pysidas.

35

tempublicam, democratiam, & monarchiam. In republica enim duces imperant: in democracia iudices gubernant: in Monarchia Principes, aut Reges. Fuit autem Respublica Romanorum, Democracy Iudeorum usque ad Samuelem; à Samuele vero, & deinceps Monarchia. Ergo sensus erit, *Quae cum non habeat ducem*: quia non est illi respublica, nec præceptorem, id est, iudicem, (vt supra exposui: ea enim est vis vocis originalis) quia nimis ignorat Democracy: nec Principem, quia non subest Monarchia. *Parat in aestate cibum sibi, &c.* Vel aliter, vt Rodolphus partitur, & indiuidus comes Ianuenius, *Cum ducem non habeat*, B qui viam monstrat, nec præceptorem, id est, exactorem, qui cogat operis sui pensum reddere (sic enim interpretatur vocem illam Soter, de qua supra) & Principem, qui scilicet castiget, & torqueat inertem. Primam secundæ expositioni præferendam esse censeo.

36 Subiicio etiam tertiam. Nomine ducis, eum, qui militibus imperat, intelligo. Nomine autem præceptoru, herum, cui seruus obtemperat. Nomine Principu. Regem, cui aulici obsequuntur, & adulantur. Hec enim omnia subesse vocibus originalibus iam inde præmisisti. Sensus autem erit eiusmodi, *Quae cum non habeat ducem, &c.* Quod non ita accipiendum, quasi haec sit admirationis ratio, nullo scilicet præceptore, aut vindice tam sedulo operari. Sed quod tamen sedulo sese exercens opportuna ad vitam queritans, nec opus habeat sub duce aliquo suis stipendiis viuere, aut sub hero mercede vitam tueri, aut denique Principibus in aula obsequi, & adulati, vietus gratia: his enim fere modis vitium querere solent illi, quibus non suppetunt necessaria. Et sane postrema haec interpretatione per placet mihi. Nam Salomonis mens est, adolescentem ad quærenda necessaria ad vitam uendam impellere, ne pro his parandis inservire, aut adulari cogatur. Non abit ab hac interpretatione

Basilie. Basil. in Plal. 14. vbi sic ait, *Formica potest neque co-gens, neque seruens, neque mutuo accipiens nutriti, tu autem industrium animal ad haec configū?* Accedit Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 4. vbi sic ait, *Exigua est formica, quæ maiora suis audet viribus, neque seruatio ad operandum cogitur, sed spontaneo proposito proficiens iæ futura alimentorum subsidia sibi perstruit, cuius ut imiteris industriam, scriptura commonet dicens: Confer te ad formicam, &c.* quibus verbis nostram plane expositionem complexus est Ambrosius. Non reticebo aliam Bustamantini Complutensis eruditii medici interpretationem, *Cum non habeat, inquit, ducem in hostes, præceptorem in se, & familiam, Principem in Respublica.* Sic ille lib. 5. de reptilibus Sacre Scripturæ cap. 4. Cui expositioni minus tribuo.

37 Quod si cōparationem non cum hominibus, sed cum aliis animantibus initam dicamus, quæ ducem, aut regem sui generis habent, quam sequuntur, vt apes, oues, atque armenta. Sensus erit, *Quæ non habent ducem, nec præceptorem, nec principem.* Quasi dicat illud valde mirandum sine principe, aut duce formicas tanta industria, & sedulitate laborare, & in cōmunem nisi utilitatem. Id enim interest inter formicas, & alia animantia, alia enim nunquam videas semper gregatim viuere sine principe, aut duce sui generis. Gregales certe sunt oues, armenta, & apes coēentes in examina. Sed tamen habent haec principem, quem sequantur. Reliqua, quæ carent principe, & duce, licet aliquando in greges coēant, sepius tamen singularia, & ab aliis separata incedunt. Formicas vero principe, & duce aliquo, gregatim semper agunt, & quæcumque comportant, in cōuniuem

A penum inferunt ex communi victitantes. Et sane formicas principe, ac duce carere docuit Aristoteles lib. 1. de historia animalium cap. 1. *Civiles, inquit, appello animantes, quæ labori communicant eidem. Quarum opus communi efficitur opera, munusque idem omnino est, quod non omnibus gregalibus cōpetit, ciuilis generis est homo, apis, vespa, formica, grus, quarum alia sub duce degunt, ut grues, & apes: alia nulli subdita imperio sunt, ut formicae.* Plinius autem, qui templicam illis tribuit, ducis, ac principis non meminit. Rursus idem Salomon infra capite 3. ait, *Formicæ populus inuaidus*, id est, sine capite plebs multa, & copiosa multitudo. Sed aduersarius nobis sese obiicit Seneca vbi supra. Sic enim ait, *Quoties videbis exercitus formicarum sub rebus ire vexillū, & quasi magnum aliquid agatur, equitem (alia lectio habet ducem) præmittere modo ulteriora explorantem, modo à lateribus affusam (libebit dicere) it nigrum campis agmen. Quibus verbis tribuere videtur formicis ducem. Consonat Nazianzenus in oratione 34.*

Nazianz. Quomodo vero id accipi debeat, luculenter colligitur ex Aeliano vbi supra, *Cum ad pabulum ad locum destinatum: que ut ad segetes se præueniunt, & pabula, iuniores sub spiculis adstant, duces ascendunt, spicas inferioribus disiunt, reliqua aristas amouent, grana excutiunt, & euaginant, reclusaque explicant.* Ac rursus lib. 2. cap. 25. sic Aelianus, *Seniores formicas constituant exploratores, quæ ipsis præsint, & adducant in meliora pabula; non duces, quorum imperio subdantur.* Cum ergo Seneca, & Diuus Nazianzenus formicis duces tribuunt, iuxta præmissam Aeliani historiam recensendi sunt. Ergo Salomonis verba hunc sensum reddunt: *Quæcum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem.* Scilicet sui ordinis, aut generis, nihilominus sedulo laborat, & in commune confert onera sua, & annonam, quod est ipsis proprium, & cum aliis animantibus non commune. Quod quidem non eo referendum est, quasi pigritæ, & socordiæ arguat illum, qui sub principe, atque duce agit, quod non laborat, atque sedulo in parandis ad vitam necessariis incumbat. Minime verò. Sed vti discat suos ad formicæ naturam

Bustam. E mores effingere, vt quemadmodum illa sine duce, aut principe sui generis annonam colligit, & oportunas ad vsum vitæ res comparat. Sic etiam adolescentis arte sua, & labore victitet, ita vt illi necessarium non sit heri mercede, vel ducis stipendio, aut demū Principis gratia vietū querere, quod est valde laboriosum, ignobile, & calamitosum vitæ genus.

39. De lectione autem Septuaginta idem iudicium est, quamvis verbis nonnihil dissidere à nostra vi deatur, *Cui cum non sit agellus.* Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 4. *Quæcum nullam habeat culturam.* Sensus non est dispar. Exprimit tamen melius vim sententiae. Ego verò non ita intelligo, quasi dicat formicam non habere aliquam agri sortem propriam, sed eius esse naturam, vt sub nullo hero agrum colat more eorum seruorum, quos vulgo *gæñanes* vocant. Hec enim sententia non ad id spectat, vt homo non acquirat proprias possessiones. Sed vti arti aliqua industria sua victitet, vt non sit illi opus mercenarij in morem viuere. Addunt Septuaginta formicam carere conditionibus mercenariorum, & seruorum, *Neque habet, qui cogat, nec sub dominio sit,* vel *sub domino*, vt habet Ambros. hec enim sunt, quæ miseram, & calamitosam vitam mercenariorum, atque seruorum reddunt, scilicet subesse dominio aliorum.

aliorum, atque libertatis expertes esse, & quo nihil est laboriosius. Subscribit autem Salomon formicæ industria hōc modo.

40 Parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat: quod scilicet hyeme comedat. Illa verba parat cibum, ad laborem spectant: illa vero in aestate ad opportunitatem. Verbum illud, & congregat, ad industria: quod comedat, ad mensuram. Hęc enim omnia in formica spectabilia, & digna imitatione sunt. De singulis dicant, parat cibum. Laboris est hoc, atque sollicitudinis, præsentim quia quidam legunt partat cibum. Quanta verò formicæ in laborando sedulitas sit, experientia duce nouimus Aristor.

Plinius. Aristor. Insectorum, inquit, officiosissimum præ ceteris fere omnibus animalibus genus formicarum est. Et breui intersticio verborum, Iam formicarum negotia omnibus in promptu sunt. Et quidem hęc sedulitas formicarum in laborando commendabilis est tum ex labore, & lacertis, tum ex operum diuturnitate. De labore sic Plinius vbi supra, si quis comparat onera corporibus earum fateatur nullis animantibus proportione vires esse maiores. (Sic lego non portione, ut quædam exemplaria mendosa habent.) Ratio-

Hieronymus. nem autem obtulit D. Hieronymus de vita Malchi, Apicio, inquit, formicarum gregem augusto calle feruere, ferre onera maiora, quam corpora. Nullum est enim animal quantumvis labore potens quod multo maius suo ipsius corpore onus diu leuare possit. Et quidem tantopere suis fudit lacertis, ut sepe ea, quæ vires illius longè superant, aggrediantur adeò, ut bouem integrum, aut aliud quodlibet præ grande animal mouere, ac trahere conetur. (Seppius id vidimus) nec desistit id aggredi, quod onus illud suis viribus impat esse sepius periclitata didicit. Ed spectant verba Ambros. loco citato, Exigua, inquit, est formica, quæ maiora suis viribus audet. Diuturnitas enim laborandi maxima est, non enim interdiu tantum, sed noctu etiam cum luna plena est, in laborem incubit. Docet hoc Aristot.

Aristot. vbi supra, non interdiu solum, sed etiam noctibus plena luna laborem exercent. Nemo est, qui non videat. Plinius vero addit, Operantur, & noctibus plenaluna, eadem & interlunio cessant. Nec vero reticendum est, quod idem tradit, formicas usque adeo labore intentas, tamen dies aliquos otio, ac feriis impendere solitas, ne nimio labore frangantur, & uti socias agnoscant suas. Sic autem ait, Et quoniam ex diverso conuehunc, altera alterius ignara certi dies ad recognitionem mutuam rūndinis dantur. Quæ tunc earum conuersatio? quam diligens earum cum obuis quædam colloctio, & percontatio? Et sanè hic mos quarundam communitatium pium usum confirmat, quæ quasdam diei horas quieti, & otio trahunt, ut & vires recreentur, & familiari consuetudine charitas augeatur inter fratres, qui reliquo diei tempore suis quilibet exercitamentis vacant. Rursus laudabilem festorum dierum morem commendat. Quia ergo formica adeo negotiosa, & labore semper intenta est, propterea laboris cuiusdam infatigabilis symbolum priscis fuit. Quid certius? Ob eam causam Euzith. Philosop. qui me tempyscosim, id est animarum transmigrationem credidit in eorum animantium corpora fieri, quorum mores imitatione simularunt, dum in corporibus agerent, iuxta dogma Pythagoreor. Itaque Vlyssis animam, qui laboris, atque sollicitæ prudenter exemplar fuit, apud Homerum in formicam demigrasse dicebat. Rursus Plato in Phedone, eorum manes, qui popularem, ciuilemque virtutem non philosophia, sed consuetudine, exercitio, & labore tenuissent, post obitum in formicas

Euzith. Philosop. Plato. Tom. 1.

Abito dixit. Illud etiam ad formicarum robur pertinet, scilicet ex his quasda Herculanas appellari, ab Hercule omnium hominum robustissimo nomen trahentes, ob roboris videlicet similitudinem. Meminit Herculanaum formicarū Plinius lib. 30. cap. 4. Plinius. Iure igitur optimo Salomon, ut pigrū, & socordem hominem ad laborandum exercitaret, ad formicam mittit, ut vires exerat suas, ut magna etiā onera aggrediat, nec prius desistat, quā suis humeris impria periclitatus didicerit: utque non breui aliquo spatio, sed diutius labore, diu scilicet, & noctu, cum opuserit.

B In aestate. Hoc ad opportunitatem pertinet capitandæ annone: in aestate cum messes sunt maturæ, & decoctæ, cum tempestatis iucunditas suaderet à scrobibus exire, & vagari vndeque, cū membra frigore prius adstricta laxatur, cælumque sudūac serenum est. Quorsum hęc Salomon? Sanè vt doceat in aestate vitæ, in adolescentia satis facultatum, atque opum parare, oportere ut in senectute, quæ cum hyeme comparatur, necessaria suppetant ad viuendum. Itaque cum Salomon hęc sua præcepta adolescenti tradat, suadet illi, ut formicarum more vitæ ver, id est, adolescentiam capteret, eamque totam labori impendat, ut in senectute non deficiat. Et quidem formica non solum aestate annam ad hyemem vnam agendam cogere dicitur: sed etiam tunc, cum junior est, acrius in laborem incumbere, ut senior habeat, vnde viuat. Sic cecinit Virgil. lib. 1. Georg. in eo carmine supra citato.

C Gurgulio, atque inopi metuens formica senectæ. Virgilius. Alium vero inuenire non licuit, qui hanc formicæ in æcum prouidentiam præter unum Virgilium narraret. Nomine vero aestate accipiedam esse iuuentutem docuit Cyrus Hierosolymitanus in ea Cyrus. Epistola 5. his verbis, Formica laboriosissima, ut existet pigrum, & socordem. Cum enim quis ostatur in iuuentute, tunc ab his animantibus decetur, redargutus a scriptura dicente: vade ad formicam, &c. Hierosol.

D E congregat: hoc industria est. Quanta vero sit formicæ industria in congerendis, aggerandisque vitæ suis emolumenis, nemō est, qui non videat. Arist. Cibariare condunt, & cellas promptuarias faciunt. Elegantissime hanc industriam descripsit Ambrosius vbi supra, Formica, inquit, de suis laboribus messem recondit, & cum tu plerumque egeas, illa non indiger: nulla sunt ei clausa horrea, nulla in penetrilibus custodiae, nulli inviolabiles acerui, spectat custos, furtaque prohibere non audeat. Apicus sua damna possessio, nec vindicat. Nigro conuectatur agmine præda per campos, feruent semita comitatu viantum, & que comprehendendi angusto ore non possunt, humeris grandis frumenta traduntur. Spectat dominus messis, & erubescit tam parecipie industria negare compendia. Haec tenus Ambros. Sunt qui non minimam formicis iniuriam irrogantes, afferant eas latronum, atque prædonum symbolum gerere, quia scilicet latrociniis, ac prædis vicitant suis. Sed ab hac illas iniuria vindicat Ambros. quamvis enim furta, ac latrocinia illis initio tribuere videatur, tamen addit nequaquam ab iniuris dominis ea auferre, quæ colligunt. Rursus omissa à domino, & pro derelictis habita plerumque conuehunc, & quæ usui nulli sunt, ea legunt, & in penum inferunt suum. Propterea laboris, atque pietate industria exemplū proponit Salomon, quod socors, & deses adolescentes imitari possit.

E Quod comedat. Observa mensuram, & parcitatem contra Matichæos, qui teste Aug. in lib. aduersus Adimantum, hoc loco ad tuendas suas sordes, & auaritiam abutebantur. Hęc enim verba significant formicā eat tantū parare, quæ victui necessaria sunt: tunc vero laborem, atque onera intermittere.

*Basiliss.*

Accipe verba Basilius in Hexam. homilia 9. *Formica* tempora hiberni pabulum & estate sibi sedulo condit, & non quod hiemis incommoda nondum adsunt, otiosa tempus traducit, sed incessabilis quodam intentoque studio legendi semita, tantisper incumbit, dum sufficiens alimentum in cellulis sibi recondat. Itaque vbi primum sufficiens alimentum condidit, tunc labori parcit. Quapropter non eorum, qui pecunias aggerant, vel ex avaritia thesaurizant, symbolum praebet, sed eorum, qui studiosa industria ad viendum opportunas facultates cogunt.

**XI.** *Vade ad apem, & disce quomodo operaria est, operationem quoque quam venerabilem facit: cuius labores Reges, & idota ad sanitatem afferunt. Appetibilis autem omnibus, & clara etiam cum sit, robore infirma, sapientiam honorans enecta est.*

**L**ocus iste iam inde à Hieronymi temporibus consideratur in Hebraicis originalibus. Sed tamen in plerisque codicibus Septuaginta interpretum reperitur. Et licet in Complutensi & Regii Bibliis expunctus sit, tamen correctior textus Vaticanus illum retinet, & ex Patribus illum usurpat Hieron. in cap. 3. Ezech. Ambros. lib. 6. Hexam. cap. 21. Basil. item homil. 8. in Hexam. Chrysost. homilia in Psalm. 110. & in Matthæum homil. 17. D. Paulin. eius etiam meminit Epist. 21. ad Amandum. Itaque autoritatem non modicam habet. Quapropter & quum non erit sine commen-tatio dimittere, ut reliqui interpres faciunt. Expendo igitur de more, si quid est varia lectionis.

*Vade ad apem, & disce quomodo operaria est. Græcè habetur ὁρέας ἐπάριστος. Aliqui legunt, Quomodo argumentosa est. Basilius habet, Quomodo sa-piens operatrix est.*

*Operationem quoque quam venerabilem facit.*  
Græcè pro venerabili est οἴηνη grauem sonat, seriam, pudicam, castam, venerabilem, venustam, innocentem, & severam, hæc omnia vox illa ambiens significationis complectitur, hinc nati varietas. Ambrosius venerabilem legit. Hieron. habet, *Et opus suum castum faciat.* Chrysostomus, & Basilius retinent hanc clausulam. Iansenius legit, *Quam seriam operationem exercet.* Tigurina translatio, *Quam venustam.* Licer autem conuertere severam, atque grauem: Item augustam, sic enim ex Neotericis quidam extulit.

*Cuius labores Reges, & idota ad sanitatem afferunt.* Hieronym. *Cuius laboribus Reges, & imperiti pro sanitate abutuntur.* Ambrosius, *Reges, & mediocres.* Interpres Chrysostomi, *Reges, & priuati.* Interpres item Basilij sic, *Cuius labores tam Reges, quam priuati ad sanitatem edunt.* Græcè ιώνως propriæ homines priuatos sonat, qui nullo munere publico funguntur, aliquando etiam pro imperitis, & ignariis accipit.

*Appetibilis autem omnibus est, & clara.* Sic Ambrosius. Pro clara alijs illustrem, alijs gloriosam conuertere. Reticuit etiam Chrysostomus hæc verba, licet sequentium meminerit in Psalm. 110.

*Etiam cum sit robore infirma sapientiam honorans enecta.* Ambrosius aliter, *Itaque cum sit infirma robore, valida est vigore sapientiae, & amore virtutis.* Chrys. Interpres. *At qui licet sit imbecilla viribus, ut que sapientiam honoraret, prouecta est.*

Supradicti Patres communis calculo locum istum ad sententiam praecedentis referunt: docent enim noua similitudine Salomonem pigrum, ac desiderem iuuenem ad laborandum excitare. Basilius vero hom. in Psal. 14. id tatum inter utramque simili-

A milititudinem dissidere affirmat. Quod formica ea tantum, quæ sibi opportuna sunt, colligit, & in penum infest, necessariis tantum contenta: apis vero plura cogit, sed reliquarum suarum homini facit copiam, eleemosynam videlicet suadens. Verba Basilius sunt. *Formica potest neque rogans, neque mutuo accipiens nutrita, & apes proprie alimenti reliquias regibus condonat.* Chrys. in Ps. 110. discrimen aliud ad- ducit his verbis: *Diligentiam, & laboris studium dis- scit a formica; ab ape vero honesti amorem, societatem, & inter se communionem.* Sed hoc dissidium nescio quomodo in verba ipsa quadrare possit. Placet dif-

*Chrysost.**47 Seneca.*

**B** *Vade ad apem, & disce.* Apis discipulum adolescentem esse iubet, nec immerit. Seneca enim, vbi plura de moribus apicula scripsit, l. de eleemosyna c. 19. sic demum absoluit. *Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores.* Aptissime dixit pudeat. Nam pudor est, homines rationis compotes à tam exiguo animalculo moribus vinci. Ad id etiam spe-

Et id, quod tradit Plato in Phædone Pythagoræo- *Plato.*

rum Metempyscosin sequutus, vbi hominum diligentia, prudentia, atque politia præstantium manes in apes abire dixit. *Æquum est (inquit) hos in tale quoddam genus iterum ciuile, miteque demigrare, vii apum, & vesparum.* Ea enim erat Pythagoræ sententia hominum animos in ea demum animantia migrare solitos, quorum mores viui retulerant: ea propter docebat, (yt authore est Lactantius) vti ab illis animantibus homines ediscerent, in quorum corpora suos animos transire vellent. Vnde fit optimos quoque homines, scilicet diligentes, prudentesque, atque Politicos apum discipulos ab eodem constitui. Sublato vero omni errore *μεταψύχειν* id ipsum docet Solomon. *Vade ad apem & disce.* Sed quid disset?

*48*

*Quomodo operaria est.* Alij legunt. *Quam ope- raria est.* Nam particula & ances est. *Quam, vel quomodo sonat.* Verum sensus non est idem. Nam si legas *quam operaria est*, vim ipsius operationis significat, accuratam scilicet diligentiam, & gnauas operas. Colligitur hoc cum ex assiduitate, cum ex diuturnitate, ac demum ex magnitudine. Assiduitas spectatur in eo, quod quandiu laborandi tempus instat, nulla est quies, mora, aut intermissione. Cecinit hoc Virg. l. 4. Greg. *Mane ruunt portis, nusquam mora.* *Virgilinus.*

**E** Et Arist. l. 9. Hist. c. 40. *Assiduus, inquit, operantur, & Aristoteles.* sine intermissione, si serenum sit. Sed absolutissime *Alianus.* *Ælian. lib. 5. cap. 12. Diligentissime, & laboriosissime operatur, nec quisquam extra hyemale tempus, aut morbum, videat apem morari.* Rursus diuturnitas in eo visitur, quod multo mane ad labore prodeuntes ad multam usque noctem laborando perdurant. Id quoque modulatus est Maro.

*Maro.*

*Ac fesse multa referunt se nocte minores Crura thymo plena. Ac post pauca.*

*Mane ruunt portis.*

**F** Demum laboris magnitudo ex oneribus, quæ le- vant, colligi potest, de quibus idem Maro.

*Sape etiam duris errando in coribus ales Attrinere, utroque animam sub fascie dedere:*

*Tantus amor florium!*

Sed tamen illud in primis apes laboris, atq; exercitij amicas esse euincit, quod scilicet fucus ignauos à suis arcent cellulis. Ita docet Aristoteles, lib. 9. de Historia Animalium, cap. 40. & Ambrosius ubi supra. Addit etiam Aristoteles. *Quin & socias otiosas, ac desides pellere, in more apibus est.* Quænam vero ex apibus desidiosæ sint, ac socordes, quænam negotiæ, & laboris patientes constituit his verbis. *Minores officiosores maioribus, penne his detraha, color niger, dorsum repandum: ille nitide,*

*Aristot.**46*

**A**renas sequemore et iofarum mulierum. Ergo cum audis à Salomone, *Vade ad apem, & disce, quam operaria est.* Ad laboris quoddam genus assiduum, diuturnum, atque magnum excitari te noueris, utque otium, atque otiosos odio habeas, hoc exemplo moneri.

**50** Quod si legamus, & disce quomodo operaria est. Non tam de laboris ipsius magnitudine, atque operarum diuturnitate, & assiduitate, quam de modo ipso operandi, nos edoceri putabimus. Et sanè cum plura sint in hoc operandi modo, ex quibus discese, & quæ in mores transferre licet: illud tamen huic loco accommodatus aptatur, quod tradit Aristotel. sup. lib. 4. de generatione animalium cap. 10. scilicet apum opificium esse mel, & ex eo ipsa vesca: ita vero parce, vt multo plus mellis conficiant, quam quod illis ad escam satis sit, ex quo fit, ut earum reliquias vindemiare liceat. Et sane nullum est animal, quod ita diligenter victimum pariat, atque iam partis vtatur parcus. Apibus enim à parcitate prima laus. Sic Maro.

*Atque apibus quanta experientia parcer.*

**51** Adde quod apes minus sobrias à loculis suis pelunt, & fures capite puniunt. Ut ibidem tradit Aristoteles. Ergo cum Salomon (hoc est meum de his duobus locis iudicium) supra exemplo formicæ ad laboris sedulitatem, & operandi soleritiam iuuenem hortatus fuisset, vt fortunas ad victu n necessarias sibi pararet, iam nunc exemplo apis suadet, vt partis sobrietate, & frugaliter vtatur, sic enim eueniet, vt & infestatis habeat, & reliquias aliis donare possit. Id autem sibi volunt illa verba, *Disce quomodo operaria est,* id est, quemadmodum cibum suum conficiat, & coquat, non autem decoquat, parce, & frugaliter de ipso sumens. Propterea subdit, *Cuius labores Reges & idiora ad sanitatem afferrunt.* Quasi dicat, idem ipsa parcit melli suo, vt propter vim, & copiam illius, Regibus, & priuatis inde suppetat.

**52** Alij legunt, *Disce quomodo argumentosa est.* Hinc transtulit Ecclesia ad laudes Sanctæ Ceciliae versiculu n illum, *Cecilia famula tua sicut apu tibi argumentosa deseruit.* Vox isthac non ad modum Latina est. Visurauit illam, atque exposuit Quintilianus lib. 5. cap. 10. Vulgo, inquit, paulo numerosius opus argumentosum dicitur, id est, quod multam materiam continet. Cæterum hic argumentosa apis id est, quod sedula, & sollicita, nisi forte velis argumentosam appellari, id est, pugnacem. Argumentari enim nonnunquam accipitur pro decertare. Et sane hæc significatio aptissime quadrat in Ceciliam, quæ argumentose, id est, pugnacissimè decertans tanquam apicula, quæ viuens vulneri immoritur suo, sic illa vicit moriens, & persequitoris gladio occumbens. Quodratque in eam illud Maronis de apibus, *Pulchram quepetunt per vulnera mortem, scilicet per sua.* Cadit etiam ea significatio in hunc locum, *Disce, nimirum, quomodo argumentosa sit,* id est, quemadmodum pugnet, ut mellificum tueatur suum, fucos, vespas, & alia id genus animalia debellans, vt ait Aristoteles ubi supra, *Hostes, quos vicerint, enecant.* Rursus totam apum exercitationem militiam appellat Ambrosius, additque bombum illi à natura tributum esse ad acuendos animos, vt militibus tubæ, *Habent, inquit, graram in rauco illo vocis murmurum, suavitatem, quam nos fractotubarum sonitulentius primum videmur imitari,* quo strepitu ad excitandos animos in vigorem nihil aptius existimatur. Spirant Ambrosij verba Maronem lib. 4. Geor. ubi sic lusit.

*Namque morantes*

*Martini ille æris rauci clamor increpat, & vox*

*Tom. I.*

**A**uditur fractos sonitus imitata tubarum.

Ut propterea merito argumentosæ, id est, pugnaces dici possint apes.

*Operationem quoque quam venerabilem facit.*

Sic Ambrosius legit, *venerabilem nimirum, id est, veneratione dignam.* Non reticendus etiam hic Virgilius, qui lib. 4. sic orsus est.

*Pratinus aerei mel in celesti a dona*

*Exequar.*

Hoc est è cælo decidua. Ros enim, & succi, & quibus compingitur mel è cælo defluunt. Plinius, *sine ille est cali sudor, sine quedam syderum salina.*

**B**Hez. venerabilem reddunt apis operationem. Sic placuit quibusdam. Ego verò aliunde venerationem petendam existimo, scilicet quia arcana, & secreta est tota. Nam quæ abdita sunt, venerari, & admirari solemus. Sunt qui vniuersam apum operationem speculari voluerunt, atque inter eos aliquis ex pellucido vitro alueum conflauit, vt totus obtutibus perius esset: sed tamen apes (quæ est illarum consuetudo) inducto bitumine aluei latera undeque oblinentes opus suum condiderunt: vt arcum omnino, & secretum esset, atque ad eum venerabile. Itaque Salomon ait, *operationem quam venerabilem facit, id est, vide, quam secreto opus molitur suu,* & inde disce opera tua minime ostetare: nam quod secretiora, eò venerabiliora erunt.

**C**Diuis Hieronymus legit, *Et opus suum castum Hieronymus faciat, id est, mundum: castum enim pro mundo, Psalm. 11.* & puro sepe accipi solet. Psalm. II. *Elogia domini num. 7. eloquia casta argentum igni examinatum.* Sunt enim permundæ apes. Nil certius Aristotel. 6. historiæ Aristot. cap. 4. *Est, inquit, apis animal omnium mundissimum.* Id verò inde colligit, quia alii purgamenta

**D**longe ab alueo pellit. Consentit Plinius lib. II. cap. 6. Didimus autem sic haber, *Est hoc animal per excellentiam purum, nulli rei grauiter olenti atque immundæ insidens.* Chrysostomus in Epistolam ad Ephesios homilia 15. *In vas, & vestimentum immundum nunquam se demiserit genus apum.* Mitto alia, quæ de apum munditia authores pronuntiant:

atque addo eo fortasse nomine avaritiam prohibeti à Salomone. Nam (vt alijs dixi) avarorum propriæ sordes sunt, propterea avaros sordidos appellant ubique authores, & eorum parcitatem sordes dicunt. Vel apum munditiae ideò meminit, vt qui

**E**ab apibus disceret labore, & sedulam curam parandis opus nauare, ab eisdem munditiem traheret, vt se ab omni prorsus labore purum præster. Absint scilicet rapinx, fraudes, scenora, visus, & alia huiusmodi, quæ opū conquisitores inquinant. Unde contractus, à quibus absunt fraudes, & doli, vulgo dicimus *Contractos, & tratos limpios.*

Veruntamen hæc verba, *Et opus suum castum faciat;* licet ad pudicitiam apum referre, quam commendant omnes, quotquot eam in histotiam scripserunt. Aristoteles ubi supra, & lib. 5. cap. 22. &

**F**de generatione animalium supra scripto etiam loco Ambros. Plinius, Elianus, & alij. Sed audiendus Ambrosius, Hexamer. lib. 5. Hexamer. cap. 21. *Communis omnibus generatio, integritas quoque virginalis communis omnibus, communis & partus.* Quoniam neque ulla concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus quantiunt doloribus, & subito maximum filiorum examen emittunt, ex folijs, ex herbis, ore suo prolem suam legentes. Spirat ubique Ambros. Maronem, qui hac de re ita venustè lusit.

*Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,*

*Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnissi*

*In uenerem soluunt, aut fetus nixibus edunt.*

*Verum ipse folijs natos, & suauibus herbis*

*Ore legunt.*

**Ambros.** Rursus Ambrosius lib. 1. de Virginibus exemplo apis suaderet illis pudicitiam, & castos mores. *Digna,* inquit, *virginitas, que apibus comparetur, sic laboriosa, sic pudica, sic continens.* Rore pascitur apis, nescit concubitus, mella componit. Et breui intervallo, *Parus virginis fætus laborum expers amaritudinus, quam te velim filia imit atricem eius apicula, cui cibua flos est, ore soboles legitur, ore componitur.* Lege ibi plura in hanc sententiam. Sed audiendus de eadem re diuus Augustinus, si vere ipsius est benedictio cerei paschalis, à qua ne longior esset, adempta sunt pauca verba, quæ in antiquis liturgiis, & in Gottico præsertim Missali sic habentur, *O vere beata, & mirabilis apis, cuius nec sexum masculi violant, fœtus non quassant, nec filij destruunt castitatem sicut sancta concepit virgo Maria, virgo peperit, & virgo permanest.* Et lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 27. *Quædam, inquit, sunt animantia, in quibus nihil maris, nec fænum, sicut apes.* Accedit Diuus Aldhelmus Saxonum Episcopus, Epistola de laudibus Virgin. cap. 2. *Apes, inquit, propter peculiaria castimoniam priuilegium pudicissime virginis typum, & Ecclesiæ portendere speciem indubitate scripturarum authoritate affipulumur: quæ florent saltuum cœpites ineffabili præda depopulans, dulcia natorum pignora nesciens conugij illecebrofa consortia fœtoſa quadam suauissimiſuco de balsami cocretione producit.* Hæc Aldhelmus. Illud etiam ad apum castimoniam spectat, quod tradit Columella lib. 9. cap. 5. vbi sic addit, *Maxime cauendum est curatori, qui apes nutrit, ut pridie castus sit à rebus venereus.* Et Aelianus lib. 5. cap. ii. *A complexu venereo recentem agnoscunt, atque illum, sicut hostem insequuntur.* Item author Georg. *Inuadunt fæminas maxime eas, que rei venereas dederunt operam.* Itaque apes non solum obseruant, adamant, & colunt pudicitiam: sed etiam turpidinem, & obsecnam luxuriam oderunt. At, inquires, quorsum hic Salomon de castitate apis, cum ait, *& castum opus eius?* Non est admodum facile rationem afferre. Tamen si sensus iste placuit (michi enim prior arridet magis) hæc cum superioribus nectenda sunt, ad hunc modum.

**Columel.** 57 *Vtique Salomon, vt ex præmissis liquet, suaderet iuueni non cuiuslibet, sed ei, qui nuptias iam copulauit, vt protuenda vita, atque alenda familia rei suæ augendæ diligentem, & acuratam nauet operam.* Nostri quid tendam? Cum dixisset, *Vade ad apem, & disce quomodo operaria est.* Statim addit. *Et castum opus eius.* Quasi dicat, *Et tamen castum opus eius.* Hoc est operosa, & negotiosa est apis: cum tamen ipsa filios non generet, aut enitatur, quos tueri, atque alere debeat. Nam licet eos ex herbis legat, quia tamen non gignit, non ita ad ipsum pertinet eos educare, ac fouere. Quanto potiori iure illi laborandum est, qui filios procreavit, vt ipsos nutriat. Addit vero tam sedulum esse apum negotium, & opus, vt non tantum sibi, & suis parent necessaria, sed etiam alienis erogent, *Cuius labore Reges, & idiotæ ad sanitatem utuntur.* Adde etiam ad tuendam rem familiaris, castitatem apposite admodum suaderi, quia impuri, & lascivii fere sunt decocteres, & patrimonia dilapidant sua.

**Maro.** Rursus alij conuertunt, *Operationem quoque, quam seriam facit, id est, non iocose, & per lusum, sed seriò, ac sedulò laborant.* Crabrones, muscas, cynophyes, & alia eiusmodi sèpè videoas cælo aperto ludere, & choreas agere, apes non ita, sed semper intentas operi, quod si aliquando eo modo otiantes ludunt, tanquam degeneres eas taxauit Maro vbi supra.

*At cum incerta volant, cæloque examina ludunt Cötenuisque fauos, & frigida testa relinquunt,*

**A** *Instabiles animos ludo prohibetis inani.* Eiusmodi ludos, & choreas ignavis fucis dat Aristoteles: non tantum apibus, manent, inquit, fuci magna temporis parte intus, cumque exercent, efferrunt se fusim in sublime, gyroque volitant: & quasi exercitum faciunt, quod ubi satis iam fecerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur. Ergo Salomon, vt iuuenem ad laborandum strenue componat, iubet, vt consideret, quam seriam operationem apis exerceat, non ludicram, & iocosam.

**B** *Posset etiam quis dicere apud operationem operum, id est, seriam appellari propter politiam, & ciuilis mores, quibus præditæ sunt: nam Regem habent, penes quem ius alue totum est, quem collunt, & obseruant ad nutum, & more optimè administratæ reipublicæ munera, & functiones inter se distribuunt.* *Totatissimum est hoc apud historiæ naturalis autographos, Aristotelem, Pliniū, & Aelianum, Columellam locis citatis.* Meminit Basilicus. *Ambros. in Hex. lib. 5. cap. 21. longa oratione, Basil. Cyprian. item de Dei opificio hom. 3. & in procem. in Ethic. Aldhel. & orat in S. Gordium Martyrem. Diuus Cyprianus seneca. Epist 69. Aldhelm. Saxon. Epis. in ea Epist. de ludiibus Virginitatis, cap. 7. Seneca de Clem. lib. 1. cap. 16. Plato de Republica. Plutarchus in Politicis, vbi omnes de Principum creatione, & moribus exemplo Regis apicularum latè disputant præter unum Aldhelnum, qui hoc exemplum transfert ad monasteria. Et quidem tam seria est, atque graui ista apum politia, vt ab his viuuersam suæ reipublicæ conformatiōnem se didicisse, vel ipsi fateantur Plato, & Plutarchus. Sed tamen si vera esset hæc interpretatione, quorsum Salomon hic de seria, & graui apum politia, & republica? Sane cum in superiori exemplo, formicas induxit sine duce, sine præceptore, ac principe strenue laborantes, sic enim ait, *Que cum non habeant ducem, neque præceptorem, nec principem: appositè subdit exemplum apum, quæ sub uno Principe, ac Imperatore se exercent, vt tam liberi, quam subditi laborare, & operari discederent.* Vide autem, quantum interit inter eos, qui duce parent, ac præceptore, atque eos, qui sub duce degunt. (Accipe sententiam pīj Dītoris de differentia religiosorum, ac secularium.) Formicæ sane duce, ac superiore parentea ea tantum congregant, quæ sibit tantummodo satis sunt. At vero apes sub Rege ac Principe, & sibi opportuna conflant, & aliis: nam reliquias suas Regibus, ac priuatis ad sanitatem donant. Non aliter de liberis, ac subditis dixerim, de secularibus, inquam, & religiosis: secularis enim liber, ac sui iuris quamlibet pius, ac diligens vix sibi saluando sufficit: at religiosum sub præposito, ac superiore ad suam, & aliorum plurimorum salutem curandam satis esse docet experientia. Pergo ad alia. Extrema lectio est Tigurina, quæ sic habet, *Operationem, quam venustam facit.* Quid venustius, aut pulchrioris fauo affabre conformato? Defauit structura eleganti multi eleganter. Sed elegantissime Georgius Pysidas in Carinide mundi opificio, tomo 8. Biblioth. Patrum.*

*Quis mellis opifici liquentius optimè Geometriam exercere suavit, ac domos, Testis tribus sexangulares condere: Fistulas non lineis dirigere Rectis, ac obliqua via flexo ordine, Ne forte labantur pedes usquam infimi Ex sarcinis superis quibus pondus gravans est: Sed paribus ut spatij locati limites sint fornicatarum adium stabilimina Quocella sit formata rectis arcibus Et nectaris nil dulcis excedat foras. Geometriam tractans vide Euclide hoc opus,*

Georgius  
Pysidas.

Nullam at figuram linearum detrahas,  
Ne aculeus magistra apis doctissime

**Ambros.** Tepungat, addiscas ut inuitus licet. Hec ille. Sūcedat Ambros. vbi supra, Quæ castra quadrata pos-  
sunt habere tantum arcu, quantum habent orates fano-  
rum, & quibus minutæ, ac rotunda cellulæ connexione  
sunt in sicem fulciuntur. Quis enim architectus eas do-  
cuit hexaconica illa indiscreta laterum equalitate co-  
ponere, ac tenues inter domorum septa ceras suspendere,  
stipare mella & intexta floribus ne etare quodammodo  
distendere? Sexangularis huius forma meruit etia

**Nazianz.** Greg. Nazian. orat. 34. Vnde apibus tantus laboris,  
atque industria amor, ut fauoris construant, & sexan-  
gularum fistularum sibiique inuicem ex aduersore spō-  
dentium adiumento contineant, & per intermedium  
parietem, atque angulum rectis lateribus alternatum  
innoxia domicilium suum fulciant: id quæ tam caligi-  
nosi aluearibus, obscurisque figmentis. Basil. vbi sup.

**Basilius.** Disce interim quanum obtineant geometricæ inuentio-  
nes, vel ea quæ parerga sunt sapientissime huīus apicu-  
læ. Fauorum enim fistula cera compacta senis angulis,  
equalibus vñ lateribus prædictæ sunt. Nec in directum  
super alias aliæ iacent, ne fundi vacuis interuallis ac-

commodati defigentur, sed sexangularū inferiorum  
anguli sedes inferiorum, fundamentaque sunt, ut tuco  
eleuent, ac sustineant pōderā, &c. Mitto Arist. & alios  
historiæ naturalis authores, qui plura etiā de hac re;  
sacris cōtentus. Sed quorūm, inquies, hoc opificiū,  
seu artificium, in quo fauorum venustas spectatur,  
obseruare iubet Salomon? Præsto est mihi ad red-  
dendam huius rei rationem Plutarchus in Politicis,

qui vt iudeat omnes ciues artem aliquam ad victū  
parandum addiscere oportere, ne sint inertes, (iners  
enim dicitur, quasi sine arte, nam qui artem aliquā  
non callet, hic desidit, ac socordiæ se dedere solet)  
adhibet apum exemplū, quarum nulla iners, id est,  
sine arte est. *Aliæ enim, inquit, ceras fluere, aliæ mel  
coquere, aliæ fauos polire, aliæ fores libare, aliæ deni-  
que aquare ab initio discunt.* Apte ergo Salomon, vt  
ab inertia caueat homo, addit, Operationem quoque  
quam venustam facit, supple vide, aut contemplare,  
vti elegansissimum illud opificium, seu artificium  
intuens, tu quoque nobilem aliquam artem addis-  
cere contendas, vt non sis iners, id est, sine arte, des-  
idit, atque socordiæ omnino deditus. Vfus est hoc  
exemplo Basili. hom de diuitiis, & paupertate, allu-  
dens planè ad hunc locum, Apes, inquit, proprij ali-  
menis reliquias regibus impartiuntur, quibus tamen  
neque manus, neque artes natura attribuit: tu vero  
sagax illud animal homo ex tantu artibus unam in-  
uenire nequibus, qua vitam tueri posu.

Cuius labores Reges, & idota ad sanitatem affe-  
runt, copiosum mellis prouentum significant ista  
verba. Quasi dicat, apes assiduo labore id assequū-  
tur, vt mel, quod ab earum pastu reliquum est, non  
Regum tantum, atque Principum, sed priuatorum  
etiam hominum vīibus satis sit. Eximiam quandam  
affluentiam significant ista verba, quæ ad religioso-  
rum mores conuertens prius ille Doctor, de quo  
supra, ita docet ab exemplo apum longe abhorre  
monachos Principum, atque procerum admirato-  
res, qui hī tantum prodesse volētes, priuatos atque  
mediocres homines despiciunt, & de illorum salu-  
te nullam habent rationem. Dixit autem ad sanitati-  
tem, quia mel sobrie hastum in primis salubre est  
testimonio medicorum sicut le principis Hipocratis,  
& Galeni, est enim illi vis condendi quodammodo,  
& à corruptione vendicandi corpora. Et qui-  
dem ob medicam illius facultatem crediderim à  
Marone dictum.

Protinus aërij mellis celestiā dona.

Suadent hoc Piñi signata verba lib. II. cap. 14. solis  
Tom. I.

**Plinius.** A radiis medicamenta, non mella gignuntur oculis, vlo-  
ribus, internisque visceribus dona celestia. Sensus  
enim verborum est, sole ad nos concedente vere  
primo mella gignuntur, quæ potius medicamenta  
dici, quam mella deberent, utpote quæ tot morbis  
succurrant, ac propterea celestium donorū nomen  
ferunt. De his verbis aliquid etiam supra dedimus.

Appetibilis est autem omnibus, & clara, supple  
apis. Appetibilis, inquam, id est, amabilis omni-  
bus. Et sane quosdam tantus amor cepit apum, vt  
longam vitam in his tractandis, atque colendis tri-  
uerint. Plin. lib. II. cap. 9. de amatoribus apum inf-

cripsit, duosque enumerat, Aristomachum Solen-  
sem, qui duo de sexaginta annis nihil aliud egit, nisi  
apes colere, & Philescion Thasium, qui etiam in  
eisdem tractandis posuit. Aristot. vbi supra modo  
gratas, modo amabiles apes vocat. Nec amabilis  
tantum est apis, sed clara etiam, gloria & illustris.  
**August.** Degloria apum Augustinus in benedictione cerei.  
**Chrysost.** Chrys. etiam in Psal. 50. contulit apis claritatem  
cum pauonis gloria, atque abi palmam dedit, Quid,  
inquit, abiectus ape? Et quid pauone pulchrius? Ut  
autem præstantior, apis ne, an pano? Non dubium quis  
apis. Pauonem de medio tolle, nihil detrimenti artule-  
ris, apem de medio tolle, & ingens virilitas adempta  
erit. Agnosce autem Salomonis mentem: ne quis  
inertia, vt tueatur suam, fortasse obtendat non  
esse ingenuum, atque decorum artifacia ad victimum  
parandum exercere, & manibus propriis laborare:  
vt occurrat huic excusationi, addit apem, quam  
adeò laboriosam esse dixerat, reliqua fere animan-  
tia gloria, & splendore superare. Quasi dicat, artem  
aliquam, vel opificiū exercere ad victimum quæren-  
dum, ne quis indecorum putet, cum apis, quæ nul-  
lum gloriosius, aut clarius animal, artifex sit, atque  
opifex præstantissimæ rei, id est, mellificij. Ne quis  
vero existimat gloriam animantium, & genero-  
sos mores robore metiri oportere, addit.

**Plinius.** Cum sit robore infirma sapientiam honorans eucta  
est. Quasi dicat; Animantis alicuius generositas,  
& nobilitas non in robore sita est, sed in sapientia, &  
prudentia: id est apis quantumvis exigua, & imbe-  
cillis viribus, quia tamen sapientiam honorauit, id  
est, quia sapientia, atque prudentia reliqua animan-  
tia facile superat: ideo ad illud fastigium gloriæ, id  
honoris eucta est, vt nobilitate, & ingenuis mori-  
bus, ceteris quoque præstet. Et sane illud sapien-  
tiam honorans fortasse dictum fuit per metathesim,  
id est, honorata ipsa sua ipsius sapientia. Quod  
non insolens est sacris literis. Eius generis est illud  
viciſſitudinis obumbratio, & alia eiusmodi. Hec ve-  
ro Salomon de industria, & ad rem dixit. Solent  
enim quidam vitium imbecillitatem causari, ne la-  
borent: propterea, inquit, apem infirmam robore,  
& viribus imbecille, nihilominus strenue agere,  
& quidquid virium deest, prudentia, arte, & animo-  
ritate compensare: ita vt laus illius maxima, non à  
robore, sed à prudentia ducatur. Pari ergo ratione  
ille, qui viribus, & robore parum potest, prudentia,  
& arte compensare potest, quantum vires non pos-  
sunt, & dignior tunc erit laude, quia viribus parum  
pollens, prudentia, & sapientia meliora, ac potiora  
præstitit, quam hi, quorum lacerti, atque latera  
robusta sunt, Cum sit robore infirma. Non inficior:  
caret quidem viribus, sed animosa est. Augustinus  
in benedictione cerei, Apis, inquit, ceteris, quæ sub-  
iecta sunt homini, animantibus antecellit, quia cum  
sit minima corporis paruitate, ingentes animos angusto  
versat in pectore. Sumpsit hoc ex Marone.

\* Ingentes animos angusto in pectore versant.  
Itaque quod deest viribus, non tantum ingenio, &  
arte, sed etiam animositate compensat apis. Discat  
Q. II

Maro.  
65

ergo is, qui viribus diffidit suis: plus enim ad suscipiendos labores animi faciunt, quam vires, ac robora.

*Ambros.* Sapientiam honorans euecta est. D. Ambros. dimisit hæc verba, & sensum retinuit, *Valida est vigore sapientiae, & amore virtutis.* D. August. vbi supra, *Imbecilla,* inquit, *robore, sed fortia ingenio.* De sapientia apum, quid multa? Audi Maronem.

*Hic equidem signis, atque hac exempla sequuntur.  
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus  
Æthereos dixeré.*

*Aristot.* Sumpsit fortasse hoc ex Aristotele lib. 3. de generatione animal. cap. 10. vbi de crabronibus sic ait, *Nihil enim habent diuinitatis, ut habent apes.* Ait etiam Aristoteles de apis prudentia lib. 2. de part. cap. 2. Ac ne longior sim, persequi minime liberes, in quibus hæc apum sapientia elucet, sunt enim obvia.

*IX. Visquequo piger dormies? quando consurges de somno tuo?*

*X. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum confieres manus tuas, ut dormias.*

*66 V*squequo piger dormies? &c. Hebraicè, *Visquequo piger iacebis?* consonant Septuaginta; tamen Aquila, Symmach. & Theod. legunt, *dormies,* vt vulgata, imò & Chalda. Extrema autem verba, *Quando consurges de somno tuo?* Septuaginta, sic convertunt, *quando excitaberis eodem sensu.* Sed tamen Symmachus, Aquila, Theod. Chalda. & Hebrai. ad verbum.

*67 D*Paululum dormies, &c. Hebr. ad verbum *parum somnorum, parum dormitionum, parum complicatio-* nis manus, ut dormiat. Septuag. *Paululum qui-* dem dormit, *paululum autem sedes, parum autem dor-* mitas, *parum autem amplecteris manibus pectora.*

Verba ista spiritualem ad sensum vocant Hugo, Dionys. & alij interpretes. Literalis sensus est de socordia, atque inertia, cui somnolentia semper comes hæret. Itaque ait, *Visquequo piger dormies?* &c. id est, satis iam pigritia datum est, excitare tandem, expurgiscere, & ad laborem capessendum te compara.

*68 E*Ceterum. *P*aululum dormies, paululum dormitabis, &c. Caietani iudicium de voce illa *paululum,* fuit eiusmodi, paruitatem estimari secundum ipsius pigri opinionem sese excusantis, & pigritiā suam tuētis: *Pau-*lulum, inquā, *dormies,* &c. id est, tunc cum dixeris te parū somni capere, imò non dormire omnino, sed paululum dormitare, imò nec dormitū ire, sed paululum manus cōsertas instar dormientis habere, tunc, inquā, inuaderet te egestas, &c. Rodolph. autē docet *P*aululū dici à Salomone exhortatoriè, quasi dicat, satis sit paululū dormisse, quod si dicas te non dormisse, sed dormitasse, paululum id etiam satis, fini asseras te nec dormitasle quidem, sed conseruisse parumper manus ad dormiendum, id quoque fat superque. Hæc ille subobscurè.

Mea vero sententia fert vocem illam *paululum* referandam esse ad subiecta verba hoc modo, *Pau-*lulum dormies, paululum dormitabis, &c. quasi dicat, nec dum dormire parum licebit tibi: multum est dormire, nec dum dormitare integrum erit: id quoque plurimum; nec dum sane manus ad dormien-*dum* conserere & quum erit tibi, *Quando veniet tibi* quasi viator egestas, & pauperies tanquam vir armatus. Expendo singula.

*69 F*Paululum dormies, &c. Somno sopitus graui,

*A*Septuaginta interponunt, *paululum ante sedebis;* quæ verba non respondent originibus Hebraicis, tamen bonum sensum reddunt: complectitur enim lectio illa omnem pigritiæ partem: iners enim, & socors aut iacet dormiens, aut sedet ignauus, & deses, *Paululum dormitabis.* Vide uti decrescat oratio accommodatissime ad sententiam, *paululum confieres manus, ut dormias.* Hugo sic spiritualiter expendit sinistram dextræ conferere, qui bonum opus sinistra intentione facit. Hebrei non satis pudice interpretantur, *paululum,* inquiunt, *manus confieres,* cum uxore scilicet, ut inter eius amplexus dormias. Melius exponitur de habitu dormire voluntis: solent enim, qui somnum expectant, manus & brachia innodare supra pectus. Id sibi vult translatio Septuaginta, *Paululum amplecteris manibus pectora.*

*Hugo.*

*XI. Et veniet tibi quasi viator egestas: & paupertas,  
quasi vir armatus.*

*C*EVENIET TIBI QUASI VIATOR EGESTAS. Hebraicè, Et eveniet quasi viator egestas tua (eodem sensu.) Septuaginta, Deinde supersueniet tanquam malus viator paupertas. Chaldaeus, Et veniet, & incedet egestas tua.

*70*

*E*t paupertas tanquam vir armatus. Hebraicè, tanquam vir clypei. Sic transfluit Symmachus. Septuaginta, tanquam bonus cursor. Chalda. sicut vir rectus. Theod. Sicut vir hastifer.

Rodolphus interpretationem peculiarem huius loci commentus est: cum enim præmisisset verba illa, *P*aululum dormies, *paululum dormitabis*, exhortatoria esse, ac tantundem valere, ac si dieat; Non li multum dormire, nec multum dormitare: nam modico somno opus est, & modica dormitione. Hæc verba sic exponit, *Et veniet tibi, quasi viator egestas, & paupertas quasi vir armatus,* id est. Si ita sobrie somnum ceperis, egestas certè obiter perte transiet tanquam viator, vel te potius pertransiet longe à te excurrens, & velut vir armatus, id est, miles aliquis, qui in decursu hospitatur, & paulo postabit. Hæc ille. Quæ interpretatio non modicam vim affert verbis ipsis, & cum sequentibus difficilius ne citetur.

*Rodolph.*

*E*Secunda ergo expositio Bedæ, Hugonis, Lyre, Caietani est ad hunc modū, *Veniet tibi quasi viator egestas.* Hoc est: Nec dum dormies, aut manus ad dormendum confieres, cum velocissimi instar viatoris, seu cursoris aderit tibi subito penuria, & indigentia, *Et paupertas sicut vir armatus,* id est, inuaderet te tanto impetu, ut illius declinare iustum, & ab ipsa te defendere haud possis. Non displicet.

Cæterum, ut dicam quod sentio, alia est huius loci germanior interpretatio. Ego nomine viatoris, non merum viatorem, sed prædonem intelligo vias obsidentem, & in viatores subito latebris insilientem.

*F*Suadet hoc vox originalis, מַהְלֵךְ מַהְלֵךְ à Mercer. verbo הַלָּח. Quod (vt obseruat Mercerus) Psal. 72. nonnunquam significat grassari, quod est prædonum. 7. num, Psal. 72. Et lingua eorum transiit; vel ambulauit in terra, id est, grassata est, & Deuter. 32. Ambulabat ignis super terrā, omnia videlicet depopulans. Eo sensu accepérūt hic Septuaginta, qui vt vim vocis huius exprimeret, sic conuerterūt, *Et supersueniet quasi malus viator paupertas,* id est, subito insiliens instar eius, qui vias obsidet. Hunc enim viatorem malum appellant. His positis sensus euadit luculentus, *Et veniet tibi, quasi viator egestas,* id est, egestas more latronis è latebris erumpentis re inuaderet, atque, (vt latronum mos fert) bonis omnibus spoliabit te,

*71*

*72*

*73*

**A** Et paupertas tanquam vir armatus. Possunt hæc verba ad eundem sensum reuocari, ita ut vir armatus prædonem significet, solent enim hi obarmati viatores aggredi. Vel si maius, per virum armatum militem intellige, qui ut hostem prostravit, spolia diripit, & quidquid ille pretiosum gerit, auferit. Vtraque autem est venustra, & accommodata similitudo paupertatis ingruentis. Similem quoque sententiam claudit Chaldaica lectio, quæ habet, *Et paupertas tanquam vir rectus.* Id est, tanquam iudex aliquis rigidus, qui rerum omnium ac bonorum suorum spoliatione reum mulctat, atque fortunas illius proscriptit. Quid enim paupertati similius? Sed quid quod Septuaginta, postquam dixerunt, *Superueniet tibi egestas, tanquam viator malus,* subiiciunt ad hunc modum, & paupertas tanquam cursor bonis? Ego sanè ita interpretarer, ut prior sententia pars effetus paupertatis ingruentis significet, quæ non aliter spoliat, ac diripit hominis bona, quam viarum malus obsecror (ut supra exposui) posterior vero eiusdem velocem aduentum notet: ideo comparatur cursori bono, id est, ei, qui bonum aliquod asportat nuntium, is enim velocissimè contendere solet, ne quis præcurrans boni nuncij præmia referat. Itaque paupertas velocitate cursorum bonum, id est, boni nuncij portitorem sauitia verò sua malum cursorum, id est prædonem imitatur. Aliam tamen huius loci germanam magis expositionem lege in fine sequentis versus.

Sed ex pendenda adhuc est lectio originalis, quæ, si verbum ex verbo exprimas, sic effertur. *Et paupertas sicut vir scutum.* Vulgatus vir scutum, obarmatum virum interpretatus est. Chaldaeus iudicem rigidum exposuit. Rationem huius interpretationis sic habeto. Quia (ut obseruauit Pagninus in thesauro) maiores populi magistratus, & iudices sepius in scripturis מגן Magenin, id est, scuta appellantur, quia eorum est populos tueri, & scutorum in morem protegere. Psalm. 45. *Quoniam dij fortes terræ vehementer elevati sunt.* Hebraicè: *Dij scuta terræ.* Id est, iudices, quorum est scutorum instar populo in munimentum esse. Ob eam causam Chaldaeus, virum scutum, magistratum, & rectum iudicem interpretatus est. Septuaginta verò bonum cursorum, conuerterunt legatum fortunatum aliquid nunciantem. Rationem etiam huius translationis subodorari mihi videor, quia olim legati clypeos deferre solebant aureos, vel argenteos, ut his, ad quos legationem suscepserant, donarent. Vide censuram nostri Serarij, in cap. 15, lib. 2. Machab. vbi describitur legatio Iudeorum ad Romanos, & clypeiaurei mentio occurrit, quem Iudei Romanis detulerunt. Vel certè, quia olim legatorum proprium insigne erat clypeus reliquis armis omisissis, ut passim obseruant, qui de antiqua legatione scribunt. Qui mos ad nostra usque tempora peruenit: nam horum, quos vulgus armorum Reges appellant *Reyes de armas*, propria nota clypeus est, quoru nulla alia functio est in bello, quæ legationes agere & bella denuntiare. Respondetque antiquis Fecialibus.

Caterèm si in nostra sistamus lectione illam deinde aliud ad sensum vocare licet, hoc modo. *Veniet tibi quasi viator egestas.* Id est, tanquam prædo aliquis sauvissimus: quasi dicat: Vbi primum inertiae, atque desidia locum feceris pauperies statim tecum aderit, pauperies inquam mala prædoris instar, id est, quæ te ad prædas agendas, & vias obsidendas permoueat, ut viatum inde quæras. Ea enim est conditio mala paupertatis, ut ad furtam improbos impellat. Aristotel. probl. sect. 29. c. 4. sic inquirit. *Cur paupertas apud homines bonos potius,*

*Tom. I.*

**A** quam apud prauos esse solet? Occurrit verò sic quod spectat ad prauos. Nam si ad prauos venerit, nunquam illos fortuna ista contentos, sed vel farta, vel latrocinita adituros punit. Et Tullius ad Heren. Cicero. Omnes, qui in paupertate sunt, malum maleficium, quam officio sibi parare dicitur. Hinc Maro.

*Et male suadas ames, & turpis egestas.*

Virgil.

Maleficiam enim appellat, id est, ad flagitia impellentem. Quid plura? *Et paupertas tanquam vir armatus,* sensus idem, ut supra præmonui. Perigo ad alia.

**B**

*XII. Si verò impiger fueris, veniet, ut fons messis tua: & paupertas longè fugiet à te.*

**V** Erba hæc absunt ab Hebraicis originibus, sed accepta videntur ex translatione Septuaginta: quamvis enim in exemplaribus Complutensi, & Regio hæc etiam desiderentur: sunt tamen in plurimis que aliis codicibus, & nunc demum leguntur in Vaticanis, sed paulo aliter hoc modo. *Si verò impiger fueris, veniet tanquam fons messis tua: egestas autem tanquam malus cursor aufugiet.*

Sententia huius loci est admodum perspicua, & superiori contraria. *Si verò impiger fueris.* Si videbilet deposita pigritia sedulo laboraueris, veniet ut fons messis tua. Hoc est, affuet tibi magna facultatum copia, & vbertas fontis instar perennis, quæ nūquam exhausti possit. Elegans comparatio fontis, & veritatis, &c.

*Et paupertas longè fugiet à te.* Pauperies enim quemadmodum ad pigros & desides oxyus accurrit, sic etiam ab impigris & sollicitis oxyus excurrat.

**D** Septuaginta habent: *Tanquam malus cursor aufugiet.* Hoc est, ad eum aufugiet modum, quo solet is, qui scelus aliquod perpetrat. Ut enim sibi, fatuti, & vitæ suæ consultat, celerius se proripit, longius abscedit, fines, patrimoniū relinquit: neque enim aliter paupertas ab impigro, atque sollicito homine discedit longius. Et sanè est mens vulgata nostræ, quæ ait absolute: *Longè fugiet à te* Quod per similitudinem exprimendum est: id est, sic fugiet, quemadmodum hi, qui longissimè fugere solent. Nulli autem sunt, qui longius fugiendo excurvant, quæm qui flagitia admiserunt capitalia, hic enim, ut tuti sint, in eas se recipiunt plagas: vbi nulli noti sint. Hæc prior interpretatio non displiceret, sed tamen subiicio aliam, quæ magis arridet, & hunc modum.

**E** *Et paupertas sicut malus cursor aufugiet.* Nomine cursoris mali militem intelligo ex hostibus, qui ut castra aduersariorum exploret, celerius excurrevit, atque obit vicinas regiones, qui vbi detestatus est, fugit oxyus ad suos, itaque malus cursor dicitur insidiator, aut dulosus. Sapientia enim vox Graeca κάκος, eo sensu prædicta est. Et quidem Hispani

**F** Exploratores vulgo vocamus, *Los corredores del campo.* Vel certè quod accommodatus, *malus cursor,* quilibet in vniuersum hostis in fugam actus appellatur, qui malus cursor dicitur, id est, infamis, vel timidus, qui aduersarium sustinere non valens, fugam capessit. Et quidem hæc significatio cadit etiam in vōcem illam κάκος, quæ timidum etiam, & infamem significare solet, ut obseruat Pollux in suo Lexico. Itaque sensus est: *Et paupertas, sicut malus cursor aufugiet.* Id est, tunc cum impigre egeris, sicut infamis aliquis, ac timidus miles aduersarium robustum, ac validum fugit, sic paupertas à te excurreret longius. Hæc verò interpretatio suadet, ad superiora verba ut redeam, & extremam illam partem lectionis. Septuaginta. *Et paupertas*

Pollux.

*Q. iii*

74

75  
Psalms. 45.  
num. 10.

Serarius.

76

Aristot.

77

78

79

80

**A**sperguntur. **B**onum cursorum, ad trutinam vocem. At enim sacerdotem, & ignauum hominem à paupertate, tanquam à bono cursore inuadendum, ubi per bonum cursorum ad irruendum validum, & robustum militem, iam nunc meliora sapiens accipendum esse censeo: ita ut sensu nihil differat à nostra vulgata lectione, quæ sic habet: *Et paupertas, sicut vir armatus*: sic enim vtraque pars optimè sibi responderet: ait enim Salomon, si pigritia, socordia solitus iacueris, paupertas robusti, & audaciis instar militis in te, insultabit, & spolia auferet. Sin verò impigrè & sollicitè laboraueris, eadem paupertas timidi & ignavi instar hostis terga vertet, & ocyus aufigiet. Ita enim fert ignauorum hominum ingenium, ut fortis sint contra imbelles: infirmi autem aduersus fortis. Eiusmodi paupertas existimatur miles, videlicet ignavus, socordi quidem insultans: sollicitum vero, & industrium fugiens, ac declinans. Et sanguine vox illa cursor, de quaq[ue] militem leuem, vel leuis atmatu[m] ad significare videtur. Subdit:

**XII. Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso.**

**XIII. Annuit oculo, terit pede, dico loquitur.**

**XIV. Prauo corde cogitat malum: & omni tempore iurgia seminat.**

**H**omo Apostata. Hebraicè, *Homo Beliiagal* (vulgo) *belial*. De cuius vocis significatione non eadem omnium mens. Quidam enim **כָּל** dictum existimant ab **כָּל**, id est, non: particula negante, & **לְ**, *taghal*. Id est, ascendet, à verbo, **לָלָה**, quasi dicat, non ascendens, hoc est, non quam proficiens, nusquam prospera vtens fortuna. Sic plerique ex Hebreis. Secundò, alij non ad *ghalah*, sed ad **לְ** *taghal* reuocant, quod significat prodest, id est, qui non prodest, inutilis scilicet, atque nullius frugis vir. Et quidem hanc etymologiam suadere videntur hoc in loco verba sequentia, *homo belial, vir inutilis*. Tertiò. Diuus Hieronymus retulit ad vocem **רַבֵּגֶל**, quæ iugum sonat, & cum **כָּל** particula negante significat, *absente ingo*. Id est, vir iugi, & subiectio[n]is expers. Sic interpretatus est Iudicum 19. & 4. Regum 12. 4. Reg. 12. & s[ecundu]m alibi: & quidem in hoc loco Septuaginta sic habent, *Vir inspiens*, Chaldaeus. *Homo calumniator*.

**B**ernard. Bernardus de gradibus humilitatis, *Vir peruersus*. Sed cur Hieronymus apostata conuerterit, deinde dicemus, cui etiam non insolens est *Beli[i]aghah*, diabolum restituere. Psalm. 17. *Et torrentes iniquitatis tenuerunt me*. Hebraicè: *Torrentes Beliiaghah*. Hieronymus habet: *Torrentes diaboli*. Et 1. Regum 21. *Et venerunt duo viri filii diaboli*. Hebraicè, *filii Beliiaghah*. Rursum Nahum 1. vers. 11. Hebraicè habetur. *Confiliarii Beliiaghah*. Hieronymus autem reddit, *Confiliarii mente pererrantes prævaricationem*.

**S**eptuaginta. *Vir inutilis*. Septuaginta, *vir iniquus*. Consonat Chaldaeus. Tigurina, *vir vanus*. Hebraicè, **וְאֵן** *is auen*. Id est, *vir vanitatis, mendacij, aut idololatrie*. Sumitur etiam aliquando *auen*, pro molestia, labore, & exrumma, graditur ore peruerso. Septuaginta: *Ambulat peruersitate oris*. Symmachus, *in peruersitatibus oris*.

**A**nnuit oculo. Septuaginta, *Innuit*. Aquila, & Theodotion, *Carpit oculo*, *Terit pede*. Septuaginta,

**A**ta, *Significat autem pede*. Aquila concinit cum nostro vulgato.

**T**erens pede. Symmachus, *proterens pede*. Tigurina: *In decoro pedes suos succutit*.

**D**igitu[m] loquitur. Septuaginta, *Docet autem nutibus digitorum*, sic habet correctior textus, at Complut. *Docet autem nutibus digitorum*, id est, nutus digito etformando. Symmachus *digitis demonstrans*. Schol. *docet autem digitis suis*. Tigurina, *significat digitis suis*. Chaldaeus, *indicat digitis suis*. Omnia fermè in idem recidunt. Si Hebreæ ad verbum exprimas, sic se habent: *Annuens in oculis suis, loquens in pedibus suis, docens in digitis suis*.

**P**rauo corde cogitat malum. Hebraicè, *peruersitas in corde eius fabricans malum*. Septuaginta, *peruersum cor fabricatur, vel architectatur mala*.

**E**t omni tempore iurgia seminat. Hebraicè *contentiones mittit*. Chaldaeus, *spargit*. Septuaginta, *in omni tempore qui talis est, turbationes affert ciuitati*.

**C**onstituere oportet imprimis quisnam hic apostata, de quo sermonem init Salomon. Primò Lyra, & Hugo virum apostatam non eum accipiunt, qui à fide, sed qui à recta viuenditione, & probis mortibus descivit. Secundò Caietan. non speciali aliquo crimen obstrictum hominem, sed absolute impium quemlibet, ac sceleratum notari eo nomine credidit. Tertiò, ex recentioribus quidam putat impudicum, & scortatorem hominem notari: eo fortasse inducendo argumento, quia huius capititis major pars de scortatione & turpitudine agit. Quarto

**D**. Bernard. ubi saprà locum integrum de superbo & arroganti viro intellexit. Quintò D. Gregor. Past.

curæ p. 3, admon. 24. de illo interpretatur, qui iuria, discordiasque in vulgus spargit. Et quidem licet Bernardi expositionem non omnino refutādam esse censem, tamen Gregorij interpretatio perplacet mihi, cui subscribere videntur Iansen. Rodolph.

& fauet ipse contextus, ut statim patebit. Adde Paraphraſt. Chaldaeus, qui habet. *Homo calumniator*. At cur inquieres hunc, vel superbum, vel discordiarum seminatorem, apostata nomine censuit Hieronymus? Diuus Gregorius existimat discordiarum seminatorem apostatam appellari, dueto nomine ab ipso diabolo, & Angelo apostata. Itaque homo apostata perinde est, atque *homo diabolus*, liceat sic dicere: probat autem diaboli nomen in hominem, qui iurgia spargit, aptè cadere, quia in Euangeliō de illo, qui zizania superiecit sementi bono dicitur, *inimicus homo hoc fecit*, id est diabolus. Attextit:

**E**cce quem seminantem iurgia dicere voluit, prius appellauit apostatam, qui nisi more superbientis Angelii à conspectu Dei conditoris prius intus aversefactionis caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non veniret. Hanc eandem ratio-

nen, & verba transtulit in sua commentaria Beda, & mihi quidem satis apposita videntur, nam ut supra docui, sapientis in scripturis *Belial* pro diabolo usurpat. Est igitur, *homo apostata*, vel *homo Belial*, id est, homo diabolus. Quod nomen siue in superbū, siue in discordias meditante hominem aptissimè quadrat, uterque enim diabolus, atque diabolo similis homo est: sed tamen reliquis omissis hunc locum de eo primum, qui iurgia spargit; deinde verò de superbo interpretabor: has enim Gregorij, & Bernardi interpretationes tantum probbo, & suscipio.

Prima igitur expositio sic habet, *homo apostata*, is nempe, qui iurgiis seminatis proximorum animos distrahit, vir diabolus est, vel homo diaboli-

85

86

Bernar.

87

D. Greg.

88

Hieron.

83

Iud. 19.

4. Reg. 12.

&amp; s[ecundu]m alibi:

84

Psalm. 17.

num. 5.

1. Reg. 21.

Nahum. 1

num. II.

Pseudo  
August.

90

Iob. 13.  
num. 16.1 Tim. 6.  
num. 9.

92

Iob. 15.  
num. 16.Psalms. 13.  
num. 3.

93

Hierem. 6.  
num. 30.Eccles. 15.  
num. 22.Sap. 13.  
num. 19.

94

Sap. 2.n.12

esus, nam à diaboli moribus non abit Gregor. vbi sup. *Audiant iurgiorum seminarores, quod scriptum est: Beati pacifici, quia filii Dei vocantur: atque è diuerso colligant, quia si filii Dei vocantur, qui pacem faciunt, procul dubio Sathanae sunt filii, qui confidunt.* Item Pseudo Augustinus serm. 56. de verbis Domini (nam eum sermonem quidam ab aliorum numero expungunt.) *Quare (inquit) aut Christi charitatem amplexare, aut discordiae authori dissimilitudine operum parente esse cognoscere, id est diabolo.*

*Vir inutilis.* Certe in scripturis saepius occurrit hæc vox *inutilis*, vbi si recte expendatur, aliquid maius illi subest, quam sonat Iob decimoquinto. *Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam inquietatem.* Si enim eum, quem prius abominabilem dixerat, inutile tantum iuxta vocis sonum statim appellaret, decreceret sine lepore oratio: sic etiam in hoc loco si illum, quem prius hominem apostamat, id est, diabolicum prefatus fuerat, statim inutilem esse subiiceret, sermo esset inelegans, & frigidus. Huius generis sunt etiam alia loca. *Omnis declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Psalm. decimo tertio, & rursus 1. ad Tim. 6. *Nam qui volunt diuities fieri, incident in tentationem, & in laqueum diabolii, & in desideria multa inutilia, & nocua.* Mitto alia. Et quidem si licet coniectari, eam vocem non unum in locis omnibus, sed in variis varium, & dissimilem sensum sortiri credo, raro tamen cum, quem sonat. Aliquando ergo *inutilis*, idem est quod reprobis, & desperatae salutis homo, sic appello eum, qui ita se delictis mancipauit, ut de illius salute, & resipiscientia desperetur. Eo sensu accipitur in eo loco Iob decimoquinto. *Quanto magis abominabilis, & inutilis est, qui bibit, &c.* Et Psalm. 13. *Omnis declinauerunt simul inutiles facti sunt.* Et quidem eiusmodi homines inutiles dicuntur, quia nihil frugis bonorum, in ipsis futurum esse aliquando speratur. Secundo *inutile* appellari consuevit, quod falsum, & adulterinum est Hierem. 6. *argentum reprobum vocate eos.* Hebr. *argentum inutile*, id est adulterinum, & falsum. Tertio *inutilis* significat infidelem, aut fecundragum. Ecclesiast. 15. *Non enim concupiscit multitudem infideliū, & inutilium.* Quarto supponi solet *inutilis*, pro infirmo. Sapient. 13. de illo, qui Deum colit falsum, sic addit. *Et in adiutorium inutilem inuocat, id est impotentem, inuaidum, & infirmum.* Et rursus, *& de omnium rerum cunctu perit ab eo, qui omnibus inutilis est.* Quinto, *inutile* dicitur, quod molestum, & iniucundum est Sapientia 2. *Circumueniamus inutilem, qui inutilis factus est nobis,* id est, grauis, & difficilis. Neque aliud sensum subesse crediderim illis Pauli verbis. *Qui volunt diuities fieri, incident in multa desideria inutilia, & nocua,* inutilia (inquam) id est, molestissima. Graece enim est *αἰσχύλος*, quæ vox non inutilia solum, sed iniucunda, atque molesta ad significat, quemadmodum vox *δυρεγνός*, quæ in priori occurrit loco, saepè etiam pro re graui, & pro difficulti accipitur. Haec sunt significationes illius vocis *inutilis*, quas ex variis locis conflare potui, ex quibus nonnullæ, immo plures quædant optimè in hominem discordiarum architectum.

Ait ergo Salomon, *vir inutilis, accipe (ita libet) pro reprobis, & desperatae frugis homine: eiusmodi enim esse videntur, qui dissidia inter concordes excitant. Sed longe accommodatior euadit sensus, si inutilis pro adulterino, aut infidelis sumas. Nam plerumque adulterini amici sunt, & viri hostes, qui iurgiis vñanimes dissociant, & iidem infideles, & foedrati.* Quid certius? Nam seminare discordias

*cororum est, qui amicitias, & fœderas metiuntur, cum tamen animus absit longissime. Ut autem constet ratio, propter quam vox illa, *inutilis* in tot significations abierit, præmittendum est nomen *Auen* originale plures sortiri sensus, eos scilicet, quos initio præmisisti: significat enim rem vanam, inutilem, mendacem, & adulterinam, laboriosam item, atque molestam: rursus vocem illam Græcam *δυρεγνός*, quam plerumque Septuaginta usurparunt pro dictione *Auen*, easdem fere claudere significations. Consule lexica, si ita libet. Ergo noster vulgaris Septuaginta interpretes sequutus Latinam etiam vocem *inutilis*, in easdem significaciones irre coegerit, quod saepissime illi accedit, & est optimus canon ad difficultum quorundam locorum sensus aucupandos.*

*His præmissis, cogita voci illi *δυρεγνός*, aliquid subesse peculiare, nam *τύπος δυρεγνός*, appellatur *equus effrenis*, vel *sternax*, quæ significatio quadrat optimè in hunc locum, si videlicet vocem hanc *inutilis*, ad omnes illius nominis *δυρεγνός*, significations extendamus, nam cum dixisset, *Homo Beliaghali* (quod authore Hieronymo perinde est,*

96

Hieron.

*C* atque *sine iugo*) recte addit, *vir inutilis, δυρεγνός*, nimur, id est, sine fræno. Quasi dicat, homo quidem est, cui minus fidere oportet, quam equo aliqui sternaci, qui nec iugo obsequitur, nec fræno. Et sane significatio ista non abhorret omnino à voce *Auen*, nam hic Septuaginta transtulerunt *αἴσχυλος*, id est, *vir exlex*, & alias saepè legunt, *ἄρωμα*, eodem sensu. Quid plura?

*Graditur ore peruerso*, id est, conuersatur dolose, & simulatè, aliud enim ofe, aliud corde gerit, os enim peruertere est amicitiam ore simulare, & corde perniciem alicuius moliri. *Quod optime nescitur* cum superiori illa clausula *vir inutilis*, si videlicet sumatur pro adulterino, atq; infideli. Si vero pro effreni accipias, tunc os peruersum significabit, sane os procax, & inobsequens. *Graditur ore peruerso*, id est procaci ore conuersatur.

*Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.* Dicitus Gregor. vbi supra nihil speciale his gestibus adumbrari putauit, sed in vniuersum immoderatos quodam corporis motus externos internæ deordinatio indices, sic enim ait. *Quirecte describitur, quo annuit oculis, digito loquitur, & terit pede, interior namque est custodia, quæ ordinata seruat exterioris membra.* Qui ergo constantiam mentis perdit, subsequenter foras inconstans motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat, quod nulla interioris radice stabilitatis subsistat. Ipfissima haec verba coniecit in sua commentaria Beda. Concinuit etiā Bernard. qui sic habet in eo libello de gradibus humilitatis. *Vir quippe peruersus annuit oculo, terit pede, digito loquitur, & ex insolenti corporis motu recens anime morbus deprehenditur.* Paria scribit Saloniūs in mystica explicatione Proverb. Lyra,

98

Gregor.

*F* graditur (inquit) ore peruerso loquens mendacia, *annuit oculo*, ostendens mulieribus impudicitæ signa, *terit pede*, vagabundus per loca turpia, *digito loquitur*, id est, cum superbia, sed sine delectu dicta videntur. Caletan. singularem sectatur interpretationem hoc modo, *annuit oculo*, id est, suam intentionem, & animum nocendi, quem occultat ei, quem deludere vult, innuendo significat, appetitque complici sceleris. *Terit pede*, describitur, inquit, mali viri sermo, tendens ad subiiciendum fibialios, atque habendum omnes, tanquam pedes suos: *digito loquitur*, tantudem enim vir malus arrogat sibi, vt perinde se docere alios putet, ac si digitis res demonstraret. Haec ille acute, sed non fastis solide.

99

Bernard.

Saloniūs

Iansen. integrum versum ad primam illam Caietan. meditationem retulit, ad hunc modum, *innuit oculū*, scilicet complicibus sceleris, *terit pede*, id est, pedibus suis dat similiter signum consciis criminis sui, & *digito loquitur*. Socius videlicet, demonstrando, quid factō opus sit. Itaque haec omnia ad simulationem, & dolos pertinent. Rodolph. alia graditur via. *Loquitur* (inquit) *ore peruerso*. Nec ore tantum peruersa, & impia profatur, sed aliis etiam corporis membris eadem nunciat, oculis nimirum innuens, seu noctans, pedibus proterens, & supplo-dens, digitis etiam significans, seu demonstrans. Hactenus ille. Sed tamen ut sententiam horum verborum radicitus eruamus, horum gestuum, quos hic recenset, ac numerat Salomon, opus est significaciones conflare, & explicare.

Prior gestus est, *annuit oculo*, siue nictatione oculorum aliquid indicat. Nictatio autem fit contractione, ac diductione frequenti, & citata palpebrarum, velut interrupta, & intercisa visione, propterea in originibus ad verbum est. *Secut oculo*, nam verbum Hebraicum significat propriè *secare*, & quidem hic gestus plura significat. Plinius lib. II. c. 37. timiditatis esse signum autumat, quando à natura accidit, & non de industria perficitur nictatio. *Plerisque* (inquit) *naturale est*, vt *nictare oculis non cessent quos pauidiores esse accepimus*. Secundo Philon de specialibus legibus, nictationē nimiam stultitia tribuit. *Stultorum* (inquit) *palpebra oberrant*, quorū nec oculi quidem possunt quiscerē præstultiā. Tertio connuentes oculi dissimulatiū sunt. Cicero pro Cœlio. *Prob dī immortales! cur interdum in sceleribus hominum maximis connuetis*. Id est, dissimulati. Ad id spectant verba illa Eccles. 27. *Annuens oculo fabricat iniqua*. Id est, dissimulans. Et in Psalm. 34. *Oderunt me gratis*, & *annuunt oculis*. Sed quomodo id præstant? *Quia mihi quidem pacifice loquebantur*, & *in iracundia terre loquentes dolos cogitabant*. En simulationem. Quarta oculorum nutus lascivientium sunt, & amatiū. Et quidem hoc ad dissimulationem etiam pertinet: nam amatores propterea nutus adhibent, vt ardores suos contegant. Tibullus.

*Tibullus.*

*Illa viro coram nutus conferre loquaces,*  
*Blandaque compositis abdere membra notis.*

Ad id fortasse pertinent etiam verba Isaiae cap. 5. *Isa. 3. n. 16.* de impudicis fœminis. *Ambulauerunt extento collo*, & *nutibus oculorum ibant*. Quamvis haec potius ad factum, & arrogantiam referenda esse crediderim, vt statim dicam. Accommodatiū exemplum dicitur ex Plauto in Asinaria. *N'equa uilla* (inquit) *uilla homini nutet*, *nitter*, *annuat*. Quibus verbis interdicit fœmina, ne obscure significet amore in suum. Quinto annuere oculis est eorum; qui assentantur, & sibi probari ostendunt ea, quæ vel audiunt, vel vident, haec est vulgo tritior significatio verbi *annuo*, vt statim dicam. Ad extremum nutu oculorum fastus proditur, & arrogantia, vt ex præfato Isaiae loco satis liquet. *Ambulauerunt extento collo*, & *nutibus oculorum ibant*.

Secundus gestus est, *terit pede*, vel (vt est in Hebraicis originibus) *loquitur pede*. Primo approbantis est, & assensum præbentis. Cicero primo de Oratione. *Quid multa?* *pedem nemo in illo iudicio supplosit*, *credo ne Stoicis renunciaretur*. Id est, nemo sibi orationem probari supplosione pedum testatus est. Secundo gestus ille ita accipi potest, *terit pede*, hoc est, suo pede alterius premit pedem, quod solet fieri ab eo, qui signum alicui tacitus dat. Næuius in Tarentilla. *Alium tenet*, alij *aaniētāt*, alibi *mānū est*, alij *percellit pedem*. Tertiū, *pede terere fas*tas quādam ostentatio est: solent enim, qui pom-

A pice gradiuntur, pede supplodere, vt strepitū ipse se instare testentur.

Tertius gestus est, *digito loquitur*. Primo vetus olim consuetudo inoluit quibusdam digitorum gestibus alloquendi alios maxime inter amatores. Minim huius Ouid. i. lib. de Tristibus.

Onidius.

*U' que refert digitis saepe est, nutruque locutus.*

*Et racitān mensa duxit in orbe notam.*

Sed & Næuius in Tarentilla, his, quæ supra adscripti, attexit sic. *Alij dat annulum*, *alium innocat*, *Nenius*. *cunque alio cantat*, *alis denique dat digito litteras*. Id est, cum aliis litteras digitis adumbrando colloquia miscet. Sed quomodo (inquires) eiusmodi loqua per digitos conformabatur? Venerabilis Beda in libello de Indigatione, quandam per digitos eloquendi rationē tradit. Nam cum docuisset monrem supputandi, & rationes ducendi per digitos antiquis solemnem, sic addit. *Pot' st autem & de ipso*, quem prenotauit, computo quædā in manuā loqua signari, quam litteris quis signatim expressis verba, quæ eisdem litteris conineantur, alteri, qui hanc quoque nouerit industriam, tamen si longe posito legenda atque intelligenda contrādat, vel necessaria quaque, per hec occultius innundo significans, vel imperitos quoque quasi dininando deludens. Confirmatur autem haec computādi ratio ad hunc modum: gestus, qui primum numerum præferebat, litteram primam notabat, & qui secundam, & sic deinceps. Qui mos nostra quoque imbut sacerdū. Secundo alium ad modum olim digito loqui, vel significare solebant veteres, scilicet crepantibus articulis, hinc est illud Martialis lib. 3. epig. 4.

Martial.

*Digitī crepantī signa nouit Eunuchus.*

Et Tibullus vbi supra.

*Ei vocet ad digitī me tacitura sonum.*

Item alibi Martialis.

*Cum poscor crepitu digitorum, & verna moratur.*

Hoc vero fieri solebat ex conventione, vt qui audiret digitorum crepitum, præsto esset, atque hoc vel illud faceret, sed & crepus iste aliquando ad venditationem quandam adhibebatur. Hierony. in epist. ad Rusticum, sic habet. *Testudineo Gruninus incedebat ad loquendum gradu*, & per interalla quædam vix pauca verba carpebat, ut putares singulare non proloqui, & tamen cum mensa posita liberorum exposuisset struem, adducto supercilie, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat hoc signo per summam ostentationem ad audiendum discipulos provocans. Tertio moris erat olim digitum leuare ad approbationem seu commendationem rei dictæ, vel factæ. Hinc fluxit illud Horatij.

Horat.

*Fautor viroque tuum laudabit pollice ludum.*

Plinius lib. 27. c. 4. *Pollices* (inquit) *cum faveamus*, *premere etiam prouerbio iubemur*.

Ergo ex his primò liquet Iansen. qui de signis, aut notis ab scelerato homine eiusdem criminis conscio traditis locum istum interpretatur, non inepte sensisse. Constat enim ex dictis haec signa oculorum nictatione, vel nutu, pede perculso, & digitorum gestibus, aut crepitu conformari solita. Et quidem iuxta illam Næuij præmissam signorum distributionem. *Alium tenet*, alij *adniētāt*, alij *percellit pedem*, alij denique dat digito litteras. Possimus etiam haec signa distribuere, vti, cum ait Salomon. *Annuit oculo*, *terit pede*, *digito loquitur*, sensus sit: complures habet sceleris sui consciens, atque *annuit oculo*, scilicet alteri: *terit pede*, nimirum alterius pedem: & cum alio demum, *digito loquitur*, omnibus nimirum ea simulatione significans, quæ illis nota esse vult.

106

<sup>107</sup> Cæterum licet hæc interpretatio præ cæteris aliorum interpretationibus mihi probetur, tamen alia mihi germanior videtur, vt enim ex supra scriptis constat, hic sermo habetur de homine, qui mentitus amicitiam, & pacem simulans, concordiam, pacemque disturbat. Is ergo, inquit Salomon, *Annuit oculo*, scilicet ex quadam assensione probari sibi omnia simulant, annuentibus oculis, *terit pede*, id est, suppositione similiter pedum id ipsum testatur, ac demum, *digito loquitur*, vel significat (vt habent origines) id est leuatis digitis collaudat, & extollit, his enim gestibus approbari, & compabarliorum facta, vel dicta iam inde supra decreui. Et si quidem inter plures exemplo Nauij distribuere manus hæc signa, alias euadet sensus. Nam solent hi, qui inter concordes dissidia prosemnant, singulorum inire gratiam, & singulis assentari, vt ea ratione illos in se inuicem concident, ac prouocent. Ergo prædicta Salomonis verba sic distribue. *Annuit oculo*, nimurum vni nutu oculorum assentatur; *terit pede*, scilicet alterius supplodendo pedem dicta commendat. Alterius denique leuato digito facta collaudat, hæc omnia simulatorie præstat. *Prauo enim corde cogitat malum*, & omni tempore iurgia seminat.

<sup>108</sup> Sed tamen Bernardi interpretatio aridet magis, <sup>Bernard.</sup> qui nomine apostata superbum & tumidum hominem notari vult: præmissos enim gestus ad superbiam similiter referre licet hoc modo. *Annuit oculo*, id est, nutu oculorum, seu supercilium suo fastum animi testatur. Iuxta illud Isaïæ 3. de elatione Solimatarum puellarum. *Ambulanterunt extento collo*, & *nutibus oculorum ibant*. *Terit pede*, id est, pede strepitum edit ad vèditationem gloriae, ac demum, *digito loquitur*, vel significat, id est, crepitum digitorum præ nimio tumore signa dat, de Grunnio illo rabula scripsit Hieronym. Est etiam alias digitum gestus tumorem animi notans apud Tertullian. libro contra Hermogen. cap. 27. *Sed, tu* (inquit) *superciliosus capis*, & *nutu digitii accommodato altius tollens*, & *quasi retro iactans*.

<sup>109</sup> Cæterum quamvis ex præmissis interpretationibus quæ accommodata videatur, aliam longe (mea sententia) accommodatiorem subiiciam. Et quidem prænotandum hostres gestus deridentiū esse, atque exprobrantium. *Annuere enim oculis*, seu nictare, vulgo dicimus, *guinar*. illudentis est proprium, & subsannantis, infra cap. 30. Subsannatio, atque irrisio oculis tribuitur. *Oculum*, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris sue. *Pedibus etiam terere*, exprobrantis est. Sic enim accedit, vt qui alium se despiciunt summo ducere significant, pede terram pulsent, ac proterant. eo gestu notantes eum, cui exprobrant, hisque pedibus terruntur, estimatione sua coequari. Quid certius? Nec absconum fore credo, si quis dicat hoc resperisse David Psalm. 35. cum ait. *Non veniat mihi pessima superbia*, id est, pes ille, qui humum quatiendo alios se despiceret, & præ se nihil facere significat. Ad id pertinent verba Isa. cap. 58. *Si deseris extendere digitum & loqui*, quod non prodest. Septuaginta, si abstuleris *χειλον*, & *verbum murmurationis*. Est autem chirotonia, eleuatio manus ad aliquem digito notandum, deridendum, & carpendum.

Vnde qui suffragium hic conuertunt, parum apte præstissime videntur. Sed appositissimus ad hæc rem est Tertullian. in libro de Pallio cap. 4. vbi vt vestem quandam probro duci debere gestantibus significaret, sic addit. *Tales igitur habitus*, qui de natura, & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere merito sit, seu traducere, vt quidam codices habent. Illud vero, acie

<sup>A</sup> fugere, de oculis enunciatur, ad quos irrisio etiam spectat, vt supra diximus, & nutu traducere. de capite dicitur, quod in irrisiōibus etiam agitari, & moueri solet, iuxta illud Psalm. 108. *Et ego fui Psal. 108. etis sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua.*

<sup>B</sup> Senus igitur eorum verborum ex dictis euadit talis. *Apostata ille, & diabolicus homo*, discordiarum, & iurgiorum disseminator, *annuit oculo*, *terit pede*, *digito loquitur*, nimurum oculis nictans aliis subsannat, pede solum proterens omnes sibi despetui esse significat, & digito destinans cunctis exprobrat: hinc dissidia, hinc iurgia, dum irrisor iste illis gestibus alios in se concitat. Suadet hanc expositionem Theodotionis lectio, qui pro illis verbis, *annuit oculo*, subiecit, *carpit oculo*.

<sup>C</sup> Extrema huius sententiae pars est, *prauo corde cogitat malum*. Hebraicè, *prauo corde architectatur malum*. Hoc est, nunquam non aliquid mali meditatur, quod aliis inferre possit; ea est illius cordis prauitas. Diu. Ephrem contra impudicos, cum incidisset in hæc verba, sic expendit. *Quemadmodum ex quibus am latebris multitudo venenatarum bestiarum egreditur, adeundem etiam modum ex corde similiūm hominum multitudine pestis marum cogitationum procedit, cor namque peruersum (ut ait scriptura) machinatur mala omni tempore: Et omni tempore iurgia seminat, vel spargit. Iurgia, & dissidia qui inter vñanimes inducit, recte ea seminare dicitur. hoc est, tanquam semen iacere: ea enim est natura iurgiorum, vt si semel eorum causa aliqua, vel leuis, tanquam semen in animos inciderit, radices altas agere, & per semetipsa adolescere, & in magnitudinem insanam euadere soleant. Quapropter summopere cauendum, ne vel leuis dissidij occasio inter concordes excitetur, nam & si minima illa videatur, semen est, quod licet minimum, magnas interdum discordias, & iuria proferre solet.*

*XV. Huic exemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.*

<sup>E</sup> *H*ebraicè, *Subito confringetur, & non sanitas*. Septuaginta, *intercisio, & contritio insanabilis*. Chaldæus concinit cum nostra. Ex vulgaris antiquis codicibus aliqui legebant in priori clausula: *hic exemplo veniet perditio eius*. Id est, tam erit insignis illius ruina, vt aliis exemplo esse possit. Cæterum manifestum esse mendum satis ostendit aliorum interpretum conspiratio.

<sup>F</sup> Sensus est perspicuus. *Huic exemplo veniet perditio*, id est, subita illum inuadet ruina: ita enim accedit, vt eos, qui præuisa, & diu meditata admittent flagitia, improuisa, & inopinata ruina opprimat. Ergo cum dixerit. *Prauo corde architectatur malum*, id est, molitur, meditatur: si bdit, ei, qui meditatus aggreditur malum, *Exemplo veniet perditio*. Id est, subita, & nō meditata, & propterea grauior: nam cum iacula præuisa mimis feriant, ea certe, qua non præudentur, grauiorem ictum imprimit. *Et subito* (inquit) *conteretur, nec habebit ultra medicinam*. Quidam existimat metaphoram duam fuisse à vate figlino, quod subita ruina quassatur, & iterum in pristinam integritatem restitui non potest. Iuxta illud Isa. 30. *Quoniam subito, dura non speratur, venit contritio eius, & comminuerit*, num. 13. *sicut conteretur lagena figuli contritione prævalida*, & non innueniatur de fragmenis cœna testa, in

<sup>Psalm. 35.</sup>  
<sup>num. 12.</sup>

<sup>Isa. 38.</sup>

<sup>Tertull.</sup>  
<sup>110</sup>

*qua portetur ignis culus de incendio, & hauriatur parum aqua de fonte. Alij malunt similitudinem du-*

A *ctam ab osse aliquo diffrausto, cui nullis medicamentis, aut stigmentis succurriri possit. Vtraque apta similitudo est. Et sane ita decuit, ut qui concordiam discidit, & coagmentatos, agglutinatosque benevolentia animos distraxit, lagenæ confraetæ similis fiat, eniū testæ coagmentari, & agglutinari non possint amplius; & osī defracto, cuius frusta compingi, & innodari non possint.*

*Et quia amicitias, quas magna discordia interrupit, rursus redindegredi, aut raro, aut nunquam euenit. (Non amicorum odia) vt inquit Antonius in Melissa (agerrimè conciliantur, & sepe maioribus contumelias aguntur, quam hostium.) Sic decuit certe vti his, qui sociorum amicitias distraxit, ac disrupti, distractus quoque ipse disruptus, ita ut secum ipse pugnans intestinis discordiis solitus pereat.*

*Caietanus, & Hugo putant supplicium hoc, quod Salomon homini huic impacato, & discordiarum seminatori diuinavit, esse extremam necem, vel à Deo immissam, vel ab aliquo homine illatam: propterea addit. Nec habebit ultra medicinam, non dissentior, sed tamen non video, cur etiam de aliis calamitatibus, & malis accipi non possit, quibus homo propria facultate, ac viribus subvenire non possit.*

XVI. *Sex sunt, que odit Dominus, & septimum detestatur anima eius.*

XVII. *Oculos subimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem.*

XVIII. *Cormachinans cogitationes pessimas: pedes veloces ad currendum in malum.*

XIX. *Proferentem mendacia, testem fallacem, & qui seminat inter fratres discordias.*

*Q*uartuor hos versus propterea copulaui, quia omnes vnam, & eandem sententiam conflant. Cum enim præmisisset Salomon Apostamat illum, & implacatum hominem corporis sui membris abuti solitum ad discordias, & iurgia disseminanda, alia enumerat vitia, quæ naturalem quoque, & moderatum quorundam membrorum usum detorquent, & flagitiosis actionibus addunt. His tamen præferendum esse dicit illius scelus, qui vnanimes, & fœderatos animos ad dissidia concitat.

Ergo ait. *Sex sunt, que odit Dominus, & septimum detestatur anima eius.* Hebraicè ad verbum, Sex illa odit Dominus, & septem abominatio animæ eius. Septuaginta longe aliter extulerunt, nam hæc verba cum superioribus nescientes, postquam præmiserunt. Exemplò veniet perditio eius, intercisio, & contritio insanabilis. Addunt, Quoniam gaudet omnibus, que odit Deus, conteretur autem propter immunditiam anime. Qui satis ostentant ex illorum opinione insuperior sententia similitudinem duci à vase figlino, quod subita ruina quassatur: nam rationem huius contritionis attexerunt illis verbis: Conteretur autem propter immunditiam anime. Hoc est, ad eum modum, quo vas aliquod fôrdibus inf-

etum, quod ablui ad purum iam non potest, tanquam inutile defringitur, & in testas abit: sic etiam Deus Optimus Maximus eum hominem propter inexpiabiles fæces, & fôrdes disruptus, ac conterit. Et sane Christus Dominus inter ea, quæ hominem coinquinant numerat cogitationes malas, odia, & homicidia. Matth. 15.

*Sex (inquit) sunt, que odit Deus, & septimum detestatur anima eius, id est, maiori odio proficitur. Is videtur esse germanus sensus. Licet Rodolphus, & Caietanus Hebraicam lectionem sequuti. Et septem abominatio animæ eius, aliter in-*

B *terpretati sint, sex scilicet priora Deo integrata sunt: sed si ad hæc sex accedat septimum, nimurum seminatio iurgiorum, ea sex abominabilia magis, & execranda videntur Deo, quæ expositio in vulgata verba parum aptè cadit. Taxat ergo, carpitque Salomon membrorum abusum, scilicet oculorum, manuum, linguæ, cordis, atque pedum, secundum illud Pauli, ad Roman. 6. Sed neque ex- Paul. ad biceatis membra vestra arma iniquitatis peccato, Rom. 6. sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra arma iustitie Deo. Chrysostomus in Chrysost. hæc verba. Conseguitur ergo, quod corpus sit medium vitium inter atque virtutem, quemadmodum & ipsa arma ut si tam miles pro patria decertans, quam sacerdos contra domesticos armatus eiusdem armis muniantur. Neque enim armatura crimen id sustinebit, sed hi potius, qui illam in malum conuerunt usum. Quod & de ipsa carne dicere possumus, vel hoc enim, vel illud efficietur pro ipsis animis scientia, non propria natura, etenim se alienam pulchritudinem curiosius per scrutatus fueris, hic arma i. iuritatis effectus est oculus, &c. Hæc ille. Itaque duo sunt, quæ mouent membra nostra tanquam arma, peccatum scilicet, atque iustitia, virtus, aut vitium: sed tamen id interest, quod cum virtus hoc gerit, atque tractat arma defendantia, non autem offendentia debent appellari, nam his tantummodo ad tuendam hominis salutem vitur, propterea non tam mouet, quam continet, non tam iactat, quam coërcet hæc arma. Virtus enim oculos non iactat, libratque, sed continet, atque coërcet, linguam non exerit, aut iacula, sed comprimit, atque infrænat, &c. At vero cum eadem arma vitium*

D *accipit, offendentia dici debent, non defendantia, nam his armis luculætæ plagas inferre solet, & ictus infligere.*

Iam intelligis, quod tendat Salomon in hoc loco, de illo membrorum abuso loquitur, quod maxime Deo infensum est: Tunc nimurum, cum membra tanquam arma sua mouent impij, tanquam arma quidem ad offendendum, seu ferendum comparata, & exacula: enumerat enim sex membra, vel potius arma, quæ aduersus proximos mouere solent improbi, atque scelerati, ut statim patebit,

E ac de his inquit: *Sex sunt, quæ odit Deus, id est, quæ Deo infensa sunt. Et septimum detestatur anima eius, quidquid enim ad offendendum, laedendumque proximum suscipitur, ipsum offendit Deum, illamque immensam laedit bonitatem, & iram eius exacuit ad vindictam.*

Oculos subimes. Septuaginta, oculus consumptio. Lucifer, oculus consumptio. Aquila, Symmachus, & Chaldaeus concinunt cum nostra lectione, quæ ad electionem, & tumorem animi referenda videtur. Ea fuit mens Caietani, Hugonis, num. 5. Lyra, Bedæ, Iansenij, & Rodolphi, nam sublimes Psalm. 17. oculi arrogantiæ notat. Ecclesiastes 23, Extollen- num. 10. tiam oculorum ne dederis mihi. Et Psal. 17. Et oculos Job 41. superborum humiliabis. Et Job 41. Omne sublimus num. 25. videp

*videt, & ipse est rex super omnes filios superbie.* A  
Caterum h̄c desp̄ctum aliorum significari potius crediderim, quam meram superbiam. Exstimo enim sermonem haberi de illis membris, quatenus per h̄c iniuriam, vel nocumentum proximo afferrimus. Suadet hoc lectio Septuaginta, qui sensum asequit̄, & verba omittentes conuertunt. *Oculus contumeliosus*, id est eius, qui contumeliam aliis irrogat, dum despiciētiam, contemptumque oculorum nutu significat. Occurrunt passim huius rei

*Psalm. 53. accommodata exempla in Scriptura Psalm. 33. Sunnum. 9. & per inimicos meos despexit oculus meus.*

*Et rursus Psalm. 91. Et despexit oculus meus inimicos meos.*

*Mich. 7. Et Micheæ 7. Oculi tui videbunt in eam, nunc erit num. 10. in conculationem, & in lutum platearum.*

*Id est, despiciēt eam, & s̄p̄e alibi. Et quidem verbum despicio quod vulgo usurpat pro contemno, id ipsum testatur, est enim despicio, quasi ē sublimi alios demissos, & deiectos aspicere. Itaque oculi sublimes sunt despectores, oculi, quos Deo admodum ingratos docet Salomon, & inter sex priora odio Dei digna priori loco censetur. Hinc adducō ad existimandum non de superbia, sed de despiciētia, contemptu, & irrisione proximorum h̄c agi.*

*Quia si de superbia fieret sermo, qua nullum est capitalius peccatum, nullum aliud odio diuino dignius affirmaretur: atqui seminatio discordiarum, quæ septimo loco numeratur, inuisa magis Deo dicitur. Septimum enim detestatur anima eius.*

*Compulit etiam me in hanc sententiam authoritas Diui Hieronymi in cap. 2. Nahum, qui hanc sequitur expositionem, vbi acutè expendit illa verba Prophetæ secundum lectionem Septuaginta.*

*Quoniam auerit Dominus contumeliam Iacob sicut contumeliam Israël. Queritur (inquit) quomodo auersa sit contumelia Iacob sicut auersa fuerat & Israël, postquam luctatus est Iacob cum*

*Angelo, Israëlis nomen meruit accipere; & quia vidit Dominum iniuriā facere cessauit, ut autem*

*sciamus quomodo iniuriā oculis fiat, Salomon testis est dicens, oculus contumeliosus, lingua iniqua,*

*&c. Mens autem Hieronymi h̄c esse videtur: ex eo Iacob iniuriam aliis suis oculis irrogare desisse, nimirum despiciendo, aut contemnendo ex quo*

*Deum videbat, iuxta illud Gen. 32. Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Oculi*

*enim (inquit Hieronymus) qui in Dei faciem int̄derant, iam deinceps ad despiciendos alios habiles esse nō poterant: Dei enim contemplatio hominem in sui ipsius despiciētiam adducit; aliorum vero æstimationem ingerit.*

*Linguam mendacem. Septuaginta, lingua iniusta, Hebraicè pro mendaci est ἥπτις Saker vulgaris aliquando mendacium, plerumque iniustitiam, & iniquitatem in vniuersum conuertit. Pagninus, linguam fallacem. Communis interpretum con-*

*spiratio linguam accipit mendaciis promendis as- fuetam, & secundo loco, tanquam quid Deo iniu-*

*sum valde putat numerari linguam, quæ cum à na-*

*tura ad animi sensa enuncianda tributa sit, per abu-*

*sum aliud foras promit, quam quod animo insedit. Etsane haud displicet h̄c interpretatio. Sitamen illam amplecti libeat, illud pro certò habendum*

*Salomonem loquutum de mendacio, non vt-*

*cumque, sed quatenus commercia, & conuentio-*

*nes humanas l̄dit: nā vt iam pr̄misi, de his mem-*

*bris agitur in hoc loco quatenus per ea proximis no-*

*cumentum infertur. Et quidem mendacia aduersari*

*commerciis eleganti similitudine docuit Paul. ad*

*Eph. 4 ad Eph. Propter quod deponentes mendacium loqui-*

*mini veritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus iniucem membra. Nimirum quia omnes vnu*

*Tom. I.*

corpus conflamus, atque adeò omne mendacium, & deceptio longe abesse debet. Chrysost. in hunc locum. Ne fallat, inquit, oculus pedem, neque pes.

*oculum, ut si sit fossa profunda, & super terram positis arundinibus, & terra opertis, ita vt superficie pr̄beat oculis opinionem terra solida, ut sciatur, an sit inferius vacuum, an renitatur, & resi-*

*flat, tunc non fallit pes, sed quod est, renunciat, & si serpentem viderit oculus, aut feram, non fallit pedem, sed statim renunciat. Quid vero lingua?*

*Fallit ne stomachum? Nonne cum amarum videret, reiicit: sin autem dulce, transmittit? Optimè ergo*

*B Paulus: ne mentiamur, quia sumus alter alterius membra. Possumus etiam alio modo Pauli senten-*

*tiam discutere. Quia sumus alter alterius membra.*

*hoc est nemo sit mendax, nemo simulatus, aut fi-*

*ctor, quia sumus iniucem membra, ex quibus vnu*

*corpus coalescit, corpus autem non ex fictis, & simu-*

*latis membris, sed ex veris conflatur, liceat sic*

*dicere, si mendaces fuerimus, corpus aliquid fictum, & metaphoricum, quasi ex fictis membris complebimus.*

*Hoc sibi voluisse videtur Diuis Ambrosius, qui*

*C ita expendit illa verba. Loquamus veritatem, vt simus vera, & non falsa membra. Itaque menda-*

*ces, & delusores, vt ita dicam, ex corpore Reipu-*

*blicæ, aut Ecclesiæ, quod iuxta Paulum debet esse*

*connexum per omnem iuncturam, non vera, sed falsa membra sunt: atque adeò non verum, ac solidum,*

*sed fictum corpus conflare dicendi sunt. Aut certè pro corpore vero euadit chimera, nam vnu*

*corporis debet esse vna anima, & vna mēs, cum au-*

*tem alter alteri mentitur, fit, vt in plures veluti sece-*

*mur animas, inque plures mentes, plures autem ani-*

*mæ, seu formæ in uno corpore chimoram compo-*

*nunt. Est autē chimera fabulosum animal ex Leone, Serpente, Capra, aliisque compactum, & ideo*

*certè fabulosum, quia ea copulat, quæ naturali vi*

*copulari, & adstringi non possunt: neque enim Ca-*

*præ, Leonis, & Serpentis dissimilium specierum,*

*& formarum res ad vnum idemque corpus confor-*

*mandum accedere possunt. Sic etiam accidit men-*

*dacibus, ex quibus impossibile est vnu corpus coa-*

*lescere propter dissimiles sententias, & mores: cor-*

*pus autem Ecclesiæ, vt tradit Paulus, Connexum esse*

*debet per omnem iuncturam subministratio-*

*nis, &c. Denique Paulus deterret à mendacio illis verbis,*

*Quia sumus iniucem membra, id est, quia vnu*

*corpus perficimus: vnu autem corporis vna ani-*

*ma, & vna mens, vnicaque sententia. Fiat autem vna*

*dum singuli per veri enunciationem suam in alios*

*transmittant mentem. Quapropter mendacibus,*

*qui suorum celant animorum sensa, vnicuique sua*

*mens est: non ergo ad compositionem vnius cor-*

*poris accedere possunt. Hæc est germana Pauli ex-*

*positio.*

*F Et sane mendacium sub ea ratione Deo iniu-*

*sum esse habemus infrà cap. 19. Abominatio Do-*

*mini labia mendacia. Sed quid mirum, si Deus*

*oderit mendacium, cum Homerus in prima Iliade*

*Homerus*

*sic habeat,*

*Exofus enim mihi ille velut inferni porta,*

*Qui aliud quidem occultum habet in mente-*

*bus,*

*Aliud vero ore profert.*

*Contulit autem cum inferni porta, quia ex sen-*

*tentia Poëtarum orci porta erat os Cerberi canis,*

*quasi dicat, os illud mihi par omnino videtur Cer-*

*beri rectui, nec immerito, ac vellem potius in illud*

*tērrium tricipitis cerberi os delabi quam in os*

*hominis mendacia serentis.*

*AdEph. 4 Ad Eph. Propter quod deponentes mendacium loqui-*

*mini veritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus iniucem membra.*

*Nimirum quia omnes vnu*

*Tom. I.*

*123*

*Chrysost.*

*124*

*Ambroſ.*

*125*

*Homerus*

*126*

*Hieron.*

*R*

Hier. 8.  
Prou. 19.  
num. 21.

Sap. 1.n.ii

127

Genes. 4.  
num. 12.

Apoc. 6.10

128

Eccles. 11.  
num. 35.

Gregor.  
129

Septuaginta locum faciunt alteri expositioni, nam pro fallaci, aut mendaci lingua: Septuaginta habent, lingua iniusta. Hieronymus autem interpretatur de lingua contumeliosa. Quæ probra scilicet, & contumelias in alios iactat. Nec insolens est scripturæ mendacium pro iniustitia subrogare. Infrà cap. 20. Suanis est homini panis mendacij, id est, iniuste partus. Hierem. 8. Cuncti faciunt mendacium, id est, iniustiam, & cap. decimo nono Proverbiorum. Melior est pauper iustus, quam vir mendax, id est, iniustus, & illud. Mendaces filii hominum in stateris, id est, iniusti. Ergo linguam fallacem intelligo linguam iniustum, quæ proximum quomodocumque ludit, vel probra, contumeliasque iactando, vel occulte de fama, & honore illius detrahendo, & sane, contumeliarum, & iniuriarum authores mendaces ferè sunt. Rursus detractionem mendacio annexuit Salomon Sapientia 1. sic enim ait: Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parci lingue, quoniam os mentientis occidit animam suam.

Manus effundentes innoxium sanguinem. Hoc est tertium membrum, quod Deo execrabile est, quando aliquis ipso abutitur ad cædes, & homicidia. Hebraicè, Manus effundentes sanguinem innoxiss. Septuaginta, iusti. Sic Hieronymus cōtra Rufinum. Aquila, & Symmachus, Innoxium. Omnia in idem recidunt. Quanto vero odio Deus prosequatur homicidium, & cædem iusti hominis, satis declarat supplicium, quo animaduertit in Cain, Genes. 4. ob cædem Abel. Illud tamen expende, quod post tot pœnas ab auctore illius sceleris susceptas, post immisum diluvium, & post inumeras alias calamitates, quibus homines ab initio affligit Deus, nec dum tantum seclus expiatum prorsus putans Christus Dominus in Euangeliō ait: Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie, &c. Propterea etiam Apocalyp. audiuit Ioannes: Animas intersectorum sub altari clamantes, usquequo Domine non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?

Cor machinans cogitationes pessimas. Septuaginta: Cor fabricans, vel architectans. Hebraicè: Cogitationes iniquitatis. Observant Iansenius, & Rodolphus cordi inter septem vitia medium locum fuisse tributum à Salomone, ita ut tria hinc, & inde tria connumeraret. Vt significaret ex corde tanquam ex fonte sclera cuncta deriuari: interpretes vulgo existimant hic carpi, & reprehendicor, quod ex semipso adinuenit rationes, & consilia perpetrandorum scelerum, ut illa meditat, & data opera aggrediat: ego vero non ita, sed cor illud describi crediderim, quod infidias, dolos, technasque ad alios extertendos, excogitat: nec tantum excogitat, sed opere perficit: nam (yt dixi alias) hæc membra à Salomone eatenus reprehenduntur, quatenus ad læendum proximum conspirant oculi, lingua, manus, cor, pedes. Simile est illud Eccles. 11. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala. Illud verò architectans, vel fabricans, ad dolos, & fallacia consilia notanda appositissimum est. Accipe locum Magni Gregorij libro 11. Moral. cap. 13. ad illa verba: Primi vos ostendens fabricatores mendacij. Quare (inquit) in hoc quoque oportet intendi, quod mendacij, & dolii fabricatores dicuntur. Sicut enim edificium lapidibus, ita mendacium & dolus sermonibus. Vbi enim non dolosa loquio, sed sensus veritatis est quasi munera moles non ex fabrica, sed ex natura consurgit. Et quidem apte nam dolos, artificia, & machinas vulgo dicimus; simu-

A latio enim, & dolus artis opera sunt, candor, simplicitas, & veritas natura ipsa constant, veritas per se ipsam munita est, mendacium artificio, & industria. Sed tamen licet dolus malus machina sit, & substructio callidi ingenij arte elaborata, tamen infirma est, & suo lœpe pondere ruit, & artificem suum opprimit. Simulatorem autem, & dolosum Deo iniuisum esse testatur Salomon suprà capite 3. Abominatio Domini est omnis illusor. Et Psalm. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. Et Job 36. Simulatores, & calumniati fuerint. Vide etiam an in hoc loco sermo sit de hypocrisi.

**P**edes veloces ad currendum in malum, id est, prompti, & expediti ad quodlibet scelus perpetrandum aduersus proximum. Septuaginta: Pedes festinantes ad malefaciendum. Aquila, Symmachus, & Theodot. concinunt cum vulgata. Quibus verbis vocatur summi quædam auditas perficiendi maleficia, atque flagitia. Labi enim conditionis humanae est, impelli instabilitatis, trahi infirmitatis: malum tamen alacrius aggredi, & conari, id summæ prauitatis est: atque adeò execrabile, & execrum Deo. Vel certè innuitur consuetudo malefaciendi: sic enim vult August. in Psalm. 13. ad illa verba: Veloce pedes eorum, ut effundant sanguinem. Sicut enim consuetudo currendi leuiores reddit pedes ad cursum: sic consuetudo malefaciendi promptiores efficit ad scelerā.

**P**roferentem mendacia, testem fallacem. Hebr. Efflabit mendacia testis falsitatis. Caietan. convertit: Faciet loqui mendacia testem falsitatis, atque de eo interpretatur, qui conquerit falsos testes aduersus alium. Quia cum verbum Hebraicum sit in Piel, eam vim habere existimat. Sed tamen ea coniugatio aliquando vim habet roborandi significationem: non verò mutandi. Propterea optimè Pagninus vim addens significationi, transtulit: Efflabit mendacia. Et quidem verbum Hebraicum efflare, & spirare significat. Propterea Septuaginta ad ignem id referentes, qui flatibus accendit, conuentendum putarunt: Accendit falsa testis iniustus, accendit, inquit, flatibus suis: sic habet correctior textus. Complut. Exurit mendacem testis iniustus. Symm. & Theodot. profert, sicut nostra. Sed cur (Inquieris) E sextum, septimumque vitium nō tribuit alicui corporis membro, sicut alia quinque. Occurrit Iansenius: nam quinque (inquit) vitia sunt partium, duo verò personarum, quinque ergo illa vitia, quæ partibus corporis adscriptis, sic considerauit tanquam quæ partes illas, per quas perficiuntur, vident, & sic demum lœdatur totus homo: duo verò reliqua, quæ personarum sunt, tanquam per quæ lœdatur communitatis, & Reipublicæ corpus, cuius personaæ partes, & membra sunt. Hæc ille satis acutè. Tamen quod spectat ad litteram, ideo hæc F duo vitia nulli membro tradidisse reor, quia si cui adiudicari deberent, maximè linguæ: hanc vero præmisserat initio, dicens: Oculos sublimes, linguam mendacem.

Sensus ergo ex communi interpretum calculo sicut habet: Proferentem mendacia, testem fallacem, id est, sextum scelus, quod Deo valde ingratum accidit, est eius, qui se testem astruit mendaciorum. De quo infrà cap. 21. Testis falsus non erit impunitus, vbi plura de hac re. Hic verò expendendi sunt verba: Proferentem mendacia, testem fallacem. Originalis habet: Efflavit mendacia, vel spiravit, ad promptitudinem, facilitatemque mentiendi referri potest, hoc est, ea facilitate, & prōptitudine mendacia profert, qua halitus ex ore redditus. Rursus ad

Prox. 3.

num. 32.

Psalm. 5.

num. 7.

Job 36.

num. 13.

Ang. 5.

131

132

133 vim asseuerandi ea, quæ mentitur, efflauit mendacia, id est, ad mendacia asserenda totum profert spiritum, id est, summo conatu eadem confirmat, veritas quidem vires spiritusque addere solet enuntianti, mendaciū vero elidit spiritum, & quasi guttatur strangulat. Sic docuit Seneca: *Mendacia preferentes strangulari solent, & per singuli verbahastare.* Nimirum suffurato spiritu. Ergo Salomō eum summopere inuisum Deo esse affirmat, qui pleno spiritu mendacia asseuerat, cui, cum profert falsa, non intercipitur spiritus, non strangulatur, non hastat. Secundo alij conuertendum esse existimant: *testis fallax, qui inflat mendacia.* Mendaciis similima sunt inflata omnia, non plena, nec solida. Veritas enim (liceat sic dicere) solida, & plena est Mendacium vero inflatum vtrem imitatur, cuius tumor, si quidem aliqua ex parte, vel minima accidat ruptio, efflato, expiratoque aere subficit: *Testis igitur fallax inflat mendaciam,* quia dum serio illa affirmat, solidæ, atque plenæ veritati haud dissimilia videntur, sed reuerat tument, & solida non sunt. Vel aliter, *inflat mendacium,* id est, superbire illud facit: quia nonnunquam falsus testis assertione sua assertum mendacium eo adducit gloriae, vt de veritate triumphum reportet. Denique Septuaginta legit: *Accedit mendacia testis iniustus,* hoc est, sicut flatus iteratis ignis inflammatur: sic ille repetitis assertionibus mendacia accedit. Veritas quippe illustris est, & igne luculentissimo splendidius lumen habet: mendacium vero tenebrosum, atrum, & obscurum, atque adeo latere, & obruvult. Testis autem falsidicus, dum serio repetitis vicibus mendacium asseuerat, quodammodo illud accedit, & similem veritati lucem eidem donat. Vel aliter, *Mendacia accedit,* id est, excitat, vel intenit primus. Habet autem mendacia de numero multitudinis, non mendacium, vt significet plura, alia, videlicet, atque alia enunciare solitum. Nam quemadmodum eueniens solet in magnis incendiis, vt si forte ignis materia aliquam corripuerit, exinde in alias atque alias vicinas materies grassetur: sic etiam accedit testi falsidico, vt non prolatio mendacio ad illud tuendum multa alia post alia necesse opus sit, flamma nimirum ab uno in aliud quodammodo pertuadente, ac transiliente. Demum Scolastes Vaticani textus Septuaginta, sic interpretatur: *Mendacia accedit,* id est, mendaciis accedit hominum animos, dum eos ad lites innuieras falsis testificationibus prouocat. Lectio Complutensis, ac Regia omittebatur est: quia mendosa videtur. Si vero illam tueri, ac defendere quis vult, sic interpretari licet: *Accendi mendacem testis iniustus,* sic lego, non exurit. (videtur enim accommodatius) quasi dicat hominem meritiri & falsa asserere non audentem, *testis iniustus,* qui nimirum facile vendit, fidem suam excitat, erigitque ad mentiendum. Nam testem falsum in promptu qui habet, animos suscipit ad falsa quæque pronuntianda, & ad mendacia sua serio asseueranda, & defendenda. O mores! o tempora! quam præsto, & in promptu sunt hoc sæculo falsi testes, nihil vilius vendit, quam fides. Impunitas hoc facit. Quibus poenis in falsos testes animaduertere solerent antiqui, dicam infra, cap. 21. ad illa verba: *Falsus testis non erit impunitus,* interim acci-  
134 iuuentalis, pe ex iuuinali, quantum est, inuisis antiquis illo-  
rum perfidia.

*Ambigua, si quando citabere testis  
Incertaquerei, Phalaris licet imperet, ut sis  
Falsus, & admoto diet et periuria Taurum,  
Summum crede nefas animam preferre pudorem,  
Et propter vitam viuendi perdere causas.*

*Et cum, qui seminat inter fratres discordias.  
Tom. 1.*

A Hebraicè: *Et mittens iurgia inter fratres.* Septuaginta, *iudicia, Scolastes lites,* eodem recidunt. Hoc est septimum vitium, quod Deo in primis execrabile, & exosum est: *Septimum enim (ait Salomon) detestatur anima eius.* Dehis qui disidia inter vñanimes concitant loquitur Paulus *Rom. 13.* ad Romanos 1. cum ait: *Susurriones Deo odibiles.* num. 29. Ratio vero propter quam hoc scelus maximè Deo infensum esse dicitur, inter ea, quæ contra proximum committimus, in promptu est. Quia cuncta alia, vel famam, vel vitam, vel facultates proximorum laudant, hoc charitatem, qua nihil Deo antiquius, & gratius, proxime dicitur, & labefactat. Verbum illud *seminat,* supra expendimus. Illud tantum obserua in originali textu pro discordiis esse *Medianim.* quam vocem supra Septuaginta retulisse videntur ad radicem *סְדָנִים* *Medianim*, quam vrbem sonat. Propterea conuertunt: *Quæ turbationes afferit ciuiis aribus,* sed iam nunc referunt ad radicem, *סְדָן* *Don*, quæ significat, judicare, aut contendere, propterea legunt: *Qui immittit iudicia inter fratres,* Nomine fratrum intellige omnes vñanimes, amicitia, aut foedere copulatos.

*XX. Conserua fili mi præcepta patris tui: & ne dimiseris legem matris tuae.*

*XXI. Liga ea in corde tuo ingiter: & circumda gutturi tuo.*

D C Onserua fili mi præcepta patris tui. Septuaginta: *Fili mi custodi leges Patris tui:* & ne expellas iura matris tuae, pro legibus autem est, *רְאֵשֶׁת:* pro iuribus vero, *רְאֵשֶׁת.* Sed tamen de horum nominum dissimilitudine satis multa contulimus cap. 1. vers. 8. immo nihil differt hæc ab illa sententia, atque adeo, quæ ibi diximus, in hunc locum transferri possunt: id tamen interest, quod inibi dicitur: *Audi fili mi,* hic vero: *Conserua fili mi præcepta.*

E *Et ne dimiseris legem matris tuae,* hæc pars nec latum vnguem discedit ab ea, quam ibi multis illustrauimus.

*Liga ea in corde tuo iugiter.* Hebraicè: *Super cor tuum semper.* Septuaginta: *Liga autem ea super animam tuam semper.*

*Et circumda gutturi tuo.* Hebr. *Et vincia ea in gutturibus tuis.* Septuaginta: *Et quasi torquem circumda circatum collum.* Symmach. *Stringe.*

Hæc verba nihil etiam dissident ab his, quæ interpretati sumus, cap. 3. vers. 3. *Circunda eas gutture tuo,* & describe in tabulis cordis tui. Vide ibi multa, &c. 1. vers. 9. quæ omnia in hunc locum facili negotio transferri possunt. Sed tamè expendo tunc ista

F verba per transcursum: *Liga ea in corde tuo.* Hebraicè *כַּשְׁפָּר Kafrem,* à radice *Kasar:* quæ germanè de ornamentis, quæ cuius membro innectuntur, sive digitis, sive collo, immo ipsa ornamenta ab eadem radice dicuntur *כַּשְׁפָּר Kasurim,* quasi ligamenta, quam vocem noster interpres *murenulas* vbi- que conuertit. Isaia 3. & Hierem. 2. Ergo cum audi: *Liga ea in corde tuo,* sic accipe tanquam bullari supra cor tuum appendito, vel gestato. Quod duplum ad sensum referri potest. Prior est, sint tibi probilla supra cor, vel quod ea sit ingenuitatis nota, vel quia sit fascinationis amuletum. De hac re iam inde supra multa contulimus c. 1. vers. 3. & c. 3. vers. 3. & c. 4. vers. 22. Posterior est, ad hunc modum. Documenta mea in bulla descripta, aut incisa gestato;

*Isa. 3. n. 26  
Hierem. 2.  
num. 325*

R. i)

**Hieron.** Sic enim gestari solent ea, quæ maximè cordi sunt. Atque de hoc etiam more satis multa diximus supra cap. 3. verf. 3., ad illa verba: *Describe in tabulis cordis tui.* His similia Deuter. 6. Et ligabis ea, quasi signum in manu tua: loquitur autem de diuinis mādatis. Simile etiam est illud Isaiae cap. 8. *Liga testimonium, & signa legem in discipulis meis,* id est, descriptam, signatamque legem in ornamento aliquo, vel annulo, vel in bulla discipulis meis tradito. Quod perinde est, ac si dicat, id effice, vt discipuli mei legem ardentius adament ut adamare solent ea, quæ vel in annulo, vel in bulla incisa afferuntur. Quod si placuerit sensus D. Hieron. qui verba hæc: *Liga testimonium, & signa legem in discipulis meis,* sic interpretatur: Inuolue scilicet figuris, & parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, cui expositioni fauet lectio Septuaginta: *Tunc manifesti erunt obſignantes legem, ne diſcant.* Observandum quidem est ea, quæ in annulis, vel bullis insculpi, vel exarari consueuerant, obscurè, & compendiosè notis quibusdā in perbreui spatio deformari solita, ita vt legere, atque intelligere cuius in promptu non esset. Ita ego vidi in peruetusto an-

139 nulo obscuras notas, quarum sententiam alij, atque alij diuinabant, nullus tamē attigit. Ergo ita licet interpretari: *Liga testimonium, & signa legem in discipulis,* id est, legem illis trade obscuram, atque intellectu difficilem, quemadmodum describi solēt ea, quæ in annulis, & in bullis per notas difficiles exprimi solent. Quæ expositio huic etiam loco aptari potest, ad hunc modum: *Liga ea in corde tuo,* id est, leges ac documenta mea compendiosis quibusdā notis in bulla, supra pectus pendente incide. Quasi dicat: Sic adama quemadmodum solēt ea diligi, quæ in bullis afferuntur brevioribus notis incisa.

*Et circundaguturi tuo,* id est, tāquam torquem. **D** Quæ verba superioris clausulæ sententiam elucidant. De torque autem satis multa diximus locis citatis, quibus hīc supercedendum censui.

**XXII. Cum ambulaueris, gradiantur tecum:  
cum dormieris, custodian te, & euigilans loquere cum eis.**

**H** Ebraicè: *In ambulando deducere te: in iacendo custodiens super te.* Aquila, Symm & Theodot. *Cum ambulaueris, dedicant te.* Chald. similiter consonat. Diuersitatem hanc peperit ambiguitas textus Hebr. quem vtroque modo efferre licet: *Adduc tecum, vel deducet te.*

*Et euigilans loquere cum eis.* Hebr. *Cum expergefactus fueris, ipsa te alloquatur.* Supple, lex Septuaginta: *Ut expergefacto loquatur tibi.*

Noster ergo interpres legit, *gradiantur tecum*, vt eo modo vtriusque versionis sensum complectetur. Ita vt *gradiantur tecum*, perinde sit, atque *adduc tecum*. Cum enim torqui & bullæ leges, documentaque sua contulisset, iubet nunc, vt illa torquis in morem secum assiduo circumferat. Nec decipiatur illud verbum *gradiantur*. Nam vulgo etiam dicimus: *Esta piezaanda siempre con migo,* id est, hanc semper feras. Euadit autem talis sententia. Quemadmodum hi, qui torque nobilitatis, & ingenuitatis illustrem notam adepti sunt, semper gestant, & ostentant: Sic etiam documenta mea, quæ tibi pro torq; esse volo semper tibi præsto sint, semper tecum affer, id est, memoria tua nunquam excidant. Vel aliter. *Gradiantur tecum,* id est, dedicant te. Quasi dicat. Quotiescumque gressus moueris, ipsa tibi ducatum præbeant, ac te à recta via exorbitare non patientur. Posterior sensus videtur accommodatio.

**A** Cum dormieris, custodian te. Verbum originale significat excubias agere, cuius vim expressit translatio Tigurina, hoc modo: *Cum dormieris, aut iacueris, excubabunt super te,* id est, te excubitorum in morem securum esse iubebūt. Cum vrbs aliqua in hostium confinio sita est, singulis noctibus excubatores mœnibus præfici solent, quibus vigilias agētibys, reliqui secure in vtramvis aurem dormiunt: Ergo Salomon: *Cum dormieris, inquit, excubent super te,* id est, si securius dormire, & metus expers sopori laxius indulgere velis, hæc paterna documenta præfice tibi ipsi tanquam excubias, & custodias: quādiu enim in mentis tua arce hæc vigili memoria viquerint, de reliquo quiescere, & in vtramvis aurem dormire poteris. Vel aliter, excubitorum quidē munus est, hostibus irruentibus milites excitare, & signo dato ad pugnam acuere. Ergo Salomon ait: *Cū dormieris excubent super te,* id est, hæc paterna documenta in memoria, tanquam in arce colloca, vt si forte somno pressum, atque iacentem hostis inuaserit, ipsa omnes animi tui vires euocent, ac vigiles, promptasque ad repugnandum reddat. Rursus excubitor igne accēso ex specula significare solet hostis aduentum, & ad arma capessenda milites excitare. Hunc ad morem spectauit D. Mach. hom. 46. **Machar.** vbi de memoria sic ait: *Cumque ab specula animi nostri nouissimi illius ignis facem aliquam ostendit memoria.* Quid tuū sit? Tunc certè cunctæ hominis vires, tanquam milites excitantur ad resistendum luxi, turpitudini, auaritiæ, &c. Hunc autem ignem ab animi specula à memoria ostendi tunc dixerim, quoties pracepta Dei repetit, & poenas, quæ in transgressores statutæ sunt, obiicit.

**D** *Et euigilans loquere cum eis,* id est, familiariter cum illis age. Quasi dicat: tunc, cum somnum abieceris, hæc paterna documenta tracta, & retracta. Sed emphasis habet lectio originalis. *Cum expergefactus fueris, ipsa (supple lex paterna) alloquatur te,* id est, ita videlicet familiarem tibi esse vellem hanc meam legem, & documenta, vt cum euigilaueris, nulla prior cogitatio animum incessat tuum: nam ea, quæ primum euigilanti succurrunt, altius defigi solent in animo. Hanc sententiam expressit Chaldaeus his verbis: *Et si euigilaueris, ipsa erit meditatio tua.*

**XXII. Quia mandatum lucerna est, & lex lux: & via tua increpatio disciplina.**

**Q** Uia mandatum lucerna est, & lex lux, Septuaginta paulò aliter: *Quia lucerna mandatum legis, & lumen via vita, & correptio & disciplina.* Chaldaeus, Aquila, Symmachus, & Theodotio à vulgata non discedunt, quæ prorsus concordat cum originali.

Sensus est luculentus. Offert rationem, propter quam patris, matrisque documentis tantudem tribuere oporteat, quia nimur mandatum patris lucerna est: lex vero matris lux (sic distribuo) *Et via vita increpatio disciplina.* Hebraicè: *Increpatio, id est, vtriusque correptiones filio viam vita præmonstrat.* Pro lucerna Hebraicè est נֶר Ner: pro luce autem נֶר Or, & quidem Ner, significat elychnium, quod oleo alitur: Or vero lucem, quæ splendet ex cera. Hanc dissimilitudinem obseruauit in hunc locum nouus, sed doctus radicum estimat, quam familiarem esse dicit Rabinis. Cum ergo lucernæ, aut elychnio cuius lumen oleo innutritur, patris contulit documenta, satis innuit ea mitia, & mollia, nō acerba esse oportere. Iuxta illud Pauli ad Coloff. 3. *Parres, nolite ad indignationem pronecare.* Ad Col. 3.

*Ad Eph. 6* filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Id ipsum repetit ad Ephes. 6. Et vos patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in correptione, & disciplina Domini. Quibus verbis nimiam acerbatem, qua parentes filios coercere solent, interdicit, atque exhortationes, abdicationes, & alia eiusmodi, quibus filiorum non corrigitur mores, sed ira, & indignatio inflammatur. Igitur mandatum patris cum lucerna componitur, quæ molli oleo alatur: quia animaduersio illius moderata, pia, & misericors esse debet, non rigida & acerba. Matris verò lex luci confertur ex cera splendenti, quia ceram apes a culcis suis elaborant. Qua ratione non obscure suadetur matri, vt nimiam deponeat indulgentiam in filios. (Matres enim indulgentissima plerumque sunt) vti aculeos recipient, vt cù oportuerit, in filios exerant, eosque acutis increpatiōnibus configat. Ideo etiam hic lex matri accommodatur Hebraicè תְּוָרֵת Thora, quæ legem atq; spiculū sonat. Quod si prefata distributio inter patrem, atque matrem minus arrideat, & ea verba in vniuersum de omni lege capienda esse dicas, vt fere interpretes huius loci: Accipe ex Ambr. in Psal. 118. nomine mādati significari communia morum præcepta: legis verò nomine sublimiora documenta, & eos filia: in h̄ ex Hebreis Rabi H̄emmanuel inter Ner, atque or, id discriminis interesse dicit, quod Ner, lucerhas pauperum significat, Or diuitum.

*Ambros.* 145 Hugo, & Lyra sic habent: *Quia mandatum lucerna est, scilicet minoribus: lex lux maioribus.* Quod si ita accipiatur, maiestatem habet: pauperes enim tenues, & exigui census homines lucernas, oleo innutritas adhibere solent ad suas operas, h̄ec enim paruo constat: at proceres atque præuidites cereis vti solent: id enim gloriosum ducunt. Ad eundem modum quidam ex documentis Dei ea sumunt ad vitam, moresque illuminandos, quorum obseruatio minoris constat, præcepta scilicet, atque mandata. His verò mandatum lucerna est: vulgo *Alumbrans con azeyte.* Gaudent quidem luce, sed minoris meriti rem præstant. Alij autem ex eisdem documentis ea sibi vendicant, quæ sublimiora sunt. Quorū obseruatio labore, & industria multa constat: hi sunt, qui non præceptis solum diuinis, sed consiliis etiam suam vitam informant. Quibus lex lux est, luculentius dicam, *Alumbrans concera:* id enim gloriae, ac meriti celsioris existimant. Illi quidem in infima virtutis conditione sunt: hi verò inter proceres, atque heroas censentur, quos sublimitas virtutis nobilitat.

147 Ad h̄ec præmissus Hugo: *Mandatum (inquit) lucerna est, id est, lumen in testa, quoad vetus testamentum, quia in eo veritas, in littera velut in nuce nucleus. Lex verò lux, quoad nouum testamentum, quia in eo nuda, & luce ipsa meridiana splendidior veritas emicat.* Vbi lucem absolute dictam pro die ipso accepisse videtur: hoc verò translatum ad superiori sententiam non inelegantem reddit sensum: *Quia mandatum lucerna est, & lex lux, id est, qui ad suam vitam instituendam, & mores informantos eligit solum mādata, hic similis est ei, qui lucernæ lumen adhibet ad suas operas: qui verò leges, & sublimiora etiam documenta exequitur, nihil dissidet ab eo, cui meridianum lumen illuxit: videt tamen que, sed hic magis. Simile est illud: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Lege longam enarrationē huius carminis apud Ambrosium, Augustinum, item Hilarium & Chrysostom. in Psal. 118. qui plures huius loci mysticas interpretationes conflant.*

*Et via, vite increpatio discipline, vel eruditionis, id est, correptio paterna vita instituenda*  
Tom. I.

*A* optimam rationem ostendit filio, quam si tenerit, vitam hanc felicissimè degere, & ad æternam peruenire possit.

*XXIV. Ut custodiant te a muliere mala: & à blanda lingua extranea.*

*Vt* custodiant te à te muliere mala. Septuaginta: *Ad conservandum te à muliere mala.* Scholast. *An muliere amici tui.* Aquila: *Sodalis tui.* Symmach. *A meretrice.*

*B* Et à blanda lingua extranea. Hebraicè: *Et à lenitate lingua extranea.* Septuag. *Et à calunnia lingue alienæ.* Symmachus & Theodot. concordant cum vulgata.

Iam nunc aperit Salomon, quorsum spectent ea documenta, ad quæ hactenus auditorem comparauerat: *Vt custodiant (inquit) te a muliere mala, &c.* Noster Interpres, atque Septuaginta hisce verbis utramque, adulteram, atque meretricem notari voluerunt. Sed tamen hoc dissidium inter illos versatur: quod vulgatus haeres originali textui priora verba deserto, posteriora de adultera capienda esse existimauit: nomine enim malæ mulieris meretricem intellexit: sic enim vulgo scorta vocamus: *Las malas mugeres:* at nomine extraneæ, vel alienæ adulteram accepit. Septuaginta commutat ordinem, & per malam mulierem, adulteram significari volunt: per extraneam, seu alienam, meretricem innui. Quomodo autem hoc nomen extraneæ in ipsam cadat, supra diximus, cap. 2. vers. 16. Ob eam causam priori loco sic legunt: *Ad custodiendum te à muliere innupta, &c.* Quod si utramque partem de adultera accipiendo esse velis cum Caietano, & aliis, eadem est mala, & extranea mulier.

*C* *Vt eruaris à muliere mala.* Profectò mulier impudens multis nominibus mala dicitur, quæ complexus est D. Ephrem in tractatu aduersus improbas mulieres, vbi earum malitiam, & improbitatem longo interallo aliarum rerum improbitatem vincere multis probat. Lege ibi, maximè ab illis verbis. *Quid est mulier? Naupragium super terram, fons nequitie, &c.*

*D* *Et à blanda lingua extranea.* De lenitate, ac molitie verborum, quibus foeminæ virorum corda delinirent, jam inde supra multa confluimus c. 2. vers. 16. & c. 5. vers. 3. vide ibi.

*XXV. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius.*

*N* On concupiscat pulchritudinem eius cor tuum. Septuag. *Non te vincat forma concupiscentia.*

*D. Hierony. in Ezechiel. c. 27. habet: Non te decipiatur forma desiderium. Sed tamen Ambr. de Cain, lib. 1. cap. 5. sequutus est letctionem Septuag. Chrysostom. homil. 3. de verbis Isaiae: Ne cognoscas pulchritudinem alienam.*

*Ephrem.* *Nec capiaris nutibus illius.* Hebraicè: *Et non te capiat in palpebris suis.* Septuaginta: *Neque capiaris suis oculis, neque abripiaris ab eius palpebris.* Hieronymus vbi supra tantum habet: *Ne capiaris oculis suis, à reliquis abstinet.* Similiter Ambrosius & D. Ephrem in bello contra impudicos, vbi sic habet. *Ne te vincat pulchritudinis desiderium, neque illius aspectu capiaris, aut nutibus:* quod ita accipendum est: *Ne capiaris aspectu illius, id est, illam contemplans, nec illius nutibus,* dum ab illa contemplatis. Chaldaeus: *Ne seducas te palpebris suis.*

148

149

Ephrem.

Hieron.

D. Ambr.

Chrysost.

Non solum lingua meretricis, & sermo blandus, A  
lenisque animum emollit (inquit Salomon) sed  
etiam illius pulchritudo, & species: *Ne concupi-*  
*scat pulchritudinem eius cor tuum*, id est, ne pulchri-  
tudinem eius admiratus eadem perfrui impense cu-  
pias. Pulchritudinis vim ad mentis quantumlibet  
rigidæ propositum labefactandum nemo ignorat.  
Hanc vim satis expressit lectio Septuaginta dum  
ait: *Nè te vincat forma concupiscentia*. Tantum  
enim est pulchritudinis robur, ut animos alioqui ro-  
bustos facili negotio vincere, atque de ipsis trium-  
phum agere quotidie soleat. Hinc ferunt pulchritu-  
dinem à Carneade dictam, *Imperium sine satelli-*  
Carneades  
*tio*. Nimirum quia sine militibus imperat debellat-  
que animos. Adde Theophrastum, qui eandem ap-  
pellavit, *Silentem fraudem*. Quid ergo non edo-  
muerit? quid non peruicerit vis fraudi copulata? Er-  
go Salomon: *Non te peruincat pulchritudinis con-*  
*cupiscentia*. Vi, & robore opus habes contra illius robur, & fraude superanda tibi est: Quo tandem modo? Animus tibi in temperantia obfir-  
mandus, & oculi etiam fraude quadam ab illius as-  
pectu remouendisunt, sic enim robore, & fraude  
robur, & fraudem superabitis.

152  
Chrysost.  
*Nec concupiscat pulchritudinem eius cor tuum*.  
Hæc verba spirant doctrinam Christi Domini in  
Euangelio: *Qui viderit mulierem ad concupiscenti-*  
*dum eam, hic iam mæchatus est in corde suo*. Salo-  
mon enim solam pulchritudinis concupiscentiam  
interdicit. Sic contemplatus est Chrysostomus in  
ea homilia de verbis Isaiae ipissima verba Salomo-  
nis expendens: Vbi hæc habet ad verbum: *Proinde*  
*ne sp̄ctes temp̄raneam illam, quæ ex aspectu pro-*  
*ficiuntur, voluptatem; nam illi inficto vulnere ple-*  
*rumque celeriter anolat: as vobis non auolut sed ple-*  
*rumque manet, & interficit. Et quemadmodum cer-*  
*ua confixa iaculo in vitali corporis parte, etiam si*  
*venatorum effugerit manus, nihil inde fert lucri. Sic*  
*& anima accepto concupiscentia iaculo è lasciuo, cu-*  
*riosoque aspectu, etiam si cum iaculo permittatur*  
*abire sine opere, tamen ipsa per se corruptitur, ac*  
*perit. Rectè ergo Salomon: Ne concupiscat pul-*  
*chritudinem eius cor tuum, hoc est, ne vulnus con-*  
*cupiscentiae in vitalissima cordis parte excipias: nam*  
*licet opus fugere permisum sit, periisti, actum de*  
*salute animi tui*.

153  
Chrysost.  
Rursus Chrysostomus legit, ut supra admonuit:  
*Non cognoscas pulchritudinem alienam*, id est, ne ita  
attente oculos desigas in fœminam pulchram, vt  
inde postea illam agnoscere possis ex eo, quod vi-  
deris. Si vero aestimat eleganter hæc verba: *Vide-*  
*re-ne fait causa peccati? minimè vero Nam & hoc*  
*naturæ opus est. Sed quid tandem? male videre: hoc*  
*enim est depravata voluntatis. Propterea sapiens ad-*  
*monet dicens. Nè cognoscas pulchritudinem alienam,*  
*non dixit, ne videoas, id nimis nonnunquam sit vero,*  
*sed ne cognoscas. Illud tollens, ne curiosè animad-*  
*uetas, ne curiosè intuere, ne vitiosè contemplationi*  
*immoreras. Sed quid (inquiet aliquis) malis hinc pos-*  
*sit oriri? ex hoc amor, velut ignis excitatur. Ut enim*  
*ignis, ubi ferrum aliquod arripuerit nihil moratur,*  
*sed simul ut attigit materiam, lucida accendit flam-*  
*mam. Itidem, & ignis concupiscentia, qua est in*  
*nobis simul, atque per oculorum intuitum elegan-*  
*tem, ac venustam attigerit formam, protenus exurit*  
*animam. Hæc ille*.

154  
Cæterum nescio quis lectionem istam Chrysostomi alter exposuit ad hunc modum. *Ne cognoscas pulchritudinem alienam*, id est, ne in aliena  
vixore pulchritudinem agnoscas, nam pulchritudo fortasse oculis videri potest, agnosci nullo modo po-  
test: nā cognitionis mentis est. Si autem agnitus mentis

ultra oculorum aciem transfiat, nulla placebit un-  
quam pulchritudo (apertius dixerim) nulla erit. Nam quod speciem, & formam aliquando admirau-  
mur, oculorum vitium, atque hebetudo est. Atti-  
git hoc Boëtius, lib. 3. de Consolatione, prof. 8. *Boëtius*.  
producens testimonium Aristotelis, his verbis: *Quod*  
*si (ut ait Aristoteles) lynceis oculis homines ueren-*  
*tur, ut eorum visus obstantia peneiraret, nonne intro-*  
*spectis visceribus illud Alcibiadis pulcherrimum cor-*  
*pus turpissimum videretur? Igitur te pulchrum vi-*  
*deri non tua natura, sed oculorum spectantium reddit*  
*infirmitas. Ad eundem modum dixerim speciem,*  
*atque formam admirari, ad oculorum infirmitatem,*  
*& hebetudinem pertinere.*

Propterea Salomon: *Ne agnoscas pulchritudi-*  
*nem*, id est, ne agnitus oculis obstricta, & alliga-  
ta sit: oculos pertranseat, & ad interiora mens per-  
uadens pulchritudinem nullam agnoscat. Hoc do-  
cumento visus est Chrysostomus in homilia de mu-  
liere & pulchritudine. Ex multis pauca habeto:  
*Cum igitur videris venustam mulierem fulgidum*  
*habentem oculum, vuln. hilari coruscantem, dete-*  
*ge ipsi cutem, & tunc videbis omnem venustatis*  
D. Chrys.  
155  
*C*  
*vilitatem: ne subsitas superficie tenus, sed inter-*  
*rius penetracognitione, nihil aliud innuenies, quam*  
*osca, neruos, & venas, &c. Et breui interstitio,*  
*Quocirca si tecum reputes, quid intra pulchros il-*  
*los oculos subsit, quod intra rectum nasum, quid*  
*intra os, & genas, nihil aliud dieturus sis venu-*  
*statem corporis, quam sepulchrum calce illatum, tan-*  
*ris sordibus plena est.*

Sed tamen redeo ad lectionem Septuaginta:  
*Ne te vincat pulchritudinis concupiscentia*. Vim  
pulchritudinis ad peruincendas domandasque rigi-  
das mentes satis declarat testimonium illud Nu-  
meror. 31. quod producit Ambros. in cap. 4. Apo-  
calypsi. verba scripturae sic se habent: *Cur feminas*  
Num. 31.  
*reservatis? Nonne iste sunt, que decepti sunt filiis Israël ad suggestionem Balaam, & prævari-  
cari vos fecerunt, &c. Ambrosius autem ad hæc:*  
*Rex (inquit) Balac ad suggestionem Balaam, po-*  
*suit speciosas mulieres in conspectu filiorum Israël*  
*Diis suis sacrificantes, quarum pulchritudo non*  
*solum ad perpetrandam libidinem, sed etiam ut in*  
*sacrificiis eorum comedentes, perduxerit. Hanc hi-*  
*storiam late scriptit Iosephus Antiq. lib. 4. cap. 5. Iosephus.*

E Itaque Balaam nihil potentius ad victores subiu-  
gandos putauit, quam obiectam oculis pulcherri-  
marum fœminarum speciem euentusque vim pul-  
chritudinis ostendit, quæ illos non ad libidinem tan-  
tum, sed ad idolatria impulit. Idcirco Salomon:  
*Ne te vincat pulchritudinis concupiscentia*. Quasi  
dicat: Aduoca vires, robore magis, ac magis, ne  
pulchritudinis desiderio vietus cadas. Sed quomo-  
do id fieri? Subest testimonium D. Ambrosii, qui ite-  
rum incidit in hunc locum in Apolog. pro Dauid  
posteriore. Atque sic ait: *Ne te vincat concupiscen-*  
num. 15.  
*ta forma: si non vis vinci, non congregare, ne de te*  
*vitia coronentur. Quid illustrius?*

Nec capiari nubibus illius, nihil est, quod magis  
amorem lascivium stimulet, quam oculorum col-  
lisio, cum inuicem alij in alios beneuole incurruunt:  
*Non ita certum est* (inquit Synesius in quadam Synesius.  
Epistola) *ferrum ex silice ignem excutere, quam*  
*oculum ex oculo amorem, cum mutuo sepe petunt.*  
Hanc oculorum collisionem exprimit translatio Se-  
ptuaginta: *Ne capiari ruis oculis, neque abripia-*  
*ris illius palpebris*. Et quidem nullus acrior concu-  
piscentia stimulus, quam contemplante contem-  
plari fœminam, & oculis, vel à longe, colludere. Un-  
de eleganter Tertullianus de Velandis Virginibus: *Tertull.*  
*Tales oculi volunt virginem visam, quales habet vir-*

go, quæ videri volerit: inuicem se eadem oculorum genera desiderant, & eiusdem libidinis est videri, & videre. Ecce rationem, propter quam oculi in oculos intuentes luxuriam excitare soleant, quia nimis. Inuicem se eadem oculorum genera desiderant: quia cum nihil sit, quod magis benevolentiam, & amorem spiret, quam oculi, sic nihil est, quod magis oculos alliciat quam oculi. Sed tamen de singulis dicamus.

158  
Ambros.

*Ne capiaris tuus oculus.* D. Ambrosius lib. 1. de Pœnitent. cap. 14. sic expendit hæc verba, *In nobis oculi nostri retia sunt, & ideo scriptum est: Neque capiaris oculus tuus.* Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus inuoluimur, & implicamur, ipsi nobis vincula necimus. Etrursus de Abel, & Cain, lib. 1. cap. 5. *Ne vineat (inquit) te forma desiderium, adulterina est fucis illis, nequaquam sincero fulgens decorum.* Neque capiaris oculus tuus, circumfusa enim retia sunt. Ex quibus constat oculos nostros nobis metipis pro retibus, & pro vinculis esse, quibus innodamus. Sed quomodo? Iam aperio: quia ubi oculus formam aspergit, animus aliqui liber, & immunis compedes accipit, atque vinculis plusquam ferreis rei adamatae adstringitur, & alligatur, à quibus evaderem non potest. Itaque ipsi nobis vincula necimus, & retia implicamus, in quorum casis sponte venimus. Ideo Salomon, *Ne capiaris oculus tuus.* Subdit:

159

Ambros.

*Neque abripiaris palpebris illius.* Scilicet meretricis, quæ petulant palpebrarum motu, & nutu stimulat lascium amorem. Quemadmodum enim oculi nostri implicant, & innectunt, ita pariter oculi alienæ. Audi pœfatum Ambrosium in lib. 1. de Abel, cap. 4. *Illa igitur (inquit) meretricio proacte motu, infracto per delitias incessu, nutantibus oculis, & ludentibus iaculans palpebris, quibus preciosas animas cepit, oculus enim meretricis laqueus est pectoris.* Est in pœmissio lib. 1. de Pœnitentia cap. 14. *Multa (inquit) retia tenduntur à diabolo, multa retia sunt, oculus meretricis laqueus amatoris est.* Meretrix igitur Salomon: *Ne capiaris, vel abripiaris, inquit, illius palpebris, vel ne capiaris nutibus illius.* Laquei enim sunt retia, & casses, quibus animos obligat, & innodat. At, inquires, qua ratione eiusmodi retia fugienda nobis sunt? Profecto auium astutissimæ tunc vitant retia, cum eadem vident, iuxta illud:

*Quæquenam parent retia vitata uis.*

Salomon etiam supra, *Frustra iacit rete ante oculos pennatorum.* Quid inde? Sanè alia retia adaptis oculis euaduntur: retia vero, quæ oculi meretricis tendunt, non ita, sed clausis, obseratisque oculis vitantur.

160

Cle. Alex.

Rursus quomodo scemina lasciuo intuitu animos iuuemus demulcere soleant, paucis verbis complexus est Clemens Alexandr. lib. 3. stromat. cap. 11. *Quæ hoc exercent mulieres, suo asperitu, & intuitu sui ipsorum lenæ sunt,* id est, quæ oculos usque adeo amantes vibrare solent, & palpebras iaculari, hæc non indigent lenis ad amorem paciscendum: nam prima quæque visio ipsis pro lena est. Ergo ne abripiaris illius palpebris. Quibus quasi lenis quibusdam rigida mentem meretricis deliniunt, atque fleant.

Hieron.

Ceterum hæc verba, *Ne abripiaris illius palpebris,* alio modo extulisse videtur Hieronymus contra Iouianum, ubi hunc locum sic expressit iuxta lectionem Septuaginta, *Nerapias oculistus illius palpebras.* Sensus planè idem. Sed si licet altius perscrutari, rapere alterius palpebras, vel oculos, profascinaria liquido usurpari solet. Chrysost. in epist. ad Coloss. homil. 8. *Rursus (inquit) in medium prodit anicula, res plane ridicula, & pudenda, &*

Tom. I.

**A**culum, (inquit) rapuit infans, id est, fascinatus fuit à me. Nil certius. Igitur ad hunc sensum si vocem lectionem Septuaginta, talis euaderent sententia, *Nerapias illius palpebras,* id est, ne te fascinari illius oculis sinas. Mira enim vis in oculis scorti ad fascinandum animum, ad corrumpendos scilicet mores, & studia, ad immittendam animo concupiscentiam, qua nulla fascinatio præsentior est. Tuxta illud, *Fascinatio nugacitatis, & inconstans concupiscentiae transuertit sensum sine malitia.* Sapient. quinto.

**B** *XXVI. Pretium enim scorti vix est unius panis;* mulier autem viri pretiosam animam capit.

**P**retium enim scorti vix est unius panis. Hebraicè, *Nam propter mulierem meretricem usque ad tortam panis.* Sic habetur verbum. Alijad buccellam. Caietanus scilicet, & Rodolph. Tigurina, *Nam propter meretricem adigitur quispiam ad cibum panis.* Septuagita, *Premium enim mulieris meretricis, quantum & unius panis.* Chaldæus, *Quia similis est oratio meretricis tortæ panis.* Non est prætereunda hic lectio Hispanica, cuius iam supra memini, quæ sic habet, *Por una muger mundana se dafesta una arroba de pan.*

*Mulier autem viri pretiosam animam capit.* Hebraicè, *Et mulier viri animam pretiosam venerabitur.* Septuaginta, *Virorum pretiosas animas capit.* Tigurina, *Mulier autem viro iuncta veneratur pretiosam animam.* Chaldæus similiter habet, *venabitur.*

**C**aietanus existimat hic comparationem iniiri quandam inter adulteram, & meretricem, hoc modo, *Per meretricem homo usque ad buccellam panis.* Supple adigitur, id est, meretrices opes exaurire, & in summas angustias rei familiaris virum lasciuū conicere solent, ad usque frustum panis, hoc est, ita ut vix bucella panis in cibos illi suppetat, *Mulier autem, id est, nupta, & adultera, pretiosam viri animam capit,* hoc est, vitam ipsam aufert: adulterum enim lex mortis pœna mulctat, & subest etiam periculum necis inferendæ à marito. Hæc ille. *Quæ quamuis in lectionem originalem aptè cadere videantur, tamen longius abeunt à nostra lectione*

**E** vulgata. Caietano hæret Rodolphus: hoc tantum differt, quod extremam illam partem, *Et mulier viri pretiosam animam capit,* sic exponit. Quod maximi pretij est in homine, animam scilicet, id est, mentem capit. Itaque meretrix ad rei familiaris angustias, adultera vero ad mentis inopiam maximam hominem adducit. Obseruat autem illud *viri non ad animam, sed ad mulierem referendum esse,* ita ut perinde sit *mulier viri,* id est, nupta viro. Iansenio displicet hæc partitio sententiæ inter conjugatam, & adulteram, existimatque ex æquo de utraque capiendam esse. Et quidem ita ego reor, quia ex priori, ac posteriori parte vnicam sententiam complendam esse credo. Addo etiam pœmissam interpretationem, quæ à nostra lectione deuia ire videtur, aliqua ratione in concordiam cum illa adduci posse, si nimis quis ita exponat, *Premium meretricis vix est unius panis,* id est, substantia, quam meretrix homini reliquam facit, vix peruenit ad pœsum, quo emi solet panis unus. Sed tamen hoc vim verbis afferre videtur. Pergo ad alias interpretationes.

Beda, cui hæret Hugo, sic exponit, *Premium meretricis vix est unius panis,* id est, per brevis est voluptas fornicationis, *Sicut enim iejunus diurnam solum effugit famem, & nihilominus postmodum*

R. iiiij

161  
Chrysost.

164

esurit, qui comedere pane saturatus abscesserat: sic qui intrat ad scortum, ad horam solum evaporet libidinem, sed post pauculum ardenter redit. Hæc Beda. Concinuit Augustinus, qui serm. 250. de tempore, sic habet, *Premium meretricis, &c.* & subdit, *At quanta iniurias, & quam lugenda peruersitas, ut animam, quam Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque propter uniuersorū delectationem diabolū vendat.* Hæc tenus veteres Interpretæ. Sed tamen si in difficultem locu[m] licet proprias suspicio[n]es conicere, ego aliter interpretor.

165

*Primum ad hunc modum, Premium meretricis vix est unus panis, &c.* Comparatio hæc fit inter id, quod meretrix dat, & id, quod aufert, scilicet inter datum, & acceptum: dat enim voluptatem, & aufert animam. Hæc verò quantum estimatione, & pretio distent, aperit Salomon his verbis, *Premium (inquit) meretricis vix est unius panis, id est, voluptas, quam meretrix offert, iuxta illud premium, quo homines vulgo estimare eam solent, vix attigit eam summam, qua panis vulgo emi solet.* Nam scorti merces apud omnes nationes sat parua est. At illa, *Precio[s]am viri animam capit, id est, aufert rem omnium preciosissimam, scilicet animam.* Et quidem commune scorti salarym omnes gentes exiguum esse voluerunt. Athenienses (teste Suidæ in verbo Diagramma) decreuerunt, ut ædiles, seu fori curatores, quantum cuique meretrici dandu[m] esset, definirent, ne modum excederet donatio; imo & Constantinus, lib. 1. Cod. de naturalibus literis, meretricibus ultra modum donata auferre iubet. Hec autem retocandi, aut repetendi potest legitimæ soboli donantis sit, aut fratri, sorori, vel aliis cognatis. An vero ea lex superiores merito correxerit, quibus donationes meretricibus collate non omnino improbari videntur, differit Gregor. Tolosa. in Syntag. lib. 10. cap. 2. numer. 17. Item vilitatem huius salary testatur premium, quod Iudas detulit Thamar pro uno concubitu, quam scorti nomine comprehensit in agro, *Mittam tibi hedum de gregibus, (exigua sanè, & vilis merces eo tempore.)* Et quidem pro hædo pacti sunt. Taceo exiguam valde suminam, quahodie vulgo ab scortis venditur hæc voluptas. Ex quibus constat premium meretricis communi omnium consensu vilissimum esse, ac meritò à Salomone dictum *vix est unus panis, id est, vix panis premium adæquat.* Hæc mihi videtur germanior interpretatio, quæ etiam in originalem aptè cadit: sic enim habet, *Propter mulierem meretricem usque ad frustum, vel tortam panis, id est, premium, quod pro meretricis congressu offerti solet, usque ad tortam panis, supple, peruenit: hoc est, illud, quo panis torta comparari solet, non excedit, immo vix attingit.* Familiaris est hic modus dicendi scripturæ ad significandum vilissimum premium. Infra cap. 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit, & probuccella panis deserit veritatem, id est, provilissimo quovis pretio.*

Audeo etiam dicere apud veteres in vsu fuisse, ut panes meretricibus in premium turpitudinis darentur. Et præter quædam alia prophana testimonia confirmant hanc coniecturam tum hic locus, tum etiam illa verba Isaiae cap. 4. Apprehendent septem mulieres virum unum, dicentes: *Panem nostrum comedemus, &c.* id est, nequaquam tibi opus erit nobis pro pretio libidinis panem erogare, nam nostro ipsarum pane victibimus. Optimum verò testimoniū ex prophani's est apud Athenæum, lib. 3. vbi ex Alexide hæc verba producit, quibus mœchus ad mœcham, *Panes quidam albosoito, dein cotidem nigros.* Firmati potest hæc interpretatio trælatione illa Hispanica, *Per una mager mundana se*

*da fastā una arroba de pan, id est, tunc cum maxime. Quod si ita res se habeat, (ego enim parum si jere soleo his infirmis coniecturis) sensus sic efformandus erit, *Premium mulieris vix est unus panis.* Vel (ut habent Septuaginta) *quancum est unius panis, id est, pro uno congressu, unus panis pellici conferri solet.* Sed tamen illa *recio[s]am viri animam capit:* Quasi dicat, attende o iuuenis! longè enim maioris pretij est, quod ipsa aufert, quam quod illi dati solet, si forte putas voluptatem illam perbreuem unico tantum panis frusto tibi stare, falleris omnino, preciosissimam enim rerum omnium suppellestilem, hoc est animam tuam impendis temere. Habet patronum hæc interpretatione Diuum Ambrosium in Apolog. Daud post Ambros. cap. 3. vbi sic habet, *Vila tibi videtur mulier ad premium, sed fortis est ad vitium, quia virorum preciosos animos capit.* Quæ verba nostram sententiam planè continent.*

168

Rursus Chaldaica Paraphrasis suadet mihi, vt alia expositionem subiiciam: habet enim, *Quasi milis est oratio mulieris meretricis tortæ, aut frusto panis, sed precio[s]am viri animam venatur.* Notandum autem est Hebraicam vocem תְּהִלָּה Thesud, fluere à radice תְּהַלָּה, que propriè significat venari. Ergo qui venantur, solēt aues, aut feras inescare pane, vel aliquo alio edulio, ut captari facilis possint. Chaldaeus igitur ad hunc venatorum actum Salomonem cespisse putans: similis (inquit) est oratio, vel sermo meretricius frusto panis, sermone autem suo inescatam hominis animam, tanquam auem, aut feram aliquam venatur ac perimit. Et sanè interpretatio in originalem etiam lectionem apprimè quadrat, si ita conuertamus, *Ex muliere meretricie usque ad cibum panis, id est, voluptas, quæ ex familiaritate meretricis captatur, non differt à frusto panis, quo vti solet venator ad inescandam feram, & auem: hac enim proposita viri precio[s]am animam impudens mulier aucupatur.* Hac similitudine venationis foemina illius astum, que Iosephum in sui amore inflammare voluit, descriptis Chrysostomus Epistol. 3. ad Olympiad. Quemadmodum (inquit) peritus venator fera captu difficultate desiderans nullum artis instrumentum immotum relinquit: ad eundem modum ipsam iuuenis pudicitiam perfectam habens ingenti sibi ad venandum iuuenem apparatu opus esse iudicauit. Ob eamque causam nulla libidinis machina erat, quam non moueret. Et post pauca, Cum autem cum aliquando domo solum inuenisset, voraginem iam fodit, escam apposuit, ac voluptatis pennis undique expansis, tanquam medysretibus interceptam aquilam iam habens, irrepit, ac sola solum adoritur. Quid illustrius? Accedit Diuus Cyprianus, qui locum istum expendens, illum ad venationem retulit: sic enim habet, *Quantos leones domuit una mulieris infirmitas delicata, quæ cum sit vilis, & misera, de magnis (venatoris instar) efficit prædam,* quod salomon loquitur dicens: *Premium meretricis tantum est unus panis, mulier autem preciosas animas captat.* Vide astum, & machinas huius venaticis, quæ leones etiam captat, & domat.

169

*XXVII. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant?*

*XXVIII. Aut ambulare super prunæ: ut non comburantur plantæ eius?*

**XXIX.** Sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.

170

**E**leganti similitudine Salomon describit adulterij perniciem, quæ similitudo etiam si perspicua esse videatur, tamen eius accommodatio haud facilis est. Bonau. de lectione hæreticorum allegoricè exponit, reliqui de adulterio, ut verba sonant. In duobus prioribus versibus nil fere variæ lectionis est: in posteriori non nihil discriminis occurrat.

Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui. Hebraicè, Amici, aut socij sui. Sic Aquila, & Symmach. Sept. sic qui intrat ad mulierem nuptam.

Non erit mundus, cum tetigerit eam. Hebraicè, וְנַפְגֵּשׁ וְנַחֲזֵקֶת. Alij conuertunt, Non mundabitur. Alij, Non erit innocens. Vtraque autem lectio subest vocis originali. Septuaginta, Non erit innoxius, neque omnis tangens eam. Chaldaeus similiter, Non erit innoxius. Diuus Cyprianus de singul. Cleric. Non erit immunis. Interpres Chrysostomi infra, Non erit mundus, sicut nostra habent. Interpres Basilij C in lib. de Virgin. Non erit innocens.

Cyprian.

Nilus.

Cyprian.

171

In primis autem præmittere oporteret, optimam esse similitudinem ignis, & mulieris impudicitæ, quæ suo aspectu, nutibus, familiaritate, vsu, ac toto deinde corporis habitu, hominem accedit, concupiscentiam scilicet omni ardentiorem igne animo immittens, & cordis medullam torrens. Nilus oratione 20. aduersus vitia, Ad ignem potius ardenter, quam ad mulierem appropinqua. Nam si ad ignem accesseris dolore affectus resiles: at si fœminæ desiderio inconsus fueris, hand ita facile recedes. Est enim mirabuimus ignis natura, qui dum delectat, vrit: sed abeunte delectatione, manet liuor, & plaga. Cyprianus lib. de singul. Clericor. ut fœminas vitare suadeat, sic addit, Amputanda (inquit) sunt omnia nobis, quacunque igniferi somitus sulphurantibus flammis scatens fornax ebullientis carnis exsticcat, ne vel tenuis quedam scintilla seruata maior a conficit incendia. Mitto alia, quæ passim occurruunt apud Patres, & singula verba sic expendo.

Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? Septuaginta, Obligavit homo ignem in sinu suo? Sensus idem. Diuus Ambrosius bis incidit in hæc priora verba, & vtrōbique non ad modum curans contextum, sed verba tantū pendens, acutam valde sententiam offert. Locus alter est, lib. 1. de Pœnitentia, cap. 13. Subiicio verba, Est enim (inquit) flamma quæ interna vrit, unde huic ignem non alligemus in sinu mentis, & excessu pectoris, ne interioris nostri bominis vramus exuicias, & forense hoc nostræ animæ vestimentum, vel amenque carnale edax libidinis flamma consumat: sed transamus per ignem, & si quod incidit amoris incendium transfiliat mens, & non alliget adulterinam cupiditatem vinculis cogitationum, nullosque sibinos dos assidue nexus meditationis adstringat, &c. Posterior locus est in Apologia David posterior: Ligavit (inquit) aliquis ignem, &c. Causa igitur tu, ne intra sinum tuæ mentis ignem libidinis, & amoris accendas, nec corporeum vestimentum illo animi consumat, ut incendio, ac perpetuitatem resurrectionis amitteras, si per libidinam facies tibi putaueris esse gradendum: nam qui vritur corde, comburitur corpore. Itaque ignem in sinu alligat, absconditque ille, qui impudicam, & turpem delectationem per cogitationem cordi, aut menti adstringit. Hæc vero corpus, quod instar est vestis, qua animus vritur, incendio suo corripit, atque ad opus turpitudinis perficien-

A dum, quasi furialibus actum f. cibus perducit. Sensus igitur est: Quemadmodū fieri nō potest, ut eius, qui ignem sinu inclusit, vestimenta non deflagret: ita etiam, qui per internam delectationem ignem lasciuia corde, animoque concepit, corpore etiā toto exæstuet necesse est: opere perpetrā ea, quæ mens lasciva valuebat. Ergo si signis iste menti incidit, non alligandus, non abscondendus, sed statim iactādus,

& respuendus ne vestem corporis corripiat. Aug. serm. 250. de tempore, Quomodo enim si aliquis carbones ignis apprehenderit, si cito proiecerit, nihil nocebunt ei, si vero eos diutius tenere voluerit, sine vulnere eos iactare non poterit. Ita ille, qui ad concupiscentium oculos defixerit, & libidinis malum in corde suscipies moras in suis cogitationibus habere permisit, excutere eas à se sine animi occidente aut plaga non poterit. Eandem sententia elicit D. Chrysost. Epist. 4. ad Chrysost. Olympiadem, de quo statim occurret sermo.

Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius. Diuus Augustinus vbi supra contextum omittit, & hæc verba cum superioribus per se teorū bonum ad sensum vocat. Ut enim suaderet fœminarum consortia summa contentione vitanda, numerat duplē earum conditionem, alteram sublimem, infirmam alteram, & ut ab vtraque cauendum esse doceat, verba Salomonis inducit, Non solum (inquit) extranearum mulierum, sed etiam ancillarum nostrarum secretam colloquitionem vitare contendat, quia quanto earum vilius conditio, tanto facilior ruina est. De familiaritate enim talium nos admonet Salomon dicens. Nunquid alligabit quis ignem in sinu suo, & vestimenta eius non ardebunt? Aut ambulauit quis super prunas, & non comburantur plantæ eius? Sententia hunc ad modum intelligenda est, ut hæc duæ similitudines distribuantur sic, Nunquid alligabit quis ignem in sinu suo, &c. id est, nunquid cum clara aliqua, aut decora fœmina quis conuersabitur familiarius, eam sinu excipiens suo, & non statim igni luxuriæ torrebitur? Aut ambulabit quis supra prunas, &c. hoc est forsitan ad ancillam, & in famam aliquam, vel etiam indecoram mulierem, quæ vel pedibus ipsis teri videtur, quis accedit, quin statim ipsum flamma libidinis corripiat? minimè verò. Vtrumque sane pericolosum (inquit Augustinus) sed hoc magis.

Haec tenus Patres, qui similitudinem istam seorsim sumentes eo inuerterunt, quo cuique libuit. Ceterum, ut posteriori versui adnectamus, mente præhibendæ sunt lectiones illæ, sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus, vel non erit innocens, aut innoxius, vel non erit immunis. Deinde notandum in ipsa dispunctione aliquid etiam varietatis esse. Quidam enim codices post illa verba, proximi sui, colon, aut duo puncta figunt, atque illud non erit mundus, ne etunt cum subiectis verbis: alij vero deletis punctis, ad superiora reuocant.

Ergo Rodulphus, & familiaris eius comes Iansenius existimant ea similitudine à Salomone innui crimen adulterij delitescere omnino non posse. Et sane nullum maius malum minari potest adulterio, quam futurum, ut crimen eius palam fiat. Sed quomodo (inquieres) similitudo huic sententiae appetatur? Subiicio, Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? Nec ardeant tantum, sed etiam ut tetro odore suo ipsamet conceptum ignem non prodant? Minime verò. Ad eundem modum fieri non potest, ut quis adulteram sinu suo excipiat secreto, quin sceleris istius scintilla, ac nidor non statim illud renunciet, & in vulgus det. Aut ambulare super prunas, & non comburantur plantæ eius? Sic etiam fieri non potest, ut quis domum alienam aut ambiat, aut

crebrius intrer, quin suis ipsem et pedibus amoris, sen libidinis ardorem non testetur, ita ut plantas ipsas libidine ardere dixerit. Hæc interpretatio postulat, ut duo puncta figantur post illa verba, *Sic ingreditur ad mulierem proximi sui.* Itaut sequentia nouam sententiam perficiant, ut postea dicam.

176

Secunda expositio est Arborei, Caietani, Hugo-nis, & aliorum, qui de ipsa peccati macula, & labe interpretantur, hoc modo: Sicut is, qui ignem sinu suo includit, vestimenta incendit, & qui supra prunas graditur, plantas adurit: sic ille, qui ingreditur ad mulierem proximi sui, id est, qui concubabit cum illa, non erit mundus, cum tetigerit eam, id est, illam comprimens, magni cuiusdam criminis labem sibi inuret, quam nullo tempore eluere poterit. Hæc esse videtur mens Diui Chrysostomi in ea Epistola 4. ad Olympiadem, vbi sic ait: *Qui alligabis, &c.* extrema autem verba sic extulit, *Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.* Ad hæc subdit, *Quod autem ait Salomon hanc sententiam habet. Quemadmodum fieri nequit, ut qui in igne versatur, non exardescat; sic nec fieri potest, ut qui consuetudinem cum fæminâ habet, maculas effugiat.* Inuchitur in hanc interpretacionem Iansenius, quia non sibi respondent inustio vestium, atque immunditia: ab una enim ad aliam inepte dicitur comparatio. Sed tamen ut hanc sententiam ab hac iniuria vendicemus, locum sic esse edifferendum existimo, ut sit veluti congenerata comparatio, hoc modo. *Quemadmodum*, qui ignem attingit, ignitur: sic etiam qui sordestangit, sordescit, atque inficitur. Hoc sibi vult illud, *Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam,* id est, quemadmodum vi-tu, qui ignem concepit sinu, sic sordescet, immundamque attingens fæminam non potest non sordes, & immunditiam inde trahere.

177

Tertia expositio, cui plurimum tribuit Iansenius, est eiusmodi, *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, &c.* Sic omnis, qui ingressus fuerit ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Hebraicè, *Non erit innocens.* Quod perinde esse existimat Iansenius, ac si dicat, *Non erit impunitus.* Quam sententiam habet ea vox infra cap. ii. *Manus ad manum non erit innocens malus,* ut ibi dicimus. Itaque talis sensus euadit. *Quemadmodum fieri non potest, ut ignem quis abscondat,* concludatque in sinu, quin vestimenta corripiat, & incendat: vel ut nudis pedibus carbones proterat, quin adustis plantis doleat: sic etiam nunquam accidit, ut adulter alienum torum inuidens læsionem atque vltionem fugiat. Huic interpretationi robur conciliat ex lectione Septuaginta quæ sic habet, *διάθεσθαι γάρ την οὐδετέραν, id est, indemnias.* Accedit testimonium Cypriani, qui conuertit, *non erit immunis.* Sed & negatur etiam melius cum reliquo contextu, in quo de pœnæ adulterorum sermo est. Cæterum, ut dicam, quod sentio, ex præmissa hæc posterior expositio, quam reliquis præculi Iansenius, minus mihi accommodata videtur. Primo, quia non parum à vulgata verbis abhorret, tum etiam, quia id, quod ille aduersus alias expositiones obiecit, interpretationem ab ipso traditam longè melius elidit, ac subruit. Nam ab unctione vestimenti, & plantarum, parum apta similitudo ducitur ad pœnam adulterij. Lex enim lapidare iubebat adulteros, non igni tradere. Quapropter aliam ego interpretationem subiiciam, quæ mihi accommodata magis videtur.

Cyprian.

178

Præmittere autem opus est illa verba, *sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui,* significare con-

A cubitum ex familiari scripturæ phrasí. Sed tamen accipi etiam posse pro eo, quod est alloqui illam, & vñm, consortiumque habere, quæ etiam phrasis non insolens est in scripturis. Sæpe enim *ingredi ad aliquam*, est ipsam alloqui 2. Regum 20. *Ingressa* est ergo ad omnem populum, & loqua est insipiente, &c. Luc. 1. *Ingressus Angelus ad eam.* Sunt pleraque 2. Reg. 10. alia huius generis loca. Sensus igitur est eiusmodi, num. 22. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut Luc. 1. vestimenta illius non ardeant, ita videlicet, ut ignis num. 28. vestimenta ipsa non peruerat, & ad carnem ipsam vñstulandam perueriat: vel rursus, Nunquid potest ambulare quisquam super prunas, ut non comburantur plantæ eius?* id est, quamvis cursum per carbones accensos nudis pedibus properet, non poterit non adutri, & torri. Ea enim est ignis natura, ut acrius, atque oxyus agat, *sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, vel immunitus, cum tetigerit eam.* Quasi dicat ad eundem modum, qui libenter versatur cum muliere proximi sui, si vel tantum illam attigerit, non erit expers damni, vel incendiij. At inquires non proximè, sed veste intercedente attingit? Parum interest, ignis enim trajectis vestimentis ad ipsas vñrendo peruerat carnes. Rursus addes, non morose, sed ex transcurso & quasi aliud agens tangi; quidni quantumvis celeri gradu super prunas nudis pedibus feratur quis, non potest non cōburi.

Habet interpretatio patronum Basiliū, qui pl-a-  
nè alludens ad hunc locum in lib. de Virginitate Basilius,  
prohibet seuerius virorum, fæminarumque com-  
mercia, adeo ut veste interpolita fæminam tangere  
nefas esse dicat, Porro fæminarum corpus masculum  
attingens quemlibet interposito vestimento ad congres-  
sum mutum latenter excitatur. Ac veluti stuprificam  
congerit, ignisque rursus ignem fumum ex se  
minime excitant: stupa vero si ignem odorata fuerit,  
protinus inflammata succenditur: ita & fæmineum  
corpus masculum tangens non multo labore, nec inflam-  
matione ad concubitum opus habet, sed cum naturali  
ad se inuicem rapient ardore, simul ac se contingant,  
scintillam voluptatis fumantem intrinsecus sentiunt,  
vnde scriptum est: *Alligauit quipiam ignem, &c.*  
Hæc ille circa finem. Sed tamen non longè ab initio eiudem libri eadem ignis similitudine de tactu  
eleganter differit, *Sicut enim (inquit) cum ignem  
tangimus, igni vestigia per impressas nobis adiunctiones  
excipimus, impossibile est, eum, qui ignem tetigerit  
manu, illam ab eius incentiu a operatione ser-  
uare.* Cæterum ut bullæ repente tactum consequuntur  
turgescunt, ac dolorosa per dolorem, & inflammatio-  
nem ulceramox rumpenda minantur, aut iam quoque  
facta in manu acria visuntur: Ita possibile non est,  
eum, qui mulierem attigerit, eiusmodi tactum inno-  
cuum, inuolatumque præferre, sed aut simili ratione  
bullæ per tactum cordi clam subrepunt, atque intumes-  
cunt; dirasque amoris perturbationes incontinenti-  
misque agitationibus pariunt, ac peccati ulceræ conti-  
nuorumpendantur: aut animum totum in inti-  
mis iam graniter exulceratum indicant. Itaque quo-  
niam in membris omnibus ignis hic ardor his, qui cor-  
pus adiunctione liberum seruare volunt, membrorum om-  
nium contactus caute vitandus est, ne ardenter ignis  
operationem in membro per tactum non in sola corporis  
parte, quam tetigit, sed in toto corpore, atque anima ipsa  
suscipiatur. Subdit autem Basilius, venustam simi-  
litudinem, quam hinc subscribere decreui, *Sic enim  
quis dum cæda serpentis attingit, caput magna licet  
corporis prolixitate disunctum ad cæda tactum re-  
pente conuertitur: & si digito pedis nostri impingente,  
capilli capitum mox in sublimè feruntur: vitiros etiā si  
manu tantum fiat, a capite usque ad extrenos 2. angues  
ad consensem voluptatis pertrahitur totum corpus.*

179

180

En quemadmodum verum sit, eum, qui fœminam attigit, non fore innocentem, aut immunem, etiam si leuiter, & per transcursum actum delibauerit. Similitudinem eius, qui serpente cauda corrupuit, usurpauit etiam Diuus Ephrem.

XXX. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatus enim, ut esurientem impleat animam.

XXXI. Deprehensus quoque reddit septuplum: & omnem substantiam domus sua tradet.

XXXII. Qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam.

181 **N**ON grandis, &c. Hæbraicè, Non spernet furum, cum furatus fuerit ad implendum animam suam, cum esurierit. Septuaginta, Non mirum, si deprehendatur furans: furatus enim, ut impletat animam esuriens. Chaldaeus, Non vitio vertitur furi, qui furatur, ut satiet animam suam, cum esurit. Tigurina, Non reputant probro furi, &c. Symmachus, & Aquila, Non spernent furem, ut est in Hebreo.

Deprehensus quoque, &c. Hebraicè, Et inuentus reddit septuplum, &c. Septuaginta, Si autem deprehensus fuerit, reddet septuplum, & omnem substantiam domus sua dans liberabit se ipsum. Chaldaeus consonat cum nostra.

182 **Q**ui autem adulter, &c. Hebraicè, Adulterans mulierem deficit corde, corruptus animam suam ipse facit illud. Septuaginta, Adulterans autem propter cordis inopiam perditionem anima sua acqueret. Aquila, Adulterans nuptam deficit corde.

Omnies fere Interpretes in eandem interpretationem conspirant. Si quid vero inter ipsos dissidij est, tunc dabo, cum singulas huius sententiae partes expendero. Ergo Salomon adulterium cum furto componit, atque illud longè maiora damna secum asportare luculenta utriusque collatione decernit. Nec insolens est his, qui adulterij grauitatem extollere volunt, illud cum aliis grauissimis

*Chrysost.* vitijs conferre. Diuus Chrysostomus hom. 62, in Ioannem comparat cum idolatria, & nescio quid maioris grauitatis in sacrilegatione coniugij subodoratur, ex eo, quod Paulus infidelivxori cohabitare permiserit, (siquidem id sine iniuria fidei fieri possit,) adulteram vero dimittendi copiam faciat: imo (ut ipse Chrysostomus existimat) suadeat. Rursus in quodam sermone, cuius est titulus,

*Carnis concupiscentiam ne settentur*, inter adulterium, & homicidium facta collatione præfert adulterium. Thales Milesius, ut author est Diogenes in eius vita, percontanti adultero, an iurare liceret se non admisisse adulterium. Respondit periruum adulterio grauitate criminis cedere: quod ita intelligendum est, quia maiora afferre solet incommoda, tum adultero, tum reipublicæ. Et eo etiam sensu donandus est Barthol. in Rub. de adulteriis, vbi affirmat adulterium præter læsæ maiestatis crimen esse maximum. Addo etiam illud Eu-

*Diogen.* phronis apud Stobæum, qui cum omni comparans malo omni præposuit. Ait enim, Non est adulterio maius ullum malum. Ac rursus, Quid enim maius adulterio? Cæterum quædam ex his, per hyperbolam dicta puto.

Illa germana, & accommodatissima comparatio

Aest, quam Salomon furtum inter, & adulterium comminiscitur. Vtrumque enim iniusticiæ crimen est, utrumque secretè admittitur, utrumque tenebras captat: si vero publicentur, utrumque dedecus, & poenas fert. Cæterum ut Salomon adulterio primas det, incipit quidem furtum extenuare, his verbis, Non grandis est culpa, cum quis furatur. Quasi dicat, culpa quidem est, sed venia quodammodo dignior. Hebraicè, Non spernent furem. Quam lectionem noster ad culpam retulit, hærens Chaldaeus, qui ait, non vitio vertent. Tigurina ad notam infamiae, hoc modo, non spernent, id est, non probro, aut dedecori dabunt. Sanè unum ex altero sequitur, scilicet ex culpa dedecus, & contemptus. Noster itaque radicem contemptus eruit, scilicet culpam.

Furatur enim, ut esurientem satiet animam. Ita enim accidit plerumque, ut furtum suadeat fames, atque inopia, quæ licet non omnino compellat, tamen inuitat acrius, atque adeo aliqualem suo crimine excusationem fur prætendere potest. Sed quid inde?

CSi comprehensus fuerit, reddet septuplum. Si vide- licet furti reus convictus fuerit, septuplum soluet. Pullulat hic dubiolum, quia nimis lex furi non præscribit solutionem septupli: sed dupli, quadrupli, aut plurimum quintupli. Quia Exodi 22. iu- Exod. 22. betur, ut si forte furtum apud furem adhuc sit, du- num. 7. plum reddat: si vero, aut occiderit, aut vendiderit, pro bove quintuplum, pro ovo quadruplum soluat. Respondet Hugo fortasse apud externas gentes, vbi maximè furti coërcebantur in vsu suis restitutionem septupli. Et sanè cum Salomon totus sit in extenuando furti crimine collatis omnibus omnium gentiū poenis, eam, quæ maxima erat, adscribere debuit, ut maiorē sua rationi vim faceret.

Optima quidem solutio, nisi tota in coniectura posita esset, non enim constat alicubi eam consuetudinem reddendi septupli in vsu suis. Olim apud Romanos ut docet Appia. Alexandr. libro tertio belli ciuilis, dupli persoluendi tantummodo poena fuit. Plato, sexto de legibus ita præcipit, ut damnatus furti, sive ultra sortem bona suppetant, vel duplex reddat, aut vinciantur, donec persuaserit illi, cui debet, aut reddiderit. Hodie vero in

Ecommuni iure quadrupli poena imponitur furto manifesto, dupli vero non manifesto. Septupli autem nullam inuenio mentionem. Secundò, occurrit Ianserius septuplum additum hic ad copiosam quandam ablati redditionem notandum. Quasi non tantum id, quod lege cautum est pretiuim, sed longè maius soluerit, ut se vendicet in libertatem. Tertiò, respondent alij, per septuplum no- tari perfectam, absolutamque solutionem furti.

Quemadmodum Psalm. 11. Argentum dicitur purgatum septuplum. Quarta responsio est, Salomonem duas rei ablatae compensationes copulasse, sumptuaria, insimilisque, dupli scilicet, atque quintupli, quasi dicat, pro furto, quod apud ipsum adhuc perstat, reddit duplum, pro illo vero, quod iam expendit, aut consumpsit, quintuplum: ex hac vero dupli, & quintupli proportione euadit septuplum. Quatuor igitur huius dubioli solutiones, atque opinionem pariter dedimus.

FEt omnem substantiam domus sua tradet. Communis interpretatio est eiusmodi: utique septuplum libenter persoluet, etiam si ea ratione, omnes eius facultates, & copiae exhaustantur: nimis ut vitam tueatur suam. Cæterum alium sensum appositiorem claudere videntur, ita ut illa particula &, sumatur pro vel, quod non est insolens scripturæ (missa facio exempla, sunt enim obvia) hoc modo.

182

183

*Appia*  
*Alexander*  
*Plato.*

186

Exod. 22.

Fur reddit quidem septuplum pro furto, vel si illius copiae hanc summam non attingunt, cedit omnino bonis suis, & ea ratione satisdat pro delicto. At iniquies in lege sic cautum Exod. 22. *si non habuerit, quod pro furto reddat, ipsa venundabitur.* Respondeo vel legem istam latam fuisse aduersus illos, qui nihil omnino rei haberent, quo furtum compensaretur: non autem contra illos, quibus aliquantum licet angusta, nec furto aequalis suppeteret res: hi enim cessione bonorum satisdabant. Vel si id non placet, nihil obest huic expositioni, si dicamus eum hominem ad integrum compensationem furti complendam venundari oportere. Nam quamvis Septuaginta addant illa verba & liberavit se, non est sermo de libertate à seruitute, sed de vita liberanda, vel tuenda. Haec tenus Salomon furti crimen eleuauit, & imminuit, iam inde adulterium extollit.

187

*Qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam.* Non uno modo interpretes hanc comparationem accommodant. Sed ut alios omittant, eleganter eam expendit, & accommodat Chrysostomus hom. in Psalm. 49. ubi ex ipsius metu Psalmi verbis colligit adulterium furto praeferti. Ait enim, *Si videbas furem, curreras cum eo.* Sed illud deterius, *Cum adulteris portionem tuam ponebas.* Ideo enim posteriori loco censetur, quia grauius. Sed elegantissime hom. 3. de verbis Isaiae, subiicio verba: nam in hoc loco videtur mihi omnem tulisse punctum. *Vtrumque* ( inquit Salomon ) peccatum est, ( scilicet furtum, & adulterium ) sed alterum minus, alterum maius: quod alteri quidem prebuerit occasionem peccandi famas, alteri omnis adempta sit excusatio. Verum hic quoque dicit aliquis, compellitur naturali concupiscentia. At non permittit elabi illum uxori, quae ei forte obigit: sed instat potius eripiens illi veniam: ob id enim matrimonium & uxoris legitimus usus conceditur, ne quid horum excusare possit maritum. Hanc ob causam data est ei mulier adiutrix, ut effervescentem naturam coercent, & concupiscentia fluctus sedet. Itaque quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium haud quaquam villam impetraret veniam; sic nec u. cui cum per coniugium concessum sit, quo lapsum effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia, habere quidquam potest quo se met excusat, nec apud homines, nec apud Deum. Etiamsi decies millies allegarit natura voluptatem, vere adulter per inopiam sensus, exitium sua ipsius anima conciliat. Quid plura? Ut nullam excusationem adulteri suis criminibus obtendere possint, nec voluptatem, quae illis sola subesse videbatur, obiicerent, subdit in adulterio longe minorem esse, quam in legitimis nuptiis, immo potius nullam voluptatem, Namque ( inquit ) potest esse voluptas, ubi metus, ubi discri men, ubi periculum, ubi tantorum malorum expectatio, ubi tribunalia, ubi accusationes, ubi indicis ira, ubi ruina, ubi gladius, & carnifex, ubi barathrum, ac deportatio? Quin potius, si voleas, tollantur hec omnia. Ponamus nulli notum esse flagitium, praterquam ipsi viro, & mulieri, quam adulterauit. Quomodo ferret conscientiam redarguentem, acerbam, & amarulentam accusationem ubique secūferens? Quemadmodum enim se ipsum nemo potest fugere, ita nec illam eius curia sententiam: hoc enim tribunal non pecunia corruptiar, non adulterioribus acquiescit, eo quod disiunum est, & à Deo nostro impostum mentibus. Hinc elicit Chrysostomus, adulterum vere ex inopia cordis delinquare. Quae verba duobus modis accipere, seu interpretari licet.

189

Primo, ut *cordis inopiam* sit consilij, rationisque defectus, qui adulteris maximè familiaris est. Quid enim est aliud adulterium, nisi quedam sui ipsius impos vesania, vel cæcitas tenebrosa? Vnde

A Chrysost. homilia octava de Pœnitentia, *Cæcitas mala est adulterium oculorum, & morbus, non corporis, sed animæ prius.* Et sanè adulteros rationis expertes esse satis euincitur ex eo, quod ipsos pleraque rationis expertia animantia honestate morum exsuperant, elephanti, columbae, turtures, palumbes, cornices, ciconiae, porphiriones, leones, lynxes: & inter squammeam gentem echinæus piscis, hæc inquam omnia animalia nulla nouerunt adulteria, sanctitatem coniugij seruant: quam ut hominibus insinuaret, infereretque natura, in animantibus quodammodo præluisit.

Secundò, *cordis inopiam*, accipi potest pro defectu roboris, ac virium, id est, pro mollitie. Quam molles sint adulterorum animi, quam suorum ipsorum impotes, omnisque ad suis affectionibus obfistendum expertes roboris, satis ostenditur ex eo, quod cum tot sint, quæ illos ab eo crimine deterremerit possent, tamen impotentia libidinis feruntur præcipites. Minime prætereundum est hic, quod tradit *Ælianu* lib. 12. variz historiz, à *Cortinensis* adulteros molli lana coronari, aut redimiri solitos, atque ita per ciuitatem ad magistratus traducti, ut illis mollissimos mores expobrarent. Nec immerito dicemus adulteris inesse animos laneos, vel lana ipsa moliores.

190

Ergo propter hanc cordis inopiam adulter perdit animam suam, id est vitam, si videlicet fuerit deprehensus. ( Collatio enim fit inter furtum, adulteriumque deprehensem. ) Itaque furtum cedere adulterio grauitate criminis comprobat Salomon ex impari pœna. Quia furtum cognitum spoliacione bonorum multatur, tunc cum maxime: adulterij verò publicati pœna mors est. Nec verò apud Hebraeos tantum pœna capitalis huic criminis fuit imposita, sed etiam apud omnes fere politicas gentes, ut prolixa oratione confirmat Tiraquellus, in legem 13. Conn. & Petrus Gregor. in Syntagmate iuris, lib. 36. cap. 6. vide ibi. Et sanè hæc collatio adulterij cum furto non tantum illius pœnam grauiorem esse ostendit de facto, recensitis legibus, sed etiam grauiorem esse debere euincit. Propterea ut validissimo quodam argumento quasi à minori ad maius Daud Regem Nathanus Prophetam vrgeret, & admissum ab illo adulterij crimen graui admodum supplicio dignum esse monstraret, à furo ductam parabolam transtulit ad significandam adulterij atrocitatem, *Nam dines* ( inquit ) *habebat onus, & bony plurimos valde, pauper autem nihil habebat præter onus unam parvulam, &c.* Cumque iurasset Daud, *Vixit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc*, sua ipsius sententia reuinxit illum Nathan, & ex maiori criminis maius supplicium expetendum esse eo argumento, vel reū ipsum fætri coegerit. Quædā alia de furto, & adulterio dicam in c. 9. ad illa verba, *Quæ furtina dulciores sunt, &c.*

Tiraquell.  
Petr. Greg.

### XXXIII. Turpidinem, & ignominiam congregat sibi: & opprobrium illius non delebitur.

Turpidinem, & ignominiam congregat sibi. Hebraicè, Plagam, & ignominiam inuenier. Ita Symmachus & Septuaginta, Dolores, & ignominias sustineo. Chaldaeus, Plaga, & ignominia accidat ei.

191

Et opprobrium illius non delebitur. Hebraica consonant. Septuaginta, *Non delebitur in sæculum.* Chaldaeus, *Non recedet.*

Sententia est perspicua, coercent adulterum Salomon proposita ignominia, & dedecore, quæ flagitium illius coniequi solent, Turpidinem, & ignominiam

ignominiam

CAP. VI. VERS. XXXIII. XXXIV. & XXXV. 205.

*ignominiam congregat sibi. Nec caret emphasi verbum, congregat, significat enim ex multis capitibus quasi collectam, coactamque ignominiam. At in-*

*Chrysost.*

*quies, quæ ista capita? Audiendus etiam hic Chrysost. in homil. de carnis concupiscentia, Quod autem caenum sit incesta, & adultera fœmina, te præterrogabo neminem, qui eo, quo adfueris obvolutus, quantum te eius rei pudeat, quantum etiam post delictum immundum te, & sordidatum ducas, non ignoras. Quid semeniacis, unde nihil es demessurus, quinetiam si messem feceris ad ignominiam tibi nec mediocris futurus est fructus: si quidem, qui ex adulterio nascitur, & tibi dedecus, & sibi iniuriam patitur non habet effectus ex de-*

*gener: adeo ut si vel ampio per te relitto patrimonio abundet, tum in domo, & urbicis actionibus, tam in foro ex adulterio natus honore carebit: quo etiam, tu ipse vel viuens, vel mortuus priuabere. Si enim mortem obieris, exstabit tibi ad ignominiam monumenta. Quid igitur omnia turpitudine complexus? Hæc ille, quibus planè ad hunc locum allusisse videtur.*

*Quantam verò sibi ipsi turpitudinis notam inu-  
rat adulterer, communi omnium fere gentium cal-  
culo comprobatur. Omitto legis diuinæ probra,  
scilicet traductio, lapidatio, atque exploratio illa,  
seu quæstio, quæ per aquas illas probatorias siebat.  
Qui plura hac super re curiosè perscrutati voluerit,  
perlegat Tiraquellum, & Petrum Gregorium lo-  
cis citatis, (semper enim mihi ingratum, in d' tur-  
pe visum fuit transcribere) & quam fuerit omini-  
bus gentibus probosum adulterium, ex suppliciis,  
quibus in adulteros animaduertere solebant, facile  
colliget, nam licebit illic legere verbera, nasi ob-  
truncationes, verendorum exsectiones, erutos oculos,  
distracta membra, thyrso, raphatosque in pu-  
denda fortiter impactos, traductiones publicas,  
interdictos honores, & templorum aditus, viuo-  
rum incendia, aliasque huiusmodi valde contu-  
meliosa.*

*Septuaginta habent, dolores & ignominiam su-  
stinet. Sed quid dolorum nomine accipendum est?  
Profectò internos animi dolores, cruciatusque ac-  
cipio, quibus adulteri animus, mensque vexatur.  
Quæsi dicat, vnum, aut alterum vitare non potest  
adulter: scilicet ignominiam, dedecusve, quando-  
quidem crimen deprehendatur: vel dolores, cru-  
ciatusque animi, si secretum domino, & celatum  
sit. Vrumque complexus est D. Ioannes Chrysost.  
in supra scriptis verbis, scilicet ab illis, Namque  
potest esse voluptas, &c. Vbi internos cruciatus ve-  
nuste describit, quibus adulteri animus, conscienc-  
tiaque vulneratur. Accedat Tullius 2. de legibus,*

*Tullius.*

*qui cum præmisisset nullo iure Romanis interdi-  
cta fuisse adulteria tempore Tarquinij, subdit, si  
regnante Tarquinio nulla erat Roma lex de stupri,  
idcirco non contra illam legem sempiternam Sextus  
Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filia attulit?  
Minimè verò. Nomine autem sempiterna legis  
accipit ius naturale iuditum, insitumque animis;  
vel conscientiam ipsam, quæ nulla lege vetante ipsa  
sola prohibet, & quod grauius est, punit, coercet  
que delicta. Rursus aliter adulterum in dolori-  
bus versari docet Chrysost. in Psalm. 7. Et ni mea  
me fallit opinio, ad hunc ipsum Salomonis locum  
respicit, Adulter (inquit) vel ante gehennam est om-  
nium miserrimus, omnia suspicans, vel ad umbram  
contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis, sed  
omnes contremiscens, & qui sciunt, & qui nesciunt:  
acutus videns gladios, impendentes lictores, iudicia.  
Indoloribus semper est adulter, etiam in tenebris. Et  
quidem hos dolores comparat cum his, quibus  
parturiens mulier cruciatur. In d' paruos eiusmodi  
dolores ducens addit, Non enim talis partus, qualis*

*Chrysost.*

*Tom. I.*

*A est in mulieribus, sed quemadmodum in viris utrum discerpunt, & latera dilaniantes fœnas proce-  
dunt.*

*XXXIV. Quia zelus, & furor viri non parcer in die vindictæ.*

*XXXV. Nec aquiescit cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plarima.*

*Q Via zelus &c. Concinunt Hebræa cum no-  
stris. Septuaginta, Plenus enim zeli furor viri  
eius non parcer in die iudicij. Aquila, & Theodot.  
vindictæ, sicut nostra. Chaldaeus, quia zelus est ira  
viri.*

*Nec acquiescit, &c. Hebraicè, Nec accipiet fa-  
ties omnis propitiationis. Alij, satisfactionis. Et non  
volet, cum multiplicaueris munus. Septuaginta, Non  
commutabit illare redemptione inimicitiam, neque dis-  
soluetur multa dona. Theodot. Nec accipiet perso-  
nam ullius satisfactionis. Aquila, Nec dissolueatur  
munerum oblatione.*

*Sententia illa perspicua est. Salomon enim de-  
terret adulterum ab eo flagitio adulterij, obiciens  
virum proprium, qui si zelo exasperatur, atque zelus  
furorem exacerbit, cohiberi non poterit, donec de  
iniuria sibi illata vindictam sumat. Sed tamen ex-  
pendo verba, Quia zelus & furor viri. Zelus qui-  
dem furorem accendit. Sic D. Gregor. Nazianz. Greg. naz.  
oratione de laudibus Athanasij, Zelo (inquit) ira- Chrysost.  
cundiam exacuente. D. Chrysost. de Virginitate,  
Morbus iste non tristitiam solum, sed iram intolerabi-  
lem ingenerare solet. Et paulo ante, Cum vero eo fu-  
rore corripitur, nihilo melius afficitur, quam qui a de-  
monibus agitantur, aut mente capiuntur, adeo conti-  
nenter effertur, insultat, & stomachatur omnibus, in  
obuum omnino, & innocentissimum quemque semper  
exercet iracundiam, &c.*

*Non parcer in die vindictæ. Scilicet vehementissimo furore accensus vindictam aggreditur. Tan-  
tus est huius iracundiae impetus, tamque effrenis,  
vri leges, et si manus non arment ad vindictam, ta-  
men illas minime exarment, id tribuentes iusto do-  
lori, vt vir necem adultero inferre impune possit.*

*E Cuius indulgentia rationem obtulit Cassiodorus  
cum excusans, qui occiderit adulterum, Quis ferat  
(inquit) hominem ad leges trahere, qui matrimonij  
nixus est iura violare? Eris in situum est copulam suam  
extrema decertatione defendere, dum omnibus ani-  
mantibus est inimicum, quod naturali lege damna-  
tur. Videamus auros fœminas suas cornualis concerta-  
tionem defendere, arietes pro suis fœminis capitaliter in-  
sanire: equo adiunctas sibi fœminas colaphis, & mor-  
ibus vindicare: ita pro populatis sibi animas ponunt, qui  
vercundia non mouentur. Homo autem quomodo pa-  
tiatur in ultum relinquere adulterum, quod ad ater-  
num suum dedecus cognoscitur commississe? Neque ve-  
rò propterea qui adulteros temere occidit, vacat  
culpa, & delicto; absit: sed tamen leges penam  
huius delicti condonant: quia eam zelus, atque  
dolor non parum eleuat. Septuaginta habent, Non  
parcer in die iudicij: de iudicio publico sermo est.  
Nam apud Hebreos nunquam licuit per legem,  
aliquem priuata potestate in adulterum facere, sed  
ad iudices id criminis deferri oportuit, vt ipsi de  
supplicio, & causa decernerent.*

*Non acquiescit cuiusquam precibus, id est, nul-  
lius precibus reflectetur, vt à causa decedat, & litem  
non vrgeat, quoad usque adulteris pena legis im-  
posita fuerit. Id sibi vult illud non cognoscet faciem,*

*195.*

*196.*

*Cassiod.*

*197.*

*S*

Chrysost.

*aut personam.* Exorari videlicet, ac flecti nescius. Id quoque vehementer furoris efficit, qui cum tantus sit, leniri aut mulceri non potest. Chrysostomus vbi supra, iram coniugis ob adulterium lauientis dæmonem esse dixit internum: *Quid igitur mihi?* si dæmonum quoque mores iapiat, quos fleti, aut lentari, & à semel concepto proposito dimoueri non posse tradunt: In Hebræo, *Non cognoscet faciem satisfactionis:* quod potest alium ad sensum vocari, id est, quantumlibet quis multis rationibus adulterum purget ab eo crimen, si quidem semel zelotypis animum incesserit, non abiiciet suspiciones. Quasi diceret, *No recebirá satisfacciones de nadie.* Vnde verò hoc accidit, ut coniuges zelo incensi, vbi suspicionibus semel locum fecerint, nusquam eas deponant? Rationem obtulit Chrysostomus in cap. 2. Matthæi, *Si vir* (inquit) *zelet uxorem, vel uxor virum, omnem auditionem*

Chrysost.

credit de illo, & si non sit auditio ligna, & idonea, ut creditur: tamen fidem auditionis zelus commendat. Itaque zelus, quæ est illius insania, omnibus calumniis, & prauis accusationibus fidem sicut: excusationibus autem, & satisfactionibus eandem omnino adimit.

Neque suscipiet pro redemptione dona plurima. Vix 198  
vñquam aliquis inuenitus est maritus ad sordidus, & demissi animi, ut dedecus, quod ex adulterio coniugis euenerat, pretio aliquo sibi compensari permiserit. Efficit hoc natura dedecoris. Nullus enim est ita imperitus æstimator, qui honorem cunctis non opibus præferat. Septuaginta, *Non commutabit uillaredemptione in initiam, neque disoluetur multis donis,* id est, non repeter iterum gratiam, neque flectetur oblatione cuiusvis precij, etiam ingentis.

## CAPUT SEPTIMVM.

**E**LLI mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. 2. Fili seruam mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. 3. Liga eam in digitis tuis: scribe illam in tabulis cordis tui. 4. Dic sapientiæ, foror mea es: & prudentiam voca amicam tuam. 5. Ut custodias te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit. 6. De fenestra enim domus eius per cancellos prospexi. 7. Et video paruulos, considero recordem iuuenem. 8. Qui transit per plateam iuxta angulum, & propè viam domus illius graditur. 9. In obscuro, aduesperante die in noctis tenebris, & caligine. 10. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula, & vaga. 11. Quietis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus suis. 12. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. 13. Apprehensumque deosculatur iuuenem: & procaci vultu blanditur, dicens. 14. Victimam pro salute uoui: hodie reddidi vota mea. 15. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi. 16. Intexui funibus lectulum meum, stravi taperibus pictis ex Ægypto. 17. Aspersi cubile meum myrra, & aloë, & cynamomo. 18. Veni: inebriemur ueribus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. 19. Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. 20. Sacculum pecunia secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. 21. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. 22. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciviens, & ignorans, quod ad vincula stultus trahatur. 23. Donec transfigat sagitta iecur eius: velut si avis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur. 24. Nunc ergo filii audi me: & attende verbis oris mei. 25. Ne abstrahatur in vijs illius mens tua: neque decipiaris semitis eius. 26. Multos enim vulneratos deiecit: & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. 27. Via inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis.

I. Fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea  
reconde tibi.

Fili mi, &c. Locus iste occurrit nobis supra cap.  
2. vers. 1. Vbi qua ratione præcepta Dei in cor-  
dis penetralibus recondenda sint, pluribus docui-  
mus. Itaque omnia, quæ ibi diximus, hunc in lo-  
cum transferenda sunt.

II. Fili mi, serua mandata mea, & viues: & legem  
meam, quasi pupillam oculi tui.

Fili mi serua mandata mea, & viues. Hebr. serua  
mandata mea, & viue. Sept. præmiserunt hinc sen-  
tentia, quæ non reperitur in vulgatis codicibus, nec  
in Hebr. originibus, ad hunc modū, Fili mi, honora  
Dominū, & valebis, præter eum autem ne timeas alie-  
nū. Tamen inuenire licet hæc apud Luciferū pro S.  
Athanasio, & apud Ephrem tract. cōtra impudicos,  
qui extrema verba sic extulit, Et præter eū ne timeas  
alienū. Et apud Hieron. in cap. 6. Epistole ad Ephe-  
fios, sed paulo aliter, Honora Dominū, & confortabe-  
ris. Cæterum hæc verba aliunde ascita videntur, &  
hic inserta, quia parū apte cum reliquis nectuntur.

Et legem meam quasi pupillam oculi tui. Hebraicē  
ad verbum, Sicut nigrum oculi.

Cum tamen sententia illa, quæ à Septuaginta cō-  
scripta, & à Patribus usurpata est, nō careat autho-  
ritatis momento, libet illam nunc expedere, Hono-  
rā, inquit; Dominū, & valebis. Promittitur recta va-  
letudo corporis & sanitas incoluisse ei, qui debitū  
honorē Deo persoluerit. Author libri de vita Chri-  
stiana apud Aug. accepisse videtur de eleemosynis  
erogandis, quibus Deo non parum honoris tribui-  
tur, ut tradidimus supra cap. 3. vers. 9. ad illa verba,  
Honora Deum de tua substantia. Id tamen interest,  
quod ibi homini liberali, & benefico libertas, & af-  
fluentia rerum omnium promittitur: hic vero inco-  
lumitas, & valetudo firma: ita enim decet, ut qui vivi-  
tam aliorum suis facultatibus tuerit, qui infirmos,  
ac debiles alit, ipse quidem valeat, & ab infirmitate  
omni, & morbo immunis sit. Propterea Iob inter  
alia, quæ Deo obiicit plagis, & tibi confectus cap.  
31. præ cæteris rebus numerat eleemosynas, &  
miserationem in pauperes, ac debiles ab initio viras se-  
cum adolescentem, ut eo argumento valetudinem,  
& sanitatem suo sibi iure postularet: vel certè ut in-  
firmitatem, morbumque ex meritis minime sibi  
euenisse comprobaret. Contra magno Dei consi-  
lio ita accidere solet, ut sordidus homo, & parcus,  
qui morbo oppressis succurreret noluit, in morbum  
ipse incidat, atque in medicos medicamenta que in-  
sumat quæcumque audius conquisiuit, & parce  
sordideque seruauit.

Cæterum verba ipsa, ut sonant de cultu & religio-  
ne in vniuersum Deo optimo Maximo exhibenda  
capienda esse eviduntur, nimirum de sacrificiis, atque  
decimis de quibus supra in eo loco multa diximus,  
Honora Deum, & valebis, id est, cole Deum vnu, &  
verum, atque illum religioso cultu prosequere, &  
valebis tum animo, tum corpore. Nec immerito  
bonam valetudinem, & robustas vires promittit Sal-  
omon illi, qui Deū vnum coluerit. Nam fere cul-  
tus Dei è spectat, ut Deo vitæ, mortisque dominium  
deseramus. (Hic est sacrificiorum scopus, quæ reli-  
gionis præcipuum partem continent: ) utque eu-  
dem illarum rerum authorem, causamque esse pro-  
fiteamur, quibus vita nostra alitur, & conseruatur.  
Ad id pertinent decimæ, atque primitæ frugum,

Tom. I.

A atque animalium, ut docet D. Thom. <sup>D. Thom.</sup> Aequum ergo est, ut ille, qui in persoluendis sacrificiis, decimis, primitiis, aliisque ad religionem attinentibus fide- lis, & liberalis existit, vitam longam, & valetudinem firmam exoret à Deo, quem vitæ, & salutis, atque eorum, quæ vitam tueruntur, authorem, & cau- sum vnicam suis sacrificiis, & oblationibus profi- tetur.

Et præter eum, ne timeas alium. D. Hiet. in cap. 6. <sup>4</sup>  
Epist. ad Ephes. videtur hæc verba ad homines re-  
ferre: nimirum præter ipsum Deum ne timeas aliū  
aliquem hominem, iuxta illud Matth. 10. Aeterrea- <sup>Hieronymus.</sup> Luc. 2. m.  
mini ab hū, qui occidunt corpus, &c. Sed timeas eum, <sup>4.</sup>  
qui potest, & animam, & corpus occidere, & in ge- <sup>1. Petr. c. 5.</sup>  
bennam mittere. Et 1. Petr. 3. Timorem eorum ne timeas <sup>num. 4.</sup>  
ritis, id est, cum vobis homines timorem incutiunt,  
ne pauor dissoluat animum. Cæterum iam inde me  
supra dixisse memini timoris nomine religionē si-  
gnificari in scripturis, atque omnem in vniuersum  
cultū, qui Deo defertur. Lege, quæ scripsimus cap. 1.  
vers. 7. Quapropter sensus eorum verborū est eius-  
modi, Præter eum, scilicet Deum, unicum & verum,  
quem tibi colendū prescripsi, ne timeas aliū, id est,  
nullum alium Deum colas, nulli deferas honorem.  
Itaque ab idolatria deterret, vel ne timeas alienū;  
vt alij legunt. Deum alienum appellat idolum, vel  
quia alienum, hoc est, veri Dei honorem usur-  
pat, ac sibi vendicat, vel quia ab alienigenis co-  
lebatur.

Fili mi, serua mandata mea, & viues. Hanc par-  
tem sæpe alijs expendimus, incidit enim suprabis,  
aut ter, cap. 3. vers. 6. & vers. 23. cap. 4. vers. 4.

Et legem meam, quasi pupillam oculi tui, id est, non  
alio modo legem meam seruandā esse velim, quam  
D pupillam oculorum, quam natura tot munimentis  
obsepsit, ac vallis munivit, ut sartam te etiamque ser-  
uaret. Familiaris est scripturis hic dicēdi modus ad  
summam quandam custodiam significandā, atque  
ad eo placitum hic expendere. In primis ergo legem,  
& præcepta sua comparat pupillæ oculorum. Nam  
cū alijs luci, quæ oculis res detegit, & videndas pre-  
bet, præcepta cō posuit supra cap. 6. Quia mandatum  
lucerna est, & lex, lux: iam nunc cum oculis ipsis, vel  
quod in oculis nobilissimum est, cum pupilla scili-  
cat confert, & quidem apte. Nam quemadmodum  
oculi reliquis membris præsunt, & illa ad suas fun-  
ctiones ducit, sic præcepta, & monita salubria Dei,  
omnes animi, & corporis vires, & potentias insti-  
tuunt, & illustrant ad suas actiones obeundas. Hinc  
Pseudo Aug. in Apoc. hom. 3. Oculi, inquit, præcepta  
sunt Dei. Et duo illa præcepta, quibus denarius præ-  
ceptorum includitur, scilicet Deū, proximumque  
diligere, cum gemino oculorum lumine contulit  
Chrys. Dextrum quidem priori tabulæ adscribens,  
sinistrum autem posteriori in hom. de concupiscē-  
tia. At cur oculis (inquires) similia sunt præcepta  
divina? Subiicio: Quia oculi ex sopore cæteris  
<sup>Pseudo.</sup> <sup>Augus.</sup>

E membris citius excitantur, & omnia circumspetac  
vigilantes. Et quidem talia esse debent duo illa præ-  
cepta Dei, ut cum lux diuina affulserit, & animam  
collustrarit, tanquam duo oculi prima euigilent, &  
cunctas actionum circumstantias vndeque obeant,  
ne quid vel in Deum, vel in proximum committatur.  
Possunt tamen complures aliæ oculorum con-  
ditiones, ac proprietates facili negotio præceptis  
Dei accommodari. Pergo ad munimenta oculo-  
rum, quæ huius loci propria sunt.

Et legem tanquam pupillam oculi: supple custo-  
di, atque muni. D. Basil. homil. vlt. in Hexam. <sup>7</sup> <sup>Basilis.</sup>  
longa oratione prosequitur munimenta omnia, Hypocrate,  
quibus oculorum pupillam natura instruxit. Hæc  
ergo si tu moribus suis expresseris, tūc verè legem

S. ij

tanquam oculi pupillae custodes. Quot (inquit Basil.) muniunt oculum custodia? Est illi interior tunica, nec ab ea cōtentus: non enim una crassa fascula esse posuit, alioquin crassa si esset, oboclaret oculum. Vnde iugur est oculo tunica, et ea perlucida est, et altera grossa est, tertia quidem chrysallo similis, quartavero cornream speciem refert. Quatuor itaque tunicis oculos muniri docet Basil. Hypocr. tres tanū numeravit, sed tamen hodie Anatomici fere quinque recensēt. Ex quibus intima vocatur *pecularis*: quia velut speculum nitet, ac penitus luceat: huic proxima dicitur *reticularis*, quia arteriis intertexta retis formam præbet: tertia *vinea*, quia refert vnam folliculum aut vinaeū; quarta, *corna*, quia cornu in brachia dissecatum imitatur. Quinta dicitur *agnata*: quia eius beneficio vndique oculus cohibitus consistit, ne effluat. Itaque quinque tunicis oculum natura vestiuit, vel potius cōponunt, & coagmentant. Imitare ergo naturam (ii qnt Salomon) & sic præcepta mea, legemque obierat, quemadmodū pupillam oculi tui. Quinque tunicas, aut membranas natura contexuit ad cōpensationem, & tunc oculorum tu quinque identidem adhibet libros, aut membranas quibas legē Moyses conscripsit. Sic Aug. in serm. de Monachia Golię cum David. Hic enim (ait) omnes claudūt integrā, & absolutam legis cognitionem, & quā accurate obseruanda sit docent. Et sane inter alia, Hebrei quinque Moysis libros non ineleganter cū his quinque oculorum membranis cōferunt, vt author est Galatinus, in Cabala. Et quamvis ad nos minime pertineant legalia præcepta, quæ his in libris conscribūtur, quæcumque verò in eisdem ad naturalem legem attinent, & de scueriori diuinorum præceptorū obseruatione in vniuersum agunt, quā libri illi vbiique spirant etiam ad nos spectant. Et sane inter alia, de præceptis, quæ ad dilectionem Dei pertinent, Deuter. 6. sic habetur, *Diliges Domum Deum tuum ex tota anima tua, et extoris viribus tuis, et ex omni mente tua.* Sic recitauit hunc locum Christus Dominus apud Lucam, cap. 10. Cor intentionem bonā significat, anima voluntatem, mens intellectum, & memoriam, vires, executiua facultatem. Sic contemplatus est Aug. in hunc locū. Itaque quinque omnino res ad seruandum primum præceptum postulauit Moyses, intellectum, memoriam, voluntatem, bonam intentionem, & executionem efficacem. Intellectum scilicet, vt calleat, memoria, vt retineat, voluntatem, vt prosequatur, bonam intentionem, vt dirigat, ac demum executionem, vt perficiat legem, quæ identidem ad reliqua mandata alia perficienda requiruntur. Neque erit absolum prædicta quinque seruādæ legis veluti instrumenta cum quinque illis seruandarum pupillarum integumentis conferre. Quemadmodū enim hæc ad seruandum oculorum lumen, sic etiam illa ad seruandam legem prompta sunt.

Persequitur Basil. mumenta, quibus natura oculos sep̄it, & de palpebris adhunc modū scribit, *Iam vero palpebra oculus protegitur, ut illi quedam sit protectio tuncularis, velamen, et integumentum, et quasi oculi domicilium, atque propugnaculum.* Manus inquires, potuissest obtegere oculum? at qui potius affectio quæpiam anteuerteret oculi aciem obtundere, quam eo pertingere manus. Nunc vero illi adiacet palpebra superne impendens, quæ simul ut noxiū aliquid sensit, mox obpandit velamen. Hanc ergo naturæ fabricam imitare, siquidem legem, tanquam oculi pupillam assertare libert. Sed quonam modo? profecto si sola manus ad legem seruandam expedita, & prompta sit, sepe accidet, vt lex, præceptumque minime seruetur. Nam plura occurrere solent, quæ legis,

A præceptique executionem impediunt: propterea opus omnino est, vt propositum animi quasi palpēbra manum anteuerat: vt quandocumque manus operando pertingere non poret ad legis obseruationem, propositum animi præcurrentis seruet, impletatque præceptum: vbi enim non adest copia exequendi, satis profecto sit legi propositum implendi non desit. Et qui ita proposito, & animi promptitudine legem adimpler, cum facultas operandi deficit, hic vere legem, quemadmodum pupillam oculi servat.

Rursus delitiis, quibus natura oculos sep̄it, ad hunc modum Basil. *Pilorum acicula sunt interposita: quid ita?* Ut inter se conseruant iustus & applicentur exactissim palpebra, quasi enim quadam ligamenta sunt pilis palpebrarum inter se implexi, & inserti. Certè propositum implendi legem non unicum esse debet, sed repetitum, ac multiplex. Ita docent fere Patres, hæc animi decreta esse iteranda. Leonibus vnicā tantum est palpebra, scilicet superior: hinc est, vt oculos omnino claudere, & obseruare non possint. Nam licet palpebram superiorē demittant, hæc tamen ad claudendum, munendumque oculi ambitum non pertingit. Ad eundem modum, qui legem tanquam oculi pupillam seruare desiderat, non satis dicit semel decernere, iterum, atque iterum id ipsum constituere, & apud se decernere oportet, vt lex sarta, testaque seruetur. Hinc est, vt B. P. N. Ignatius in spiritualibus exercitiis, de qualibet re bona, quam quis serio peragere vult, duabus minimum vicibus quotidie decernere, atque apud se constituere iubet, mane scilicet, atque meridie, vt duplex illud animi propositum tanquam duplex vnius oculi palpebra legem muniat, ac seruet. Nec vero satis esse duxit semel, atque iterum mane, & meridie serio decernere, sed vt hæc duo validissima (vt ita dicam) animi decreta inter se coēant, & legem tanquam pupillam oculi seruent, quedam minora interdiu documenta iubet iterare. Ut quemadmodum (ita licet dicere) cilia, & pilorum illæ acicula oculis à natura tributæ sunt, vt palpebra melius conseruant, & commissis quedam modo pilis innodentur. Sic etiam Beatus ille Pater, vt duplex illud animi decretum meridianum, & matutinum arctius illigarentur, minora interdiu decreta sapius

E Deo offerre iubet. Quid vero de his dicendum erit, qui nullum vnuquam de adimplenda lege propositum edunt? Certe haud dissident hi ab his, quos Græci Coribantes appellant, quia nimurum cum palpebras mouere non possint, pupillam oculi semper reseratam, & reuelatam habent, atque adeo nihil vsquam incidit in oculos, quos ipsos non laedat, atque hebet. Sic etiam isti Coribantes legis defectors, vel osores potius, qui nullum illius impletæ propositum serio emittunt, legem omni tentationi expositam gerunt. Atque adeo nihil suggestionis incidit, quod non laedat, violetque ipsius legis integratatem. Et quidem eo nomine legis faciles transgressores appellauit Chrysost. Cori- Chrysost. bantes legis osores, hom. de paupertate.

Adhuc de supercilio sic Basil. *Supercilium item, Basilius, quod supernè præexitur, prominet, et oculi est ipsi propugnaculum peculiare, et pene domesticum, ut aciem visus potentia recta intendat, et moderetur: quædisti istius est evidens probatio. Si quid vnuquam collibuerit contemplari longius à te disparatum, manum supernè obtendis in concavum contractam supercilium. Id cur ita sit? Nimurum, ut ne directio oculi in sublime spectantis nullo suo fructu sparsim se effundat, quin imo, ut manu præstanta dirigatur, et recta impellatur in rem sibi obiectam.*

August.

Galatinus.

Deuter. 6.

Basilius.

10

B. Ignat.

12

accipere, ut sensus sit, *Liga eam in digitis tuis*, id est, ipsa tibi pro annulo lex sit, quemadmodum supra quibusdam in locis suasit Salomon, ut pro corona, & torque illam haberet, non reluctabor. Tunc vero ut istius sententia vim calles, obseruare oportet, primo annulum olim fuisse ingenuitatis notam, non solum apud gentes, (id enim nemini exploratum non est) sed etiam apud Hebraeos. Vnde in Evangelio, postquam prodigum filium reducens consperxit pater, sic praecepit: *Date ei annulum in manu sua*, iubes nimurum, ut insigne nobilitatis acciperet. Secundo etiam annulus est libertatis symbolum. Ideo mancipia libertate, simul atque annulo donabuntur. Nil certius. Abstineo exemplis. Tertiò annulus est fidei datae signum. Ita docet Amb. non semel, in l. 2. de Peccat. c. 3. & de Patriarcha Ioseph. c. 10. Itaque qui annulum ab alio accipit, fidem illius tenere dicitur, sicut Thamar Genes. 28. quamdiu iudee annulum apud se habuit, fidem illius obstricta tenuit. Quartò annulus est potestatis insigne. Exempla sunt in scriptura. Gen. 41. vbi suum Iosepho in potestatis tradita symbolum donat annulum Pharaon, & Machab. c. 6. Antioch. Philippo regnum simul cum annulo detulit. Quinto denique annulus est nuptiarum pignus, & arrhabo. Isid. vbi supradicte: *Item in primis nuptiis annulus ab sposo spouse datus*, &c. Hunc pronubum annulum appellavit Tertullian. contra gentes, cum inquit. *Aurum nulla nos erat preter unico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo*.

Quorsum haec? Certe ut constet in eo, qui legem perfectè obseruat, & illam adeo sibi familiarem facit, ut pro annulo gestare quodammodo videatur, ea omnia legem praestare, quæ annulus ad significat. In primis enim annulus ingenuitatē notat, perfecta verò legis obseruatio hominem ingenuum, & nobilitate Christiana decorū reddit, immo ipsa nobilitas Christiana in eo sita est, teste Ambros. in Apol. Dauid c. 6. non ut quis multos proatos, aut atauos numeret, sed ut diuinæ legi per omnia acquiescens propriis ipse virtutibus effulget. Secundò annulus libertatis est symbolū. Legis autem obseruatio nos in libertatem asserit filiorum Dei Jacob c. 1. *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliniosus factus, sed factus operis, hic beatus in facto suo erit*. Tertiò annulus est fidei acceptæ symbolū: qui verò legem perfectè adimpleret, is quidem diuinarum promissionū pignus adeptus est, & immutabilis fidei arrhabone, quam dum quis, tanquam annulum manibus insertum apud se habuerit, diuinā omnino fidem obstrictam tenet. Quartò annulus est potestatis insigne. Hanc propter legis obseruationem pollicetur Salomon affirmans nihil esse ad summa magistratum fastigia scandenda vel vtilius, vel potentius. Quinto annulus nuptiarum pignus est. Et sane de nuptiis agere videtur Salomo: subdit enim: *Dic sapientiae, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam*. Nominem autem sororis, & amicæ sponsam, & cōiugem intelligo ex familiari sermone scriptura: nihil enim magis obuium in toto lib. Cant. Sensus autem erit eiusmodi: *Liga eam in digitis tuis*. Quasi dicat, legis à me traditæ obseruationem perfectam vice annuli digitis infere, atque id tibi pro arrhabone, & pignore ad nuptias sapientiae erit: exinde enim licebit tibi sapientiam, & prudentiam sororem tuā, id est, sponsam, coniugemque pleno ore dicere.

Denique si nosse vis quanta sit huius annuli præstantia, quæ ex tota legis obseruatione coalescit: addo illum celebratissimos, ac præstantissimos annulos gloria, & utilitate vincere. Nota est fabella de Gygis annulo, qui palæ conuersione se se intuenti-

Tom. I.

**A** b' s suffurabatur Meminit eius Greg. Nazia. orat. D. Nazianzenus. 1. inuenientia, contra Julian. & orat. de laudibus B. fil. Quantum vero lex Christi, & Euangelij superet hunc annulum, sic declarat: *Iam cum aliis alia quadam cognomenta sint, vel a parentibus accepta, vel ex se ipsis, hoc est, a propriis vite studiis, institutis que comparata: nobis contramagnares erat, & illustre nomen Christianos esse, & nominari, atque ea rem agis efferebamur, quam Gyges pale annuli conuersione (si tamen hoc fabulosum non esset.)* Sed in quo sita erat ista gloria? In eo certè, quia per illustrem illam professionem Euangelij Christi semetipsos, suamque gloriam humanis aspectibus suffurabantur, & Deo tantum visendū præbebant. Vel certe hic est sensus; Gyges eo gloriabatur quia palæ conuersione seme ipsum obtutibus cripiebat, nos contra id gloriæ ducimus, quia Christianorū illustre nomen vbique nos conspicuos reddit. Christiani enim est non delitescere, & fidem suā celare, sed palæ profiteri in omnium oculis. Denique Cle. Alex. 1. 1. Pädagogi c. 11. meminit etiam alterius annuli, quem Seleucus ab Apolline accepisse dicitur cui anchora erat insculpta. Quandiu vero illum gestauit semper cum hostibus congressus eos vicit, ac fudit. Fabulosum est hoc. Sed tamen illud omnino verum, & certum, eos, quilegis obseruatione, tanquam annulo se muniunt, semper vincere, nūquam vinci. Hæc de prioribus verbis: *Liga eam in digitis tuis*.

**D** Posteriora illa: *Et describe in tabulis cordis tui.* Rodolph. & ex illo Iani. de ipsomet corde interpretatur, id est, altius in corde tuo hanc legem exprime. Et quidem cum Salomon hic iuu enem alloquatur (cuius mentem Arist. antequam scientia, aut bona quapiam arte informet, cum tabula rasa compo- suit) satis apposite suaderet Salomon his verbis: *Describe in tabulis cordis tui*, id est, nunc, quando animus rasæ instar tabulæ obtinet, describe in illo legem meam, atque præcepta. Cæterum quæ sit germana huius loci intelligentia iam inde supradicte docui, cap. 3. vers. 3. Obserua etiā ad extremum, quod licet quæ hactenus diximus de his peculiariter præceptis, quæ Salomon tradit in hoc libro, strictius iuxta litteram intelligenda sint: sed tamen libertate accommodandi de lege Dei in vniuersum accipi possunt.

**E** *IV. Dic sapientiae, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam.*

*V. Ut custodias te a muliere aliena: & ab extranea, quæ verba sua dulcia facit.*

**D** *Ic sapientiae, &c.* Hebr. *Dic sapientiae, soror mea tu.* Septuag. *Dic sapientiae tuam sororem esse, & prudentiam nolam reddet ibi.* Aquila, & Theodot. *Et notam intelligentiam vocabis.* Chald. cognatam. Omnia in idem recidunt.

*Vt custodias te, &c.* Hebr. *Quæ sermones suos lenificauit.* Septuaginta: *Vt seruet te a muliere aliena, & mala, si te sermonibus, qui ad gratiam, adorta fuerit.* D. Ambr. de Cain. l. 1. c. 4. *Quæ te sermonibus adoritur gratiolis.* Symmach. & Theod. *Cuius verba lubrica, & mollia.*

De sententia prioris carminis iam inde pauca supra dixi. Nunc vero ad viuum rescanda est. *Dic sapientiae, soror mea es.* Caietan. interpretatur de sorore, ut sonat, ad hunc modum. Tam arctè sapientiam tibi adiunge quasi naturali sanguine, ac necessitudine te eidem copules: nam ad sapientiam, inquit, & virtutem quidem in homine sunt naturales impe-

S iiiij

tus, propter quos illi naturalis sapientia dici potest, & quodammodo sororis in morem sanguine ipso, & naturali vinculo sociata. Reliqui vero interpretes haec verba non curant.

Ego vero existimo nomine sororis, sponsam notari, quae soror eadem, & amica ea familiari vsu scripturæ appellari consueuit, in lib. Canticor. & alibi. Suadet hoc similis alias locus Sap. 8. vbi Salomon haec fatur: *Hanc amavi à iuuentute mea, & quæ siue eam sponsam mihi assumere, & amator factus sum forma illius.* Iuuenis cum sapientia spofalia, aut nuptias extollunt sepe sancti Patres: ac de his pauca verba facimus supra c. 4. vers. 5. vide ibi ab illis verbis: *Posside sapientiam, &c.*

Item nomine sororis quælibet amica, & chara fœmina significatur. Sic enim amicas suas affari solitos amatores apud prophanos authores obuium valde: in scriptura autem non semel occurrit. Quapropter possumus etiam verba ista de amica interpretari. Et sanè si nomine *sororis*, vel amicam, vel sponsam accipias, locus iste venuste noctitur cum sequenti modo: *Dic sapientiam, soror mea, & prudenteriam voca amicam tuam* (iteratio est eiusdem sententia.) Quasi dicat, sapientiam tibi adiunge, vel sponsam, vel amicam, siue enim illam sponsam siue amicam loco posueris: *Ipsa te custodiet à muliere aliena, & ab extranea, quæ verba sua dulcia facit.* Primo, quia illius amoribus disstentus, & delitus illiquefactus alias adamare pigebit. Nam vt clavis clavus, sic amor truditur amore. Deinde quia quemadmodum uxores, & amicæ zelotypia stimulatæ suos coniuges, & amatores non obseruare solum, sed etiam seruare solent, adeò ut si quam forsan ab ipsis adamarci viderint, inde illos machinis omnibus auertere contendant: non aliter dixerim de sapientia, & virtute, quæ cum semel alicui, sponsa in morem, copulata est, ipsam (liceat sic dicere) ex quadam zelotypia ab aliarum rerum amore eius animum amouere contendit, cui nupsit. Vnde cum D. Hierony. expenderet illa verba Pauli: *Charitas non adulatur, Gracè, non zelatur. Abest (inquit) longe à charitate zelus malus, id est iuvidia, & zelus amarus, id est, contentio, non autem zelus pius, quo zelatur, ne animus per amorem Deo adhærens admet terræ, diligit temporalia.* Id ipsum de sapientia, id est, de honestate in vniuersum affirmare possumus, atque adeò hominem, qui illi nupsit, ex quadam zelotypia à muliere aliena seruare. His consonat Diu. Ambr. in lib. de Cain, & Abel, c. 4. vbi virtutis (haec enim sapientia nomine compellatur) zelotypiam describit his verbis: *Due enim mulieres unicusque nostrum cohabitant, inimicitias, ac discordias dissidentes, velut quibusdam zelotypiae contentionibus nostræ repletæ animæ domum, virtus, & voluptas, &c.* Virtus ergo ex quadam zelotypia ab omni voluptate animi amouet, &c. Sed tamen, quæ mulier aliena, quæ item extranea, iam inde supra exposui- mus, c. 2. vers. 16.

Extrema etiam illa verba: *Quæ verba sua dulcia facit:* si consulamus primitiua, nihil dissident ab illis: *Quæ mollit sermones suos.* De quibus ibidem multa diximus. Consule eum locum. Illud tantum obserua Septuaginta in translatione huius sententia nunquam sibi similes fuisse. Nam cum alias aliter conuerterint, scilicet in eo cap. 2. vers. 19. & cap. 6. vers. 14. hic etiam discrepant non sensu, sed verbis. Sic enim extulerunt: *Si te sermonibus, qui ad gratiam adoratur fuerit, vbi sermones, qui ad gratiam, vocant sermones ad ineundam gratiam, & conciliandam benevolentiam comparatos, vel certe sermones gratia, & lepore conditos: vtrumque autem lethale homini est.* Obserua (si libet) Ambrosij verba in l. 1. de

Cain, cap. 4. *Quæ sermonibus adoratur gratiæ faciens iuuenem volare corda* (scilicet ad se.) Qui hæc verba cum aliis infra exhibendis coniungit. Metaphora videtur ducta ab *aucupio*. Solet enim aueps aueps aliquam garrulam, & modulate canentem cancellata inclusam casula exponere, vti hæc sui generis euocet ad retia, ad viscum, & laqueos. Huic aui par est omnino meretrix, quæ melliloquio suo, salacibus, ac dulcibus verbis iuuenes imperitos inuitat, imò perrahit ad casses, & laqueos. Id sibi voluit Ambros. cum ait: *Quæ sermonibus adorata gratiæ inueniam volare corda facit* (scilicet ad se.) Nisi velis perinde esse, *volare facit*, atque inquietat, commouet. Parum interest.

#### VII. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi.

#### VIII. Et video paruulos: considero recordem iuuenem.

**D**E fenestra domus, &c. Hebr. *Quia in fenestra domus meæ per cā celum meum prospexi.* Chaldaeus: *Quia per fenestras paruulos domus meæ prospexi, & per cancellos habitaculi.* Septuag. lectio nem postea dabo.

**E**t video paruulos, &c. Hebr. *Et vidi in simplicibus, considerauit in filiis iuuenem carentem corde.* Chaldaeus. *Et vidi insipientes, & considerauit iuuenes, & admiratus sum deficientem intellectu.* Septuaginta, vtramque sententiam tribuit meretrici: cum enim præmiserint. *Vt seruet te à muliere aliena, & mala, &c.* Ita subiiciunt, *de fenestra enim è domo sua in plateas prospiciens quemcumque viderit insipientum filiorum adolescentem, inopem cordis.* Itaque non Salomon, sed ipsam mulier è fenestra prospexit, & obseruasse dicitur, vt iuuenem tempestiuè adoriretur. Diuus Ambrosius vbi supra habet, *Indignum sensu.*

**E**ntentia horum verborum perspicua admodum est, adeò vt non indigeat interpretis opera. Sed tamen expendo singulas illius partes. *De fenestra domus meæ per cancellos prospexi.* De semetipso loquitur Salomon: significat vero, quæ acaute, & similitate obseruavit: nimirum de fenestra, & per cancellos, atq; retia, vt videret omnia, nec videri posset ab aliquo. Nam si visendum se offerret, erubescerent iuuenes coram censore tanto tam indecoras, & turpes aggredi. Docet hic Salomon parentes, præpositos, iudices, & moderatores reipublicæ, quomodo aliquando subditorum operas obseruare, & explorare secreto debeant, atque illorum licentiam experiri. Hoc autem fit, cum ex insidiis contemplantur. Nam cum arbitris se liberum putat homo, tūc animi sui licentiam, audaciam, & temeritatem melius prodit. Lex enim, atque ratio potestatem faciunt iudici, delicta per semetipsum nonnunquam inquirendi: modum autem prudentia ipsa præscribit. Et licet aliquando eo astu vt debeant, cauere tamē debent, ne nimium sint insidiosi: ne si plurimum de subditorum conscientia, & animis dissidere videantur, fortasse augeant licentiam, & audaciam subdorum. Ideò quasi de industria Salomō dicit iuuenem à se obseruatū per cancellos, ita vt videre illum posset: ipse vero minimè videretur, vt suadeat superioribus, sic subdorum delicta obseruare, vt id subditū non animaduertant.

**D.** Ambros. sectatur letationem Septuag. qui sic habent: *De fenestra enim è domo sua in plateas prospiciens, &c. (meretrix nimirum.)* Nam vt supra ad-

Ergo supercilia ideo prominent, ut aciem dirigant pupillarum: Hęc ille. Quid verò ad attentionem animi rectā significandam accōmodatius, quam legis obseruatio sibi postulat? Itaque quicquid legem, tanquam pupillā oculi seruare apud se constituit, is quidem, veluti quoddam prominens extansque superciliū oculo obtendit, sic rectam intentionem legi superponere debet, ut executio illius recta in finem propositū intendat, & velut scopum honestum collimet. Atexit Basil. Eadem quidem opera a sudore ex immodico labore contrariū non quidem sinunt influere oculis, nec illis proinde esse impedimento. Quis unquam vinit pulchre adeo, & omni ex parte posset suam excolere vineam, aut superciliosū colle eam circumdare, ut à quo quam hand facile queat inuadī, & neq; ladi illa incursione torrentū ē finitimus locis alluentis: perinde atque Dominus sepimento superciliōrum, & quasi propugnaculo præmuniuit oculos, ut sudor ipse per suos distinetur, & suāt elices; per quos derinandū iam olim statuerat opifex, ad partes nimirū, quem minus utiles sunt, quam oculi. Hoc est aliud superciliōrum emolumētū. Sudor quidem apud Chrys. in cap. 21. Matth. hom. 68. labore significat, quo in parandis caducis rebus homines desudant, Neque enim (inquit) his seculariū rerum sudor fructus est, sed potius quandoque decipit, &c. Nam cū sudor valetudini, & sanitati sāpius opportunus sit, tamen sudor ille (ait Chrys.) quem auditas, laborque acquirendū temporaliū bonorū elicit, animo hād salubris est. Et sane quidquid istius sudoris incidit in pupillā legis, ipsam lēdit, ac violat: quia cum auditas temporaliū animū occupauit, ad transgressionem legis vrget, & qui in parandis eiusmodi bonis desudat plurimū, legis diuinā facilis temerator esse solet. Quapropter operæ prætiū est, ut aliquis nobis affectus adsit, qui veleti supercilium pupillæ legis obtentū sudorem inde contractū arceat, & ad minus utiles partes flectere possit. Quodnam illud? Certe rerū temporaliū contéptus, atque despiciētia. Nec immerito: quia despectus in supercilio oculorum maximè vivit. Horatius. Vnde Horatius Iouem Gigantes post victoriā despectui habentem sic describit.

Reges in ipsis imperium est Iouis  
Clari Gyanteo triumpho  
Cuncta supercilio mouentis.  
Ad id spectat illud Martialis.

Terrarum Dominum pone superciliū. Denique superciliū, fastus & glorie locus est. Eleganter enim Plin. lib. 11. cap. 37. de supercilio agens, superbia alicubi conceptaculum, hic sedem habet, in corde nascitur, huc subit, hic pendet, nihil altius, simul abruptiusque inuenit in corpore ubi solitaria esset. Hic etiā accersendus est Tullius pro Sextio. Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contrac̄tio, ut illo supercilio res publica, tamquā Athlante cālum niti videretur. Ergo si in supercilio fastum, gloriamque contemplemur, non parum hāc certe faciet ad legem pupillæ instar seruandam, atque munidam, si videlicet quis ei gloriationem quādam honestam pro supercilio imponat. Si nimirū in leges Dei perfecta obseruatione glorietur, si gloria summā ducat legi diuinā obtemperare, & obsequi: hanc enim gloriam consecrā honestum, atque Deo gratum est, & ad tuendam ipsam legem nihil accommodatum magis concipi potest.

Sed tamen omitenda non est lectio originalis, quā sic habet, Et legem tanquam nigrum oculi: sic enim ad verbum efferti debet. Non ignoro id nominis pupillæ in vniuersum dari ab Arist. & aliis, qui oculum ex albo, nigroque componi dicunt.

Tom. I.

A Quamuis enim non omnibus oculi nigri sint, sed quibusdam cæsi, aliis cerulei, aliis flavi, nonnullis etiam virentes, (quod hominis, atque equi proprium esse docet idem Arist. nam aliqua animalia oculorum colores non euariant: ) Tamen semper pupilla obscurior est, & fusca magis, quam reliquæ partes, ideo nigrum oculi appellatur. Ceterum si specialiter, & preesse de oculo nigro, ut ab aliis distinguitur coloribus, accipiamus hāc verba, aliquid boni sensus dabunt. Nam inter omnes oculorum dissimilitudines, colore, acumine, & quibusdam etiam aliis indicationibus excellunt oculi nigri. Sic tradit Arist. de generatione animalium lib. 5. cap. 1. & sēpe alibi. Et quidem in Physiognomicis docet nigros oculos (quos capriuos appellat) animi magnitudinem, aut celsitudinem notare, prudentiæ, atque omni virtutum genere cumulati argumenta præbere, amorem, benevolentiamque conciliare, ac demum longinqua melius videre. Audi nunc Salomonem, Et legem seruā sicut nigrum oculi, id est, omnia illa documenta, & præcepta, quā tibi tradituras sum, vel certe legem omnem in vniuersum serua diligentius sicut nigrum oculi: Quasi dicat, hāc lex accuratius obseruata, & adimplēta erit tibi pro oculo nigro, quā longe melius, quam niger oculus indicabit, imd efficiet animi tui celsitudinem, prudentiam sapientiamque mirabilem, ac demum moderatos, compositosque mores: hāc tibi pro oculo nigro ad captandā aliorum benevolentiam: hāc tibi pro nigro oculo ad res tum diuinas, tum humanas acutissimā inspiciendas, & discernendas: hāc denique tibi pro nigro oculo ad ea, quā remotissima, id est, cælestia speculandas, imd & assequenda. Noster interpres pupillam habet Septuaginta, Κόρης. Sensus idem. Nam vt author est Cæsarius dialogo 1. Κόρη, Græcē virgo est, & sane id nominis adepta est pupilla, quia speciem virginis paruæ speculi in morem de intus præbet intuenti: speciem, inquam, peregrinam eius, qui intuetur, quā quia parua est, ideo virgo, vel pupa, vulgo niña, nominatur. Et ob eam causam, vt docet Plinius supra, corui, & aliæ quædā aues in oculos infilire, atque eos rostro petere solent, quia nimis sibi similes alios in oculis vident. Fortasse autem ob eam causam coruus Græcē Κόρης, Corax dicitur à coris, id est, pupillis petendis. Ait ergo

B Salomon seruā legem quasi pupillam oculi tui, atque adeo inter alia coruos vitare in primis tibi suadeo, quibus maxime proprium est in pupillas infilire, atque eas confodere. Nam cum Salomon alloquetur adolescētem, cuius tanti interest statim ab ineūte ætate virtutem aggredi, nec in senectam differre, illud certè consulere debuit, ut coruos in primis caueret, qui teste Aug. de verbis Domini serm. 16. procraftinationis symbolum præbens, Ipsares est, quæ multos occidit, dum dicunt, cras, cras, & subito ostium clauditur. Remansique foris cum voce coruina, quā non habuit gemitum columbinum: Cras, cras, corus vox. Pergo ad alia.

III. Liga eam in digitis tuis: & scribe illam in tabulis cordis tui.

Cliga eam in digitis tuis, &c. Hebraicē, Super digitis. Septuaginta, Circumpone eam digitis tuis. Aquila, Symmachus & Theodotion liga: sicut nostra.

D Scribe eam in tabulis cordis tui. Hebraicē, Super tabula. Septuaginta, Inscribe eam super latitudinem cordis tui. Symmach. pectoris.

S iij

17

Deut. cap. 6. num. 8.

Hæc verba, quoad posteriorem partem, iam inde supra declarata sunt cap. 3. vers. 3. Vide, quæ in eum locum contulimus. De priori autem sic habeto, *Liga eam in digitis tuis*: locus iste plane de sumptus videtur ex Deuter. cap. 6. ubi sic Moyses, *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & monebuntur inter oculos tuos*. Quæ verba parem utrobique difficultatem habent. Primo Lyra, Arbor. & calij, ut de more est illis, allegoricam se quærit interpretationem. Digitis, aut manui legem alligare, nihil aliud est (inquit) nisi eam operi, & executioni committere, quæ manu, & digitis adumbratur. Secundo Caiet. & Iansenius similitudinem duci existimant ab illis, qui cum alicuius rei meminisse volunt, filium, aut simile quid pro signo digitis implicant. Itaque sensus sic est efferendus, *Liga eam in digitis tuis*, id est, perinde illius memineris, ac si in digitis illam pro signo gestares, vel ad eum modum, quo meminisses, si in digito signum aliquod illius ad memoriam excitandam afferres. Vtrumque sensum recipiunt hæc verba. Et sane digitis aliquid innectere ad memoriam hodie satis solemne est.

18

Plinius.

Quintil.

Tertio, Rodolphus sic exponit, *Liga eam in digitis tuis*, id est, legem præfente memoria sic recolle, quemadmodum digitos numerare soles: ille hæc obscure. Cuius verba id sibi velle videntur, ut ad eum modum lex memoria teneatur decem præceptis descripta, quemadmodum decem utriusque manus digiti in prospectu sunt. Sed tamen si parum discedere liceat à Rodolpho, aliter, & fortasse accommodatius hæc verba explicto. Observare autem oportet non solum nostro saeculo, sed antiquis etiam in vsu fuisse artem memoriam, quam à Simonide quodam Melico primo inuentam docet Plinius lib. 7. cap. 4. Quæ sic fere institui solebat, ut qui multas res memoria complecti vellet, singulis digitis animo, & cogitatione committeret: deinde vero ab eisdem repeteret. Vsu autem huius artis efficitur, ut singuli digitii singulas res si deliter reddant. Huius artis vestigia extant apud Quintilianum lib. 11. cap. de memoria, & apud alios Rethoricae artis magistros in tractatu de memoria. Ergo verba præmissa ad hunc modum licet interpretari, *Liga eam in digitis tuis*, id est, memoria legem ut teneas omnino, utere hac arte, singulis digitis singula præcepta illiga, id est, trade, & committe. Cumque ea ratione inter decem digitos decem præcepta legis distribueris, semper occurrit facile, semper in promptu habebis. Missam facio adulterinam huius loci mentem, quam prisci Hebraei se & statisunt, qui cum verborum sonum captarent, ut huic præcepto parerent, decem Dei mandata in tenuibus membranis descripta digitis circumPLICabant: nam in scripturis interpretandis nugaces semper, ac superstitionis fuerunt Iudei.

19

Verum enim verò subiicio quartam expositionem, quæ mihi præ cæteris arridet. Est autem ad hunc modum, *Liga eam in digitis tuis*, id est, in annulis incide, quibus digitii indui solent, nam (ut iam inde supra docui) verbum Hebraicum est ῥωп Kā-sar, quo sœpius dicitur de ornamentis, quæ collo, digitis, vel cuilibet alteri corporis parti accommodantur. Rursus quemadmodum supra cap. 6. vers. 21. illa verba, *Liga eam in corde tuo ingiter, & circumda ea gutturi tuo*, de bulla, & torque interpretatus, hærentes lectio Septuaginta: sic etiam hæc, *Liga eam in digitis tuis*, de ornamentis digitorum, de annulis videlicet exponere cogimur. Cæterum non coacte, sed libenter id facio, quia venustior euadit sententia, & in reliquum textum aptius

A cadit. Neque verò Iudaicas nugas sequutus censeo à Moysè, vel à Salomone præcipi, ut verba sua in annulis incisa, & in sculpta gestentur: sed hanc sententiam per comparationem esse efferendam, hac ratione, *Liga eam in digitis tuis*, id est, ad eum modum tibi sint in memoria, & in amorphis mea præcepta, quo esse solent ea, quæ in annulis exarantur, & inciduntur.

B Et quidem alicuius nomen, aut formam in annulis impressam gestare insignis amoris olim documentum fuit. Hierem. 22. *Si fuerit Iechonias filius Joachim Regis Iuda annulus in dextera mea: inde euellam illum, dicit Dominus*, id est, si mihi in amorphis adeò fuerit Iechonias, ut illum annulo impressum gestem, nihilominus tamen inde euellsum abiiciam. Ad hæc Isaïæ 62. *Eris corona gloriae in manu Domini*. Hier. 22. *Ifa. 62. n. 3*  
C *Hebrai. circulus gloriae*, atque adeò quidam de annulo interpretantur. Quasi dicat, deformatam in annulo geram te ad venditionem gloriae. Nec abit nomen coronæ ab annuli vsu. Nam ut quidam docent, idèo primo adinuentus est annulus, ut coronetur cor, cuius vices sustinet digitus minimo proximus, ut statim dicemus. Accedat Clemen. Cle. Alex.  
C *Alexandr. in Pædagog. lib. 2. cap. II. Multi*, inquit, *libidinosi eos habent* (scilicet in annulis) *quos amant, vel amicas, ut ne si velint quidem possint affectionis oblinisci*. Sed redeo ad Isaïam cap. 45. *In manibus meis descripsi te*, id est, in annulis deformauit nomen tuum, aut speciem. *Quid plura?* Quæ dixi ha-  
C *Etenuis testimonia, satis evincunt amoris olim fuisse indicationem alicuius, vel nomen, vel formam in annulis ferre*. Illud quoque ad memoriam pertinet, Psal. 136. *Si oblitus fuero tui Hierusalem oblinio- Psal. 136. ni detur dextera mea*. Dextra (inquam) in qua an-  
D nulo in sculptam te gero. Quasi dicat, tunc cum tui non preminero (o Hierusalem) constabit meam ipsius dexteram à me obliuioni traditam, quandoquidem te in annulo impressam gero.

Ergo sententia illorū verborū ea est, *Liga eam in digitis tuis, & describe in tabulis cordis tui*, in annulis nimirū insculpe, quibus digitii ligantur, & in bullis incide, quæ supra cor appèduntur, hoc est, perinde legem meam adamare, & memoria fideliter tenere debes, ac si eam prædicto modo in annulis, & in bullis gestares. Et quia in annulorū palis amicarum nomina, formasque exprimere solebant veteres (ut Clem. sup. docet) subdit appositissime ad hanc sententiam, *Dies sapientia soror mea es, & prudentia vo- ca amicā tuam*. Quasi dicat, non mirandum, si legem meam in annulis, bullisque ferre iubeam, quam tibi pro sorore, atque amica esse impense cupio.

F Diximus ex veteri instituto aliquem in annulo gestare, amoris, atque memorie notam esse. Ob eam certè causam annulus in digito auriculari proximo inferebatur, quia nimirū, ut tradit Isid. in lib. de Offi. cap. 15. *Quarto annulua digito inseritur idèo, quia in eo vena quadam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perueniat*. Alij non venam, sed neruū esse affir-  
F mant, imo tradunt annulum ad coronandum cor ab initio inuentum fuisse, ut vitæ, sc̄ mortis arbitrium, & imperium penes illum esse, eo signo demonstraretur, ac properea illi digito implicatum. Nec amorem tantū huic digito, sed memoriam etiam veteres dabant, ob eam causam illū Deæ Nemefi, id est, memorie consecrarent Plin. lib. 11. cap. 24. vi. de ibi: itaq; tum ex annuli forma, tum etiā ex digito, cui annulus innodatur, memoria, amorque legis cō-  
F mendatur. Quæ duo ad illius absoluta obseruationem, tanquam maxime necessaria poscit Salomon.

Quod si malis iuxta sonum verborum præmissa verba non de prima forma, vel nomine annulo incisis (ut haec tenus diximus) sed de ipsomet annulo

20  
Hier. 22.

Isa. 62. n. 3

Isaïæ 45. num. 16.

Psal. 136. num. 5.

21

22

Iſidor.

23

Plinius.

monii, ista etiā verbā meretricitribuunt Septuag.<sup>A</sup> Interpretatur autē Ambrosius allegoricē de voluptate, quā meretricis similitudine adumbrari vult, atque ita expendit: *Nam quid tam meretricium, quam secularis voluptas, que à fenestra domus sive incipit oculis prima tentamenta preludens, & penetrat cōcō sēnsū in plateas proficiens, id est, in publicas transiūtem vias: non autem in legi interna mysteria obtutum mentis intendens.*

*Video paruos, & considero recordem iuuenem.* Paruos appellat insipientes. Sensus autem est: vidi ingentem adolescentem insipientem turbam, & in hacturba quandam præ cateris mentis expertem iuuenem contemplatus sum, qui reliquos recordia, & infania facile superabat. Sat profecto bene cū eo saeculo Salomonis agebatur: in magna enim iuueniū turba virus tantum visus est, qui libidinis facibus incensis meretricis sectaretur. At nostra ætate (ō tempora! ô mores!) in magna, & innumeraria ianiorum caterua vix unus reperiatur, quem libido, ac turpitudo non accendat: *Recordem iuuenem.* Hebraicē. *Carentem corde, id est, concilio, & mente, vel certe insanum, nam libido quædam est insaniam, quæ hominem mente emotum bacchari (vt ita dicam) facit.* Chrysoft. hom. 27. ad Populum: *Quid inquit luxuria correptus ab insano, & demoniaco differt? Non videtur nudus ambulare, sed licet corporis vestibus amictus est, veris tamen vestibus priuatus summa hominis gloria caret. Non lapidibus seipsum cedit, sed sceleribus. Ex hoc fit, ut nunquam sit in seipso, sed in sepulchro versetur: sepulchra sunt meretricum dinersoria, cum multo fatore, multa putredine sunt repleta. Non mina, non exhortationes ipsum ligare possunt omnia hæc vincula spernit. Itaque insanus cum sit, & amensia percitus, tamen ligari non potest (quod esse sollet insanis laborantium remedium)* Ambrosius legit, *indignum sensu: fortasse mendum irrepit, & legendum potius dignum sensu. Sed si quidem non dispiceat illa lectio, indignus sensu is appellabitur, qui ratione, & arbitrio, quo Deus illum nobilitauit, indignus usque adeò fit, ut ea priuari, & bellus irrationabilibus annumerari pro meritis debeat. Quid enim belluimum magis, quam libido?*

VIII. Qui transit per plateam iuxta angulum: E & propè viam domus illius graditatur.

IX. In obscuro aduersperascente die, in noctis tenebris, & caligine.

35 **Q**VI transit per plantam, &c. Hebraica non differunt, præterquam quod aliqui conuerunt, *Qui transit per callem.* Septuaginta vrgent superiore sententiam.

*Prætereuntem iuxta angulum in transitibus dormorum suarum, & loquentem in tenebris vespertini simul, ac quies nocturna, & caliginosa (supple ingruit.)* Diuus Ambrosius in lib. de Cain cap. 4. sic extulit hæc verba, *Quemcumque videris sensu indignum prætereuntem in angulo, in transitu domus sua.*

Sensus horum verborum est perspicuus: describitur enim iuuenis intemperans, scorta vestigans. Attingit autem Salomon tempus, quod captare, & loca, quæ obire solet, ac de locis ita inquit, *Qui transit per plateas, iuxta angulos, cupidus scilicet reperiendi meretricem adit angulos plateas, vel callis publici. Nec verò existimes angulos plateas, vel callis, vt alij conuerunt, loca aliqua secretiora,*

& ab arbitris remota esse, sed quod vulgo dicimus: *Las esquinas, los cantones.* Hunc sensum reddit vox originalis, & Hispanica translatio, quam iterum, atque iterum in conciliu adduxi: ita enim conuertit hæc verba, *Que passa per la calle cerca de las esquinas.* Et quidem quia meretrices, in eiusmodi angulos confluere solebant, inde accepto vocabulo dictæ sunt vulgo, *Las cantoreras.* De nomine autem anguli, atque de illius significationibus supra disceptauit cap. 1. vers. 21.

*Et prope viam domus illius graditatur, vulgo leronda la casa.* Sic fert animantium mos, amicatum domos de nocte ambire, & ad fores pernoctare.

*In obscuro aduersperascente die, in noctis tenebris & caligine.* Hebraica si ad verbum exprimas sic habent, *In crepusculo, in vespere diei, in nigredine noctis, & obscuritate.* Describitur autem noctis iamiam ingruentis species, quam D. Gregorius Nazianzenus sub lustrem noctem, appellavit. Et sanè Nazianzenus, id temporis captare solent amatores. Scortatio enim inter vitia lucifuga numeratur. Scortatores cum nocturnis contulit aibus D. Ephrem in tractatu contra sceminas impudicas, *Quia in meridie caligant, in tenebris autem vident, interdum latent, & dormiunt, noctu volant, & vagantur.* Si forte quæras quid nostri temporis proceres, & nobiles ad multam noctem vigilare & ad multam diem dormire perdocuit? In promptu est Lasciuia, & alia vitia lucifuga, quibus vitam omnem impendunt. Ea inquam vitia, quæ tenebras adamant. Vnde non immerito conquestus est olim D. Chrysoft. in orat. quadam noctua Athenas Mineruæ virginis consecratas, cum Venere potius addicendæ essent: virginitas enim diem, ac lucem: Venus, & turpitudi noctem, atque tenebras captat. Ideo Noctua, aut Nycticorax, Deuteron. 14. inter immunda animalia censetur. Quantum verò amatores noctem adament, sic lusit Seneca in Medea actu. 37.

*Et tu quæ gemini prævia temporis,  
Tardæ stella redi, semper animantibus;  
Te matres auide, te cupiunt nurus,  
Quam primum radios spargere lucidos,* Seneca.

X. Ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, preparata ad capiendas animas, garula, & vaga.

**E**cce occurrit illi mulier ornata meretricio. Septuaginta, speciem habens meretriciam. Aquila, & Symmachus concinunt cum nostra vulgata.

*Preparata ad capiendas animas.* Hebraica verba non eodem modo efferunt interpretes. Caietanus habet, *imminuta corde.* Pagninus, *anxia corde,* alij *seruata corde.* Rodolph. *ligata corde.* Tigurina, *canta corde* Septuaginta, *Quæ facit iuuenum volare corda.* Sic Ambros. lib. 1. de Cain, cap. 4. Chaldaeus, *Quæ aufert cor iuuenum.*

*Garrula, & vaga, alij tumultuosa, alij clamosa, ex Hebreo conuertunt. Chaldaeus, *prævaricatrix,* Septuaginta pro vtraque voce sic habent, *Volatica est, & luxuriosa.* Ambros. *vaga.* Chaldaeus consentit. Tigurina, *strepera, & inconstans,* omnia in idem recidunt.*

Diuus Ambrosius ubi supra allegoricē ista verba de voluptate interpretatur, quam meretricis similitudine adumbrari existimat. Littera est de meretrici, quæ iuueni intemperanti occurrit, quam Salomon hic describit eleganti oratione. Expedita verba. *Ecce occurrit illi mulier ornata meretricio. In-* Ambros.

Cant. I.  
num. 7.

Genes. 38.  
num. 14.

Suidas.

39

Alexand.

Gregor.  
Tolosæ.

Vlpian.

Genes. 38.  
num. 14.

40

Horat.  
Lungual.

terpretes fecerint intelligunt de nimio, & affectato ornatu, quo se excoluunt, ut iuueni placet. Sed tamen id habet difficultatis haec interpretatio, quod cum noctu & illi tenebris haec perageretur, ut ex præmisso constat carmine, haud spectati poterat illa tam culta venustas. Qui propter potius crediderim haec verba de aliqua peculiari meretricum nota, quā habitu præferrent, accipienda esse. Hanc verò apud Hebreos fuisse existimo, si velata incederet, ut docui multis in c. 1. Cant. vers. 7. ad illa verba: *Ne vagari incipiam.* Quæ ex originibus ad verbum sic effrena sunt: *Ne sim tanquam velata,* id est, ne pro meretrice vulgo habear. Ad id pertinet historia Tha-

mar Gen. 38. *Quæ depositis viduitatis vestibus assumpit theristrum, & mutato habitu, sedis in binio itineris, quod ducit Thamnam.* Assumpit videlicet tegumentum, & velamen, quo ut solebant meretrices, ut eo habitu scortum præ se ferret. Vide plura in eo c. 1. Cant. Et sanè communis omnium fere gentium consuetudine comparatum est, ut meretrices habitu, & vestitu à nuptiis, arque virginibus discernantur, & notā aliquam suæ prostitutionis habeant, ne in cœtum matronarum irrepant. Suidas docet

Athenis lege cautum, ut scorta floridas vestes semper gestarent in voce ερηματι, vt eas vestis ipsa à matronis discerneret. Romani pullas, & perbreues vestes illis dederunt, reliquis interdixerunt coloribus, vt tradit Alexand. lib. 5. Genialium cap. 18. Tolosæ linguam ex armis pendentem afferunt, ut author est Gregor. Tolosæ syntagm. Iuris lib. 10. cap. 2. quod ferre Gallis omnibus commune est. Apud nostrates palii diuerfitas. Non enim licet scortis expandere, sed complicatum gestare, ex multis legibus, & pragmaticis. Demum ex Vlpian. in lege Item apud Labecum, constat olim magnum fuisse discrimen vestes intermeretricum, & matronarum, imo & virginum.

Ergo Salomon sic ait, *occurrit illi, id est, haud inuitari se finit, sed præ impudentia ipsa sponte obuiam ita iuueni intemperati, ornatu meretricio, id est, nuptiarum matronarumque vestem in meretricia commutans, habitu scilicet, & speciali prostitutionum nota scortum se simulans, ut liberius posset vagari.* Neq; alia fuit simulatio Thamar, de qua dicitur Genes. 38. *Quæ depositis viduitatis vestibus assumpit theristrum, & mutato habitu, &c.*

*Preparata ad decipiendas animas, &c.* Mirū est, quantum hic dissidium sententiarum, & translationum sit. Rabini fere legitur *tigata corde*: Leui Bengerson leuissimam inuenit expositionem: nam cum de habitu meretricio interpretetur, sic ait, *ligata corde*, dicitur corde nimirum, vel pectore tenus vestita, & recta: à pectore vero sursum nudata, & detexta: eum enim putat fuisse scortorum habitum. Rodolph. duas dedit expositiones, alteram Chaldaicam in hunc modum: *Habitu meretricio, & ligata corde,* id est, habitu, & externis ornamenti mollietatem formineam præ se ferens. Soluta nimirum, & demissa veste, qualē fœminæ gerere solent. Sed tamen *corde ligata, id est, percincta, viri in morem.* Quasi dicat, exteriori specie fœminam adumbrans, sed corde, animoque viri robur adæquans (Nam viros fortes, & milites præcinctos, seu accinctos vocamus) quod quidem referri potest ad impudentiam hoc modo. Si habitum, & speciem attendas, fœminam dicas, si frontem detritam, & impudicos mores, non fœminam (fœminas enim pudor coercet, verecundia suffundit) sed virum, qui omnem abiicit, exuitque pudorem. Sic nimirum fœmina virum adorta est, quemadmodum vir fœminam adoriri posset. Sed licet haec interpretatio nō sit germana, tamē illustrari potest quadam Romanorum lege, & præscripto, cuius meminit Horat. l. 9. Serm. Sat. 2. & iuuenialis

**A** Satyr. 2. & Martialis libro 2. Epistol. 39. Erat enim cautum apud Romanos, ut meretrices, atque nuptæ in adulterio comprehensa exuta stola mulierib; virilem togam induerent. Sive rō de causa legis roges, illam obtulit Plutarchus in apophategnatis Romanis: quia nimirum meretrix, & adultera cum pudore (qui fœminas imprimis decet, atque sexum illum decorum plurimo insignit) stolam quoque exuere iubebantur, quæ fœminarum erat nota, & virilem togam sumere: quia virilem impudentiam, & attritam frontem imitari & moribus suis exprimere videbantur.

**B** Secunda interpretatio Rodolphi, quam videlicet ipse tuetur, & tanquam propriam sibi vendicat, sic habet, *ligata corde, id est, infra præcordia, mamillasque eleganter præcincta, ut corporis sui elegantiam ostendet.* Et sanè meretrices, ob zonarum elegantiam efferrī non parum solabant, quibus se arcti simile præingebant, ut quo ad possent, lumbos illi angustias cogerent. Propterea illas κανιζόνες & θύρες id est, pulchre, aut bene præcinctas sæpius appellat Homer. Rationem verò, cur arctius se se zonis adstringeret, obtulit Atheneus l. 8. scilicet, vti se grauidas non esse, aut occupatas lumborum breuitate, & angustiis testarentur: id enim solet viros à congressi fœminarum arcere. Sed tamen tres istæ priores expositiones, & à vulgata lectione abhorribant, & parum accommodatae videntur.

**C** Quapropter ut nostram translationem cum originali lectione in concordiam adducamus verba illa, *ligata corde, vel seruata eum sensum habent, quem agnouit Varabulus, id est, Habens cor seruatum, & ligatum, tectum scilicet, & inclusum, aliud exterius promens, aliud corde tegens.* Tigurina sensum expressit: legit enim *canta corde.* Melius autem mea sententia conuerteret cata, vafra, seu astuta. Nec aliis sensus subest nostræ translationi: *Preparata ad decipiendas animas, id est, omnes astus, artificia que aduocans ad iuueniū animos captados, & delinendos.* Alij autem lectiones, scilicet *corde immunita, vel anxia,* non videntur ad rem.

Septuaginta habent: *Quæ facit iuuenum volare corda, nimirum ad se tanquam ad rete, tanquam ad laqueum.* Existimo enim Septuaginta illa verba, quæ alij in passiuâ significatione acceperunt, *ligata corde, ad actiuam retulisse, hoc modo, ligans cor:* & ab aucupio similitudinem duæ amputantes sic prædicta verba extulisse: *Quæ facit iuuenum volare corda, ad se videlicet, vel tanquam ad laqueum, & rete.* Iuxta illud Ecclesiast. 7. *In iuueni amariorem mortem mulierem, quæ laqueus venatoris est.* Vel tanquam ad auem aliâ sui generis ad aucupium edoctam, ut supra diximus, vers. 5. ex Ambrosio. Vel aliter, *volare, sumitur pro auolare, hoc modo.* *Quæ facit iuuenum corda ab ipsis metu iuuenibus auolare, ut nimirum corda, ratio videlicet, atque consilium, tanquam aues auolantes ab illis demigrent, atque eos deservant.*

**F** Nam, si licet dicere, ratio, & consilium in iunctionibus necdū subsiderunt, sed alata, & volatica sunt, atque adeo leuissima de causa emouentur, atque ab ipsis auolat. Huc spectat etiam Chaldaica translatio. *Quæ auertit cor iuuenum.*

*Garrula.* Ecce aliam adulteræ, & meretricis conditionem, *garrulitas, & loquacitas.* Ita plane fatetur meretrix apud Plautum in Cistellaria.

*Id mihi, quod parti est vitium mulierum,*  
*Quæ nunc questum facimus: quæ ubi faburrata sumus:*

*Largiloque exemplo sumus, plus loquimur, quam sat est.*

Ex hac verò loquacitate oritur, ut nihil sit tam arcanum, quod meretrix non prodat. D. Ephrem con-

Martial.

Plutarch.

Homer.

42

Eccles. 7.  
num. 27.

43

Plantus.

44

tra impudicas mulieres: *Quid est mulier?* Effrana-  
tum os rerum arcanarum mortifera conuersatio, at-  
que confabulatio. Vnde Græci scortu nomine Lex-  
nam, quod secretum, & mysterium sibi commis-  
sum inter tormenta seruauit, simulacro donandum  
esse censuerunt. Itaque ad nomen illius attenden-  
tes effinxerunt ex ære leænam elinguem, ut docet  
Plin. lib. 34. hist. cap. 8. vbi sic habet: *Fecerunt ani-  
mal nominis eius, atque ut intelligeretur causa ho-  
noris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.*  
Meretrix enim tacita pro miraculo fuit, ideo simu-  
lacro digna visa est.

45 *Et vaga.* Hoc verbum cum sequenti clausula ex-  
ponendum est, vbi de lectione Septuaginta, *Vola-  
tica, & vaga*, aliquid etiam dicemus. Quapropter  
iterum initio sequentis carminis adscribemus.

X I. E: *vaga quietis impatiens: nec valens in do-  
mo consistere pedibus.*

X II. Nunc fortis, nunc in plateis: nunc iuxta  
angulos insidians.

46 *Et vaga, &c.* Septuaginta: *Volatice, & luxu-  
riosa, quietis impatiens, &c.* Hebraicè: *In do-  
mo sua non habitabunt pedes eius.* Septuaginta: *Et  
in domo non quiescent pedes eius.* Chaldaeus: *Non  
morantur.*

Nunc foris, nunc in plateis, &c. Hebraicè: *Vice  
in vico, vice in plateis, & iuxta omnem angulum  
insidiabitur.* Septuaginta: *Interdum enim foras cir-  
cumueniuntur, interdum vero in plateis apud omnem  
angulum insidiatur.* Chaldaeus: *Et contra omnem  
angulum opportuna.*

Describit adhuc Salomon adultera conditiones:  
*Et vaga quietis impatiens.* Vagam, & erronem  
esse dicit, quæ nimurum nullibi hæreat, sed huc, il-  
lic cursifet. Nil scortantium mulierum proprium  
magis, quam vagari, adeò ut nulla nota euidentior  
prostitutionis sit apud Iuris peritos, quam si fœmina  
erret, & plurimorum ædes frequenter, ut tradit  
Angelus. Angelus in leg. *Si qua illusris.* Hinc est illud Valerij  
Valerius. de fœmina errore.

*Dummodo lucrino modo se permittit Auero,  
Et dum Baianis sepe fونetur aquis.  
Incidit in flamas, iunenemque secuta, relicto  
Coniuge, Penelope venit, abit Helena.*

Quod adeò certum est, ut vagari in scriptura non  
semel sumatur, pro scortari, ut docuimus in cap. 1.  
Canticorum ad illa verba: *Ne vagari incipiam.* Vi-  
de ibi plura. Hinc factum est, ut Septuaginta in hoc  
loco, pro vaga adscriperint luxuriosam. Sed non  
omittendum est illud verbum *volatice*, quod hanc  
meretricis instabilitatem apprime innuit. Inter alias  
formas, quibus Venus olim effingebatur, ut auator  
est Pausanias, in quibusdā nummis visibatur Ve-  
nus additis talaribus. (Talaria vero sunt alæ, quas  
pedibus Mercurij affixæ fabulosa antiquitas.) Ita-  
que quicumque nummū illum percussit, Venerem  
alatis pedibus efformauit. Quorū? Sane ut innue-  
ret meretrices volaticas esse, atque qualibet oxyus  
alite huc illuc ferri. Rursus si vocem *volatice* ad  
mores referas, instabilem, inconstantemque signi-  
ficat: vel etiam superbam, & elatam. Instabilitas  
enim, atque elatio fœminis agnata vitia sunt. Rur-  
sus cum præmiserit illud: *Occurrit illi mulier orna-  
tu meretricio.* Et postea subdit illam *volatice* esse.

47 Cle. Alex. Accommodari possunt verba Clemen. Alexandr.  
qui si fallor, ad hunc locum respexit in Pædagogo  
libro 3. cap. 11. Ea, quæ à fœminis ad luxum com-

A parantur, ab eis tanquam peccata sunt detrahenda,  
ut que instabilem superbiam, ac mollitatem, ina-  
nesque voluptates procreent, quibus excitatae, &  
quodammodo alatae sepe resistunt à matrimoniis.  
Meritò ergo volatice appellat Salomon eam, quæ  
pretiosis ornamentis, & fastu, velut alata maritum  
deseruerat.

B *Non valens domi consistere pedibus.* Mulieribus  
sanè custodia, atque cura domus demandata est,  
atque adeò indecorum illis est, ac turpe domo ef-  
ferre pedem. Docuit hoc venustè versibus elegia-  
cis Gregor. Nazianzen. quos ad verbum sic Latine D. Nazianzenus.

reddere licet,

*Mors est mulieribus, res preffosa, domi manere*

*Plurimum, & diuinis alloqui sermonibus.*

*Telaque fusōque (hoc enim munus est mulierum.)*

*Ancillis opera distribuere, servos vitare,*

*Labiis vincula ferre, & oculis, atque genis,*

*Negne pedes extra vestibula habere.*

Et rursus in illo Monitorio sic fatur.

C *Non multum extra vestibula mitte pedem, neque  
ad delectationem*

*Popularem, & immodestam turbam, hac enim  
pudorem*

*Aufert.* Et perbreui interstitio verborum sub-  
dit ad hunc modum Greg. Nazian.

D. Nazianzenus.

*Domus tibi vrbs est, & nemora, non videaris xiæzenus.*

ab aliis,

*Quam à finibus temperantibus, & Sacerdote.*

*Verba magni Gregor. Nazianzeni excipiunt de-  
mum alia verba Menandri apud Stobeum, qui in Menand.*

*præceptialibus sic habe.*

*Excedis, ô mulier, limites uxoris.*

*Per artium nam ad vestibuli foræ esse extra*

*Domum esse ab ingenna, Matrona existimatur.*

*Vterius autem persequi, & in via currere,*

*Canis est opus, idque conuictis affecti, ô Rhode.*

E Canis inquam, id est, meretricis, quam canis nomi-  
ne censem. Sic Homerus Odyss. 4. Helenam canem Homerus.

appellat. Vnde Moses Genes. 23. meretricem, & ca- Genes. 23.

nam coniunxit. Non afferes, inquit, mercedem me-

reticis, neque pretium canis in domo Dei.

Quam legem expendens Hieronymus in cap. 66. Isaïæ sic Hieron.

addit: *Pulchre canis, & meretrix copulantur, quia*

*virumque animal pronum est ad libidinem.* Et sa-

ne aptissime cum cane lasciuienti, & immunda

F E adultera componitur. Nā cum canis custodia do-

mus instare soleat, nunquam fere domo excedit,

nisi cum lasciuia, & venere stimulante, alios se ta-

tut, & cum aliis congreditur canibus, tunc enim ca-

nis custodiam diuinitens vagatur extra domum per

vias publicas, ita ut domi contineri, aut coērceri nō

possit. Ergo Salomon de hac adultera impudica

air, *Non valens domi consistere pedibus*, canis in

morem lasciuienti, quæ cum ædibus asservatæ præ-

posita sit, libidine inflammata domi coērceri non

potest. Ad hæc D. Greg. Nazianz. vbi supra in poë-

mate de virginitate circa finē coniugatas fœminas,

*Testudines domi portas*, appellavit, vt scilicet onus

earum, munusque uno verbo complectetur. Re-

spexit Nazian. fabellam testudinis, quæ cum à Io-

ue euocata esset ad coniugium, custodiam domus

causata serius accessit, propterea iussa est domum

suam secum semper circumferre, & nūquam extra

domum progredi. Propterea domiporta nuncupa-

ta est. Hoc sane vxoræ officium domiportam esse,

semper domi se se contineat, nunquam egredi. Huc

spectat quod tradit Plutarchus in præceptis connu-

bialibus cap. 33. Phidiam Veneris quoddam simu-

lachrum affabre elaborasse, quod altero pede re-

studinem premebat. Indicans (inquit) mulserum esse

munus ædium custodiam, & silentium. Hæc ille. Silen-

tum vero per testudinem ideo adumbratur, quia teste Aristotele testudo, vel nullam vocem, vel tenetissimum fibulum edit.

*Nunc foris.* Aliqui interpretantur foris, id est, extra māria vrbis, in vicis, & pagis. Vulgo los arribales. Mihi aliter videtur, scilicet foris dici, id est, in limine domus, atque in vestibulo, is enim solet subesse sensus illi particula foris. Cantic. 8. *Cantic. 8.* *Vt inueniam te foris,* id est, in limine, vt ibi docui. Et Matth. de Petro ait, sedebat foris, Lucas vero locum expressius significas, sedebat ad ostium foris, id est, in vestibulo domus. Ergo cū hæc mulier domi pedes coercere non posset suos, nunc foris erat, id est, in limine domus sedebat, nunc in plateis (crescit oratio) iuxta angulos insidians. Quin nomine anguli significetur, iam inde supra docui, vers. 8. *Quintum vero absit ab ingenua fœmina, & pudica vestibuli fines transilire ex præmissis Diu Gregor. Nazianz. & Menandri testimonius liquet satis.*

*XIII. Apprehensumque de osculatur iuuenem: & procaci vultu blanditur dicens.*

**A**pprehensumque de osculatur iuuenem. Hebr. Et osculata est cum. Et procaci vultu blanditur dicens. Hebraicè, & roborauit facies suas, & dixit ei Chaldaeus, & Septuaginta, impudenti facie: Symmachus, Anadacia obdurauit faciem suam. Theodotion, Impudenter egit in vultu suo.

53 Describitur summa adulteræ impudentia, quæ videlicet prima in amplexu, & oscula ruit, ita enim interpretanda sunt illa verba, Apprehensumque de osculatur iuuenem: id est, complexibus artis strinquit, & oscula figit, hæc enim validissima sunt fœminarum arma, ad leniendos, mulcendosque viorum animos. De osculis iam inde supra multa diximus cap. 5. vers. 4. De amplexibus autem infra dicimus vers. 18.

*Et procaci vultu blanditur dicens,* id est, impudentiam vultu, & gestibus spirans. Hebr. roborauit, vel obdurauit faciem suam. Pudor suffundit ora, & veluti metu perculta celari compellit. Impudentia vero roborat, educitque in apertum. Nihilane robustius vultu fæmineo quæ virum in imperterrita aggreditur, inuitatque prima. Hinc est illud Dephili. Fæmina impudenti nullum animal est confidentius. Symmachus legit. Obdurauit faciem suam, & sane impudenti frons durior: nihil illi dolorem affert. Vnde Aristotel. & Retho. sic impudentiam finiuit. Impudentia est indolentia earum rerum, quæ verecundi reformidant. Sed quid quod frons mulieris verecunda attrita dicitur? Non ergo dura, imo potius attrita appellatur, quia callosa, quæ nimis attitu callos obduxit. & obdurratur, ex quo indolentia. & nullus earum rerum sensus quibus verecundia præditæ fœminæ plurimæ in afficiuntur. Et quidem sicut manus vñi, & exercitacione operuñ callos contrahunt. sic etiam frons vñi criminis attrita occallescit. Eleganter Hieronymus ad Pamachium. Frontem inquit coridis impudentia atterrit cuique frequens, atque quo crebris admittitur, eo de illa committentis anima minus verecundatur.

**D**ephilius. *Et istor.*

54 Hieron.

Frontem inquit coridis impudentia atterrit cuique frequens, atque quo crebris admittitur, eo de illa committentis anima minus verecundatur.

*XIV. Victimæ pro salute voni: hodie reddidi vota mea.*

*XV. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperi.*

**V**ictimæ pro salute voni. Hebr. Victimæ pacificorum super me. Sic etiam Chaldaeus. Septuaginta verò, Sacrificium mihi est, hodie reddidi vota mea, sic Ambrosius ubi supra.

*Idcirco egressa sum in occursum tuum ad querendum mane facies tuas.* Septuaginta, desiderans faciem tuam, te inueni. Chaldaeus, propterea egressa sum in occursum tuum, quippe me vertens ad querendam societatem: quod dixeram me te addictroram.

Diuus Ambrosius li. 1. de Abel, & Cain cap. 4. hunc loeum de voluptate in vniuersum interpretatur. Hanc enim meretricis, vel adulteræ similitudine adumbrari voluit. Sed tamen hæc interpretatione

55 Ambros.

commodatitia est. Beda etiam allegoricè de hereticis exponit, qui cum sua perpetrant scelerata, & fideles dogmatibus deludunt male suis, tunc se victimas macrare, & obsequia Deo gratissima praestare autumant.

Prima expositio litteralis est Lyræ, qui verba ista hæc ab adultera ideo prolata fuisse existimat, vt significaret, se summa licentia in peccando iam inde visuram, quia videlicet iam persoluerit vota sua, & victimas macraverit. Id enim fortasse ipsius petulantiam contineret, neu se ante sacrificandum polueret: sicut euenerit solet his, qui accepta Eucaristia post Pascha priores mores repetunt.

Secunda interpretatio est Rodolphi, qui verbum illud edidit, accipit pro reddam de futuro (vt si prius alias in sacra Scriptura accidit sensumq; elicet eiusmodi. Tanti æstimo, o iuuenis, in te incidisse, vt mihi obligationem contraxisse videar mandandi victimas. & vota reddendi pro tanta fortuna, sic expedit illa verba, Sacrificium pacificum super me, id est, obligatio, seu debitum sacrificandi me tenet, ex quo te nacta sum. Hodie reddam vota mea, id est, citius vota quibus me obstrinxi, persoluam. Non admodum displicet quamvis non satis probo illam temporum commutationem.

Tertia igitur interpretatio, quæ in vulgata verba aptius cadit, potest sic efformari. Victimæ pro salute voni, nimis pro mea felicitate, & fortuna, hodie reddidi vota mea, solvens scilicet, quod iam pridem voveram. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre, & reperi, id est, hinc accidisse puto, vt cum egressa fuerim tui gratia, felicitate nacta sum. Itaque ait, quod te inuenierim matruis, ex eo profecto mihi euenisce gratulor, & credo, quia hodie victimas macravi pro salute, & felicitate mea, & vota persolui, quæ Deo nuncupaueram. Tantum enim beneficium proculdubio sacrificia exorarunt, & meruerunt. Has ineptias suadere solet turpis, & vesanus amor. Hanc interpretationem commendant extrema illa verba, & reperi, quæ neceda sunt cū particula illa, idcirco, quasi, idcirco reperi, id est, quia libauit hodie, propterea reperi feliciter.

Quarta demum expositio, quæ plures habet patronos, scilicet Iartsenium, Rodolphum, Hugonem, Caietanum, & alios, desumpta est ex Beda, qui existimat adulteram ea circumloquutione significare opiparum, lautumque conuiuum instrumentum domi habere ex carnibus, quæ ex pacificis victimis sibi manserant. Nam vt constat ex Leuit. non ministrum

56

57

58

minimam victimæ decocta partem referre solebat domum is, qui pacificas hostias Deo libauerat. vt tum ipse, tum domestici vescerentur, ex quo fiebat, vt dies ille, in quo victimas suas quis cediderat, aptissimus ad conuiuum exhibendum foret, nam carnium decoctarum plurimum ipsi suppeditare necesse erat. Ad id spectant illa verba cap. 9. vbi Salomon conuiuum à sapientia in quadam eleganti coenatione oblatum depingens. *Sapientia*, inquit, *edificauit sibi domum*, id est coenaculum, *excidit columnas septem, immolauit victimas suas, Reg. n. i.* mischit vinum, & proposuit mensam. Et i. Regum cap. 1. Helcana à sacrificio rediens lauiores epulas præbet uxoribus Annæ, Phenæ, ac filiis. Id etiam gentibus solemne fuit. Vnde Aristot. 3. Rethor. eum plane impudentem esse affirmat, *Qui ubi diis immortalibus sacrificia amictauerit, apud alium cœnat, & ipse carnes suas sale conditas recondit.* Ergo adultera sic ad iuuenem. *Victimæ pro salute voni, hodie reddidi vota mea, quasi dicat;* Opportunum valde tempus est diuertendi ad me, quia victimas hodie mactavi, atque adeò suppetunt epulae largissimæ. *Idcirco egressa sum in occursum tuum desideras te videre, & reperi, id est, idcirco gratulor mihi, quod egressa te repererem: vel propterea enim eo consilio domo excessi, ut te vestigarem, ut ad me diuenteres, & lauios cœnares.* E dubibus extremis interpretationibus posteriorem p̄fiero.

XVI. Intexui funibus lectulum meum, strani tapetibus pictis ex Ægypto.

XVII. Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo.

60 Proponit adultera mulier intemperanti iuueni lecti delicias, vt illum ad concubitum illicibus verbis trahat. Expendo verba.

*Intexui funibus lectulum meum, strani tapetibus pictis ex Ægypto.* Pagninus ex Hebræo, *Tapetibus ornauit lectum meum incisis fune Ægypto.* Caietanus, *Pauimentis pavimentauit lectum meum elevatis funibus Ægypti.* Rodolphus, *Ornamentis ornaui lectum meum trabibus celatis funibus Ægypti.* Tigurina, *tapetibus, ac fasciis Ægyptiacis:* Septuaginta, *Institis intexui lectum meum, & tabetibus ab Ægypto strani,* sic habet Ambrosius, sed verti potest; *Funibus tetendi, descripsi picturam Ægypti,* sic habet Complut. Itaque noster interpres lectionem suam haurit ex Septuaginta, & Chaldaeo, qui etiam à nostra interpretatione, nec latum vnguem discedit. Aquila, & Theodotion, *peristomatis circunstrauit.*

In tanta lectionum varietate difficile est consti-  
tuere, quænam sint isti ac lectori ornamenta, labo-  
ris etiam plurimum in hac re declaranda ponere non admodum vtile. Quapropter dimissis alio-  
rum lectionibus, vulgatam exponendam duxi, quam Septuaginta, & Chaldaeus reliquos interpretes peritia lingua sanctoræ facile vincentes, am-  
plexi sunt. Itaque ait, *Intexui funibus lectum meum, vel tetendi, ut habent.* Septuaginta, id est, ut im-  
plicior esset, non tabulis instrauit, sed funibus conte-  
xui, sic plerique interpretates. Translatio Ambrosij suradet, vt de ornamento aliquo accipiamus, ha-  
bet enim, *Institis intexui lectum meum.* Instita enim fascia quedam est, quæ extremam vestis oram ambit. Horat. 1. serm. satyra 1. *Quarum sub-  
stantatos tegat instita ueste.* Quapropter non erit  
absolutum interpretari de fascia, quæ lectorum vndi-

Ambros.

Horatius.

Tom. I.

que ambiat, Vulgo, *et rodapie,* hæc enim insti-  
ta lectori merito potest. Prior expositio est ac-  
commodatior.

*Strani tapetibus pictis ex Ægypto.* Frustra hic meminero Rabi Dauid, qui cum vox חתובות Chatuboth, quæ hic pro tapetibus est, fluat à radice חתוב Chatob, quæ est incidere, aut secare, signifi-  
cati putat vestes lectori elaboratas opere reticulato. Nec libet etiam meminisse aliorum, qui verbū ex-  
cindendi à lignis ad stragula, & tapetes traductum fuisse volunt, atque adeò significari stragula fasciis

Rab. Dau.

Ægyptiis intercisa, id est, interpuncta seu variega-  
ta. Hugo de byssinis accipit tapetibus acupictis, nā byssum optimam, cādīssimamque, & variegatam ab Ægypto asportari docet Ezechiel cap. 27. *Byssus varia de Ægypto tracta est tibi in velum, ut ponetur in malo:* Quomodo attē stragula, & aulæa lectorū acupingi, & figuris elaborari solemne olim fuerit, dixi in c. 3. Cant. verl. 10.

63

*Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamo-  
mo.* Sunt qui nomine cubilis non lectum ipsum, sed aulam intelligent, vbi lectus iacet, eamque myrrha, & aloë, atque cinnamomo ab adultera suffitam putant. Non satis arridet, quia vox Hebraica מישח Mischab lectum sonat proprius, passimque inuenitur in scripturis in ea significatione, numquam in alia. Leuit. 15. n. 24. 2. Paral. 16. n. 14. Exod. 21. n. 8. & s̄pē alibi. Illud etiam anceps est, an de ipsissima myrrha, aloë, & cinnamomo, an de liquore aliquo ab his expresso, vel de suffitu capiēda sint. Quidam enim de suffitu, alijs de humore; ego vero de ipsiſmet aromatibus, vel vnguentis intelligo. Nam floribus, & foliis lectorum stragula aspergi, aliquando etiam infarciri solebant, nonnumquam etiam vnguentis imbui. Vide quæ nos contulimus ad illa verba Cantic. cap. 1. *Lectulus noster floridus, & quibus etiam illustrauimus illa: Fasciculus myrræ dilectus meus mihi.* Interim vero strata & lectoris aromatibus inspergi à meretricibus accipe ex lib. Paralipom. 2. cap. 16. *Posuerunt que eum* (scilicet Assa) super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricis, que erant pigmentariorum arte confecta. Addo etiam culciras, & ceruicalia floribus insutis infarciri, vt ibidem probauit. Accedat autem his, quæ ibi adseriſti, locus alter Spartiani in Aelio. *Lectum, inquit, eminenibus quatuor acclina-  
toriis fecerat minuto reticulo vndique inclusum,* Cantic. 11. num. 16.

Cant. 11.  
num. 16:

*E* 2. Par. 16. *Assa super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricis, que erant pigmentariorum arte confecta. Addo etiam culciras, & ceruicalia floribus insutis infarciri, vt ibidem probauit. Accedat autem his, quæ ibi adseriſti, locus alter Spartiani in Aelio. Lectum, inquit, eminenibus quatuor acclinatoriis fecerat minuto reticulo vndique inclusum, eumque foliis rose, cui demptum esset album, replebat, iacensque cum concubinis velamine de liliis fa-  
cto, se tegebat. *vñctus odoribus Persicis, &c.* Ait ergo, aspersi. Hebraicè, perfudi, aut colauit. Pagni-  
nus, suffiui. Theodot. *composuit cubile meum,* id est, lectum, myrrha. Septuaginta, croco. Hispanica, almizcle.*

64

*E* 3. Par. 16. *Et aloë. Hebr. אַלְעָם Ahalim. Septuaginta, Psal. 44. guttam, conuertunt. Myrrha, & gutta, & cas-  
sia, Rabi Dauid existimat esse aromatis genus, quod Arabice dicitur, sandal. Vulgo sandalum. Author Hispanicae translationis tum hic, tum alibi transfert, et algalæ, habet enim, *Cerni sobre mi lecho el almizole, yel algalæ.* Ductus videlicet affonantia no-  
minis, ahalim, quam etiam noster sequutus videtur. Nā aloës nō longe abest ab ahalim. Est autem aloës teste Plin. 1. 27. c. 4. scilla similis, vbi late de illa disse-  
rit. Sed latius Dioscorid. 1. 3. c. 22. vbi florem album afferre tradit odorem gratu exhalantem. Addit Plinius aloëm haud notham, spuriā ve in Iudæa nasci. Ergo de floribus istius caulis lectorum se instruxisse dicit meretrix illa: nam ex aloë nullum vñquam vnguentum commendabile confectionum lego.*

65

*Et cinnamomo. Hebraicè קִנְנוֹמָן Kinamon. Cō-  
cordia mitra interpretum in hoc loco. Omnes enī-*

T

cinnamomum habent, quamvis alibi eandem vocem cannam aromaticam esse velint. Vulgo *lana*. De cinnamono, seu cinnamono differit Plinius lib. 12. c. 19. & Dioscorides ib. 1. c. 14. Et sane Plinius meminit vnguenti odoratissimi ex cinnamono confecti, l. 15. c. 7. quo lectum in buerat fortasse meretrice, vel foliis asperferat. Non curio.

66 Ad extremum subscrivenda est allegorica expostio illorum verborum ex Beda, qui cum nomine huius meretricis, seu adultera haeresim adumbratam putet, sic ait. *Quia nomine funium aliquando solent diuina precepta figurari, quan nos vitiis concendo relegant: promittunt se heretici contextu verborum celestium salubre suis auditoribus quasi stratum parare, in quo libero, & quieto corde quiescant, sed veraciter funibus peccatorum construunt locum perditionis, ut ligatis manibus, & pedibus damnentur.* In taperibus autem pictis ex Egypto ornatis eloquentiae, & dialectica artis versutia, que ab Ethniciis originem traxit, intelligitur, per quam heretica mens sensum doctrina pestilentis, quasi meretrix torum facinoris se texuisse gloriatur. D. Ambros. eadem verba de voluptate exponit lib. 1. de Cain c. 4. *Quid, inquit, tam meretricium, quam voluptas? ea profecto est, que validioribus vinculis, velut cubile quoddam consociata nobis communitatis intexit, ut qui reclinauerit se, ligetur, & probrofa fraude velamine operit corporis sui stratum ad sollicitandos iuuenum animos.*

Ambros.

XVIII. *Veni inebriemur uberibus: & fruamur cupitis amplexibus: donec illucescat dies.*

67 **V**eni inebriemur uberibus. Hebraicè, וְיָהִי דָדִים, ubera, & amiores sonat. Hic sane pro amplexibus accipivitetur, hæc enim nomine uberum notantur. Itaque illud, *Et fruamur cupidis amplexibus, repetitio est, & declaratio prioris patris. Hebraicè est; & collectemur nos נַחֲלִים Baabim, id est, in amoribus. Septuag. Veni, & fruamur amicitia usque ad diluculum, veni & collectemur cupidine. Aquila, Symmachus, & Theodotion concinunt cum vulgata, in priori parte sententia: & in posteriori iidem (quibus hæret D. Ambr.) conuerterunt, circumspicemur in amoribus. Chald. Veni deletemur amoribus usque mane, & mutuo adhaeramus desideriis. Omnia in identi recidunt.*

Chrysost.

Sententia est perspicua. Salomon enim eleganter simul, ac pudice introducit adulteram, quæ ad venierem exsatiadum iuuenem inuitat, hanc enim nomine amorum, & amplexuum significauit. Et vero accommodatè vñs est noster interpres verbo *inebriemur*. Est enim libido, & luxurie ebrietas quædam, & temulentia, quæ vbi aliquem corripuit, inente, & consilio statim priuat. Hac similitudine vñs est D. Ioann. Chrysostom. aduersus Iudeos. *Et enim, inquit, qui mulieris aliena tenetur amore, qui scortis vacat, ebria est. Quemadmodum is, qui multum ebibit merum, seseque ingurgitanus, illiberales voces effundit, aliud pro alio videt: sic & licet veluti mero quopiam sua cupiditate repletus, neque sana profert verba, sed illiberalia, risusque plena, aliquaque pro altis videt cæutiens ad ea, quæ cernuntur. Non caret etiam emphasi translatio Septuaginta: *Veni, & collectemur cupidine.* Nam luctare rem veneream condidunt. Hinc cupidini cogitoitien αντίψει, id est, contra amorem obnitens: nam vt amorem accendat, & volupiem magis reddat, eidem reluctari solet, & obsistete. Et quidem eo nomine gaudet apud Ciceronem lib. 3. de natura Deorum, & Pausaniam in Atticis. Pertinet etiam vox*

A illa, collectemur, ad amplexum, ducta similitudine à luctationibus, nam luctæ commissis brachis, & implicatis lacertis fieri solent.

XIX. *Non est enim vir in domo sua: abiit via longissima.*

69 XX. *Sacculum pecunie secum tulit: die plene in reuersurus est in domum suam.*

B Aietanus existimat hæc verba non proferri à Salomone in persona meretricis, sed suo ipsius nomine, adductus videlicet voce illa sua. Nam adultera potius diceret in dono mea. Leuissimum sane argumentum, quod admittit magnam energiam huic sententiae. Verba profecto sunt adulteræ, quibus iuueni metum adimit, atque securum esse iubet proponens absentiam mariti diutinam. Sic placuit Septuaginta, qui sic conuertunt: *Non enim adest vir meus in domo: abiit autem viam longam.*

C Sacculum pecunie secum tulit. Hebraicè. Ligamen argenti tulit in manu sua. Septuaginta. In uolucro pecunie accepto in manu sua, sic habet Ambros. infra. Græca tamen verba sic efferenda sunt. *Ligamen argenti accipien:.* Schol. & Chaldaeus, *sacculum*, sicut nostra.

*In die plene luna reuersurus est in domum suam.* Hebr. autem לְיָמֵנָה Tempore. Caietanus. Supputat tempore. Tigurina, certo. Chaldaeus, in die congregations. Septuaginta, per dies multos redibit in domum suam.

D Aquila concitat cum nostra, in die plene luna. Alius dentum conuertit, in die solemnitatis. Et quidem vox illa חֶסֶה Chese cum sex punctis solum repetitur Psalm. 80. verl. 4. *Buccinate in Neomenia tuba.* Hieronymus in medio Psalm. 80. mensē, alij legunt, tempore constituto. Quidam hanc vocem radici בְּשָׁבָב Chasab, acceptam refutant, quæ significat tegere, & operire, atque adeo de tabernaculorum festo specialiter expoununt. Sed tamen assentior Hieronymo, & Septuaginta, qui ad radicem בְּשָׁבָב Casab, retulisse videntur, quæ proprie significat, supputare. Itaque diem supputatam, & numeratam sonat. Quia vero in dierum computo Hebrei lunam sequebantur, Hieronymus Aquilam sequutus numeratam diem existimauit esse, qua luna orbem claudit, & plena est. Septuaginta vero, neomeniam, id est, nouilunium, nimiri primam diem, qua luna irradiari incipit. Vtique enim dies erat rata, & numerata: nam cum à nouilunio supputatio mensis inciperet, & prima dies, printa luna, secunda item luna secunda dies diceretur, & sic deinceps, hæc ratio ad plenam usque lunam perueniebat. Et rursus in decremento lunæ alia enumeratio incipiebat eadem serie, prima scilicet, secunda, & tertia luna, licet aliquando alter fieret subduclio, id enim non ignoro. Hieronymus igitur diem numeratam, ratam & certam eam esse censuit, quæ summam absolvit: Septuaginta vero eam, quæ summam inchoat. Parum interest, sententia enim eadem euadit.

17 *Non est vir in domo sua,* inquit adultera, pone scilicet metum, si quis percussit animum, o iuuenis nam maritus meus abest domo, & se in longissimam dedit viam. *Abiit via longissima.* Confirmat autem hoc non leui argumento, quia sumitum, *Sacculum pecunie secum tulit*, id est, pecunia non paruam summatam ad itineris impensas secum sumpsit, quod non

facebat, nisi apud se constituisset longissimam viam agere, & diu extra domum morari. Non placet Lyra, qui sacculum pecunii plenum ad id tulisse dicit, ut merces aliunde coemeret. Addit vero in die plene lune reverfurus est, id est, à medio mense, vel quia ipse profecturus ita dixit, vel quia ex vipecuniae quam secū asportauit, ita adultera coniiciebat. Displacet Hugo, qui diem plene luna, extremā mensis diem interpretatur, nam apud Hebræos plenilunij dies, erat media totius mensis. Propterea Hieronymus cum eandem vocem Psal. 82. pro illis verbis, Buccinate in Neomenia tuba, conuertit, in medio mense: ut sibi similis esset, hic transfluit. In die plene lune: Hic est sensus germanus huius loci.

Ambros.

72

D. Ambros. lib. 1. de Cain. c. 4. vbi nomine adulteræ voluptatem per accommodationem quādam accepit, sic de viri absentia acutè satis commentatus est. Absentiam, inquit, viri, hoc est iniuriam legis obtestis, lex enim absens peccantibus est, nam si adesset non delinqueretur, & ideo ait: Non enim adest vir meus in domo sua, abiit autem viam longinquam, inuolucre pecuniae accepto in manu. Quid hoc esse dicam, nisi forte, quia diuites putant nihil esse, quod non cedat suæ pecuniae, & in gratiam sui legem velint esse venalem? Sumpfit hanc allegoriam Ambrosius ex Paulo ad Romanos 7. vbilegum cum viro confert. Sed extrema verba subobscurā sunt, quibus Ambrosius in diuites inuechitur. Sensus autem est eiusmodi. Diuites quidem præ cæteris voluptati mancipati omnia suis pecuniae cæstura putant, adeò ut vel legem ipsam, quæ viro similis esse deberet, atque adeò imperium in hominem sortiri, tāquam mancipium aliquod venale sibi subiici, & mancipari velint. Alter Hugo, qui nomine viri, vel mariti Christum intelligit, hoc modo, Non est vir, id est, Christus, in domo sua, id est, in mundo visibili specie, abiit via longinqua, ascendit quippe in cœlum. Sacculum pecunia secum tulit, id est corpus, ex quo sanguis diuinior redēptionis nostræ pretium fluxit, in die plene luna reverfurus est in dominum suam, id est, in fine mundi, & in die iudicii, quando plena erit Ecclesia filiis suis, iterum adibit mundum, ut in peccatores desæuiat, & iustos coronet. Vide tamen an deceat adulteræ verba Ecclesia dare.

---

XX I. Irretiuit eum multis sermonibus: & blanditiis labiorum protraxit illum.

**I**rretiuit eum multis sermonibus. Hebr. Declinare facit eum in multitudine captiōnis sua. Pagninus, In multitudine dulcedinis sermonis sua. Tigurina. Hac verborum copia flexit illum. Septuaginta. Seduxit autem eum multa colloquitione. Diu. Ambros. vbi supra. Seducens eum blandimento sermonum. Theodotion, in multitudine donorum.

Et blanditiis labiorum suorum protaxit eum. Hebr. In lenitate labiorum suorum compulit eum. Caietanus, & Rodolphus, impulit. Tigurina pepulit. Septuaginta. Et laqueis, qui ex labiis attraxit eum. Ambrosius. Et laqueis labiorum suorum alligans domum ad usque attraxit. Aquila, Symmach. & Theodot. populis.

Sententia horum verborum perspicua admodum est, illa expendo. Itaque sermo adulteræ, aut meretricis magnam vim habere dicitur ad leniendos, & fleſtendos iuuenum animos, primo quia multis: deinde quia blandus, & suavis. Irretiuit eum multis sermonibus. Sane longus, & contextus sermo meretricis nihil aliud est, nisi contextum impli-

Tom. I.

A catumque rete, cuius casas euadit nemo. Delo-  
quacitate meretricis supra quædam seu. vers. 10.  
& 11. hic plura subiiciam. Meretrix ergo dum ver-  
ba verbis nequit, rete instruit ad animos caprāndos.  
Non abiit ab hac sententia Dio Chrysostomus,  
qui in oratione quadam ait, Iuueni probo fragiendi  
sunt loquacissimarum meretricum elenchi. Ελέγχος  
Græcè captiosam argumētationem significat, quæ  
cum forma legitima non constet, Dialecticum im-  
peritum deludit, quæ ab aliis sophistis syllogis-  
mus dici consuevit. Et sanè aptissimè fœminarum  
captiosos sermones elenchos appellat Dio, qui  
quamlibet inepti, & inelegantes, tamen fallaces  
admodum sunt ad imperitos, & vecordes iuuenes  
seducendos, ac reuinciendos. Et quidem nihil aliud  
haec adulteræ hæc fœmina ad iuuenem deli-  
niendum exprompsit, nisi elenchos, & fallaces ra-  
tiones. Rursum elenches appellari consuevit quælibet  
complexio perbrevis rei narratæ, aut conscrip-  
tæ. Item librorum elenches dicimus corundem  
indices, aut repertoria. Vtique autem sensu fœ-  
minarum impudicarum verba elenchorum nomi-  
ne censerī possunt, ac debent. Nam si elenches sit  
compendiosa complexio rei enarratæ, dum loqua-  
cium fœminarū elenchos fugere iubet Dio, etiam  
compendiosa earum colloquia vitanda esse docet,  
nam pauca fœminæ verba (licet sic dicere) elen-  
chi sunt plurimorum, & sermo perbrevis instar obti-  
ninet longissimæ narrationis: ea est illorum vis, ad  
moneudos animos. Neque recedit ab hac senten-  
cia Plutarchi dicterium in Moralibus, qui de vi fœ-  
mineæ loquutionis agens, Vnum, inquit, ipsa si  
promisi: Verbum, in corde auditoris multa sonat,  
non aliter, atque accidit in quibusdam locis, in  
quibus Echo hinc inde resonante voces multiplican-  
tur. Aptè ergo dicemus vnum meretricis ver-  
bum esse pro multis, atque adeò illius sermonem  
perbreuem longissimæ narrationis elēchum. Quid  
plura, si elenches pro repertorio, & indice sumatur,  
iure optimo meretricios elenchos illarum impudi-  
cos sermones appellavit Dio. Nam verba earum  
optimi & certissimi morum indices sunt. Vide qui  
mulier loquatur, inde enim eius mores inuenire, &  
aucupari licebit.

Theodotion non multitudinem verborum, sed  
donorum adscripsit, qui de promissionibus capien-  
dus est: Seducit eum in multitudine donorum suo-  
rum, id est, dum iuueni tot, tamque grata, &  
suauia dona pollicetur, deludit illum. Reliquæ le-  
ctiones sensu cum nostra concordant, et si dislide-  
re videntur.

Et blanditiis labiorum suorum protaxit illum.  
De blandis fœminarum verbis saepe alias diximus  
supra cap. 2. vers. 3. & 6. frusta hīc plura. Lectio Se-  
ptuaginta ad trutinam vocanda est. Et laqueis la-  
biorum suorum alligans pertraxit eum, sic habet  
Ambros. Dio vtique in superiori loco non solum  
Felenchos, sed dilemmata fœminis tradit. Nam fuge,  
inquit, loquacissimarum meretricum elenchos, & dle-  
lennata. Sanè dilemma est aliud argumenti genus  
vtrinque vinciens, atque tenens, quod vulgo dicitur  
argumentum cornutum, Græcè διανυσσει, quando  
nimis nullum relinquunt effugium, qua se pro-  
ripiet auditor. Talia sunt adulteræ verba mollia, &  
suavia, scilicet dilemmata, & argumenta cornuta,  
quæ auditorem vtrinque deuinciunt, & effugia illi  
præcludunt omnia. Id sibi volunt illa verba. Et la-  
queis labiorum suorum alligans, vel deuinciens, id  
est, quibusdam quasi dilemmatis tenens yndique:  
eiusmodi enim sunt verba meretricum, quarum  
rationes nulla ingenij vis eludere potest.

T ij

Chrysost.

75

76

**XXII.** Statimque eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lascivius, & ignorans, quod ad vincula stultus trahatur.

**S**tatimque eam sequitur. Hebr. vadit post eam subito. Setiuginta, ipse autem absqueurus est infatuatus. Ambros. in lib. de Cain c. 4. At ille sequitus est eam circumuentus.

Quasi bos ductus ad victimam. Heb. ad lanienam. Septuag. ad mactationem. Chald. sicut bos ad macellum. Tertull. sicut taurus ad victimam.

77 Et sicut agnus lascivius, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur. Haec verba copiosius leguntur in Hebreo. Et sicut compes ad castigationem stulti. Est autem vox originalis οὐεντή Gheches, cuius anceps significatio apud Rabinos. Plerique, comprehendem, conuertunt. Hinc fluxit prædicta lectio. Et sicut compes ad castigationem stulti. Alij putant ea voce significari crepitacula. Vulgo casabales, quæ Solymitanæ fœminæ gestabant, vel in pedibus, vel in ora vestimenti, ut incendentes strepitum ederent. Hinc nata lectio Bibliorum Hispanorum, E como calcabala doctrina de loco. Ita enim accidit saepe factus, scilicet crepitacula in vertice suspendi, ut eo signo discernantur. Nonnulli venenum ea voce notari attingunt, atque adeò legunt. Et sicut venenū ad castigationem fui, sed tamē Chaldaeus. & Septuaginta in eandem lectionem conspirarunt. Habent enim, & sicut canis ad vincula, quod id est fortasse ab his factum dixerim, quia vocem illam per transpositionem litterarum non ab οὐεντή Ghachas, sed ab οὐεντή Chaghas expetierunt: quod est irasci & furere. Canis autem est animal velox, & iracundum. Nisi dicamus ab utroque ibi lectum οὐεντή Chebel, & eam vocem affinitate in aliam demigrasse. Curve-ronoster agnum conuerterit, nō alia occurrit ratio, nisi quia pro voce illa habuit οὐεντή Chebes, id est, agnus, vel certè ad illud referendam esse duxit, nā pro Sanech sapienter ponitur οὐ & è contra Beth, figura confunditur cum Caph, Gaii nonnunquam interponitur euphonie gratia. Ad rem.

78 Statimque eam sequitur, vel subito, ut est in Hebreo, id est, fœmineis illecebris non obficit, non ex aduerso rationes aliquas, vel moras necit, non contradicit, aut cunctabundus hæret, sed subito cum illa pergit. Septuaginta addit, sequitur infatuatus, scilicet verbis adulteræ infatuatus. Sic habet correlative textus scilicet καὶ τοις. Complutensis vero legit καὶ τοις, transtulit autem, & ipse sequitus est eā elatus, id est, gloriabundus post illam perrexit: solent enim intemperates iuuenes summa gloria ducere, si à fœminis ipsi primi inuitentur. Ambros. Circumvenius, cōuertere etiam licet ridiculus. Et sanè hæc omnia in illum cohærent, sequitur enim adulteram, circumvenius, vel quod grauius est, infatuatus: & id est elatus, elatio enim sequitur fatuitatem: sed dum ille se se offert, ridiculus ab omnibus habetur. Quomodo autem adulteram insequatur, tripli adumbrat similitudine Salomon.

79 Prior est, bonis eunis ad lanienam: Quasi bos ductus ad victimam. Rodolphus, & Ianuenius similitudinem inde petunt, quod sicut bos non satis nouit, quādo ad præsepe, quando ad macellū ducitur: sic iuuenis non satis dicit, quo feratur. Quapropter dum se in lautum conuiuit, & mollissimum torum, suaves amplexus, & in dulces illecebras abire putat, in certissimam addueitur necem corporis sacer: animæ autem semper. Hæc illi. Caetan. vero per hanc inquit, similitudinem significatur vis maxima communis sermonis, quia iuuenis ab adultera nō tam

A ducitur, quam trahitur: solent enim boues, tauri que fune oblongo cornibus innexo ad lanienā compelli. Quasi dicat, prolixus adulteræ sermo fuit illi pro fune oblongo, quo bouis ad instar ad macellū, id est, ad præsentissimam mortem compulsus est. Subiicio tamen aliam similitudinis accommodacionem, præsertim si bouis nomine taurum accipiamus cum Tertulliano, & sicut taurus ad victimā, solent enim bubulci, cū tauros in circum, aut in macellū ducere volunt, vaccas fœminas illis comites addere, quamvis enim ex electos mares aliquādo sequantur tauri, quos vulgo cabestros dicunt: tamen

B vaccis fœminas libertius sestatim compertū, & exploratum est armentariis. Ergo Salomon ait, quasi taurus ductus ad victimam, seu, ad lanienam id est, non aliter iuuenis ille aude fœminā sequitur comitem, ad certissimā necem, vel corporis, vel animæ, atque taurus lascivius vaccas libenter sestatim ad macellū mactationemque ipsum ducentes. Quapropter in hoc loco bouis non sine marem intelligo, non ex electū, is enim intemperantis iuuenis lasciuos mores melius adumbrat. Est quippe animal in libidinem pronum, & in viuales pugnacissimum. Cum ē contra bos castratus temperatia symbolum præbeat. Nisi forte malis cum D. Greg. pluribus in locis, ubi meminat istius sententia, fatuam quandam, & stultam mititatem hic notari, quia se iuuenis abduci sinit à fœmina: ad id enim appositior est bos ex electus, quam lascivius.

C D. Greg. Et quasi agnus lascivius. Interpretes fere sapientiam huius adolescentis hac similitudine notari volunt, agnus enim, & in viuens lanigerū quodlibet pecus insipientia, stultitiamq; notat. Quid certius? Audi Cyril. in Lett. l. 2. cū de sacrificio vituli, atque ouis ageret, sic addit. Hic, inquit, munus offerit Deo vitulū, cum carnis superbiam vicerit ouem, cum irrationalib; matru, insipientesque correxit. Concinit etiam Origenes in eundem locū. Adde etiā Diog. qui stolidum hominem sed splendidius ornatum appellauit ξενοκανόν, id est, ouem auream, & alibi ξενοκανόν, id est, agnum aureum. Hinc est illud Aristot. l. 9. histor. animalium c. 3. Iā enim genus Diogenoniam amens, & moribus, ut dici solet, stultissimis est, quippe quod omnium quadrupedū inepissimum sit, quod pluribus argumētis probat per totum caput. Itaque sensus est, Et quasi agnus lascivius: & ignorat quod ad vincula stultus trahatur, id est, sic fœminam sequitur, quasi agnellus stolidus præsumma imprudentia, & vecordia, & ignorat stultus iste iuuenis, quod ad vincula, hoc est, in compedes, & ferreas catenas compellatur, à quibus expediti non possit. Sed de his postea. Cæterum ut aptius cadat similitudo, contemplati oportet agni naturā, & mores, quos tradit Columella, li. 7. de re rustica cap. 3. ubi agnorum tantam esse stoliditatem asserit, ut nō nisi post longum tempus matrem dignoscant, interīam tamē primam quamlibet ouem sequantur, immo

F & post vulpes luposque aliquando abeant eos promatribus rati. Ergo fortasse huc respexit Salomon, cum ait, statim sequitur eam, tanquam agnus, &c. Nimirum tanquam agnelli lupas, à quibus dilaniandus, & discerpendus est. Nota est meretricum appellatio, quas lupas dici, & earum diuersoria lupanaria appellari nemo ignorat. Non longe abit ab hac sententia D. Cyprian. de singularitate Clericorum, qui de vitando impudentium fœminarū confortio agens sic addit. Intravnam caueam habitans cum lupa haud tuus est agnus.

Cyprian. Sed tamen si adhuc in agno hæreamus, illa particula, lascivius, non de agnello pusillo admodum, sed de grandiusculis agnis, quos prima Venus iam vix, præmissa verba capienda esse suaderet; quos

80

81

Cyrillus:

Diogenes

Aristoteles

82

Cyprian.

83

prædictus Columella, ea ætate à fœminis iubet separari, ne præmatura venere marcescant, nam qui agni adhuc venere diffluxerunt, amissis viribus puilli semper sunt, & macri. Non igitur immerito iuuenis ille intemperans cum eiusmodi lasciuienti, & luxurianti agno componitur, qui dum temere ante tempus in venerè ruit, vires, atque neruos sibimet ipsi elidit, tū corporis, quod à præcoci marcat luxuriam animi, qui mollitie diffluens cognatum robur amittit. Adde etiam veteri pastorum obseruatione cautum esse, tunc agnos mactationi maturos esse, cum lasciuire, ac fœminas salire cœperunt, id enim argumento est, eorum carnes coaliisse, & sui habiles esse. Ait ergo Salomon. *Sequitur eam, tanquam agnus lasciuiens*: id est, velut agnus, qui lasciure, & in fœminas ruere incipit, quem pastor mactationi maturum esse ratus, primum ex omnibus iugulat; sic iuuenis iste dum fœminam insequitur quodammodo agni instar lasciuentis neci se deuouet, & gladio iugulum præbet. Non prætereunda hic est obseruatio Aristotelis libro 6. de Historia animalium cap. 15, vbi sic ait. *In grege oviū si maiores natu tempestiuā libidine inicitantur, annum fore fælicem gregi pastores confirmant: sed si minores, infelicem*: Infelicissima, & infortunatissima tempora nostra sunt, quibus tantopere maturat iuiorum lasciua, venusque.

Aristot.

84

Iob. 31.  
num. 20.1. Reg. 12.  
num. 3.

August.

Pausan.

Aristot.

86

Cæterum saepius in scriptura, agnorum nomine iustæ magnitudinis, & prouectioris ætatis arietes, & nomine etiam agnarum oues significantur: nam sape vbinoster interpres agnos conuertit, Septuaginta arietes subrogant. Appositus vero est ad hanc rem locus Iob 31. nu. 20. vbi ad litteram ex originibus. *De vellere agnorū meorū calefactus*. Vulgatus autem conuertit. *De vellib⁹ oviū*. Septuaginta: *De tonsura agnorū*. Chaldæus. *Arietum*, Item 1. Reg. 12. ex Hebr. *Et pauperi non erat quidquam, nisi agna una*. Vulgatus verò transtulit, *nisi ouis una*. Nil certius. Ergo nomine agni lasciuentis arietem emissarium, petulcum, & in venerem ruentem interpretari licet, nullum enim accōmodatius est animal ad mæchum adumbrandum (ex August. ser. 4. de tempore) est enim valde in venerem proclivis aries, & in riuales quoque iuos furit. Apud Ælios in templo Veneris colebatur eiusdem simulacrum arieti missario insidiens, Scopæ opera elaboratum, vt tradit Pausanias: & Corinthi in Laidis metrīcis sepulchro erat leæna forma, quæ pedibus arietē præmebat: leæna quippe Laidem, aries mæchos, proeoque notabat. Salomon igitur ait: *Statimque eam sequitur tanquā agnus lasciuiens*: id est, cum primum iuuenis eius obaudiuit mellita verba, arietis in morem lasciuentis ipsam insequitur. Cōcinit eum hac sententia id, quod docet Aristot. lib. 3. Historiæ animalium c. 9, scilicet oues pruriētē venere speciali quadam voce vti ad arietes euocandos. *Sunt, inquit, quibusdam animalium voces propria ad initum, & venereū coitum, ut capris & ouibus*. Itaque ait Salomon, postquam iuuenis iste intemperantissimus voces fœminæ exceptit, quibus illum ouis instar stimulante venere subbalantis accersebat, statim arietis petulci in morem procaciter illam insequutus est: sed ad vietnam, & macellum. Hæc de vulgata lectione.

Non caret etiam autoritate lectione Septuaginta, & Chaldaei, quæ sic habet. *Et sicut canis ad vincula*: id est, non aliter iuuenis ad meretricis tendit concubitus, quam canis aliquis ad vincula. Quid sibi vult hoc? Pro vinculis Græcè, δεινος significat etiam nodos, & laqueos, quibus strangulantur sonates. Solent autem vinitores ad canes decipiendos instruere muscipulas, vulgo, *tampas*: quas quidem

Tomi. I.

**A** ita conformant. Carnis frustum, vel panis offa obiit, laqueus vero sic expeditur, vt statim atque caput ad carnem mordendam canis immiserit, laqueus in modum illum teneat, & strangulet. Huius instrumenti, vel potius cruciatus ad vindictam canum inuenti meminit Varro de re rustica, ex quo costnat etiam apud veteres in vsu suffisse. Nec dubito lectionem Septuaginta ad illud esse referendam. *Et sicut canis ad vincula*: id est, ad eum modum adulter, vel mæchus carnali concupiscentia meretricem sequutus exitum & perniciem sibi accersit, quo canis aliquis ad muscipulam accedens, & obiectam carnem mordens, suspenditum, necemq; præsentissimam nanciscitur. Adde præterea illud in universum vulgo cōsuetudine comparatum, vt canes, si quid commiserint, suspendio plectantur. Sic canis maduersum est in canes à Romanis, quod Sabinis in urbem irruentibus non latrassent ea nocte, quo anseres clangore suo dormientes custodias excitarent. Et ob eam causam supplicia deinceps quotannis pendere solebant inter ædes iuuentutis, & Summanni furca suspensi, vt tradit Plinius Historiæ lib. 19. c. 4. Iulius Decade 7. & alij. Ergo Salomon ait, *Statimque sequitur eam, sicut canis ad vincula*: id est, non aliter de iuene isto, qui meretrices sentatur, sentire debemus, quam de cane aliquo, qui caput sponte in laqueum immisit, quo suspendendus, & strangulandus est. Libidinosos vero, & impudentes adulteros canibus adumbrari nemo ignorat. Saloniūs in mystica interpretatione Proverbiorum circa finem sic habet. *Si quis vero est adulter, & scortator, hic canis est*. Diu. Augustinus lib. 14. de ciuitate cap. 20, eodem argumento in sectam Cynicorum inuechitur, qui Cynici, id est, canini dicti sunt propter publicam impudētiam. Ex quo etiam argute quidam coniecerunt inter alia maledicta, quibus Abisai Dauidem cumulanit 2. Regum 16. canem illum appellasse, scilicet ob adulterium cum Bersabee cōmisum. Ad id etiam spectat illud Isaiae 15. c. 56. *Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem*. Mitto alia.

Haud omittēda est etiam illa lectione. *Et sicut tintinabulum, aut crepitaculum ad castigationem fuliti*: quam sequutus est etiam hic Caietanus: exponit autem ad hunc modum per metaphoram, id est, sic post adulterā pergit mæchus, sicut fatuus quispiā. E qui tintinabulo pedibus subligato ad illam domum compellitur, in qua fatui castigari, & emendari solent. Itaque fatui quædā descriptio est isthac: nam furiosis, & amentibus tintinabula aut crepitacula addi consueuerunt, vt cogniti vitentur ab omnibus. Ut vel eō coniicere liceat eos, quorum libidinē fama velut tintinabulū aliquod, euulgauit, ab omnibus illis, qui temperantia student, omnino vitandos esse: ac rursus mæchos omnes tintinabulū gerere, atque adeo crimen eorum latere non posse. Audiui etiam aliquando mētes medicorum consilio vertici illigato crepitacula gestare solitos, vt strepitus ille somnum conciliaret, quo nullum est præsentius remedium insaniae: nam fere amentes somni indigenititia furiunt. Ergo secundum eam sententiam adulteri iuuenis cum furioso componit, atque ei non diligens dicitur, qui tintinabula, aut crepitacula insaniae scilicet notas gerit, siue in pedibus, siue in vertice. Hoc sibi vult Hispanica lectione. *Como cascabel à doctrina deloco*: id est, ad docēdum aliquem amentē esse: In quibus verbis feruanda est etiam præmissa figura. Quasi diceret *como loco que træ eleascabel en final de que lo es*: vt vel sic vera sit translatio Sept., qui initio habent: *Statimque eam sequitur infatuatus*. Et si quidem per crepitaculum, aut tintinabulum famacapianus, haud incep̄e dicemus eos, qui huius

Varro.

Salonius.

87

August.

Isai. 56.

Num. 11.

88

89

T. iii

fama sonantis tintinabulo assueuerunt somnū sibi ac perpetuum soporem euocare: ita vt à turpitudine excitari deinceps non possint. Sicut enim crepitaculum initio quidem excitat strepitū suo: at postquam illi iam assueuit fatuus, somnum affert: sic de fama decernendum est. Hæc enim initio quidem exicit hominem, & à libidine deterret: at postea succedente tempore, vbi iam aures male audire non detrētāt, ipsam infamia strepitus somnum induit. Ceterū vox illa, *Ad castigationem stulti in aliā dicit me interpretationem.* Præmittendum autem est apud veteres in more positum fuisse, vt qui damnati erant extremino supplicio, tintinabulum gestaret apensum, ne quis ad eos approximat cōtaminaretur.

Turnebus.

Plautus.

Ita docet Turnebus Adver. l. 11. & l. 23, c. 10. vbi plurima hinc inde cogit testimonia quibus huic cōsuetudini robur addit. Quo spectasse videtur Plautus in Truculēto, vbi sic ait. *No duplices habeatis linguae, ne ego bilingues vos necem, nisi ad tintinabulum vos usq[ue] educi viros.* Illud etiā fortasse ad id spectat, quod dicit in Pseudo. *Lanios inde accessa n duos cū tintinabulis.* His positis sensus eiusmodi euadit. Et sicut tintinabulum ad castigationem stulti: id est, sicut stultus, qui cū tintinabulo ad castigationem, vel supplicium ducitur per supradictā figuram. Quasi dicat, adolescentis iste lascivus, quando adulterā sectatur, nihil dīsidet ab sonte quoipiam, vel reo, qui iam deuotus neci, & damnatus ultimo supplicio tintinabulum portat, quod perinde est, ac si diceret, ad necem præsentissimam tendit.

**P** Eadem ratio haberi debet de illa loquitione. *Et sicut venenum ad castigandum est stultum:* id est, sicutis, cui venenum propinatum est, in supplicium delicti, quem emori ocyus necesse est.

**E**t ignorat, quod ad vincula stulti irrahatur: Hæc verba consonant cum lectione originali, quæ sic habet. *Et sicut compes ad castigationem stulti.* Vulgatus enim figuram illam dissoluit præmissam, quod præstitit etiam Tigurina. Legit enim: *Et cœdum compes stulto ad castigationem adhibetur.* Non stet vim totius sententiae optimè expressa. *Et ignorat:* id est, vesanus iste procul non dissidet à fatuo quoipiam, qui ferreis compedibus vincitur ad certū supplicium: & tamen ignorat, quo id spectet. Nam adulterā verbis, tēquam compedibus illigatus est, & haud nouit se ea ratione ad necem certissimam seruari tum corporis, tum animæ, utriusque enim iacturam sibi accersit. Addit Rodolphus vnam, aut alteram Rabinorum expositionem, quibus supersedeo, quia ineptiæ potius, & nugæ sunt, quam verae interpretationes.

**XIII.** *Donec transfigat sagitta iecur eius, velut si avis festinet ad laqueum, & nescit, quod de periculo anime illius agitur.*

**D**onec transfigat sagitta iecur eius. Hebr. donec scindat. Septuaginta nouam hic suscitant similitudinem, legunt enim: *Et tanquam ceruus sagitta vulneratus in iecore.* Consonat Chald. *Et tanquam ceruus, in cuius iecur volat sagitta.* Velut si avis, &c. Septuag. Festinat autem tanquam avis in laqueum, nesciens quia pro anima currit. Chald. *Et festinat sicut passeres ad laqueum, & nescit, quod tendat ad mortem anime sue.*

*Donec transfigat sagitta iecur eius.* Tandiu scilicet it, reditque ad domum adulteræ, donec maritus vleiscitur, & subito illum aggressus confudit. Et quidem mors allata à marito, quia subita, inopinata, veloxque cum sagitta ocyus iecora transuerberante componitur. Sic Rodolphus ex Hebreis. Hugo no-

**A** mine sagittæ iudicis supremi sententiam intelligit. Lyra diuinam in vniuersum vltioneni. Iansénius malæ conscientiæ mortis, seu potius ictum, qui animam omni sagitta ocyus peruidit. Ego vero hæc etiam clausulam comparationis cuiusdam vim habere, & per similitudinem efferendam esse existimo, ad hunc modum. *Donec transfigat sagitta iecur eius:* id est, hic iuuenis, qui precibus adulteræ acquieuit, haud dissimilis est ei, cuius iecur sagitta volans transfigit, quod vulnus mortiferum est, atq[ue] insanabile, atq[ue] adeo ocyus illum emori necesse est. Optime autem animaduertit Hugo, Salomonem hinc iecoris meminisse, quia in illo sedes amoris est. Et quidem hæc verba, per comparationem esse efferenda, nemo inficietur, cum tribus aliis comparationibus inserantur. At, inquires, iuuenis ille gaudet exultatque inter adulteræ amplexus, quis ergo afferat illius cor, aut iecur sagitta transuerberatum fuisse? Imo potius inde risus. Nam, vt tradit Aristoteles partibus animalium lib. 3, c. 10. sagittis traiecta iecinora, aliquando risum hominibus mouisse constat, sanguis enim effluens, ac viscera titillans risum ipsis afferebat.

**A**ristot. **E**rgo Septuaginta Interpretes, & Chald. cum verba ista per comparationem exprimēda esse noscent, similitudinem à ceruo sagittato duci putarunt, ceruus enim machum eleganter adumbrat, quem maxime suas fœminas ardere, & in riuales furere docui supra c. 5. vers. 19. ad illa verba, *Cerua gratissima, &c.* Id vero interest Chald. inter, & Septuaginta, quod Septuag. ceruum sagitta confixum inducit; Chal. vero non confixum, sed iam configendum. Septuag. ergo aiunt. *Et tanquam ceruus vulneratus in iecore.* Sensus autem est, iuuenis procax

**D** familiam sequutus non dissidet à ceruo, qui sagittā iecore exceptit, quem ocyus occumbere necesse est. Aiunt tamen ceruos dictamo pastos sagittam excutere: sed & dictatum quoddam est: graminis genus quidam afferunt, quod Græcè μῆλον, Latine virginalē dicitur, quia nullo semine sato adolescit, vel quia comedunt venerem enecat. Ergo si fortè, o iuuenis, amoris impudici sagitta corterebrauit tuum: *Et tanquam ceruus vulneratus in iecore:* ne desperes, sed cerui in morem ad dictatum, ad Parthenon festina, castitatem adama, (siccat etiam hic de sanctissima Virgine Maria aliquid ludere) Virginis, inquam, Mariæ amore, & studio exsatiare, sic vero lasciuia, turpitudinisque sagittas omnes executies, sic Veneris vulnera sanabis.

**E** Chaldæus habet, *Et tanquam ceruus in cuius iecur volat sagitta.* Itaque ceruum sagitta non transuerberatum, sed iam iam transuerberandum induxit. Qua ratione locum fecit venustæ cuidam expositioni. Solent enim venatores cornu aliquo adunco ceruarum venere pruriens vocem imitari, accurrunt mares cerui lasciuentes in locum unde vox insonuit, cumque proxime accesserunt, venator sagittas iaculatur, illosque configit. Ita tradit Aristoteles lib. 9. Historiæ c. 5. Estque hodie communis venatorum astus. Ergo ad id spectans Salomon ait. *Et tanquam ceruus, in cuius iecur volat sagitta:* quasi dicat iuuenis ille adulteræ voce alleetus, non aliter ad ipsam lasciuia ductus velox fertur, quia ceruus salax imitatū ceruę fremitū velox ruit. Quapropter quemadmodum vbi proxime accessit ceruus, venatoris inter arbusta latensis manu vibrata sagitta in illius iecora iamiam volat, sic etiam iuniori adulteram sequenti parata iamiam imminent pernices, morsque à marito, qui ob suspiciones, & zelotypiam forte latet. Vel aliter, sicut sagitta, quæ venatoris arcu excussa ocyus ad configendum ceruum volat, reuocari ab itinere, aut fisti non potest: sic

92

93

Aristot.

pernicies, quæ in procum istum miserrimum adulteram sestantem jam-jam ruit, intercipi, aut retardari non potest.

94  
Ambros.

Diuus Ambrosius libro primo de Abel cap. 5. paulo aliter legit, *Et sicut cerus sagittatus in iecore hæret saucijs.* Cum cerui quædam alia membra sagitta venatoris confodit, non statim fugam intermittit, sed tamdiu velox fertur, quoad sanguine exemplo, cassis viribus exanimetur: at si iecur, aut præcordia sagitta transuerberet, è vestigio hæret, & saucijs procumbit solo. Ad eundem modum de iuuene sentire licet, cuius si quædam alia membra vitia illis cognata configant, tamen licet adhuc fugere, ac sese ex cussis iaculis in tutum vendicare: at si amor foeminarum impudicus præcordia peruersit ( iecur enim amoris sedem præbet ) statim concidit exanimis, & probos mores iterum repetendi potestas vix nulla fit. Sed audi Ambrosium,

*His auditis velut cerus sagittatus in iecore hæret saucijs: quem miserans virtus, & casurum cito videns impronis occurrit: verita ne inter moris illecebris demulcentibus mens concidat humana.* Hæc ille de voluptate, ac deliciis.

95  
C

*Velut si avis festinet ad laqueum.* Ultima comparatio hæc est, quæ cæteras plane elegantia vincit, & venustate. Iansenius, Hugo, Lyra, & alijs comparationem istam ad hunc modum extulerunt: velut si avis imperita, cum se putat volare ad escam, in dolosa incidat retia: sic iunior iste, dum se ad coniuia, & illecebras ire putat, in laqueos incurrit, quibus innodatus tenetur. Non displicet. Sed tamen, vt infra comparatio accommodatius cadat, & cum reliquis cohæreat, satis erit similitudinem aliter efformare. Obserua autem Hebraicam vocem *anem* marem significare, quod Chaldaeus antimaduertisse videtur, translit. enim *passeres*. Notus autem est communis astus aucupum, qui tunc, cum aues venus stimulat primo vere, auem fœminam cauea inclusam supra retia, seu visco illitas virginas collocant. Hæc autem suaue modulans, gariensque delinitos sui generis mares ad laqueos, viscumque pertrahit. Igitur cum Salomon, *Velut si avis festinet ad laqueum: eo sensu capiendus est, id est, quemadmodum passer salax à sui generis fœmina euocatus laqueis, retibusque succedit è vestigio fugalandus, aut strangulandus: sic mœchus ille adulteræ suavi, & delitiosa sermocinatio ne allectus in laqueos incidit, & mortem, vel animi, vel corporis sibi accersit.* Subdit enim,

96  
D

*Et ignorat, quod de periculo animæ illius agitur.* Quidam referunt ad auem, quæ extremo loco præcessit. In his Caietanus. Alij hæc verba per singulas superiores clausulas putant esse repetenda hæc ratione. Ut bos ductus ad victimam, qui non nouit, quod de illius anima agitur: vt agnus lasciviens, quin non nouit, quod de vita illius agitur. Sic de reliquis. In hanc sententiam discessit Rodolphus, & comes indiuiduus Iansenius. Egovero potius existimo verba ista absolute de iuuene lasciuo enunciari. Nam cum boui ad lanienam eunti, agno ad maestationem maturo, ceruo sagittato, cui in retia ruenti contulisset, apte subdit, *Et ignorat, quod de periculo animæ illius agitur.* Quasi dicat, cum haec ita se habeant, tamen hic iuuensis non satis concipit animam illius, vitamque in discrimen vocari: ea est illius imprudentia, & recordia.

XXIV. Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis oris mei.

A

XXV. Ne abstrahatur in vitijs illius mens tua: neque decipiari semitis eius.

N

*V*n ergo fili mi. Hebraicè, *Et nunc filij parec mihi, & attendite eloquij oris mei. Ne abstrahatur, &c.* Hebraicè, *Ne declines ad vias eius corrum: neque erres in semitis eius.* Septuaginta, *Ne declines in vias eius corrum.*

Hæc verba perspicua sunt, nec indigent interpretationis opera. Cur vero toties auditorem extiterit, & attentionem sibi postulet Salomon, supra non semel diximus. Sed expende illud,

*Ne abstrahatur in vijs eius mens tua.* Verbū abstrahatur vim insinuat, qua conuersatio, & familiaritas adulteræ cor hominis illecatum ad se trahit. Quæ vis eam adsuperat, qua magnes ferrum trahit, vt in libro de Virginitate Diuus Basilius, cuius verba alibi dedimus. Addit, *neque decipiari semitis eius*, id est, ne deceptus pergas per illius semitas, mores videlicet, ac studia. Vel aliter: viator, vbi multæ hinc inde dissecantur viæ, facile decipitur, aberratque à recto itinere. Haud aliter, qui cum praua conuersatur muliere, viam agit biuiss, ac triuiss innumeris dissecatam, in qua non falli, aut aberrare difficultum est. Hunc semium reddere videntur verba originalis, *Neque erres in semitis eius*, id est, ne committas te semitis illius, certissime enim aberrabis, & à recto itinere in præcipitia, & prærupta discedes. Fortasse alludit ad semitas in quibus scorta sedere solebant: inde enim semitariæ appellatae, vt supra diximus cap. 2. vers. 19. & alibi: Hæc enim in biuiss, ac triuiss considerare consueverunt mœchos expectantes. Itaque ad eiusmodi triuia respiciens Salomon ait, *Neque erres in semitis eius*, id est, caue ne in tritio aliquo ad scortum diuertens perinde aberres, ac rectam vivendi rationem deferas, sicut illi deerrare solent, qui in disseatas vias incidentes à recto itinere in auia discedunt.

97

Basilissi

XXVI. Multos enim vulneratos deiecit: & fortissimi quoque interfecti sunt.

E

*M*ultos enim vulneratos deiecit. Hebraicè, *Nam multos vulneratos cedere fecit.* Septuaginta, *Multos enim vulnerando deiecit.* Chaldaeus, *Nam multos interfectos deiecit.*

*Et fortissimi quique interfecti sunt.* Hebraicè, *Et fortis omnes occisi eius:* consonat Chaldaeus, Septuaginta, *Et innumerabiles sunt, quos trucidavit:* sic legit Ambrosius vbi supra.

F

Ne quis suis viribus plus & quo tribuat, & à praua conuersatione improbabæ mulieris im munem se abitum speret, docet Salomon plurimos eosque fortissimos, ac robustissimos vnius mulieris illecebribus victos occubuisse, *Multos*, inquit, *vulneratos deiecit*, id est, non unus, aut alter, pauci nimirum, fœminarum lenociniis perierunt: sic enim haud mirandum, si te incolumem futurum sperares. Multi quidem sunt, & innumerabiles, imo ex omnibus, qui cum fœminis conuersati sunt, vix paucissimi incolumes euaserunt. Immerito ergo ex paucissimis vnum te futurum esse ratus in tantum discrimen ruis, *Multos vulneratos deiecit*, id est, ex morum videlicet, ac sanctimoniaz culmine deturbauit, mentesque olim ad Deum erectas, & caro ipso sublimiores ad ima detraxit, & inferis profundiores effecit.

98

*Et fortissimi quique interfecti sunt.* Obserua vim T iiiij

huius clausulæ, respondet enim originibus, in quibus est, *Et fortis omnes occisi sunt: quæ verba significant, omnes quotquot fortitudine, ac robore præstantes fuerunt, à fœminarum illecebris prostratos. Quod haud verum esse videtur, quomo-  
do enim robustissimi sunt, qui vieti considerunt?* Occurrunt aliqui, eos fortissimos hic appellari, qui cum parum firmas vires habeant, tamen fortes esse vana elatione apud se statuerunt: sic enim verum est fortissimos quoque à mulieribus prostratos. Addo etiam dici posse fortissimos, qui cum aliis in rebus maxima pollerent fortitudine, in hac re infirmi satis, & imbecilles fuerunt. Constat enim homines, qui cum aliis virtutis fortissimè confixerunt, & gloriose sibi peperere victorias, fœminarum lenociniis victos occubuisse. Itaque ex robe-  
re, quo quis se ad alia virtutia debellanda præditum didicit, haud statuere potest se ad peruvincenda fœ-  
minatum blandimenta satis virium habere, *Nam fortissimi quique, in aliis virtutum congressibus vi-  
ctores, in concertatione libidinis, interfecti sunt.* Audi Cyprianum de singularitate clericorum, *Men-  
tior, si non vidimus ex inde interitus plurimorum,  
quanti, & quales Episcopi, clericis simul, & laicis post  
confessionum, viatoriarumque calcata certamina, post  
magnalia, & mirabilia, & signavusque quaque mon-  
stratano scuntur cum his omnibus naufragasse. Quan-  
tos leones domuit una mulieris infirmitas delicata,  
qua cum sit vilis, & misera, de magnis efficit præ-  
dam.* Itaque illos, qui tormenta pro fide tuenda exantlauerant, & in martyriis fortes fuerant, inter fœminarum lenocinia defecisse dicit Cyprianus.

Possumus etiam aliter accipere prædicta verba, *Et fortissimi quique interfecti sunt: fortissimi, in-  
quam, non tantum in aliis aliorum virtutum con-  
gressibus, sed in præliis castitatis. Sæpè enim acci-  
dit, ut qui diu in his concertationibus victores eu-  
serunt, partis viatoriis freti ad noua prælia descen-  
derint, atque inter fœminarum lacertos interierint.* Accipe verba Hieronymi ad Nepotianum, *Vide,  
inquit, ne sub eodem tecto mansites, ne præterita catti-*

Cyprian.

100

Hieronymus.

tare confidas: nec Sansone fortior, nec Davide sanctior, nec Salomone poteris esse sapientior. Memento semper, quod Paradisi colonum de possessione sua mulier ese-  
cit, *Vnde ait quidam,*  
*Adam, Sansonem, Petrum, Davidem, Salomonem  
Decepit mulier. Quis modo tutus erit?*

*XXVII. Via inferi domus eius penetrantes in-  
teriora mortis.*

**V**I *A* inferi domus eius. Hebraicè, *Via se-  
pulchri domus eius. Penerantes in interiora  
mortis.* Hebraicè, *In cubicula mortis.* Septuaginta, *In secessus, vel penates mortis.* Chaldaeus, *Ad cubi-  
cula sepultura.* Hispanica, *A los cilleros de la muer-  
te, id est, horrea mortis.*

101

Similia verba interpretati sumus supra cap. 2. vers.  
19. Vide multa, quæ in eum locum coniecumus: &  
ipissima transfer in hunc. Atque illud cæteris ap-  
pone, adulteram ad allicendum, deliniendumque  
iuenem domus, lecti, & cubiculi proposuisse deli-  
tias, vnguenta, scilicet myrrham, aloëm, & cynna-  
momum: hæc vero sunt, quibus sepulchra inungi,  
& mortuorum cadauera olim condiri consue-  
runt. Quid certius? Salomon ergo (animaduer-  
sionem itam venatus sum ex Ambrosio) sic ait, *Via Ambro-  
f. sepulchri domus eius, id est, via, quæ ad domum  
eius deducunt, ad cædem, & sepulturam tendunt,  
Penerantes in cubicula mortis, vel sepultura, id est,  
in quædam cubicula, quæ parum dissidere viden-  
tur à sepulchrīs, nam vnguenta, myrræ, & quæ-  
cumque alia aromata ibi spitant, ad inferias mor-  
tuorum potius quam ad viitorum solatia congesta,  
comparataque fuisse dicemus. Sed hæc minora  
sunt, consule suprascriptum locum. Non est præ-  
tereunda illa lectio *ad horreas mortis*, sepulchrum  
enim aptissimè mortis hotrem appellatur, cum  
enim morti falcam, & messem vulgo demus, hor-  
reum eidem tribuere operæ pretium erat.*





## CAPUT OCTAVUM.

Vnquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? 2. In  
 summis, excelsisque verticibus supra viā, in mediis semitis stans. 3. Luxta  
 portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens. 4. O viri, ad vos cla-  
 mito, & vox mea ad filios hominum. 5. Intelligite paruuli astutiam, &  
 insipientes animaduertite. 6. Audite, quoniam de rebus magnis locutura  
 sum: & aperientur labia mea, ut recta prædicens. 7. Veritatem meditabitur guttura  
 meum, & labia mea detestabuntur impium. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in  
 eis prauum quid, neque peruersum. 9. Recti sunt intelligentibus, & aequi inuenienti-  
 bus scientiam. 10. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis,  
 quam aurum eligite. 11. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: & omne desi-  
 derabile ei non potest comparari. 12. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis inter-  
 sum cogitationibus. 13. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, &  
 viam prauam, & os bilingue detestor. 14. Meum est consilium, & aequitas, mea est  
 prudentia, mea est fortitudo. 15. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta de-  
 cernunt. 16. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. 17. Ego di-  
 ligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. 18. Mecum sunt dinitiae,  
 & gloria, opes superbia, & iustitia. 19. Melior est enim fructus meus auro, & lapide  
 pretioso, & genimina mea argento electo. 20. In viis iustitiae ambulo, in medio semita-  
 rum iudicij. 21. Ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. 22. Dominus  
 possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret à principio. 23. Ab  
 æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. 24. Nondum erant abyssi:  
 & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant. 25. Necdum montes  
 graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar. 26. Adhuc terram non fecerat, &  
 flumina, & cardines orbis terræ. 27. Quando præparabat cœlos, aderam: quando cer-  
 ta lege, & gyro vallabat abyssos. 28. Quando æthera firmabat sursum, & librabat  
 fontes aquarum. 29. Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat  
 aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ. 30. Cum eo eram  
 cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore.  
 31. Ludens in orbe terrarum: & delitiae meæ esse cum filius hominum. 32. Nunc ergo  
 filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. 33. Audite disciplinam, & estote sa-  
 pientes, & nolite abiçere eam. 34. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores  
 meas quoadie, & obseruat ad postes ostij mei. 35. Qui me inuenierit, inueniet vitam, &  
 hauriet salutem à Domino. 36. Qui autem in me peccauerit, lœdet animam suam. Om-  
 nes, qui me oderunt, diligunt mortem.

I. Nunquid non sapientia clamitat: & prudentia dat vocem suam?

II. In summis, excelsisque verticibus supra viam, in medijs semitis stans.

III. Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur dicens.

**N**unquid non sapientia clamitat, &c. Consuetus Hebreæ. Septuaginta longe aliter, *Tu sapientiam prædicabis, ut sapientia tibi obediatur*. Theodotion non discedit à vulgata, Chaldaeus, elebat vocem suam.

In summis excelsisque verticibus. Hebraicè, *In capite excelsorum supra viam, in loco semitarum constituta*. Septuaginta, *Super excelsas summitates, & inter medium semitarum sterit*. Hispanica, *En la madre de las sendas*.

Juxta portas ciuitatis, &c. Hebraicè, *Ad osciuitatis, ingressum ostiorum præconizabit*. Septuaginta, *Apud portas enim potentum aſidet, & in introitibus canitur*.

#### Praejudicium totius capituli.

Ut capituli oītati luculentior sit interpretatio, pauca in eius auspicio prælibare oportet, ex quibus per se illius intelligentia suspenditur. Primo igitur notandum est, totum istud caput Ecclesiæ, & Patrum veteri vīsu Virgini Deiparae accommodari solitum. Quapropter cum aliquid de illius laudibus inciderit, post alias expositiones subscribam. Secundò, obseruandum est Arrianos ex hoc capite plurima protulisse testimonia ad dogmatis sui *comprobationem*, quibus euincere sibi videbantur, filium Dei, qui sapientia illius, ac verbum esse dicitur, creaturam esse: præsertim ab illis, *Ab eterno ordinata sum, & ex antiquis, &c.* Ex quo factum, ut Patres aduersus Arrianos repugnantes, sicubi vrgere videbantur verba hinc ascerta, varias, atque dissimiles sapientiæ acceptiones adiuuenerint. Plures ex his in eam sententiam conspirarunt, hic nomine sapientiæ incarnatam sapientiam accipi debere: scilicet Deum, atque hominem Christum Dominum. Quia alia in Deum, alia in hominem aptissimè cadunt. Clemens Romanus lib. 5. Constitut. Apostolicarū cap. 19. Concil. Hispal. 2. cap. 13. Iustinianus Imperator in edicto fidei ad Ioannem 2. vbi refert Basiliū lib. 4. contra Eunomium. Athanasius serm. 4. cōtra Arrianos. Et in Epistolam ad Epictētum in confessione fidei. Nazianz. oratione 39. quæst. 4. de Theolog. Cæsarius Dialogo primo. Nissenus lib. de fide ad Simplicium. Chrysostomus de Sancta Trinitate. Cyril. lib. 5. Thesauri cap. 47. cap. 7. & 8. Damasc. lib. 4. de fide cap. 19. Hieron. lib. 2. in Michæam in principio. Hilarius 12. de Trinitate. Ambros. 1. de fide cap. 7. Augustin. sermone 58. de Verbis Domini, & lib. 1. de Trinitate cap. 12. Fulgentius contra obiectiones Arrianorum in tertia responsione. Idacius Clarus libro contra Varimandum, qui est in quinto tomo Biblioth. Sed tamen Diauis Gregorius Nazianzenus in præmissa oratione 39. quæ est 4. de Theologia circa principium, germanam magis, atque propriam intelligentiam assequutus videtur ubi tradit: in hoc capite sapientiam quandam communissimam

A ab increata, & creata abstractam, per prosopopœiam à Salomone inductam fuisse. Sic enim ait, *Non Salomonem accusamus, non superioris vita scripta, & postremum ipsius lapsum abrogavimus, non ipsius sapientia, ac veluti scientia, artificio sæque rationis, quarerum uniuersitas condita, & constituta est, hanc sermonem esse dicemus*. Pleraque enim ex his, quæ anima carent, scriptura per prosopopœiam loquentia inducere solet, vt illud, *Mare hæc, atque illa dixit, & Abyssus dixit non est in me, & Cali enarrant gloriam Dei*. Ac demum subdit, *Horum tamen nihil proferre libet, etiam si aliqui à nonnullis eorum, qui ante nos exiterunt, pro validis allata sint*. Ex quibus constat eam interpretationem perantiquam esse, & à Patribus contra Arrianos etiam usurpatam. Quod si deinde Nazianz. cum reliquis conspirans de humanitate exposuit illa verba, *Dominus creauit me initium viarum suarum, &c.* ideo fecit, vt Arrianis aliquid daret, atque non uno modo vim argumenti ab ipsis efformati eludi posse monstraret. Ante Nazianz. multis retro annis hanc sententiam tradidit Tertullian. infra citandus, & Nazianzenum sequuntur passim recentiores Interpretæ, Ianuenius, Rodolph. Caeranus, & alij.

B Constat ergo ex dictis nomine sapientiæ in hoc capite iuxta Patrum acceptiōem intelligi sapientiam incarnatam non copulatiū (liceat sic loqui) sed distributiū: ita vt quædam de verbo Dei, alia vero de humanitate assumpta interpretanda sint: aut sapientiam quandam communissimam ab increata, & creata abstractentem. Vnde pari ratione multa, etiam de creata sapientia exponenda sunt. Sed tamen obserua sapientiam in ista posteriori acceptiōne non de speculativa aliqua cognitione intelligi: sed de illa, quatenus recte agendi vim atque operandi propositum includit, vt sāpe alias docui. Quod si quæras, an utraque supradicta sapientiæ acceptio literalis sit? Audeo dicere, ne quid virium argumentis Patrum contra Arrianos conceptis adimam, utramque literalem esse. Nam duos sub una sensu germanos subesse pertinentes docent: & sine iniuria plurimorum fidei dogmatum negari non potest. Altera interpretatio, quæ de Deipara Virgine pleraque huius capituli verba capit, accommodatitia plane dicenda est.

#### E Expositio Superioris sententiae.

Supra cap. 1. vers. 21. similia verba expendimus. Vide quæ in illum locum coniecimus, atque insuper hæc adde. Salomon contra meretricias voces sapientiæ clamores ad honestatem inuitantib[us] ex adverso profert: sapientiæ inquit, id est, honestatis, atque probitatis, de qua sic fatur, *Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam?* Quæ dicat, nemo sane potest suis delictis ignorantem probitatis, atque honestatis obtendere: hæc enim clamores ubique ingentes edit, & voces ubique attollit magnas, vt præcepta sua in omnibus locis insontent.

F Septuaginta habent, *Tu sapientiam prædicabis, ut prudentia tibi obediatur*. Græcè pro illa voce prædabis καπνίζεις. Est autem καπνίζω, per præconem prænuntio, vel præconio voco, seu interrogo. Itaque sensus est, tu sapientiam per præconem enuntiabis, aut rogabis. Posterior significatio est accommodatior. Itaque sic interpretor, *Tu sapientiam præconio vocabis, ut prudentia tibi obediatur*, id est, si vis sapientiam tu tibi parare, vti debes præconio: quia ad eandem euocandam, & accersendam clamoribus magnis opus est. Nam exiles, debilesque voces non auscultat. Itaque obediatur, est pro

Clemens  
Romanus.  
Concil.  
Hispal.  
Basilii.  
Athanas.  
Nazianz.  
Cæsarius.  
Nissenus.  
Chrysost.  
Cyrill.  
Damasc.  
Hieron.  
Hilar.  
Ambros.  
August.  
Fulgent.  
Idacius.

2

Varimandum, qui est in quinto tomo Biblioth. Sed tamen Diauis Gregorius Nazianzenus in præmissa oratione 39. quæ est 4. de Theologia circa principium, germanam magis, atque propriam intelligentiam assequutus videtur ubi tradit: in hoc capite sapientiam quandam communissimam

obandias, id est, excipiat voces tuas. Quod si legas  
xpīēis, id est, Per praeconem enuntiabis, extrema  
illa verba, Et sapientia tibi obediet, capienda qui-  
dem per Isteron proteron, nimurum, ut tu obedias  
sapientiae (de qua figura non semel alibi diximus:) ita ut sensus sit, leges tunc demum vim obligandi  
habent, cum per praeconem denuntiatae, & con-  
clamatæ sunt. Ergo ait, tu quidem tibi ipsiſ puen-  
tiam, hoc est, leges, & præcepta bene viuendi, qua-  
si præconio quodam indices, ut te ad obediendum  
efficacius compellant, quod perinde est, ac si dicat.  
Cum liber, & tui iuris sis, oportet quidem, ut tu  
tibi ipsiſ leges sapientiae feras, & mandata præscri-  
bas, quibus non aliter obedias, ac legibus per præ-  
conem denunciatis. Fortasse autem ea fuit mens  
Septuaginta, ut ducta similitudine à rebus amissis,  
quaꝝ per præconem solent conqueri, iuuenem,  
quem sapientiam, consiliisque amississe ex adul-  
teræ consortio supra multis dixerat, ad vestigandi  
iterum sapientiam acueret: quasi dicat. Per-  
didisti prudentiam, & conilium: ergo ad eam ex-  
quirendam præconem adhibe, doctorem videli-  
cet, aut prædicatorem, ut votibus illius etiocata  
iterum redeat.

*In summis excelsisque verticibus.* Percurrunt Salo-  
mon loca, ex quibus sapientia clamitat. Aliqui in-  
terpretantur summos colles, aut montium cacumina, in quibus est Beda, & Iansenius. Vult enim  
Iansenius sapientiam induci in agris, & in urbe lo-  
quentem, ne quis etiam agricultor, qui nunquam vr-  
bem aspergit, ignoratione honestatis sese excusare  
posset. Et sane si verba præmissa de montium api-  
cibus accipiamus, dicere quis posset Salomonem  
spectasse ad montem Syna, ex aquis vertice lex  
proclamata, & quasi præconio denuntiata est. Ly-  
ra, & Caietanus spirituales sensus venantur. Ille  
enim *summos excelsisque vertices*, Patriarchas, at-  
que Prophetas interpretatur. Hic vero amorem,  
atque timorem Dei, isti enim (inquit) summi to-  
tius legis vertices sunt. Vel caput excelsorum (ut  
habent Hebrei) amor dicitur, qui præceptorum,  
atque virtutum obtinet principatum.

Cæterum ego cum Iansenio montes intelligo,  
& summos colles, atque talem ad sensum voco, *In  
summis excelsisque verticibus supra viam*, id est, ad  
eum modum, quo eueneire solet viatoribus itineris  
insolentibus, ut à pastore, vel alio quolibet, quem  
eminus è monte vertice in viam spectantem aspe-  
xerint, statim exquirant, rectane in destinatum lo-  
cum pergent, at deerrant, & in auia ferantur. Sic  
de illis, qui viam honestatis aggressi sunt, decer-  
nere debemus. Semper enim illis præsto est in ar-  
ce mentis, quasi è vertice montis in viam prospe-  
ctans ipsa sapientia, id est, honestatis cognitio suffi-  
cientis, à qua de rectitudine, atque erroribus illius  
vitæ optimè edocentur. Huius sententiæ author  
mihi fuit Hebreus Philo in libro de plantatione  
Noë, vbi sic habet, *Et sane, qui viam carpit vitio-  
rum, semper adeſt, vel tenuis aliqua cogitatio boni in  
mente, veluti ex scopulo in viam profellens pastor,*  
quaꝝ illum à via mala revocat, *& ad virtutū iter ad-  
hortatur.* Nisi forte mialis per summos vertices  
compita, & angulos urbis accipi, uxta ea, quaꝝ di-  
ximus in loco supra citato cap. i. vers. 21. vide ibi.

*In medijs semitæ statis.* Septuaginta, Inter me-  
dium semitarum constituta, id est, in triuīs, vbi cum  
que plures semitæ coēentes viatorem anticipitem  
reddunt. Hoc sibi voluit Hispanica lectio, cum  
ait, *En la madre de las sendas*, id est in loco, qui ex  
se plures parit semitas. Quasi dicat, quoties in bi-  
uio virtutis, ac vitij animusharet, nec utram se in  
partem det, satis decernit, ibi quidem adeſt sapien-

tia, id est, cognitione sufficiens boni, & mali ad ho-  
minem dirigendum, ita ut inexcusabilis sit ille, qui  
aberrantem vitiorum semitam tenuet. Sunt  
etiam triuīorum, imo plurimū viarum quædam  
aliiæ species, tunc nimurum, cum inter plures statis,  
vel vitæ gerendæ rationes, vel inter plura media ad  
finem aliquem pertingendum animus anceps hæsi-  
tat. In his etiam triuīis assidet sapientia, atque eas  
semitas præfert, quaꝝ tutores, & rectiores sunt, ita  
ut excusationi locus nullus reliquoſ sit. Itaque si-  
cūt olim Mercurij caduceati, aut tricipitis Hec-  
atis simulachra quædam in triuīis, & quadriuīis de-  
figebantur ad viatores edocendos: sic etiam Deus  
in homine sapientiam id est, sufficientem boni, ac  
mali cognitionem locauit: ut quoties animus in-  
ter plures statis vitæ agendæ, aut inter plura me-  
dia, velut in triuio foret, illum de optimo, ac tutiſ-  
simō itinere commoneret. Cæterum literalis, ac  
germanus sensus est, sapientiam in triuīis state, id  
est, non abditam & reconditam, sed in frequentiſ-  
simis locis esse, vbi propter plurimū viarum con-  
cursum multi vnde affluere solent. Triuīum  
enī pro loco atmodum publico accipi consuevit.

Catullus.

*Omnibus in triuīis vulgetur fabula pafīm.*

Et Cicero arripere dixit maledictum ex tridio, *Cicero*,  
in oratione pro Murena. Vnde triuīalis res appellatur  
publicanis, ac pertulgata.

*In portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur di-  
cens.* In portis urbis erant subsellia iudicium, ac  
tribunalia, (ut iam inde supra docui,) ex quo sie-  
bat, ut plurima in illa turba confluere. Ergo in  
portis ciuitatis loqui dicitur, id est, in loco fre-  
quentissimo. Hæc omnia ad id spectant, ut Salo-  
mon doceat, sapientiam, id est, virtutem, & hone-  
statem voces suas publice edere, atque adeò præ-  
cepta illius neminem latere posse. Addo etiam  
referri posse ad licentiam dicendi, quaꝝ tanta sit, ut  
non in triuīis tantum, id est, inter vulgares homi-  
nes: sed etiam in portis urbis, id est, inter iudicium,  
præstantissimorumque magistratum subsellia cla-  
met, haud verita suprema subire iudicium arbitria;  
ad hanc sententiam referenda est lectio Septuaginta.  
*Apud portas enim potentium aſideret*, id est, in qui-  
bus iudices, ac magistratus sedent, hos enim po-  
tentium, seu magnatum nomine significat. Deal-  
tera vero parte, *& in introibus canatur*, iam inde  
multa diximus supra cap. i. vers. 21,

*De Christo Domino.*

Locum istum, quem hactenus de sapientia in uni-  
uersum interpretati sumus, de incarnata sapientia,  
id est, Christo Domino edidit Beda, quem *in su-  
mis excelsisque verticibus* tunc sterisse dicit, ad do-  
cendum, cum in monte discipulos, ac turbas do-  
cuit: in viis autem, ac triuīis, cum ad multitudi-  
nem hominum post ipsum extra urbes etiagantem  
sæpius sermonem habuit: ac demum in portis ci-  
uitatis loquutum fuisse afferit, tum alias, tum etiam  
eum in ipsa porta ciuitatis viduæ Nain suscitauit  
filium, atque huius miraculi portento doctrinam  
suum commendauit. Vnde Christus Dominus, ut  
documentis suis autoritatem coram iudicibus  
conciliaret, *Ego (inquit) palam loquutus sum, &*  
*in occulto loquutus sum nihil.* Ioān. 18.

*De Beata Virgine.*

Hæc verba Virgini etiam Deipara adscribit Ec-  
clesia in festo Niuium, in lectionibus matutinis, &  
ex Patribus Bonaventura in speculo. Intuehitur in-

Ecclesiam Lutherus, quod ea, quæ Salomon de sapientia scripsit, Virginem temere accommodet, & licentia incredibili Ecclesiâ blasphemiae, atque mendacij insimulat. Nam in postilla circa enarrationem de festo Nativitatis hæc habet, *Cosmè & epistolam huc parserunt, quæ diuina sapientia tantum competit, ipsi videlicet Christo, hic enim ante secula fuit, in quo omnia condita sunt. Quod autem Mariae Deipara & hoc tribuitur, merum mendacium, & in Deum blasphemia est.* Similia passim docēthæretici nostri temporis, & probris innumeris ob hanc unam causam cumulant Ecclesiam. Sed o cæcos, & cimmeriis tenebris offusos animos! Nunquam Ecclesia verba isthæc de Maria Virgine ad literam intelligi voluit, sed quadam libertate accommodandi via secundum familiarem Patribus morem ea hinc inde decerpit verba, quæ illi in bono aliquo sensu tribui posse intelligit. Et tunc maxime Mariam à se commendatam censer, cum ea verba, quæ de sapientia diuina pronunciata scriptura, in illam non coacte cadere posse demonstrat. Nec propterea iniuria sit diuinæ sapientiæ, aut sacris literis: quia Ecclesia, quæ prædicta scripturæ verba ad eum usum transfert, firmissime credit, ac facetur Deum, & quamlibet diuinam personam, & attributa omnia Dei infinito interullo, cui libet creaturæ quantumlibet excellenti præstare, atque adeò illa verba altiori, ac diuiniori sensu de Deo, cuius propria sunt, exponi. Et cum eadem Virgini illius matri attribuit, mutuò se petere, & accipere fatetur. Et veluti multo accepta statim restituit. Nam quæcumque de sanctissima illius parente prædicantur, cumulata laude ad ipsum Deum redeant, necesse est. Hanc æstimando fuisse vetustam Ecclesiæ mentem, atque adeò audiendus non est Galat. lib. 7. de arcana, qui plus a quo huic accommodationi tribuens assentit quædam ex his, quæ in hoc capite dicuntur, melius lôge de Virgine, quæ de sapientia posse interpretari.

**A**ceterum cum bipartitu n sit caput istud, & aliqua de creatæ sapientia, plura de increata intelligantur, subiectam rationes alias, propter quas utriusque sapientiæ eloquia merito Virgini adaptentur. Nam primo si de sapientia creatæ sermo sit, Virgo quidem non sapiens, sed ipsam sapientiam compellari debet. Sic Bernard. in Salve; *Virtutum aurix, & scientiarum scientia sanctarum Maria, quia sicut Sol uniuersa celi lumina præcessit prærogativa claritatis eximia: sic tota rationalem creaturam post filium excellit splendore virtutis, ac scientia: adeò ut non tam sciens, quam scientia ipsa dici debeat. Sed tamen hæc sapientia, de qua hic Salomon (ut saepe alias docui) ipsa est bene agendi disciplina, atque adeò in Mariam Virginem cadit eius elogia, cuius virtus, ac morum tanta integritas fuit, ut bene vivendi disciplina, idea, atque speculum appellari merito debeat.* Ambros. lib. 1. de Virginibus totius probitatis figuram & disciplinam nominat. Idiota, *Vita moralis Ideam, & exemplar.* Itaque Mariam sapientem, aut prudentem Virginem dicere pudet, quo nomine quinque illas Euangelicas Christus condecorauit, sed ipsissimam sapientiam atque prudentiam appellari satius est. Si enim virtus, atque honestas, quæ nomine sapientiæ significatur, viua, & actuosa esset, non aliter profecto, aut viueret, aut ageret, quam Maria, quam iure optimo bonorum motum Ideam appellavit Idiota, quia quemadmodum Platonici Ideas uniuersales, & separatas species omnium esse fixerunt, quæ non solum exemplaria erant singularium individualium, sed etiæ cause. Ita pariter de Virgine Deipara decernere possumus, eam scilicet non solum exemplar, sed etiam totius honestatis, ac sanctitatis, qua iusti omnes præ-

diti fuere, causâ extitisse, & originem, eo sensu, quo Patres de illa loquuntur. Nos vero non alibi, nisi in mente diuina, Ideas agnoscimus, atque inibi honestatis, & virtutis quemadmodum aliarum creaturarum Ideam ponimus. Ergo quemadmodum cum imago aliqua à suo exemplari perfecte, & ad vnguem trâslata est, addimus illam non aliud esse, quam ipsissimum exemplar: ita etiâ licet Virginis pietas, & sanctitas imago quædam illius honestatis, quam diuinæ mentis Idea in semetipsa exprimit, tamen sic ad vnguem inde transcripta fuit, ut ipsissima Idea appellari possit.

Rursus increata sapientiæ elogia Virgini merito adscribi probat noster Canisius de Maria Virgine *Canisius.* lib. 5. cap. 6. ex canone D. Augustini in lib. de do-

*August.*

ctrina Christiana cap. 31. qui affirmat familiare admodum esse scripturæ, ut à capite Christo ad corpus eius mysticum, & rursus à corpore ad caput trâseat, adeò ut velut ex utriusque persona una fiat. Quapropter cum Virgo sanctissima præstantissimū sit corporis huius mystici membrum, quod immediatus capiti coaptatur, iure optimo ea, quæ de capite dicit scriptura, nobilissimo etiam membro adiudicantur, Haimo Germanus Episcopus alia afferat rationem in homilia de festo Assumptionis ad hunc modum. *Quia scilicet virgo, quæ nouem mensibus Dei filium, atque sapientiam in utero continuit suo,* poterat ab illo multas proprietates, & conditiones trahere. Subiicio ego tertiam rationem: quia Virgo non tantum puerpera, id est, hominis mater: sed

*gesu & Deipara, Dei nimirum mater est cōmunitatis Ecclesiæ consensione asseueratur.* Ergo cum constans sit, vetusque proloquium filios, ut plurimum matrare, hoc est matrum mores, proprietatesque referre, de quo infra cap. 10. vers. 1. sane aequum fuit, ut Maria virgo plurimas filij Dei, qui est patris sapientia, proprietates, conditionesque haberet ex gratia, quibus digna Dei mater constitueretur, ut

non tantum homo, sed etiam Deus diceretur matrare, id est, parentis suæ mores referre. D. August.

ad illa verba Ioan. 14. *Qui videt me, videt et patrem meum:* existimat illa non solum de diuinitate, sed etiam de accepta humanitate accipi posse, quia nimis Christi humanitas tantis virtutibus, ac donis prædicta erat, & quasdam Dei conditiones in se-

*metipsa* adeò expresserat, ut patrem suum satis re-

ficeret, atque adeò quicunque in ipsam inspicerat,

in eadem parentem agnoscet. Luculentius dixerim.

Christus Dominus non solù ut Deus, sed etiam ut homo baptizabat, id est, parentis æterni mores

*+ patrizabat*

referebat. Ergo quemadmodum Christus ea ratione,

in quantum Deus si nul, & in quantum homo patri-

zat: ita etiâ aequum fuit ut Deus patiter, & homo

matraret. ( abstineo à reduplicatiis, quia quemadmodum Deus in Christo per communicationem

idiomaticum filius Mariæ dicitur, sic etiam matrare,

id est, parentis suæ mores præ se ferre, per eandem idiomaticum communionem affirmandum est.)

Vt igitur non hominem tantum, sed etiam Deum

speciali quadam ratione matrare diceremus, oportuit, ut Virgo plures Dei proprietates, & conditiones ipsius Dei beneficio haberet, per quas illi quam

simillima foret.

Cæterum verba præmissa de Virgine edifferentia sunt, *Nunquid non sapientia clamitat, & prudens dat vicem suam?* Hæc priora verba Virginis nullus interpres dedit, ut sunt in nostra vulgata. Nec facile illi accommodari possunt, nisi accipiamus

causaliter clamitat, id est, clamare facit, dat ite vocē,

id est, vociferari facit, quia scilicet sua intercessione

obtinet, ut homines clamet, ac vociferentur. Potest-

que bonū ad sensu trahi illud verbū, quod in Greco

textu

*Galat.*

*11.*

*Ambros.*  
*Idiota.*

*13*

textu exhibetur. Κύπεστα, id est, per præconem A denunciat. Nam cum concionatores divini verbi præcones appellantur, aptissime Virginem sanctissimam per præcones loqui dicemus; quidquid concionatores declamat. Ideo in exordio concionum, illius auxilium præmissa ratione implorare numquam non consueuerunt.

*In summis, excelsisque verticibus supra viam,* (Supplestans,) Id est, stat, & virtutum omnium summos vertices, & cacumina tenet Virgo sanctissima, vt inde velut in viam, quam reliqui homines agimus, despectans nos deducat ac regat. Verticem scilicet virginitatis ascendit, vt virginibus inde monstraret viam: culmen obedientiae tenuit, B vt obedientibus iter inde doceret: caecumen fidei subiit, vt fidei senitam aperiret aliis: ac demum apices virtutum omnium Virgo hæc honestissima terit, vt earum dissimiles orbitas illas ingredi voluntibus edoceret Addit;

*Et in mediis semitis stans,* id est, biuiis, ac triuijs, quando scilicet plures in vnum concurrentes seumitæ viatorem anticipitem reddunt. Hinc Virgo Deipara media stat inter hasce semitas, vt in optimam ditigat, inferatque. Satis imprudenter ( ne dicam temerariè ) agit, qui statum, seu rationem agendæ vitæ electurus inter multas vite conditio-nes, quasi inter plures vias transuersas constitutus non statim Mariam inuocat, & ab ea discit, quam-nam ingrediatur, cui se potissimum committat. Nam quemadmodum veteres in triuijs Diana seu Hecatis simulacrum erigere solebant, vt iter agentes regeret, arque illis vias denunciareret: ad eundem modum Deus optimus maximus in intellectuali-bus illis dissimiliis, vitæ rationum triuiis Mariam statuit, vt cuique eam denuntiet, ostendatque viam, quæ illum in patriam suam, hoc est cœlum inferat: atque adeo inuocanda, & totis præcordijs exoranda est. Vnde eleganter Bern. hom. 3. super Misericordiam est. *Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat a corde, ipsam sequens non deruis, ipsam cogitans non erras, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitiaperuenis.* Hæc omnia præstat viatoribus Maria, vt merito dici possit, *In mediis semitis stas,* ad viatores scilicet dirigendos. Quid plura?

*Iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur.* In portis ciuitatis ( vt iam præmisisti ) erant iudicia, & publica subsellia. Itaque si hæc verba ad Virginem transferantur, merito in ipsis foribus ac portis eloqui, ac verba facere dicitur, quia in porta cœlestis Hierusalem, vbi Dei iudicantis tribunal constitu-tum est ad supremas hominum causas dirimendas, ipsa libere loquitur, & aduocate, seu patronæ in morem litem nostram tuetur, ac defendit, propterea aduocatam nostram dicimus. Accipe verba Idiotæ de Contemplatione Mariæ in prologo. *Ip-sa est aduocata nostra apud filium, sicut filius apud Patrem, imo apud Patrem, & filium procurat negotia, & petitiones nostras.* Ceteri sancti iure quodam patrocinij pro sibi specialiter commissis plus possunt prodeesse in curia cœlesti, quam pro alienis. Beati simma Virgo scilicet est omnium regina, sic & omnium pa-trona, & aduocata, & cura illæst de omnibus, & Bernard. in serm. 1. de Assumptione Aduocatam ( inquit ) *præmisit peregrinatio nostra, que tanquam mater misericorditer, & efficaciter salutis nostraræ negotia pertractavit.* Merito ergo dicemus ipsam in portis, & foribus cœlestis vobis eloqui, vobis filius in thono iudex sedet, tanquam aduocatam, tanquam patronam, tanquam procuratricem.

IV. O viri ad vos clamito: & vox mea, ad filios hominum.

V. Intelligite parvuli astutiam: & insipientes an imaduertite.

**O** Viri ad vos clamito. Hebr. Ad vos viri clamo. Sept. *Vos o homines adnoco, & profero meam vocem filiis hominum.*

Intelligite parvuli astutiam, Septuag. simplices, Tigurina, incauti. Pro astutia Hebr. *אַתָּה מִרְאֵב ghar-mach, à radice כָּרֵב għaram. De qua voce iam inde multa docuimus cap. 1. vers. 4. ad illa verba, Ut detur parvulis asturia. Tigurina solertia conuertit.*

Et insipientes animaduertite. Hebr. Et stulti cor-de intelligite. Chald. cordibus intelligite. Sept. apponite cor. Sym. autem concinit cum nostra.

Sententia est perspicua, his enim verbis Salomon inducit sapientiam alloquenter non vnum, aut alterum, sed omnes. O ( inquit ) viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Hebraicè ad filios Adæ. Beda id refert non ad sexum, sed ad mores: id est, o viri moribus robusti, & virtute constantes, ad vos verba facio non autem ad fœminas, id est, ad effeminate, & molles animos. Addit Lyra filios hominum compellari, id est, rationis participes, eos nempe, quideprauatis moribus rationem nondum exuerunt, nec brutis adiudicandi sunt. Celetanus existimat illicis verbis: *O viri ad vos clamito, virilem sexum appellati: at posteriora illa. Et vox mea ad filios hominum, quæ generaliter significat genus humandum, addita fuisse propter fœminas.* Iansenius longe accōmodatius affirmat vñā, & alteram clausulam vtrumque sexum affari. Nam fere scriptura virili sexu, qui est principalior, vtrumque complecti consuevit. Sed tamen vt dicam, quod sentio. Salomon his verbis non sexum, sed ad conditionem respexit. Itaque viros appellavit proceres, seu magnates, cū ait. *O viri ad vos clamito.* Cum vero subdit, & vox mea ad filios hominum, infirmæ conditionis homines alloquitur. Nam iuxta vulgo tritam scripturæ phrasim filij hominum, seu filij Adam, nullius notæ viros sonant. Et sane ob eam causam, vt suam nobis intimaret humilitatem Christus Dominus, id nominis sibi toties conciuit, filium hominis se. net ipsum compellans, vt obseruant ex Patribus Chrysostomus, Augustinus, & alij. Et Ia-  
ne eiusmodi abiectæ conditionis homines filij Adam dicuntur, id est, nullius familiæ: nam cum ingenui familiarum suarum nomina usurpent, vt innotescant sordidi, & abiecti homines, qui ex familiis non satis noti sunt, filij Adam in vniuersum appellari consueuerunt. Iam igitur animaduertes sapientiam, cum affatur proceres, atque Principes, vt verbo clamito. Hebraicè קָרְךָ וְקָרְךָ verbo קָרָא Kara, quod est vociferari: cum vero alloquitur obscuros homines, tantudem dicere. Et vox mea ad filios hominum, hi enim quam libet etiā demissam Dei vocem audire solent: illi vero non nisi ad ingentes clamores intendunt aures, tū quia surdi, tum etiam quia longe facti sunt à Deo.

Intelligite parvuli astutiam, Parvulos non æta-te, sed cognitione, & sapientia alloquitur vel certe vtrisque affatus. Quid vero nomine astutæ significitur, & de voce għarmarħ multa contulimus in eum locum c. 1. vers. 4. vbi diximus non quemlibet astum, sed serpentis calliditatem ea voce notari. Vide ibi.

Et incipientes animaduertite. Id est, animum ad-



ueritate, vel ut habent Septuag. apponite cor. His verbis non tam attentionem postulauit sapientia, quam fructum, emolumenatumque declarauit, quod incipiens eam auscultando percipere debebet. Cum enim præmisserit, *Intelligite parvuli astutiam*, quod perinde est, ac si diceret, obaudite me. ut discatis astute, id est, caute & prudenter agere: statim eodem sensu affterit. *Et insipientes animaduertite*, vel apponite cor, Id est, me auscultate, sic enim fiet. ut cum oportuerit, animaduertatis, nihilque maliper inconsiderantia, & animaduertitionis defectum committatis. Nam quoties ab hominibus peccatur, inconsiderantia, & defectus aliquis cognitionis intercedit. Hic autem est sensus illius personarum qui proloquij. *Omnis peccator est ignorans.*

*De Christo.*

18

*Luc.* 8.  
*num.* 8.  
*Ioan.* 7.  
*num.* 28.

*Arist.*

August.

20

Beda locum istum exponit de Christo Domino, qui suo Euangeliō omnem sexum, & omnem conditionem hominum alloquitur, de quo etiam Euāgeliste non semel dicunt clamorem leuasse. *Lucas* 8. post recitatam p̄ irabolam fementis additur, *Hæc dicens clamabat.* Et *Ioannis 7.* *Clamabat ergo Iesus in templo,* & s̄pē alibi. Salutis enim nostræ audiitas illum ad clamores compellebat. Illud profecto in confessio est Aristotelii atque i omnibus Philosophis, ea solum clamare, & vociferari posse, quæ pulmonem habent. Spiritus enim, qui vi pulmoni hæustus cor refrigerat, & reficit, expiratus & emissus voces efformat: hinc sit, vt vox cordis affectus plerumque sequi soleat. In tristibus flebilis est, & tremula: in his, qui alacres sunt, effusa, & libera: in subiratis interrupta: in his verò, qui ardenter cupiunt, clamosa. Propterea ex mente *Augustini David* toties clamoribus in oratione se vici dicebat, quia clamosa vox, ardens animi desideriū, votumque testatur. Cum enim vota sint rerum futuratum, & quasi longe ( vt ita dicam ) positarum, ideo clamores edimus, putantes ea ratione vocem nostram ad ipsas pertingere. Ergo cum Christum Dominum toties clamasse, & vociferatum fuisset narrant Euangelistæ, satis declarant eum ardenterissime nostram salutem desiderasse: imò vt hæc vota Christus Dominus moribundus proderet, clamans voce magna expiravit in cruce. Deinde alia ratione non corporaliter, sed mystice clamauit incarnata sapientia, quia Euangeliō vox non ad proximos tantum, id est, Iudeos: sed etiam ad longinquas gentes peruenit: clamoribus enim ad remotos aliquendos ut solemus. Hæc de priori versu. *O viri, ad vos clamito,* &c.

*Intelligite parvulus astutiam, Id est, serpentis cal-  
liditatem, ut supra docuimus. Id vero à Christo  
Dominum dictum quis inficietur, tunc scilicet,  
cum Apostolos affatus ait, Estante prudentes sicut  
serpentes, & simplices sicut columbe; De cuius sen-  
tentiae germana intelligentia plura diximus in eo  
loco, c. i. vers. 4.*

*VI. Audite, quia de rebus magnis loquutura sum: Et  
aperientur labia mea, & recta prædicent.*

**A**udite, quia de rebus magnis loquuntura sum.  
Hebrei. Audite, quoniam nobilia loquar.  
Chaldeus, Princeps digna. Tigurina, præcipua quæ-  
dam. Septuaginta. Exauditeme, præclara enim di-  
cam. Symmachus, Ducalia, sicut conuertere vo-  
cem ipsorum. Caietanus. Audite, quia extractio-  
nes loquor. Quibus lectionibus exhauserunt totam  
viam vocis originalis.

*Et aperientur labia mea, ut recta predicent. Hebraicè: Et apertio labiorum meorum rectitudines. Septuaginta: Et proferam labiis recta. Chald. Et eloquium oris mei rectum. Antiquis codicibus irreperatur mendum hoc, Et aperientur labia vestra, recta predicent. Quam lectionem interpretatus est Lyra, sed Beda etiam olim legit, labia mea.*

Sapientia, quam hic loquentem inducit Salomon, ut auditorem reddat attentum, magnitudinem eorum, quæ dicere aggreditur, obiicit. *Audite* ( inquit ) *quia de rebus magnis loquutura sum.* Et sane cum prius compellasset proceres, & magnates ( ut supra obseruauit ) ne forte his, qui magna semper meditari solent, sua præcepta vilescerent, merito addidit sibi de magnis rebus futurū esse sermonem. Magna verò dicuntur ( ut author est Lyra ) *quia diuina, & de diuinis.* Rodolphus, *quia utilia & magnopere proficia.* Iansenius, *quia moralia:* id est, ad mores informandos attinentia. Nec disipli-  
car cori*citate* Iansenii, *quia Aristoteles librum*

cet connectur Tantum, quia Aristoteles librum suum, in quo ad mores spectantia tradit, magna moralia inscripsit. Rationem verò illius inscriptio- nis germanam puto esse, quia cum Aristoteles prius Politica, deinde Oeconomica inscripsisset, (de publica videlicet, & domestica administratio- ne) his subiicit librum de moribus, quem propte- rea magna moralia appellauit, quod tamen Politiciæ, quam Oeconomicæ vniuersalia principia coeter- ceret, quæ cum his collata parvorum moralium nomen ferunt. Ergo cum sapientia præmisserit se affari non solum principes, ad quos spectat politi- ca administratio, sed priuatorum etiam hominum vulgus, quibus congruit oeconomicæ (vt iam inde supra docui) aptè subdit se de rebus magnis habitu- ram orationem, cum de his agat, quæ morum in vniuersum informandorum præcepta continent, tam principibus, quam priuatissimæ necessaria. Nam liber iste Proceriorum, in quo sapientia induci- tur loquens, omnes mores instituendi rationes ab- solutissimè tradit, tam quæ pertineant ad Politicam, quam quæ ad Oeconomicam. Adde præterea qui- busdam placuisse magna moralia hec ab Aristotele dicta propter excellentiam doctrinæ, quia videli- cet præstantissima dogmata, & dignitates totius Philosophiae moralis continent. Et sane ob hanc vnam causam librum istum Misle Hebraicè Sale- monē inscripsisse supra docuimus c. i. vers. i, à ver- bo **לְשׁוֹן** *Mafal* quod est imperare, aut dominari. Significat autem dogmata præstantissima, seu di- gnitates ad mores informandos pertinentes.

*Et aperientur labia mea, ut recta praedicent. Explicat, qua sint magna isthae, de quibus orationem habitura est, scilicet recta, id est, ea quae ad honestatem, & rectitudinem morum spectant. Verba originalia emphasi non carent, & apertio labiorum meorum rectitudines. Id est, quidquid aperto ore efflauero, rectitudo erit, nempe recti, honestique regula, & norma.*

De Christo.

233

Quadrant etiam ista verba in sapientiam incat-  
natam ( iuxta Bedam , Rodolphum Hugonem ,  
& Interlinealem , quæ verè de rebus magnis elo-  
quuta est . Euangelium enim nobis denuntiauit ,  
quod cum lege , ac veteri testamento collatum ve-  
re magnū appellari debet . Lex enim minima quæ-  
dam edocebat , ritus scilicet plures , nec magni mo-  
menti ceremonias , atque adeo nō magnos efficie-  
bat : at Euangelij dogmata nihil paruum cohibet ,  
omnes illius sententię graues sunt , & excelsę Hinc  
est , vt ab initio Euangelij cōperint sancti magni Augusti .

*Luce 1.  
n. 15.*

appellari, ut obseruauit Augustinus ad illa verba A  
Gabrielis de Ioanne Baptista pronunciata. Erit enim magnus coram Domino. *Lucæ 1.* Nullus enim veterum Patrum magnus appellari meruit, adeò ut Abrahamus, qui prius Abraham, id est, pater excelsus, seu magnus dicebatur, nomen illud depone re iussus sit, (ut obseruat ibidem Augustinus) ne quis ante Euangelium magni nomen ferret. Rursus idem Augustinus in libr. 83. Quæstionum, question. 53, duō testamentā duabus hominum etatibus accommodat: vetus autem testamentum pueritiae dat, quæ quibusdam quasi ludicris ritibus & cæremonijs destinari debuit: Euangelium vero virili, & robustæ etati accommodat. Ob eam causam omnia grauia, & magna, nihil paruum, aut leue in illo docuit, atque prescrispsit, qualia tam etatem decere indicauit. Quod dilucide tradidit Paulus de legeloquens, & Euangelio, primæ ad Corinth. c. 13. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum vir, euacuavi, quæ erant parvuli. Et ad Galat. 4. Et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At ubi venit plenitudo temporis, &c. Merito ergo sapientia incarnata de rebus magnis se eloquutur am prædicat, hoc est, de Euangelio in quod reliqua lectiones suprascriptæ accommodatè cadunt.

*August.*

Septuaginta enim habent, Exaudite me, præclara enim dicam. Sane dogmata Euangelica non tantum ob excellentiam præclara dicuntur: sed etiam ob luculentissimam claritatem. Nam cum lex umbra esset futuorum, umbra conditionem, & naturam in duebat, quæ lucis carentia perficitur. Ita luce quodammodo priuata obscurior erat, & tenebrosior. Vnde optime Augustinus de Civitate Dei lib. 18. c. 1. Ante noui testamenti revelationem Civitas Dei non in lumine, sed umbra cucurrit. Successit legi Euangelium, cuius lux umbram omnem fugavit: testamenti enim noui dogmata non solum ex se præclara, & perspicua sunt, sed etiam veteri testamento lucem attulerunt. Augustinus de catechizandis studiis c. 4. In veteri testamento (inquit) est occultatio noui, tanquam in umbra: in novo vero testamento est manifestatio veteris.

Chaldaeus habet Principi digna. Symmach. *Ducalia*, Id est, supremo Principi, aut Duci congruentes sententias. Vide, quæ supra diximus c. 1. vers. 1. exponentes quomodo Christus Dominus tanquam potestatem habeas loqui diceretur, & non sicut scriba.

Caietanus habet. Extractiones loquar. Sed tam illius lectio, quam interpretatio displicet.

### De Virgine.

Hæc, atque superiora verba nullus interpretum Virginis dat, præter solam Ecclesiam in festo Nativitatis. Ceterum illi tribuere possumus hoc sensu. Quia cum semel verba fecit, de magnis primum loquuta est. Sic enim incipit. *Magnificat anima mea Dominum*, & infra: *Quia fecit mihi magna, qui potens est*. Rursus in eo cantico proceres tantum, atque humiles afficiuntur. Sic enim addit. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui*. *Depositus potentes de sede, & exaltavit humiles*. *Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes*, &c. Merito ergo Virginem inducimus sic dicentem. *O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum*. Id est, o vos proceres, atque humiles (omnes enim compello) audite, quia de rebus magnis loquutur a sum, &c.

VII. Veritatem meditabitur guttur meum: & labia mea detestabuntur inpium.

VIII. Recti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neque peruersum.

**V** Eritatè meditabitur guttur meum. Hebraicè, Veritatem loquetur palatum meum. Verbum originale significat loqui, & meditari, vel potius meditata, & mente versata eloqui. Septuaginta concinunt cum nostra.

**B** Et labia mea detestabuntur inpium. Hebr. Et abominationis labiorum meorum inpietas. Chald. Et labia mea abominabuntur inpietatem. Septuaginta longe aliter, Et abominationis coram me labia mendacia.

Recti sunt omnes sermones mei Hebraicè, In rectitudine sunt omnes sermones mei. Septuaginta. Cum in iustitia omnia verba oris mei.

Nihil in eis prauum, atque peruersum. Hebraicè, obliquum. Septuaginta, tortuosum. Scholast. circumplacatum, & peruersum.

Sententia horum verborum admodum perspicua est. Veritatem meditabitur guttur meum, Id est, meditata, & sedulo animo agitata veritatè proficeret. Hic modus loquendi scripturis familiaris est,

**C** Psal. 36. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua Psalm. 36. eius loquetur iudicium. Id est, ex premeditatione dicitur num. 30. non ex improviso. D. Augustinus in eum Psalmum August. docet eo modo dicendi significari prædulcē quandam suauissimæ rei repetitionem. Meditabitur sci-licet guttur meum. Id est, iterata repetitione gustabit, ac regustabit eandem veritatem. Accedit, quod in Hebreo est palatum meum, ut i gustus resideret.

**D** Et labia mea detestabuntur inpium. Id est mihi detestabilem, & iniustum esse monstrabunt. Vel aliter, Detestabuntur inpium, illum scilicet sepius maledictis proscindent, conuictis obtulerint, quibus sane totus liber iste scatet. Sed haud displicet illorum exppositio, qui verba ista dicta volūt per Isteron protoron. Id est, Inpius detestabitur labia mea, per commutationē sententię, quæ figura aliæ solemnis est in hoc libro, ut non semel obseruauimus. Hæc interpretatione superioribus verbis optimè assilitur, ita enim eueniire solet, ut inpiis labia veritatè liberius pronunciatio detestabilia sint. Veritas quippe odiū patere solet, non certe apud probos, & iustos homines, sed apud improbos. Rationem obtulit August. lib. 10. Confess. c. 23. Cur autem (inquit) veritas odium parit, nisi quia sic amat veritas, ut quicunque alii amant, hoc quodammodo velint esse veritatem: & quia falli nolunt, nolunt conuinci, quod falsi sint? Itaque propter eam rem, quam pro veritate amant, oderunt ipsam veritatem: amant eam lucentem, oderunt eam redarguentem: amant eam, cum se ipsa indicat; oderunt eam, cum ipsis indicat. Inde vero retribuet ei, ut qui se ab ea manifestari nolunt, & eos nolentes manifestet, & illis ipsa non sit manifesta. Sic animus humanus, sic cecus, ac turpis latere vult. Sed contra illi redditur, ut ipsa non lateat veritatem, ipsum vero veritas lateat. Hæc ille. Ceterum difficile est quomodo odium veritatis partus dicatur. Mallem ego abortum appellari, vel abortuum filium, veritatis enim naturalis & genuinus filius amor est, hæc enim sui amorem excitare solet. Itaque cum matrè & opportunè parit, amorem parit: si tamen incidit in animum prauum, & sceleratum, vrgetur, calcatur, & percellitur: atque adeo pro amore infælici abortu odium enititur.

Septuaginta alid deriuauerunt sententiam istam: habent enim, Et abominata coram me labia menda-

cia. Hæc vero pars alteri agglutinata reddit talem A sensum, Veritatem meditabitur guttur meum. Id est, veritatem serio meditataam, & præconceptam dicam, à qua nec latum vnguem aberrabo. Quia labiam mendacia abominata eoram me, id est, omnes hi, qui mendacia eloquuntur, iniuii admodum, & detestabiles mihi sunt. Quasi dicat, non potest non vera profari, quæ tam acri, & immiti odio prosequitur mendacium. Quomodo enim id amplectatur, quod oderit? Vel potius quomodo non insectetur, quod usque adeo detestatur?

*Rectori sunt omnes sermones mei.* Et non est in eis prænum quid, atque peruersum. Interpretes fere sic exponunt: omnia eloquia mea de rebus iustis, atque rectis agunt, nihilque tradunt peruersum, id est, inustum, & contrabonos mores. Sic Caietanus, Hugo, Iansenius, Rodolphus. Ceterum aliū hisce verbis sensum subesse credo. Nam cum sapientia falsi nihil se prolaturam premisserit, addit nunc nihil etiam simulatè, aut veteratoriè pronuntiaturam. *Rectori sunt (inquit) sermones mei,* id est, directi, nihil habentes obliqui, & tortuosi, nihil enim per simulationem, & dolorem dicam, sed omnia sincere, & candide pronuntiabo: simulatores namque verbis vtuntur indirectis, obliquis, & tortuosis, seu conduplicatis, vt habeat scholastica lectio supra adscripta. Et quidem accommodatè, postquam sapientia veritatem assertit suam, simulationem repudiauit. Veritas enim omnem pellit simulationem, & dolos. Sicut enim veritati displicet fucus cum mendacium veri speciem, & colorem induit: sic etiam integrum est illi, cum ipsam supra ingenitam sibi speciem, & vultum, ascitis aliunde pigmentis, & coloribus imbuitur, hoc enim est simulationis proprium. Quapropter optimè ille quisquis dixit. Veritatem semetipsam prius, deinde mendacium perlucida aqua quotidie ablueret, nimirum ut deterget fucum, quo mendacium illius vultum imitatur: & pigmenta, quibus simulatio ipsam etiam veritatem colorare consuevit.

#### De Christo Domino.

Quam facile hæc sententia Christo Domino accommodetur, breuiter accipe. *Veritatem meditabitur guttur meum,* id est, præuisa, & præmeditata loquetur, præuisa, inquam, non à longo aliquo tempore interhallo, sed ab æterno. Omnia enim verba, quæ in tempore pronunciauit Dei Verbum caro factum, ab æterno præparauit, & expediuit. *Et labia mea detestabuntur impium.* O quoties Christus Dominus in sceleratos, & improbos homines oratione sua inuestitus est! Quod si illi figura locum facias, E quæ verba, sententiamque commutat (vt sensus sit) *Impius detestabitur labia mea,* exploratum est impios omnes Pharisæos, & Scribas Christi labia veritatem liberius illis prædicantia detestatos fuisse. Ad hæc in verbis illius non modo veritas summa inerat, sed etiā omnis ab illis aberat dolus, & simulatione, iuxta illud, 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit, nec inuenit dolus in ore eius: atque adeò apte in illū quadrat illud. *Rectori sunt omnes sermones mei,* &c.

#### IX. Rectori sunt intelligentibus: & equi invenientibus scientiam.

31 *Rectori sunt intelligentibus.* Hebr. *Vniuersa ipsa recta intelligentia.* Septuaginta. *Omnia presentia intelligentibus.* Scholast. facilia. Alij, evidentia. Pro commentario est lectio Chaldaica, quæ sic habet, *Omnes vero (supple sermones mei) manifesti sunt viro intelligenti, & comperteti, qui expertis scientiam.*

Ergo sapientia, quæ hactenus beneuolos, & attentos reddiderat auditores, iam nunc dociles eosdem præstat proponens illis facilitatem, qua illa, quæ dictura est, capere possunt. *Rectori sunt intelligentibus, &c. & equi.* Profecto hæc nomina rectum, & æquum pro plano, & faciliter accepit merito Chaldæus: nam vox originalis ea, quæ plana sunt, & equabilia, sonat: planum vero cum ad intellectum refertur, id est, quod clarum, & perspicuum. Ita que sic interpretor: *Rectori sunt intelligentibus,* id est, modice periti, & docti viri nihil in meis sermonibus obliqui inuenient, quod eos anticipes, & dubios reddat, sed omnia directa plana, atque facilia: & *equi invenientibus scientiam,* id est, plani sunt his, qui scientiae non nihil nasci sunt. Septuaginta satis emphaticè dixerunt: *Omnia presentia sunt intelligentibus,* id est, quæcumque dixerit, tanta cum claritate pronunciabo, vt quodammodo ipsi auditori (sitamen modicum quid sapiat) presentia reddam, adeò vt coram illo geri, & peragi res videantur.

#### De Christo Domino.

Hæc sentiam ad Christum aseita optime cadunt, 32 cuius verba intelligentibus viris, his nimis, quorum mentes suo lumine collustrat Deus, per quam plana, & facilia erant, reliquis vero humana sapientibus arcana, & obscura iuxta illud. Confiteor tibi pater Domine cæli, & terra, quia abscondisti hac à sapientibus, & prudenibus, & renelastica parvulis. Matthæi 11. n. 25. Et sane cum his ita clare, & Matth. 11. perspicuè egit Christus, vt ea, quæ diceret, oratio- 32. nis sua dilucida vi presentia quodammodo illis faceret, & ob oculos poneret. Parabolæ enim quibus res diuinas tegebant alijs, easdem discipulorum, & Apostolorum aspectui veluti subjiciebat, quasi in presentia gererentur.

#### X. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam, & doctrinam magis, quam aurum eligite.

#### XI. Melior est enim sapientia cunctis opibus: & omne desiderabile non potest ei comparari.

33. *Accipite disciplinam meam, & non pecuniam Hebræi, & non argentum.* Concinunt Septuaginta. Sic respondent hæc verba posterioribus. *Et doctrinam magis, quam aurum eligite.* Hebr. & scientiam præ auro eleto. Septuag. & scientiam super aurum probatum. Chaldæus, conflatum. Veteri codices habebant, *Magis, quam thesaurū eligite.*

*Melior est enim sapientia cunctis opibus.* Hebr. *Quia bona sapientia præmargaritis, & omnes voluntates, seu desideria non æquabuntur ei.* Septuag. *Melior est enim sapientia lapidibus pretiosis, omne autem pretiosum non est illa dignum.* Symmach. legit, *Melior est enim sapientia intimis.*

Postquam sapientia attentum, beneuolum, docilemque auditorem reddit, suorum dogmatum utilitatem, pretiumque astringit, vt eorum studium, & amorem immittat. *Accipite (inquit) disciplinam meam, & non pecuniam,* id est, studete sapientię parandæ, non pecunijs. His verbis significasse videtur, hæc studia inter se pugnare, scilicet honestatis, diuinarumque parandarum soleritiam: tum quia virtusque integrum sibi hominem vendicat: (vnde Christus apud Matth. cap. 6. *Nein potest Matth. 6. dominus seruire, Deo scilicet, & Mammona.*) n. 24. Tū etiā quia virtus, honestasque diuinarum opū

que contemptum suadet: & rufus è contra dicitia-  
rum studium honestatis despiciunt. Eapropter  
sapientia: *Accipite, inquit, disciplinam meam, &*  
*non pecuniam.* Quasi dicat, illam si accipere, &  
complecti libet, hanc negligere necesse est. Sic  
locus iste hec tur cum antecedentibus: singula  
tamen eius verba copiosissimè recensuimus sup.  
cap. 3. vers. 14. & vers. 15. atque adèd frusta hic  
plura.

XII. *Ego sapientia habito in consilio: & eruditis  
intersum cogitationibus.*

**E**go sapientia habito in consilio, &c. Hebraicè,  
Ego sapientia habitui in astutia, & scire co-  
gitationum inueniam. Septuaginta, Ego sapien-  
tia habitui consilium, & scientiam, & cogitationem  
ego inveniam. Symmachus, habitui astutiam. Theo-  
dotion, & cogitationem inueniam. Antiqui codices  
habebant, *habito in consilio.*

Cum mens sapientiae, quæ per prosopopiam  
hī cloquens inducitur, ea sit, ut ad se perquiren-  
dam studia hominum excitet, iam nunc notas sui  
quasdam tradere incipit, per quas illam vestigare  
oporteat. Prins ergo agit de loco, quem incolit. E-  
go, inquit, *habito in consilio.* Rodolphus, & Ianse-  
nius putant hisce verbis significari sapientiae vim,  
& potestatem, quæ talis est, ut vbi cumque recta, &  
fana inveniuntur consilia de rebus agendis, ibi ipsa  
non modo præsens sit, sed etiam præses, utpote  
quæ omnis prudentia, atque astutiae partes optime  
calleat.

Non displicet: tamen Caietani interpretatio per-  
placet, qui ad hunc modum exponit, *Ego sapientia  
habito in consilio,* id est, si locum nosse vultis, quem  
in colo, profecto habitaculum, ac sedes mea in con-  
silio est, in mente nimirum, & intellectu, qui arx est,  
& regia in homine domus. Intellectus enim inter  
aliquas hominis vires, ac potentias est facile prin-  
ceps. Quasi dicat, ex eo licebit præstantia sapientie  
aucupari, quod præstantissimam hominis partem  
iure domicili tenet. Merito autem pro intellectu,  
& mente, est in originibus vox illa ḡarmach, quæ  
vti iam supra obseruauit c. i. vers. 4. astutiam, &  
calliditatem sonat, eam præsertim, qua serpēs præ-  
ditus est. Sic enim notatur his potissimum in men-  
tibus habitare sapientiam, in quibus astus, & pru-  
dentia viget: vel potius eam esse illius vim, ut sta-  
tim atque mentem incenderit, eandem prudentia,  
& astutia quadam insigni donet, quæ astum prudē-  
tiæ que serpentis facile superet. De qua prudentia  
multa ibidem diximus. Subdit;

*Et eruditis intersum cogitationibus.* Caietanus se-  
quitur letionem originalem, & cogitationum scire  
inueniam, existimatque significari finem, propter  
quem in mente sapientia sedem fixit, nimirum ad  
singula cognoscenda, ut inde tanquam speculatrix  
in res singulares intendat, ex quibus has eligat, illas  
respuat. Noster tamen interpres usus est eo verbo  
intersum sciens & prudens, totaque nostra lectio  
hunc ad sensum pertinet. *Et eruditis intersum cogita-  
tionibus,* id est, quæcumque bona prudensque  
cogitatio ex mente fluit, à me authore fluit, à me  
imperatur, atque mandatur, velut à principe in  
Regia presidente sua. Verbum enim intersum, in-  
terdum significat imperium. Seneca de pruden-  
tia: *Cum præesse nobis Deum, & interesse probare nus.*  
Horatius, *Letus intersis populo.* Mitto alia. Itaque  
ait, & eruditis intersum cogitationibus, id est, bo-  
nasquaque, & pias, & prudentes cogitati ones  
impero.

Tom. I.

Seneca.  
Horatius.

De Christo Domino.

Beda cum legisset, *Ego sapientia habito in consi-  
lio,* de Christo intelligit, qui de semetipso agens di-  
xit Matthæi 18. *Vbi duo, vel tres congregati fuerint  
in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Rodolphus  
vtrinque partem de eodem exponit, quatenus  
omnium hominum cogitationes, & animi arcana  
nouerat, ut sapiens Euangelia testantur. Perinde  
enim hec illi cognita, & explorata erunt, ac si in  
singulorum mentibus habitaret, & omnibus illo-  
rum cogitationibus præsens adesset.

De Virgine:

Hæc item verba Deiparae Virginis præter Eccle-  
siam accommodavit Ioannes Gerson iuxta lectio-  
nem, *Ego habito in consilio,* quod perinde est, ac si  
dicat: Ego præsideo cōcilijs, ac congregationibus.  
Et quidem innumeræ congregations, & concilia  
hominum piorum Virginis Mariæ consecrata, &  
nuncupata sunt, in quibus ipsa patrocinio suo pre-  
sidet. Memoria succedit illud, quod supra adscri-  
psimus, in Hebreo pro consilio, aut concilio, esse vo-  
cem illam Gharmac, quæ serpentis astum sonat.  
Ideo Symmachus legit, ego habito astutiam, vel in  
astutia, id est, inter astutos. Quod cōspectare dixe-  
rim, ut significetur, eos omnes, qui sibi Virginis ex  
animo deuouerunt, ac præsertim illos, qui cœtus, &  
conuentus illi consecratos frequentat, serpētis astu,  
& prudentia, eadem Virgine authore, pollere. Nā  
ex Patribus alijs serpentis astum, quem Christus  
Dominus tunc imitandum proposuit, cum dixit  
Matthæi decimo. *Estote prudētes sicut serpentes,* ad  
naturalē calliditatem referunt, qua illud animal  
prædictum est. Itaque nonnulli in cauendis iestibus  
collocant, quaterius serpens caudæ obiectu caput  
tuetur, ac defendit. Sic Augustinus in Psalmum  
quinquagesimum septimum Epiphanius hæresi  
77. Chrysoft, in Matth. c. 10. Vel quatenus alteram  
aurem cauda opprimit, alteram terræ adigit, ne  
voce exaudiat incantantium, ut tradit etiam Au-  
gust. in Psal. 57. Vel quatenus aquas salubres petet  
non prius haurit, quam venenum expuerit, ne po-  
tus noceat, ut docet Epiphanius hæresi 37. Denique  
Beda in Matthæum c. 21. Basilius oratione 7. & Au-  
gust. in Psalmum 57. de illo astu interpretatur ver-  
ba Matthæi, cum arctum aliquid foramen subin-  
trans tunicam veterem exuit, atque innouatur.  
Ceterum alij etiam ex Patribus, nimirum Hilarius  
in eum locum, & Basilius in regulis brevioribus  
Interrogatione 245. non de natali serpentis calli-  
ditate exponunt, sed de ea, quæ ex Diaboli com-  
mercio illi accidit, tunc scilicet cum ad debellandam  
viti mentem fœminam prius tentare aggressus  
est. *Huius* (inquit Hilarius) *serpentis prudentiam  
malignantis consilij ordine Genesis docuit: primum  
enim animum sexus mollioris aggressus est, &c.* Hæc  
sane omnia astutiae, & prudentiæ documenta, qui-  
bus serpens præditus est, in sodalibus Congrega-  
tionum, quæ Virginis commissæ sunt, in his maxi-  
mè, quas nostra societas pie souet, ac regit: facile  
discipere licet.

Nam primo n̄ aligni illius serpentis astum imita-  
ti mulierem illam inter staminas omnes benedi-  
ctam sibi conciliare student prius, ut per ipsam vi-  
rum, Christum scilicet sibi arctius deuinciant, at-  
que illius gratiam ineant. Secundo de serpente vi-  
ras ante potionem expuere sic Epiphanius. *Quando,* Epiphanius,  
inquit, *serpens è latibulo procedit ad aqua, ut bibat,  
nō secū affert venenum, sed in latibulo relinquit, & sic*

V iii

Theophil. progresus, potum aquarum sumit: si nos cum ad Ecclesiam, ad preces, & ad mysteria (id est, ad sumendam Eucharistiam) venerimus, malitiam nobiscum non feramus. Nonne astum istum imitantur sodales,

qui illud in primis sua interesse credunt, ut ad Eucharistiam singulis mensibus, aut cibriosus deuotè, & dignè sumendam, venenum per confessionem peccatorum expuentes se se comparent? Tertio de serpente arctum foramen subintrante, ut senectam deponat, sic Theophilactus. Sicut serpens per angustam cauernam transiens veterem pellem exposuit: ita & nos per angustum viam incedamus, ut veterem hominem exuanus. Calliditatem quoque ista imitantur sodales Virginis, qui statim atque Virginis sese in sodalito mancipant, per arctam mandatorum ingressi viam, & veteres mores tanquam annosam pellem exuentes nouam & recentem vitam omnibus gratulantibus ordiri consueuerunt, quā, omnium peccatorum generali confessione praemissa, aggrediuntur. Quarto de serpente caudæ obiectu caput craniumque ab ictibus tuente, sic Augustinus vbi supra. Quid est, asturi sicut serpentes offer omnia membra & res tuas percutienti, dummodo caput serues integrum, id est Christum. Hanc astutiam imitatione simulant Deiparae sodales,

qui non secus, ut aduersus peccatorum ieiūs caput contegant, id est Christum, cui per gratiam tanquam membra capit suu unita, & coagmentata sunt, temporalia omnia, (quæ postremo, & ultimo loco ponunt) discrimini obiiciunt. Quid obseruare licet in mercatoribus, atque aliis, qui ex quo virginis sese in sodalito isto addicunt, libentius suarum rerum iacturam patiuntur, quam ut contractum aliquem contra ius, fasque celebrati velint, & sic de aliis. Quinto de serpente aduersus incantationes aures obturante sic Augustinus. An forte querimus aliquid in eo, quod aicitur aspis ita aures claudere, ut unam earum in terram premat, alteram cauda oppilet, &c. Hic profecto astus sodalibus non parum familiaris est, inter quos illud speciali sodaliti sui lege cautum, ne comediiis interfint, ne liberos impudicos legant: sed aduersus hęc, quibus diabolus, Marti ad instar, piorum hominum animos incantare solet, tellure, caudaque, id est, nouissimorum recordatione aures opprimant. Ex his constat eos, quise Virgini ex animo addixerunt, serpentis astutia ab eadem Virgine insigniri.

Si vero causam huius rei quæras, in promptu est, quia Deipara antiquum serpente contrito capite astu suo, & calliditate spoliauit. Scriptura enim ait Genesis 3. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Vide commutationem terum. Serpentis astutia in eo maximè sita esse dicitur, quod caudam extremam vulnus exponit, caput vero tuerit. Hac virtus à Virgine Maria serpentem spoliatum constat, caput enim seruare iam, ac tueri nescientis, cranium ipsa contudit, atque obtruit. Ac rursus astum illum Virgo ipsa aduersus serpentem sibi usurpavit, extremam scilicet sui partem, id est, calcaneum tantum illi exponens, caputque ab omni illius iniuria vendicans, ait enim, & tu insidiaberis calcaneo eius. Hanc igitur astutiam, qua Virgo serpentem orbavit, atque sibi ipsi conscientis, his sanè, quise illi ex animo, & mente deuoverunt, libenter impertit: atque adeo iure optimo habitare dicitur in astutia, id est, inter astutos, quibus ipsa astutiam impedit.

Quod si legas, ego habito in consilio, &c. Id est in mente, & superiori hominis parte, haud ineptè id Virgini accommodare licebit, quæ si quem sui studiorum nanciscitur, in illius mente, animoque per studium, atque deuotionem habitare merito dici-

A tar, quia illam semper cogitat. Vbi vero animum, & rationem incōlit, statim illud addere potest, & eruditis intersum cogitationibus, id est, præsum. Virgo enim eorum, quorum animos tenet, cogitationes moderatur. Nam primo, illud doctissimum virorum experimento compertum est maximas scientiarum difficultates, & nodos inuocata. Deipara superari, ob quam unam causam merito eruditis cogitationibus præesse dicitur: adē ut pro falsa illa scientiarum præside Minerva à doctis omnibus calendam, & appellandam doceat Isidorus. Secundo explorata quoque res est, animos turpius cogitationum inquieto motu perturbatos sola Mariæ recordatione sedari, inque pias & utiles meditationes traduci. Tertio sanctas illas, & congruas cogitationes, quibus ad pie, sancte que viendum ex Dei gratia permouemur, ipsa moderatur, atque suis precibus in nobis impetrat. Sic accipio verbum illud, intersum, id est, me intercedente dominantur. Merito ergo Deipara eorum, quorum animos per studium, atque deuotionem tenuit, cogitationibus interesse, inīd præesse dicitur, illaque ex arbitrio moderari.

C XIII. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor.

D T I M O R Domini odit malum, &c. Hebr. &c. peruersitatum. Caiet. & Rodolph. legunt, Timor Domini odio habere malum: superbiam, & viam mali, & os versitarum detestor. Tigurina, Timor Domini odium mali est. Sept. concinunt cum nostra, Timor Domini odit iniustiam. Reliqua vero paulo aliter extulerunt: contumeliam, & superbiam, & vias malorum, odi autem ego peruersas vias malorum. Aquila, Symmachus, & Theod. Odi autem os peruersum.

E Cum Salomon in hoc loco attigerit timoris Dei naturam, ait enim, timor Domini odit malum, vel est odium mali, vel odio habere malum (huc enim omnia in idem recidunt) placet hīc breuius ex doctrina Patrum de illius conditione, & natura disceptare. Ergo timor Domini, mali seu malitia odium appellatur. Cum vero timor Domini duplex sit, decernere oportet, quinam maxime ex duobus odium mali esse dicatur. Itaque timor duplex est, alter est ingenuus, ac nobilis timor Dei: alter vero ignobilis, & conditionis abiectæ, quos aliter, atque aliter distinguunt sancti Pates. Illa vero familiarissima omnibus similitudo, quæ à seruo ducitur, & filio, de qua elegantissime Augustinus de verbis Domini sermone 18. Chrysostomus ex variis in Matthæum locis homil. 16. Salonius Viennensis Episcopus in mystica expositione Parabolaram non longe ab initio. Et quidem liber hic adscribere rationem, qua Chrysostomus probat, filiale timorem, vel potius amorem, hominis naturæ magis esse consentaneum, quam seruilem. Nam si conceperimus (inquit) ab initio creati hominis causam, intelligemus quia nimis Deus se magis patrē esse voluit hominum, quam dominum. Non enim dixit tantummodo: Faciamus hominem, sed faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Similari autem conuenit filijs ad patres suos, non autem seruis ad dominos suos. Secundo Ditus Gregorius Magnus libro trigesimo quarto Moralium cap. 17. duos timores similitudine sponstæ, atque ancillæ eleganter discernit. Sic, inquit, homo factus est per naturam, ut conditorem suum caste timere debuisse, timore videficeret soberzo, non autem eo, quem

44

August.  
Chrysost.  
Salonius.

45  
Chrysost.

F intelligemus quia nimis Deus se magis patrē esse voluit hominum, quam dominum. Non enim dixit tantummodo: Faciamus hominem, sed faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Similari autem conuenit filijs ad patres suos, non autem seruis ad dominos suos. Secundo Ditus Gregorius Magnus libro trigesimo quarto Moralium cap. 17. duos timores similitudine sponstæ, atque ancillæ eleganter discernit. Sic, inquit, homo factus est per naturam, ut conditorem suum caste timere debuisse, timore videficeret soberzo, non autem eo, quem

August.

Auguſt.

Genes. 3. n<sup>o</sup> 15.

42

charitas foras mittit. Alter enim timet coniugem A uxor amans, aliter dominum ancilla peccans. Ad id spectant etiam verba Augustini in Psalmum decimum octauum ad illa verba, *Timor Domini castus permanens in seculum: (sic enim legit ille) Non sanctus gratis amans, non puniri timens ab eo, quem tremet, sed separari ab eo, quem diligit, hic est Timor castus.* Quibus verbis expressit ancillæ conditiones, quæ non gratis, sed ex mercede: non gratae, sed ex timore inseruit. Tertiè, idem Augustinus in Psalmū centesimū decimū octauū exemplo adulteræ, & castæ fidelisque sponsæ duos illos timores distinguit. statue (inquit) seruum tuum in timore tuo. Statuit itaque Deus eloquium suum in timore suo, his, quibus datur spiritum timoris sui: timoris inquam, non illius, de quo dicit Apostolus: Non enim accepisti spiritum servitutis iterum in timore: sed illius timoris, quem dicit Propheta spiritum timoris Dei, timoris virique casti, timoris, quo timetur offendere ille, qui amatur. Alter quippe timet adultera virum suum, aliter casta coniux: adultera ne veniat, casta ne deserat. Eadem ferme verba habet infra ad illa verba eiusdem Psalmi: Et à verbis tuis formidavit cor meum. Et in Psalmum centesimum vigesimum septimum sic asserit. Nec possumus explicare fortassis, nisi proposita aliqua similitudine. Pone aliquam feminam castam timentem virum: aliam pone adulteram, & ipsa timet virum: casta timet, ne discedat vir: adultera, ne veniat. Quid si ambo absentes sint? Illa timet, ne veniat, illa, ne tardet. Absens est quodammodo ille, cui despontis sumus, absens est qui nobis arrham dedit: interroget sibi sponsa, si casta est. Interroga conscientiam tuam, vis ut veniat, apud hunc vis ut tardet? Quarto Diuus Bernardus vini, atque aquæ similitudinibus duos illos inter timores quaatum intersit, eleganter expressit in sermone de Nuptiis in Cana, ubi postquam sex hydrias, cum totidem virtutibus composuit. Hęc, inquit, sunt sex hydriae posita in purificationem nostram, quæ vacue sunt, & plene vento, si pro inani gloria obseruantur: aqua repletur, si timore Dei impleatur, quoniam timor Domini fons vite. Aqua profecto timor Domini est, & si minus sapida, tamen optime refrigerans animam nullis desideriis astuante. Nec illud dissonat, quod aqua semper ima petit, & timor ad ima cogitationum deducit, & in inferioribus immoratur, locaque horrenda pauidamente lustrat: sed diuina virtute aqua mutatur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem, quando seruili E ri nori filiorum alter succedit timor. Ex his liquet, primo cum timorem Dei, quem castum, & filiale appellant, nihil differre à charitate, quin potius quendam esse cognatum charitati metum: nam qui Deum diligit, atque bonum illi vult, & placere eidem impense cupit, non potest non ea, quæ eidem dispiacent, odire, atque detestari. Ergo de hoc timore agens Salomon merito ait: *Timor Domini est odio habere malum, seu malitiam.*

Deinde constat præmissum timorem nobilem esse, atque ingenuum: est enim quidam filios Dei deceps metus, qui anima se astenet, ac concutit, quæ sponsæ Dei castæ, atque fideles sunt: non ancillas, nō adulteras: cui denique non degeneris aquæ conditione, sed generosi vini naturam generosam refert. Ergo sapientia, quæ notas, ex quibus ipsa dignosci possit, tradit, ubi locum, quem incusat, superiori versu descripsit, iam nunc alias subdit conditions, quibus insignitur. Timor (inquit) Domini odit malum, arrogantiam, superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. Supra quidem semel, & iterum dixerat: *Initium sapientie timor Domini: sapientiam nimitem ex timore sancto*

*Tom. i.*

A proficiendi, vel (ut ita dicam) progigni. Nunc igitur ait: *Timor Domini odit malum.* Quasi dicat, ego sapientia timore Dei casto, & sancto, quasi generoso quodam parente facta, & progenita sum: atque ab illo conditions, & mores traxi: ille omnem odio prosequitur malitiam, & ego pariter bona illius propago, & soboles, *Arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor.* Itaque his verbis sapientia illud celebrat, quod à timore sancto, tanquam à parente originem duxerit, de cuius nobilitate iam inde supra diximus nonnulla, & quod mores generosos traxerit, & ingenias propensiones ab illo hauserit.

Sed tamen de illis verbis, *Arrogantiam, & superbiam, &c.* non idem interpretum iudicium. Caetanus legit, *superbiam, & superbium, & viam mali, & os versutiarum detestor,* atque addit, *superbia, est malum cogitationis, via mali; malum operis, & os versutiarum, malum sermonis.* Itaque his verbis omnes mali perpetrandi rationes complexi est sapientia, atque illas immiti odio se prosequi affimat. Cum Caetano concinit Iansenius, & Hugo. At vero Rodolphus aliud ad sensum allicit. Nam priora illa verba, *Arrogantiam, & superbiam, & viam mali;* ad superiorum orationem referunt, hoc modo. *Timor Domini odit malum, arrogantiam, & superbiam, & viam malam.* Hęc inquam, omnia timor Dei odio habet. Ast ego os bilingue detestor, illud mihi ante omnia inuicuum, & ingratum est. Ceterum cum hęc expositio à vulgata translatione aliena sit, vel probanda est superior interpretatio, vel aliter verba expendenda sunt, ad hunc modum.

*Arrogantiam, & superbiam.* Præmisstat timorem Domini omne malum odisse: sed quia quedam mala sunt, quæ maximè pugnant cum timore Dei, ut se timoris huius germanam sobolem exhibeat sapientia, singularia mala enumerare volens, ea potissimum sibi intusa esse dicit, quibus timor Dei in primis aduersatur. Hęc autem sunt primò, *Superbia & arrogantia,* nihil enim est, quod magis superbiam de fastigio suo deponat, quam timor Dei, quam præ ceteris vitiis immiti odio prosequitur. Vnde Paulus ad Romanos II. superbit mederi *Ad Rom. vo'ens: Noli, inquit, altum sapere, sed time.* Secundo, & viam malam, quæ peccatum quodlibet in consuetudinem deductum mea quidem sententia sonat, malitia enim consuetudine trita via mala est. Hanc vero timor Dei acerbius odit, nam peccandi consuetudo ex Dei vetantis contemptu proficiuntur, & contemptum parit, iuxta illud nostri Salomonis infra capite 18. numero 3. *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Contemptum autem timor Dei pellit, quomodo enim illū, quem quis serio timet aspernari, aut contemptui ducere audeat. Tertio, *os bilingue,* detractionem scilicet vel adulatio nem: nam detractor, & adulator os bilingue getere dicuntur: uterque enim alter præsens, aliter absens eloquitur. Tam vero adulatorem, quam detractionem Dei timore vacare omnino, atque homines tantum verti ex eo evincuntur, quod his absentibus detrahente non vententur, etiamsi Deum, quem detractione offendit, sciunt, præsentem esse norint. Vnde Psalmo sexagesimo tertio, *Subito agitabunt, & non timebunt firmaverunt sibi sermonem nequam, &c.* quæ verba ad detractionem pertinent. Ex his constat timorem Dei os bilingue magnopere odisse. Accedit quod Diuus Ioannes Chrysostomus homilia vigesima sexta ad Populum Dei timorem inobsequentium, & contumacium equorum fratum esse dixit: Fratrem quidem equum latos spiritus, & contumaciam eques

V. iiiij

compestit: fræno à via mala flætit, fræno item os effrenatum constringit. Timor igitur Dei, qui frænum esse dicitur, superbi elationem coerget, à via mala prauæ consuetudinis auertit, & bilinguis detractoris cohieret, hæc enim sunt fræni lupati munera. Ergo sapientia illa sibi inuisa imprimis esse dicit, quæ timorem parentem suum maxime detestari, & acerbius odissenuerat. Ex hac nostra expositione lectioni Septuaginta lucem afferre facile est, atque adeo supersedendum duxi.

*De Virgine Deipara.*

Extrema illa verba, *Superbiam, arrogantiam & viam prauam, & os bilingue detestor*, multi Ecclesiæ vestigia prementes, Virgini tribuere ausi sunt, quos licet antiquitas non commendet, tamen non parum doctrina, & pietas probat. Quantum vero facra, & intemerata virgo superbiam, & elationem detestata fuerit, profundissima illius testatur humilitas, de qua pauca hic verba subscribere operæ premium duxi: *Superbiam, & arrogantiam*, illam detestari necesse erat, cui tantopere arrisit humilitas, cuius insinuanda nullam prætermisit occasionem. Primo, cum Matris Dei titulo decoraretur ab Angelo, ad ancillæ se se demisit conditionem dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*: *Lucæ 1.* Pende ineffabilem animi demissionem: nulla res pugnat magis cum conditio ne ancillati, quam dignitas materna. Nam (vt author est Aristot. in Ethicis) pater & mater etiam bello capti filiorum serui esse non possunt: ea enim est patriæ potestatis vis, vt omnem undecumque profectam penitus consumat seruitutem. Nec vero dominium cum seruitute ita pugnat, sicut patria illa potestas fieri enim potest, immo sèpe accidit, vt dominus fortunæ instabilis conuersione aliquando serui sui mancipium esse incipiat, non autem vt pater, aut mater filii sui serui sint. Mira igitur sanctissima Deipara humilitas, quæ ad matris dignitatem euecta ad eam conditionem per summam animi demissionem se se abiicit, quam maxime ipsa maternitas excludit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*.

Quod si huius humilitatis excelsam magnitudinem aliquo argumento metiri vis; memoria succedit illud, quod Christus Dominus eiusdem Virginis filius morti vicinus, cruci affixus, se se à Patre derelictum expostulans, eundem Patrem per Prophetam alloquitus ait, in Psalm. 85. *Respic in me, & miserere mei, da imperium tuum pueru tuo, & saluum fac filium ancilla tuae*. Quæ verba expendens Augustinus ad eum sensum retulit. *Saluum fac filium eius, quæ Gabriel Angelus respondit: Ecce ancilla Domini, &c.* Itaque Christus Dominus se ab æterno parente derelictum videns, vt rationem aliquam illi ob oculos ponet, qua permotus sibi iam morituro adesset atque eam sucecereret, cum multa alia commemorare posset (atque illud imprimis, se scilicet filium illius naturalem esse) cunctis silentio teat, illud tantum obiectit, quod sit filius eius, quæ ex summa animi sui demissione dixit: *Ecce ancilla Domini*. Et quidem subest huius rei non una ratio. Prima est: viderat Christus parentis sui extantem manum, vt iam iam sibi vitam adimeret in cruce, cum ergo memoria repeteret illa matris verba, quibus se ancillam professa est, extremam rem fuisse, qua permotus pater illi vitam donauerat. (Nam simul, atque à Virgine pronunciata sum, incarnatione perfecta est, sic enim tradit Bernardus: *Virginitate placuit, sed humilitate concepit.*) Consentaneum rationi esse duxit eadem

A verba illi tunc obijcere, vt quæ patrem ad vitam sibi primo donandam denique mouerant, eadem illum ad conseruandam, tuendamque permouerent. Secundo, cognovit Christus patris sui voluntatem eò ferri, vt filius se se passione humiliaret, atque demitteret. Totam enim Christi Domini passionem ad humilitatem retulit Paulus ad Philippen. 2. *Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, &c.* Ergo ne pater in ipso deprimento ulterius progrederetur, ait, *Saluum fac filium ancilla tuae*, quod perinde est, ac si diceret, saluum fac filium eius, quæ dixit: *Ecce ancilla Domini*, id est, vt voluntati æterni parentis, quæ me humiliari, & deprimi decreuit, satis fiat atque ego à morte vicina eripiar, illud obsecro, vt siquidem licet filii parentum officia veluti propria recensere, & illis propositis beneficia sibi postulare: illud humilitatis obsequium mihi proponere liceat, quod præstittit mater, cum dixit: *Ecce ancilla Domini*. Id enim solum, summi parentis voluntatem, quæ ipsum per mortem humiliare, ac deprimere decreuerat, explere posse existinuit, si humilitas matris, tanquam propria ipsi adscriberetur. Tertio obseruanda sunt illa verba, quæ præmisit: *Da imperium tuum pueru tuo quibus subiicit. Et saluum fac filium ancilla tuae*; non solum enim Christus matris humilitate proposita postulauit, vt à morte vicina eriperetur, sed etiam vt vniuersaliterum omnium imperio donaretur. Præmittere etiam necesse est Christo Domino animarum, & in vniuersum rerum omnium imperium iure hæreditario deberi, quia filius Dei naturalis erat. Deinde obseruandum est Bernardum Ildephonsum serm. 2. de Annunciatione, Ildephonsum sermone Damas. 2. d. Assumptione, & Damascenum de eodem fe sto, serm. 1. illud serio pronunciaisse, Deiparam Virginem ea humilitate, quam illis verbis, *Ecce ancilla Domini*, exhibuit, à Deo obtinuisse, vt Regina & imperatrix omnium rerum crearetur. Ex his autem liquet, Christum Dominum duplicit nomine rerum omnium imperium iure hæreditario petere potuisse, vel quia filius erat naturalis supremi Regis, scilicet Dei, vel quia filius erat Reginæ. Ergo, vt genitricem honestaret suam, prius illud nomen silentio premens, alterum usurpat dicens: *Da imperium tuum pueru tuo, & saluum fac filium ancilla tuae*, id est, vt imperium obtineam, illud obijcio, quod filius sim eius, quæ dixit, *Ecce ancilla Domini*, & tantæ humilitatis merito cœli, ac rerum omnium imperium adepta est: filius enim non tantum patris, sed etiam mattis hæreditatem aggreditur: sim igitur cœli, ac terræ supremus Rex, quia reginæ filius sim. Discamus ergo nos ab ipso Mariæ filio eius humilitatem iustis librate momentis, atque æstimare, quam tanti ipse fecit, vt patri ad exortandum vitam, & rerum omnium imperium, obijcere non dubitauerit. Discamus item vitam æternam, & cœlestè regnum nobis eodem nomine deprecari.

E *Quanto maior es,* (inquit Ecclesiast. cap. 3.) *hunc Ecclesiam te in omnibus, expletuit hoc præceptum optimæ Deipara.* Primo, quia quo maior fuit, eo amplius se depresso, ac deicet, ita ut se tantopere exaltari à Deo, vel ex eo tantum capite boni consuluerit, quod ea ratione maior se se deiendi occasio offerebatur. Sic interpretatur illa verba priora Virginis carminis nouus, sed locuples author: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutarimeo*, id est, propterea exsilit letabundus spiritus meus, qui meam animam magnificauit, atque exultauit. Sed cur tanti gaudij tantam exaltatio præbuit, statim ipsa cecinit: *Quia*

*Luce 1.  
n. 16.*

*Arist.*

*Psalm. 85.  
num. 16.*

*August.*

*Bernard.*

*respexit humilitatem ancille sua, id est, quia ad  
eam magnitudinem extollens me, obtulit mihi  
maiorem occasionem memet humiliandi, & dej-  
ciendi, quam cum ego captassem, & humilitatem  
illi insinuassem meam, eam ille respexit, atque pro-  
bavit. Itaque tantus erat in Virgine erga humilita-  
tem amor, ut ex eo se exaltari gauderet, quod exal-  
tatio sedes humilitatis futura erat. Quid ergo mi-  
rum, si per Salomonem dicat: *Arrogantiam, super-  
biām detestor?**

57 Sed rursus examinare libet , quomodo Virgo  
expleuerit illud præceptum: *Quantomaior es , hu-  
miliare in omnibus* , in omnibus scilicet , in quibus  
excellis. Tres omnino sunt eximiae Virginis præ-  
rogatiæ , quibus ipsa potissimum excellit , scilicet:  
*Quod Mater Dei , quod virgo simul virginum , quod  
Regina cœli , & terræ fuit , in his autem omnibus ,*  
quibus tantopere super alios creuerat , mirum in  
modum se demisit , atque ad illa , quæ cum his tri-  
bus maximè pugnant , per humilitatem se deiecit.  
De matris dignitate supra diximus , ad illam enim  
euecta ad maximè repugnantem ancillæ condicio-  
nem se depositit. De Virginitate , quam tanto in  
pretio habuit , vt matris Dei sublimem dignitatem  
non prius acceptaret , quam ipsam sartam , teatam  
que futuram ab Angelo didicerat , tunc humilita-  
tem deprompsit suam , cum pura , & inuiolata vir-  
go aliarum ritu fœminarum , purificationis legem  
seruauit. Quid enim magis virginitati aduersum ,  
quam purificatio , qua cum vtebatur , se corrupte-  
la omnis expertem non fuisse Maria profiterivi-  
debat?

58  
Bernar.

Qnanta verò fuerit isthæ humilitas , quodam  
facili arguento ostendi potest.. Diuus sane Ber-  
nardus humilitatem, quam virgo in purificatione  
exercuit, cum ea contulit , quam Christus in Cir-  
cuncisione , quæ peccatorum vnica nota erat, de-  
clarauit. Bernardus igitur in sermone de Christi  
Circuncisione , sic de eiusdem humilitate scribit.  
*Si quo modo Deus posset non agnoscerre filium , in quo  
ei bene complacuit, ex hoc signo maxime poterat igno-  
rare eū. Itaque si ignoratio alicuius rei, vel defectus  
cognitionis posset in Deum cadere, inquit Bernardus,  
vtique filium suum Deus non cognosceret,  
imò ignoraret, tunc cum illum more aliorum infâ-  
tum circuncidi vidit. Pari ergo ratione de Maria  
purificationis tempus explente dicere licet: Si fieri  
posset, vt tota Trinitas ignoraret aliquid, vel non  
agnosceret, sanè Trinitas Mariam tunc minimè  
agnosceret, cum illam purificari conspexit. Non  
(inquam) agnosceret Pater filiam, Spiritus sanctus  
sponsam, Filius parentem suam: Spiritus enim San-  
ctus obumbravit , vt integra virginitate concepe-  
ret. Filius innuolato sigillo ventris eius erat clau-  
stra. Pater speciali adoptione ipsam sibi filiam ven-  
dicarat, vt scilicet Filio matrem, & Spiritui Sancto  
Sponsam intemeratam offerret. Ergo si ignoratio  
in diuinis personas caderet, vtique Mariam se se  
purificantem ignorarent.*

59 Addo etiam ea ratione Virginem sui ipsius ignorantem quodammodo exterius ostentasse: nam si se puram, & illibatam Dei parentem nouit, quando in purificatione per quadraginta dies manfit. Ergo non modica inde alicui occasio oblata fuit existimandi Virginem se ipsam ignorasse. Et quidem socii sponsa Cantic. i. hac super re Virginem tentasse videntur, cum aiebant: Si ignoras te, ô pulcherrima mulier! egredere, & abi post vestigia gregum & pasce hados tuos iuxta tabernacula pastorum. Extrema enim verba Paraphr. Chaldaica sic extulit de Synagoga: Egressere, & abi, & deduc filios tuos ianquam hados, ut appareant in domo Sanctuar-

A *rij.* Liceat ergo sic in singulati Virginem alloqui:  
*Si ignoraste, o pulcherrima mulierum! egredere, &*  
*abi, & deduc filium tuum tanquam h̄dum, ut appa-*  
*reat in domo Sanctuarij, id est, siquidem velis ali-*  
*quo modo significare ( o Virgo Maria ) tuam à te*  
*metipsa dignitatem penitus ignorari, id facito. Eg-*  
*redere tandem domo, in qua per quadraginta dies*  
*in purificatione fuisti, & abi in templum, deduc fi-*  
*lium tuum primogenitum, tanquam h̄dum, id est,*  
*tanquam peccatorem, & legi subiectum, ut appa-*  
*reat in domo Sanctuarij, id est, vt listas eum Domi-*  
*no secundum ritū legis Moysis. Hinc constat quan-*  
B *tum Maria Virgo humilitatem adamarit, quantum*  
*item arrogantiam, & elationem detestata fuerit,*  
*qua se vt demitteret, opinione humana, tot discrimi-*  
*nibus obiecit. In tertia veò prærogativa, qua*  
*virgo excelluit, scilicet Reginæ vniuersalis rerum*  
*omnium, plurimum etiam se demisit. Nihil enim*  
*regiae, ac supremæ rerum potestati, qua Virgo pre-*  
*dita erat, magis aduersatur, quam paupertas. Quo-*  
C *modo enim se Reginam, ac Dominam omnium*  
*eam appellare licet, quæ nullius, vel certè an-*  
*gustissimi patrimonij, & census domina erat? Er-*  
*go quaraus regiam super omnia potestatem obti-*  
*nebat, nihilominus adeo se in ea dignitate demisit,*  
*vt paupertatem exterius coleret, & amaret. Vnde*  
*cum filium suum primogenitum iuxta legi præ-*  
*scriptum Domino stitisse in templo, tururum, aut*  
*columbarum oblatione redemit: hæc enim pau-*  
D *perum, & tenuissimi census hominum oblatione esse*  
*consueuerat. Et quidem tantopere paupertatem*  
*adamauit, vt magnifica illa dona, quæ puer Re-*  
*ges proximè libauerant, auti, myrræ, atque thuris,*  
*in pauperes statim expenderet, ne aliud de pauper-*  
*tatis proposito detraheret. Sic tradit D. Bona-*  
E *uent. Totum ( inquit ) infra paucos dies pauperibus*  
*erogauit: grane enim illi erat sarcinam tenere. Sanè*  
*Paulus cum de paupertate eorum ageret, qui in*  
*primordijs nascentis Ecclesiæ censum, & facultati-*  
*tes suas ante Apostolorum pedes iactabant, atque*  
*electio synis communib[us] visitabant, sic ait 2. ad*  
*Corinth. 8. Altissima paupertas eorum abundauit*  
*in dñtias simplicitatis eorum. Et quidem cum vox*  
*illa altissima, non solum excelsa, sed etiam imæ, &*  
*profunda significare soleat, profecto hoc in loco*  
*ad profunditatem referri debet. Nam Græcè est*  
*βαθος, id est, profunda, sic legit D. Ambrosius, at-*  
*que alij. Itaque altissimam illorum paupertatem,*  
*id est, profundissimam, hoc est, humillimam ap-*  
*pellavit Paulus, quia cum diuites essent, ad vilem*  
*pauperum conditionem per humilitatem se dieci-*  
*cerant. Siergo illorum paupertas profundissima*  
*visa est Apostolo, quia ex diuitibus pauperes facti*  
*fuerant, quanta erit paupertatis Marianæ pro-*  
*funditas, quæ ex Domina, & Regina rerum om-*  
*nium, nullius, aut certè exigui census Domina per*  
*summam humilitatem effecta est? Et quidem huic*  
*paupertati tantum tribuit Virgo, vt in suo Can-*  
*tico exaltationem suam paupertati acceptam re-*  
*tulerit, ait enim: Esurientes implenist bonis, & di-*  
*uites dimisit inanes. Ex his constat Deiparam opti-*  
*mè præceptum illud Ecclesiastici expluisse: Quanto*  
*maior es, humiliare in omnibus: in omnibus scilicet,*  
*in quibus excellis, in his enim omnibus Maria hu-*  
*militatem maximè insinuauit suam, in quibus ipsa*  
*præstabat. Et quia Ecclesiast. dixit: Quanto maior*  
*es, vt significaret humilitatis mensuram excellen-*  
*tia, & magnitudini adæquandam, vt tantudem*  
*quis se per humilitatem demittat, quantum à*  
*Deo per gloriam exaltatur Propterea Virgo ad*  
*illa semper se per humilitatem diecit, quæ ab*  
*his donis, quibus à Deo cumulata fuerat, maximè*

6

2. Cor. 8<sup>b</sup>  
num. 2-

62

remota erant: scilicet à Matre ad ancillam, à Virginem ad impuram, à Domina rerum omnium ad pauperem.

**Sed quid inde?** Sanè quia humiliavit se in omnibus, propterea omnium gratiarum adepta est cumulum. Diuus Ildephonſ. de Assumptione Virginis sermo. 2. *Iam ergo (inquit) beata Virgo humiliat se in cunctis, ut totam suscipiat in se gratiam conditoris, quia quod per partes alijs datum est, tota simul in ea venit gratiae plenitudo, quia scilicet multum se humiliavit inter immensa dona, inter diuinitatis commercia.* Bernatdus verò hanc Virginis in omnibus rebus humilitatem aliter à Deo comp̄satam prædicat in sermone de verbis Apocalypſ. *Signum magnum, &c. Cūs Maria quanto maior erat, humiliaret se in omnibus, certe humiliata est præ omnibus, quia maior omnibus extitit. Quapropter merito facta est nouissima prima, que cum prima esset, omnium se nūissimam efficiebat: merito facta est omnium Dominā, quae se omnium exhibuit ancillam.*

**Quod si fortè inquiras cur humilem adeo parentem Deus elegit: non vna certe causa extitit.** Prima ergo, ratio est Augustini in sermone super Magnificat, scilicet ut per omnia Euæ dissimilis esset: *Eua (inquit) propter superbiam abiecta, Maria propter humilitatem electa, superbam Dens despexit, & humilem aspergit: id quod superba perdidit, humiliis recepit.* Secunda ratio est Bedæ in Lucam cap. 1. quia ad illam, quæ Deipara futura erat, spectabat caput, hoc est, elationem serpentis contere, quod non aliter nisi per humilitatem illi aduersam præstare posset. Vnde scriptura ait Genes. 3. *Ipse conteret caput tuum, (in capite quidem elatio est) & tu insidiaberis calcaneo eius.* In calcaneo humilitas adumbratur.) Quæ verba talem ad sensum vocari possunt, quia sc̄eninarum aliqua caput tuum, hoc est, elationem calcaneo suo, id est, humilitate obtritura est: propterea tu insidiaberis calcaneo eius, id est, humiliati eius, omnem scilicet mulierem per insidias tuas ad superbiam concitan-

A *humilis ad humilem Virginem venit, ut de tam profunda humilitate triumphum extolleret salutis. Nimirum ut gratia, atque salus triumpharet gloriōsus, cum tanta sc̄enina totum id, quod erat per humilitatem, gratiæ adscriberet, & nihil sibi arrogaret. Sicut enim illi gloriōsus olim triumphabant, qui nobiliores Principes, vel Reges vincitos in triumpho ferebant: sic gratia in nobilissimis sanctis gloriōsus triumphat tunc, cum se adeo illi deuinctos fatentur, ut omnia se gratiæ debere credant, nihil sibi sumant: Ergo cum Virgo reliquis immensum exceedat sanctis, nullibi sanè gratia, salus, & redemptio gloriōsus triumphum egit, quā cum ipsa se humiliavit, & nihil eorum donorum, quibus prædicta erat, sibi vendicans, cuncta gratiæ, & redemptioni deferebat cui se omnibus nominibus fatebatur obstrictam.*

B *Ad hæc Virginis humilitatem illud commendat, quod tradit Rupert. in cap. 2. Canticor. Cun- Etæ (inquit) virtutes, omnes gratia, cuncta dona, quæ virginem Mariam exornabant, humiliati eiusdem tributa pendebant. Nimirum, quia ex omnibus se per humilitatem deiiciendi ansam arripiebat. Itaque in magna illa virtutum vniuersitate nulla erat, quæ humiliati tributum non exsolueret. Quidammodum enim in Regnis nostris vñi ve- niuit, ut singulæ vrbes in Reginæ coturnos, seu cal- ceos tributum aliquod exsoluant, quod vulgo vo- cant: *El chia dela Reyna*: sic etiam in Regno illo (quod intra Virginem excellentius erat, quem in aliis, iuxta illud Luc. 17. *Regnum Dei intra vose est*) singulæ virtutes in Reginæ calceos, id est, humiliati tributa magna pendebant. In calceis enim Mariæ humiliatis adumbratur Canticor. 7. *Quam pulchri sunt gressas tui in calceamentis filia Princeps*: author est Rupertus, & Bernard. ad illa verba: *Et luna sub pedibus eius, per lunam illi coturni loco datam humiliatem insinuari vult.* Quapropter quemadmodum Iudith. cap. 16. de illius Heroinæ sandalis dicitur: *Sandalia eius rapuerunt oculos eius*: sic pariter de sua humilitate cecinit Maria: *Quia Iudith. 16. respxit Dominus humiliatem ancillæ sua, &c.**

C *Quod si in quiras, cur in Virgine Maria virtutes humiliati subserviunt, & vestigiales sunt? Ratio quidem in promptu est. Quia scilicet nos, qui multa quotidie impia, atque vitiosa perpetramus, vitia ipsa, & peccata vestigalia humiliati effici- mus, atque inde satis ampli segetem humiliatis colligimus. At Virgo, cum vitij, aut criminis ha- beret nihil, ne quid humiliati deesset, ipsas illi vir- tutes, & gratias tributarias reddidit. Et sanè inde humiliatis Mariæ non parum excrevit, quia humili- atas, quæ ex peccatis euenit, eti malorum paren- tum bona soboles sit, degener tamen quodammodo est, & nobilitatem eius non attingit, quam vir- tutes pariunt: illa enim timori cognata, & affinis est: hæc verò charitati, & amori. Mitto alia. Hæc verò satis sint, ut constet virginis quadrare illa verba, quæ illi tribuit Ecclesia, *Arrogantium & superbi detestor.* Nam quæ tanto studio humiliatatem amplexa est, non poterat non superbiam detestari. Vnde in suo Cantico Virginem san- ctam duo tantum præstitisse constat, scilicet humiliatis laudes occinere, & superbiam, superbosque insectari: *Quiare pexit (inquit) humiliatem ancillæ suæ.* Ecce enim ex his beatam me dicent omnes ge- nerationes, &c. Et statim attextit: *Fecit potentiam in brachio suo: diffusit superbos mente cordis suis.* Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.*

Genes. 3.  
num. II.

65  
Ambroſ.

Math. II.  
num. 29.

Paulus ad  
Philipp. 2.

Canifius.

66  
Ildephonſ.

D. Ambrosius his verbis: *Humilem, & mitem paritura, humiliatem debuit ipsa præferre.* Et quid hoc? Profecto ut infra cap. 10. vers. 1. multis probabimus, filiorum est proprium matrizare, hoc est matrum mores, & indolem referre. Ergo cum Christus Dominus humilius adeo futurus esset, ut se cunctis humiliatis ex- plat proponeret: *Discite a me, quia misericordia, & humilis corde.* Matth. 11. adeo ut illius, tum vita, tam mortis scopus humilitas fuerit [ teste Paulo ad Philippens. 2. *Humiliavit semetipsum, &c.*] ita certe oportuit, ut mater illius humillima esset, adeo ut Christus humilis matrizen diceretur, id est, parentis sue indolem referre. Luculentius dixerim; Tantam esse oportebat Mariæ humiliatem, ut Christus Dominus illam suis moribus exprimen- do, tam humilis euaderet, quam esse decreuerat. Venuste ergo sat, & piè Canifius noster, qui eruditio- nē multos, sanctitate verò eruditio- nē vicit, F sic ait lib. 4. de Virgin. cap. 8. *Mater (inquit) a filio band quaquam degenerauit, sed filius potius matris indolem, ac naturam expedit, scilicet humiliitate, de hac enim sermo erat.* Quartam item rationem addit D. Idelphonſ. in eo serm. 2. de Assump- tione his verbis: *Denique (inquit) ideo Christus*

67  
Rupert.

Luc. 17:  
num. 21.

Cane. 7:  
num. 1.:  
Bernard.

Judith. 16:  
num. II.

68

Luc. 1. 1. no.

48

XIV. *Meum est consilium, & aequitas: mea est prudentia, mea est fortitudo.*

69 **M**eum est consilium. Hebraicè sic ad verbum efferenda est hæc sententia: *Mihi consilium, & essentia. Ego intelligentia, & mihi fortitudo.* Septuag. paulo aliter: *Meum est consilium, & securitas, mea prudentia, & mea fortitudo.* Aquila pro securitate habet *securitas*, id est, bona legum constitutio. Chaldaeus, *cogitatio*. Roldolph. *lex*. Caietan. *statutum*, qui etiam pro fortitudine potentiam conuertit.

Antequam locum istum cum superiori sententia connectamus, operæ pretium est constituere quomodo quatuor hæc inter se diff. ront, scilicet *consilium, aequitas, prudentia, & fortitudo*. De consilio omnes eodem modo decernunt, scilicet ea voce significari vim animi; quæ suadet, ne quid temere, & extemplo, sed præmissa exacta meditatione suscipiamus: illa enim, quæ consideratè agimus, cum consilio agere dicimur. Circa *equitatem* dissidium est. Nam Hebraicè est *virginis* *Tushijah*, id est, *essentia, & subsistencia*, aut *constantia*. Hinc Septuaginta ad securitatem retulerunt: hæc enim rebus constantiam ab omni disertimine immunem præbet, sed tamen, ut alias memini me dixisse, quamuis ea vox apud interpretes multa sonet: (nam præter supradictas significationes, alijs sapientiam conuertunt, quidam *legem*, alijs efficaciam, nonnulli denique *fortunam*:) tamen plures in eam sententiam conspirant, legem, iusque, vel iuris, legumque exactam cognitionem notati. Itaque nostre fatis appositiè transfluit, *mea est aequitas, id est, aequitatis, iurisque cognitio: Mea est prudentia, & fortitudo.* Hæc certè capienda sunt, vt sonant.

Ergo cum sapientia in superiori sententia originem, caputque assignat, à quo ipsa proficiuntur, scilicet timorem Dei, & propensiones nobiles, quas ab ipso hausit: iam nunc ea, quæ ab ipsa met sapientia promanant, exponit: quibus non parum splendorem commendat suum. Sicut enim ingenuum est, ac sublime ab ingenuis repetere originem; sic pariter splendor habet, nobilem, ac minime degenerem sobolem dignare. Itaque Salomon ait: *Meum est consilium, &c.* Quasi dicat: Ego, qui timoris Dei casti, & filialis sobolem me esse supra probavi, iam inde affirmo optimam etiam prolem me numerare, scilicet, consilium aequitatem, id est, iuris legumque notitiam, prudentiam, & fortitudinem. Et sanè tria illa consilium, aequitas, & prudentia, sapientia in vniuersum partes sunt: fortitudo autem, si sapientia coniuncta non sit, in temeritatem degenerat. Vnde Augustinus acute obseruauit, Filium Dei, qui est patris æterni brachium, per quod omnia fortiter gerit, eundem etiam esse sapientiam Patris, vt constaret nihil temere à Deo præstari, quia numquam fortitudini sapientia decit. In hoc loco nihil Patres de Christo.

#### DE VIRGINE.

70 Extrema illa verba, *Mea est prudentia, mea est fortitudo*, Virgini adscribit Petrus Damiani. Et sa- F nè in ipsam aptissimè quadrant. Expendo singula: *Mea est prudentia.* Maria quidem est Virgo prudentissima, quæ quinque illas prudentes Virginies, quas Christus in Euangeliō describit, longius interuallo superauit. De qua sic D. Ildephons. in sermon. 4. de Assumptione: *Virgo (inquit) sancta Virgo prudens, & una ex numero prudentium Vir-*

**A**ginum. Similia verba scribit Bonavent. in speculo. Nam septem illarum virginum prudentia sic commendatur: *Prudentes vero accepunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Et sanè oleum illud communis fere Patrum omnium conspiratione misericordiam erga pauperes notat. Ita docent Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alij. Verè igitur prudens Virgo fuit Maria, quæ viscerum suorum vas oleo misericordia erga pauperes largissimè impleuit. Ut missum faciat D. Bonaventuram, qui illius eleemosynas extulit, ac numeratit, in libro de vita Christi (vbi tradit munera, ac dona à Regibus accepta infra paucos dies 72 *Bonavent.* *Abulensi.* *Chartus.* *Ambros.* Matth. c. 2. quæst. 47. & Chartus. in eundem locum) verba quædam subijcam D. Ambrosij, quibus Mariæ erga pauperes viscera, & prudentiam pariter optimè depinxit in lib. 2. de Virginibus: *Virgo (inquit) corde humilis, animi frudens, not in incerto dinitarū, sed in prece pauperis spem reponens.* Stupet animus hæc audiens, Maria, quæ communis est totius orbis spes, in quam omnem suam fiduciam contulerunt sancti, tantundem tribuit eleemosynæ, vt in prece pauperis eius spem vniè repositam asserat Ambrosius, *in prece (inquam) pauperis*, hoc est, in oratione, quam accepta eleemosyna pauper ad Deum p̄ ipsa effundebat: vel in oratione, quā eleemosyna illa in sinu pauperis coniecta solet habere iuxta illud: *Concluse eleemosynam in sinu pauperis, & hat pro te exorabit Aliissimum,* Ecclesiast. 29. 73

Rursus alij per oleum, quod prudentes virgines compatarunt ad nuptias, gratiam adumbrari voluerunt. In his est Chrysost. Theophilact. & alij. *Chrysost.* *Theophil.* Gratia enim proximè cōparatur ad beatitudinē capessendā, quæ hic nuptiarū nomine significatur. Vtq. in eo sensu prudentes virginea sua prudentia longo interuallo superauit Maria: illæ enim oleum tantum dicuntur accepisse in vasis, non vero vasa oleo impleuisse. Maria vero ex oleo gratiae animi sui vas affatim impleuit, quam Angelus Gabriel sic salutavit, *Ane gratia plena.* Vnde Bernardus in sermone de Aquæ ductu, sic ait: *Nec enim est fatus virgo, cui non modo oleum est, sed plenitudo olei in vase recondita.* Et in serm. 2. de Assumptione: *Processi (inquit) gloria Virgo, cuius lampas ardentesissima ipsis quoque Angelus lucis miraculo fuit, ut dicerent: Que est ista, &c.* Clariss. enim ceteris rutilab. 74. quam replevit oleo gratia p̄ participibus suis Christus Iesu filius eius, &c. Ad hæc cum ad prudentes illas virgines insipientes, & fatuæ dixissent: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostra extinguuntur,* leuiter responderunt: *Nō forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Maria vero longè aliter se habet erga nos. De qua Bernardus affirmat sibi quidem plenam, nobis autem superplenam gratia fuisse. Et alibi Mariæ adscribit illa verba: *Et de plenitude illius omnes accepimus.* Et in sermone de Nativitate, vt à Virgine gratia oleū expertamus, suadet his verbis. *Queramus gratiam, & à Maria queramus,* quia quod querit, illa inuenit, & frustrari non potest. *Queramus gratiam, sed gratiam apud Deum, &c.*

75 Præterea in eo etiam eluxit maximè Deiparae Genes. 3. prudentia, quod cum serpens Genes. 3. omnium numeri animantium callidissimus dicatur vel (vt legunt Septuag.) prudentissimus. (Quam lectionem amplectuntur ex Patribus Augustinus, Basilius, Chrysostomus, & alij) ipsius tamen prudentiam, & Chrysost. versutiam sua delusit prudentia. Accipe Damascen. in prima oratione de Nativitate: *Quamvis*

*enim prima Esa è Dei mandato recesserit, ac per eam Aduersus primum parentem serpentis operam nauantem mors aditum inuenierit, tamen Maria dissine voluntate obsequita deceptorem serpentem in fraudem induxit, & mundo immortalitatem inuexit. Quomodo autem Maria serpentem spoliauerit ea prudentia, quæ in ipso potissimum elucebat, & illam sibi vindicauerit, supra docuimus vers. 12. circa finem. Lege ibi. Accedit etiam D. Bernardus in sermone super illa verba: *Signum magnum.* Vbi postquam præmisit stultitiam per lunam adumbrari, subdit: *Luna, id est: insipientia omnis, sub pedibus eius, ut penitus absit Virgo hac ab insipientium mulierum numero, & à collegio Virginum fatuarum,* B *Imò vero, & unicus ille stultus, & totius stultitiae princeps, qui vore mutatis ut luna sapientiam perdidit in decoro suo, sub Mariæ pedibus conculcatus, & confractus miseram patitur seruitutem,**

*Mea est fortitudo. Fortitudinem etiam Virgo sibi metu arrogat, quam tunc maximè ostentauit, cum Simeonem senem interrita audiuit dicentem: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Tunc etiam cum circa crucem stetit: stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius: stabat inquam, ut vel ipso corporis habitu animi sui robur, & constantē fortitudinē præse ferret. Vnde eleganter Ambrosius, in oratione funebri de obitu Valentini Imperatoris: Stabat (inquit) & sancta mater iuxta crucem filii, & spectabat Virgo sui unigeniti passionem. Stantem illum lego, sicutem non lego. Sed August. in lib. de Institutis Virgin. cap. 7. præ ceteris hanc Mariæ constantiam insinuavit: Stabat (inquit) ante crucem maior, & fugientibus viris stabat intrepida; vide te utrum pudorem mutare potuerit Mater Iesu, quæ animum non mutauit: stabat non degeneri Mater spectaculo, qua non metueret peremptorem. Pendebat in cruce filius, Mater se persequenteribus offerebas. De hac fortitudine multis Simeon Metaphrastes in oratione de dormitione Deiparæ. Anselmus in illa verba: *Stabat iuxta crucem, &c.* Bernardus D ibidem, Ambros. in lib. de Institut. Virgin. cap. 6. & lib. 10. Epistolarum. Epist. 82. Nazianz. in Trag. de Christo pariente, Ephren in lamentatione Mariæ, Guericus serm. 4. de Assumptione: cuius verba liber subseribere: sunt enim elegantissima: *Stabat, inquit, iuxta crucem Iesu Mater eius, plane Mater, quæ nec in terrore mortis filiorum deserebat: quo modo enim morte terribili poterat, cuius charitas fortior quam misera?* Hinc discere oportet, quam inepite quidam Matrem Domini iuxta crucem mulierib[us] collapsam, dolore exanimatam, syncope correptam prædicent, aut miserabiliter eiulasse, aut laniasse etines, aut lacerasse genas. Absit hoc à robustissima Virgine, quod ab antiquorum Patrum mente merito absuit.*

79 *Sanè virgo iuxta crucem ereta maximū ibi fortitudinis specimen edidit. Tradunt Astrologi Luciferi, seu matutinæ stellæ domum esse libram. Dicitur autem donuus planetæ signum illud, quod cū ingreditur planeta, totā vim, ac robur exercit suum propterea quādiu planeta in domo sua est, regnare, præesse, ac dominati dicitur. Anasthas. Syna. Contemplationū in Hexam. lib. 4. libræ cælestis signo Christi Domini crucem adombrari existimauit: de hoc enim occinit Ecclesia: *Stata facta corporis nimirum quia in illa quasi in statera Salnatoris corpus libratum, & suspensum est. Ergo Maria Virgo, quæ luciferi, ac Stellæ matutinæ nomine insignitur, tunc cum stetit iuxta crucem, id est, iuxta stateram illam mysticam, tanquam Lucifer in domo sua vim robur & fortitudinem suam maximè ostentauit: tunc quidem regnauit præfuit, ac do-**

minata est: præfuit inquam, texitque animi sui motus, ne quid effeminate, aut mulierib[us] admitteret. Vnde de Virgine iuxta crucem stante præclare D. Ildephons. serm. 1. de Assumptio- Ildephons. ne: *Qui cuncta, quasi statera suspensa tenet crucis statera suspenditur: super quem Virgo multum do- luit, multum perpessa est, & gladio doloris eius vul- nerata in anima.* En tibi Mariam matutinam Stel- lam in libræ signo, tanquam in domo sua existen- tem, atque ad eam ibi suam vim, atque robur mani- festius, quam alibi ostentantem. Attexit enim sanctissimus Archiepiscopus multa de Virginis constantia.

Cæterum ut exploratum sit, quantum ibi for- 77 Anselm. titudinem Virgo ostenderit, expendere oportet doloris magnitudinem, quæ animum illius angere, non tamea consternare potuit. Nam illius con- stantiam, & robur animi non aliter, quam per doloris magnitudinem metiri licet. Diuus Ansel- mus in libr. 4. de Fide Orthodoxa, cap. 15. *Ipsa, (inquit) beata, & super naturam donorum digna effeta, dolores partus, quos effugit pariens illos tem- pore passionis sustinuit ex materna compassione vis- cerum lacerature reparturiens.* Itaque dolores, quos Virgo sustinere debuerat, si partus illius naturæ legibus subiacuisse, in dolores illos commutatos fuisse docet Anselmus, quos Virgo iuxta crucem Filio compassa sustinuit: atque adeo dolores illos, parturientis fœminæ longè inferiores sunt doloribus, Rupert. quos Maria perpessa fuit. Nam in Euangel. Ioan. lib. 3. cap. 16. *Si enim (inquit) Apostolos suos in illa hora sua passionis Dominus mulieri parturienti recte comparauit dicens. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius; cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, & vos igitur tristitiam habe- bitis, &c.* Quanto magis mulierem hanc stantem iuxta crucem mulieri parturienti talem matrem oalis filius similem duxit. Et paucis interieatis extitit: *Non enim habuit hec mulier hanc pœnam, ut in dor- lor[um] parceret quando infans sibi natus est, sed nunc dolet, cruciatur, & tristitiam habet, quia venit hora eius, illa videlicet hora, propter quam con- cepit, &c.*

Ergo cum constet dolores parturientis mulieris inferiores fuisse doloribus Deiparæ, reliquum est, vt eos cum sanctorum Martyrum cruciatibus conferamus, quibus nihil acerbius excogita- ri posse videtur. Anselmus ergo in libro de Ex- cellentia Virginis, cap. 5. sic ait: *Quidquid crudelitatis inflatum est corporibus Martyrum, leue fuit, aut potius nihil comparatione tuae passionis: Quæ verba notus, sed locuples auctor haud temere sic acci- pienda esse dixit, vt illud: Quidquid crudelitatis in- flatum est corporibus Martyrum, per acerbationem sumendum sit.* Quasi dicat. Si omnium Martyrum dolores & cruciatibus in unum aceruum confe- rantur, adeo cedunt Marianis doloribus, vt cum ipsis collati leues sint, vel potius nulli, & nihil ad instar obtineant. Rationem tanti excessus tradunt Sophron. Sophronius serm. de Assumptione. B. Mariæ, Il- dephonsius serm. 2. de eodem titulo, Bernardus in Bernard. sermone super illa verba: *Signum meum, &c.* D. Bo- nauent. in speculo cap. 3. ybi meminit etiā Hieron. *Quia nimirum reliqui Martyres passi sunt in carne: carne vero cruciatum sustinente animus non mo- do non cruciabatur, sed etiam honestæ, atq; glorio- sa necis conscius recreabatur: at vero Virginis pa- riter, atque fortissima virginis tote passio in ani- ma peracta est: sic enim Simeon ad ipsam: Et tuam ipfius.*

*ipsius animam pertransiuit gladius: gladius in qua  
compassionis, vt ait Bernardus; sive in carnis pa-  
riter, & amoris, vt docet Ildephonse: Tunc (in-  
quit) plusquam Martyr fuit, quia in animo non  
minus amoris, quam meritis gladio intus vulnerata  
fuit.*

*Quapropter tres premissi Patres iure optimo Virginem plusquam Martyrem esse decreuerunt, quia illi quidem passi in carne: haec verò in animo cruciata. Sicut enim voluptas, quæ animo capitur ex contemplatione delectabilium, plurimum excedit delectationis corporeæ, vt docet Ari-*

*stot. 1. Ethicorum & ex illo D. Thom. 2. 2. q. 1. sic etiam dolor animum angens longè superat illum, qui corpus afficit, Nam (vt Philosophorum verbis utar) contrariorum eadem est omnino ratio. Vnde Hieronymus in sermone de Assumptione: Que*

*qui amorem passa est, plusquam Martyr fuit. Sed elegantissime Arnoldus infra. Rursus mors quidem Martyres facit: Maria verò aliquid sustinuit morte ipsa grauius. Nam prouidubio ipsa mori leuius duceret, quam filium moribundum aspice-*

*re. Non ergo Martyr, sed plusquam Martyr appellari debet. Præterea Martyres humana patiebantur: Maria verò (inquit) Amare in hominibus. 80*

*Arnold. f. de Virgine Mater: vicit sexum, vicit hominem, & passa est ultra humanitatem: torquebatur enim magis, quam si torqueretur ex se, quia, supra se incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat. Nec im-*

*merito supra humanitatem passa: nam quæ non modo Mater erat hominis, sed etiam Dei, non de homine tantum, sed etiam de Deo paciente dolebat, & mercedebat: nam licet mors, & cruciatus Deū*

*impassibilem non afficeret, iniuria tamen illata mortis attingebat Deum, & ex communione idiomatum Deus pati dicebatur: & ex consequenti*

*Virgo de Deo paciente supra omnem humanitatem dolebat. Sed elegantissime Arnold. infra. Fugientibus Apostolis in faciem Filii se opposuerat Ma-*

*ter & gladio doloris animæ eius infixo vulnerabatur spiritu. & crucifigebatur affectu, & quod in carne*

*D. Christi agebant clavi, & lancea, hoc in eius mente compatisio naturalis, & affectionis materna angustia.*

*Stabat ante crucem non minor, quam Matre Christi de- cebat. Fortasse autem quia in morte Filii intelligebatur redempcio mundi, etiam sua ipsa morte se aliquid asti- ntabat publico muneri additurā. Adhac licet Virgo*

*Deipara nihil in carne passionis sustinuerit, haud tamen defuit illi corporis, externique martyrij meritum gloriosum; nam militum cuneum præ-*

*rumpens, vt ad Filium suum accederet, & illi morienti adstaret, mortem non semel deuorauit, atque morti sese non semel obiecit. Accipe Ilde-*

*phonsum loco citato, qui expendes illud verbum: Stabat autem, &c. sic addit: Parataque stetit ad quamlibet penam suscipiendam, si percussoris manus acceperisset. Augustinus etiam ubi supra: Stabat non degeneri Mater animi, quæ non metueret peremptorem. Pendebat in cruce Filius, Mater se persecutoribus offerebat. Cum igitur voluntatem Deus præ-*

*mitti remetiri soleat, ac meritis, sanè haud deesse potuit corporeæ passionis meritum tantæ Virginis, quam tam promptam Martyrio obtulit voluntatem.*

*Ceterum ex dictis constat Mariæ doloribus Martyrum quoque omnium cruciatus cedere. Re-*

*liquum est, vt illoscum filij doloribus compona-*

*Fmus. Seraphicus Bonavent. in cursu de com-*

*passione Mariæ Virginis, lectione 1. satis auda-*

*ceter dixit: Haec maiorem dolorem habuit, quam Sal-*

*uator, qui tot sustinuit. Mirabile erga Virginem hu-*

*iuis sancti studium hanc illi vocem audacem satis extorxit, quæ si quomodo bonum ad sensum vo-*

*tom. 1.*

*cari possit tu videris. Interim sic accipe passionem, ac dolorem proprium non tam vexasse, & consernasse animū Salvatoris, quam Virginis. Nā cū Salvator fortitudine, ac magnanimitate magnanimā Virginē immēlo interuallo superaret, necepsit erat, vt etiam si illius dolores, & cruciatus longè maiores essent, minus quodammodo dolebat, id est, minus perturbaretur, minus angeretur. Itaque vera est aliqua ratione Bonaventuræ illa sententia: Virgo maiorem dolorem habuit, quam Salvator, qui tot sustinuit. Liceat sic dicere, & Philosophorum verbis vti. Ratione quidem subiecti, non autem ratione obiecti. Luculentius dixerim. Non plures dolores sustinuit Virgo, sed magis doloribus affecta est.*

*Verum ex Patribus alijs minus audacter non*

*preferre, neque omnino exequare, sed quodammodo ex dupli passione vnam, & eandem com-*

*ponere conatisunt, quasi non alios, sed eosdem*

*omnino cruciatus pertulerit. Nam clavi, qui ma-*

*nus, pedesq; filij terebrauerant, & lancea, quæ la-*

*tus perfoderat, eadē Virginis cor transuerberabat.*

*Vnde Hieronym. vbi supra: Nimirum eius dilec-*

*tiō amplius fortis, quam mors fuit, quia mortem*

*Christi suam fecit. Atq; Arnold. Carnotensis in tract.*

*de Virginis laudibus tom. 1. Biblioth. sic ait: Omnino*

*tunc erat una Christi, & Mariæ voluntas, unumque*

*holocastū ambō pariter offerebat Deo: hac insanguine*

*cordis, hic insanguine carnis. Sed elegantissima sunt*

*verba Guillelmi ad illū locū Cantic. 7. Statura tua*

*assimilata est palma, Per palmā (inquit) quam inus*

*victoris antiquoru ornatur, insigne illud, ac victoriosum*

*crucis lignum notatur. Cui nimirum Euangelista sta-*

*tutam pī Matris assimilata insinuans ait: Stabat*

*iuxta crucem Iesu Mater eius, plane ille forū, illa in-*

*tu spaciebat crucem. Stabat illa iuxta crucē sui Ie-*

*sū, arque ea ipsa fibi quodammodo erat in crucem*

*erecta stando iuxta crucem, ipsa fibi per affectū mater-*

*num quodammodo erat crux. Vnde Diuus Epiphanius*

*in serm. de Laudibus Virginis Mariæ appellat illam Cruciformem, id est, in eadem cum Christo cruce confixam. Sic verò locus fit sententia D.*

*Bonavent. sub alio quodam faciliori sensu, scili-*

*cet Virginem maiorem sustinuisse dolorem, quam*

*Saluatorem ipsum, non in vniuersum collato dol-*

*ore Virginis cum omnibus doloribus Christi etiam internis, sed solum si externi Christi doloris cum doloribus internis Mariæ conferantur.*

*Nam cum clavi manus, pedesque Domini consi-*

*gentes, spinæ cerebrum terebrantes, & reliqua*

*passionis instrumenta, eadem animū Virginis*

*sauciarent, maiorque sit animi, quam corporis*

*cruciatus (vt supra docui) fit Virginem eo ex capite*

*grauius, & acerbius doluisse, quam filium. Ar-*

*gumento sit, quod Virgo sine dubio præferret clas-*

*uis configi exterius, & reliqua Christi tormenta*

*subire, quam filium eadem subeuntem aspicere,*

*vt docet Bernardus.*

*Sed & Simeon Metaphrastes in homilia de dor-*

*minatione Deiparae, sic ait: Hæc omnia illā transur-*

*berabant profundius, quam vlli clavi, & pro vna Filij*

*plaga innumeris ipsa plaga sauciabant. Et Arnoldus*

*in premisso tractatu: Christus tunc in Matre amplius,*

*quam in se pati videbatur. Quantum ergo putas*

*fuisse Virginis dolorem, qui ad filium rediens per*

*compassionem magis illum afficiebat, quam tor-*

*menta oris, quæ exterius sustinebat? Accedit*

*etiam quod tradit Bernardus, qui ex quibusdā Chri-*

*sto à carnificibus illatis vulneribus Virginē dolore*

*affectā dicit, ex quibus Christus ipse etiam exterius*

*non dolebat: Et quidem (ait Bernardus) etiam post-*

*quam emisit spiritum tuus ille Iesus, ipsius planè non*

*attigit animam crudelis illa lancea, quæ ipsius (ne*

*82*

86  
Bernard.

mortuo parcens, cui nocere non posset) aperuit Latus: A sed tuam planè animam pertransiuit, ipsius enim anima iam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immerito prædicemus. Absoluant hunc tractatum Diu Bernardini verba, qui tom. i. serm. 61. art. 3. cap. 2. sic habet: Tantus fuit dolor Virginis, quod si in omnes creaturas, quæ dolorem pati possunt, diuidideretur, omnes subito interrent. Hæc an vera sint, tu videris. Illud mihi exploratum est dolorem internum ex apprehensione, & cogitatione mali proficiendi. Puto autem omnes simul creaturarum omnium cognitiones, & apprehensiones tunc, cum maiori vi mala animo comprehendunt, cognitioni, & apprehensioni, qua Filij sui passionem Maria contemplata est, impares omnino esse, nouerat enim persona dignitatem & iuxta cognitionis mensuram eum diligebat impensis. Si ergo nonnumquam mali aliquius apprehensio, & cognitio tam fortis est in alijs creaturis, ut ipsas conceptus inde dolor enecet, cum apprehensio Mariæ omnium simul creaturarum apprehensiones longè superet, sit quidem, ut dolor eius, qui mensuram apprehensionis consequitur, inter omnes rationales creaturas distributus omnes omnino perimeret, ac necaret.

87.

Iam ergo nunc expende, quanta fuerit huius Virginis fortitudo, & robur animi, quæ inter tot cruciatus non collapsa iacuit, sed stetit: sic enim Evangelista, *Stabat artem*. Non longius auulsa est, ne tanti doloris causam aspicere: sed proprius accessit, *iuxta crucem*, & nullam maternæ charitatis Mater testa significationem prætermisit, tunc cum alia quævis parentis maternæ oblitera pietatis decederet, Mater, inquam, *Iesu*, tunc maximè Mater cum iuxta crucem erat, imò in eadem cum Filio cruce confixa. Vnde ineptissimè Sanazarius de illa cecinit iuxta crucem.

Sanazar.

*At Mater, iam non Mater sed flentis, & orba*

*Infelix simulachrum, agra, ac sine viribus umbra.*

88

Omitto alia, quæ ut poterimus fatua stomachum mouent. Merito ergo illi tribuit Ecclesia illa verba: *Mea est prudentia, mea est fortitudo*. Est quippe Virgo Maria, ut noster ait Canisius, vera, & non fabulosa Minerua. *Quod si rem* (inquit) *paulo penitus inspiciamus: an non Virginis nostræ cōpetunt, qua tria stulti Graci de sua Minerua, velut eximia prædicant. Virginitas, prudentia, & fortitudo*. Rursus eandem ob eximiam istam fortitudinem Penthesileam vocat: *Ignorans* (inquit) *hacenus veram Penthesileam*. De qua cecinit Poeta.

*Dicit Amazonum lunatus agmina peltis*

*Penthesilea.*

Erat enim Amazonum Regina, duxque fortitudine viris omnibus longè præstans. Subdit vero Canis. *Hæc virgo Amazonum, id est, sine nammis mulierum, optimam se dum præbet Maria, si quidem prima est, que hanc virginitatis semitan ingressa fuit: quamque innumerabiles puellarum verè Amazonum copia sunt sequentes?*

Bonavent.

At, inquires, Virgini Sancti Patres lacryma tradunt, & alias quasdam doloris significaciones externas? Non inficior. Sed tamē his omnibus, quæ Sancti Doctores de Mariæ luctu, & lacrymis scripsérunt, imponenda est regula, & canon. D. Bonavent in serm. i. de Virg. Deipara, hom. 3. ubi Virginem inter dolores, & cruciatus constantem cum firmamento cōponit, quod diuiditaquas ab aquis, (vt dicitur Genes. i.) Virgo (inquit) *suit cælum firmamentum uniformiter semper motū per patientiæ firmitatem*, Nā licet in ea aquæ inferiores, id est, vires sensitivæ: & sensibiles fortissima fuerint concusse in Filij sui

passione: sū eriores tamen à sua non fuerunt pace cōmota. Et lices sentina nauis, id est, pars sensibilis repleta fuerit aquis maris: pars tamen superior nauis semper ventis prosperis navigavit. Itaque sic fletus, & lacrymas Virgini concedere debemus, vt hæde virtute constantiæ, & fortitudinis, ne modicum quid detrahant.

XV. Per me Reges regnant: & legum conditores iusta decernunt.

XVI. Per me Principes imperant: & potentes decernunt iustitiam.

90

Der me Reges regnant, Hebraicè: In me Reges regnabunt, & cōsules decernent iustitiam. Alij Gubernatores. Alij Principes, leue dissidiū. Septuaginta: Per me Reges regnant, & Dynastæ scribent iustitiam. Chald. extrema verba sic extulit, & potentes vnḡ iustitia. Aquila, Symm. & Theod. decernunt iustitiam.

Per me Principes imperant. Hebraicè; In me Principes habebunt principatum, & magnifici omnes iudices terræ. Septuag. Per me magnificantur, & tyranni per metent terram. Aquila, & Theod. Et magnifici, qui vltro dant, tenent terram.

C Ante omnia operæ pretium est constituere, quodnam dissidium inter Reges, Legum conditores, Principatus, Potentesque sit: ergo pro Regibus Hebraicè מלכִים Melechim, quæ vox plane significat supremos Principes, qui nullius imperio subiacent: tales enim sunt qui Reges appellatur. Succedunt legum conditores Hebraicè רׁוֹנִים Roznim, Rabi David in l. Rad. putat ea voce Reges etiam notari atque adeo esse synonyma Melechim, & Roznim. Alij verò putant proximum regibus gradum obtinuisse, qui scilicet leges etiam, & iura conderent, & grauioribus consultationibus præfessent, sic appellati à radice רַזְבָּה Razab, id est, intellectus, nimis ab intellectus acumine, quo prædictos esse oportebat ad capiendam iuris, legumque Isai. 40. notitiam. Vnde Isaías 40. vers. 23. in originibus ad vers. 23. verbum est: Qui dat, vel ponit Roznim in nihilum. Hieronymus autem conuertit: Qui dat sceretorum seruatores, quasi nonsint. Placet mihi hoc posterius consilium, cui robur præstat translatio Septuaginta qui habent δούλους. Nam Dynastæ non Reges, sed Regibus proximi Principes dicuntur, quorum consilio Reges publicares administrant, & gauissima quæque negotia expedient. Tertio loco sunt Principes. Hebraicè Sarim, סָרִים Sanè vox ista vniuersalem significatiouem habet: sicut etiam vox Latina Princeps, quæ generaliter quemlibet potestate insignitum ad significat, sive Regem, sive Ducem, &c. Vnde satis displicant mihi nonnulli, qui putant ea voce Sarim, specialiter notari illos, qui definitam potestatem habebant, & præsidebant lanis, pistoribus, pecoribus, tributis. Displicant, inquam, quia siquidem præmissa vox à generali illa significatione ad aliquam angustiorē, & arctiore colligere liceat: mallem sanè specialiter eo nomine insigniri duces exercituum, qui militiae administrabant. Nam si numerantur loca, in quibus ista vox reperitur, pleraque ad bellum pertinere videbuntur. Quod verò septuaginta legunt. μονάρχες id est, optimates, aut primates, nihil interest. Nam Sueton. Megistanes etiam appellavit Principes exercituum Duces. Denique extremo loco sunt Potentes. Hebraicè נְדִיבִים Nedibim, à radice נְדָב Nadab. Significat autem spontaneos, liberales, & magnificos. Chaldaeus quidem eo nomine mis-

91

F E

92

Sueton.

Significat autem spontaneos, liberales, & magnificos. Chaldaeus quidem eo nomine mis-

gnifico Reges significari existimauit, quod satis innuunt illa verba: *Et porētes vngō iustitia*, id est, pro oleo, quo Reges inungi & consecrati solent, illos iustitia imbuo, & delinio. Accedunt etiam Septuaginta, qui conuertunt: *Et tyranni per me tenent terram*, id est, Reges coērcent regnū. Ceterum *Nedibim*: id est liberales, & beneficiā Regibus distingui satis euincunt illa verba Christi Domini ad coērcendum discipulorum fastum.

*Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eas beneficī vocantur.* Qui-

*num. 25.* bus verbis plane beneficos à Regibus distinxit.

Mihi verò exploratum est Christum pro beneficiis vsum esse voce *Nedibim*. Quapropter arbitror eo nomine insigniri Iudices, ac Præfectos urbium, qui apud nos vocantur Præfecti urbani, vulgo *Corridores*. Ex his ergo constat Salomonem his vocibus omnes fere Principatum ordines comple-

xum fuisse, scilicet Reges, & his potestate proximos Dynastas, Duces exercituum, & urbium præfectos.

Iam intelligēsentiam huius loci. Cum sapientia, cui verba ista tribuit Salomon, in superiori versu præmiserit suum esse consilium, & iuris notitiam, seu peritiam, suam item prudentiam, & fortitudinem: subdit satis appositi, *Per me Reges regnant*, quasi dicat hinc sanè fiet perspicuum illa omnia mea esse & ad me pertinere: *Quia per me Reges regnāt*: Vel aliter, quia prædicta illa mea sunt, & ad me pertinent, id est *per me Reges regnant*. Sic verò exponenda sunt ista verba, ut quatuor illa, quæ præmiserat, scilicet consilium, iuris notitia, prudentia, & fortitudo, quatuor illis principum ordinibus accommodentur, singula videlicet singulis: nimirum Regibus consilium, dynastis legum peritia, præfectis urbani prudentia, ducibus fortitudo: sic enim per illustris euadet sententia.

Primo erga quia consiliū omne ad se pertinet dixi, inde probat sapientia Reges per ipsam regnare, nimirum iuste, ac recte. Nihil enim æquè necessarium est Regibus ad rectam, iustumque reipublicæ administrationem, atque consilio uti, & probos consiliarios ad res suscipiendas adhibere, ut nihil temere, & inconsultè fiat. Lege Ambrosium lib. 2. Officio. Quo vero in loco apud Re-

*Ambro.* ges magnos pendendi sint boni consiliarij, & prudentes, alibi dicemus. Secundo, Dynastas, quos regi proximos principes esse diximus, legum decet, iurisque peritia: ad ipsos enim pertinet, aut nouas constitutiones edere, aut iuxta veteres leges vniuersales causas decidere. De his agitur Esther. E

*Esther.* Iratusque Rex, & nimio furore succensus interroga-  
*num. 12.* uit sapiente, qui ex more regio illi semper aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientiam leges, & iurā maiorum. Erant autem primi, & proximi Char-

senā, & Sother, &c. qui videbant fatiem Regis, & primo post eum residere solebant. Tertiū specialibus urbium præfectis prudētia imprimis necessaria est: quia cum hi ad peculiares, singulareisque causas, litesque dirimendas descendant, multa sèpè ex arbitrio, ubi lex aut deficit, aut tenor illius, rigore temperandus videtur decernere oportet: in his verò prudentia maximè necessaria est. Apertius dixerim. Dynastæ, & secundi à Rege Principes, F

qui vniuersales causas, & communia iura temperant, iuris quidem peritia opus habent. Hos verò singulares præfectos, quorum est de singularibus etiam causis decernere, iuris prudentia maximè decet. Quid verb inter iuris prudentiam & iurisperitiam interficit, supra dixi cap. 1. ex Tullio lib. 4. de finibus bonorum, & malorum, ubi ait iurisperitum esse, qui leges, legumque interpretationes didicis

A tantum, iuris autem prudentem illum, qui præter artem, plurimorum etiam vsum negotiorum adhibuit: vnu enim paritur prudentia. ) Illos ergo supremos Principes, & Legislatores iurisperitos esse maximè oportet: hos verò inferiores iuris magis prudentes, quam peritos esse congruit. Quarato denique ad Duces exercituum fortitudo impetrat, ea scilicet, quæ sapientia affinis, & cognata est, atque adeo omnem audaciam, temeritatemque repellit. Quid certius?

### De Christo Domino.

Locum istum edifferens Saloni Viennensis in Mystica expositione Parab. triplici sensu donat. Primus est de Deo in vniuersum, scilicet per eum,

id est, accepta à Deo potestate omnes Reges, ac Principes populorum regnant. Notat autem orationem illam esse indefinitam, *Per me reges regnant*, ut significet tam probos, quam improbos.

Nam ad improbum magistratum, & potestate sua abutentem sic Christus Dominus in Euange-

lio: *Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset de super.* Et Job. *Qui facit regnare ho-*

*minem Hypocritam propter peccata populi.* De-

*sumpsit hanc sententiam ex Augustino de natu-*

*ra boni, capit. 32: qui addit locum alium Oseae*

*3: Dabo tibi regem in furore meo.* Et inquit ini-

quum est hoc, Deum improbis, ac tyrannis poten-

tiatem impendere? Occurrat Augustinus. Iniu-

stum non est, ut improbis accipientibus nocendi poten-

tiatem, & bonorum patientia proberet, & malo-

rum iniquitas puniat. Nam per potestatem diabolo

datam, & Job probatus est, ut iusta appareret, & Pe-

Petrus tentatus est, ne de se presumeret, & Pas-

lus colaphizatus, ne se extolleret, & Judas damna-

tus, ut se suspenderet. Vnde Augustinus collegit improbos Reges potestate sua effetti haud debere,

quia id illis cum probis, ac pijs Principibus com-

munis sit, quod utriusque à Deo illam accepint.

Nam dæmones etiam accepta à Deo potestate in

homines sequunt, & regnant. Diabolum enī

accepta à Deo potestate in filios disidentiæ re-

gnare docuit Paulus. Adde etiam quod non

tantum inquit Augustinus, diabolo pares sunt,

& similes, sed etiam socij. Quapropter infideles

Principes, qui potestate sua abusi per falsas reli-

giones, (quas ipsi commentitias esse credebant,) populum seruituti arctius deuincire volebant,

eleganter cum dæmonibus contulit, lib. 4. de Ci-

uitate Dei, cap. 32. *sicut dæmones (inquit) nisi eoo,*

*quos fallendo deceperint: possidere non possunt: sic ex*

*Principes non sanè iusti, sed dæmonum similes, ea, qua*

*vana esse nouerant, religionis nomine populis tanquam*

*vera suadebant: ut hoc modo illos ciuili societati, ve-*

*lut arctius illigarent, quo similiter seruos posside-*

*rent. Ac demum absolvit: Quis autem infirmus,*

*& indoctus evaderet simul fallaces, & principes cr-*

*uitatis, & dæmones? Quasi diceret. Malis principes*

*dæmonibus quidem similes sunt, atque adeo cum*

*illis pariter conspirant, & vt ita dicam, cotegnant.*

Quapropter difficile est infirmos homines tan-

tum imperium diaboli scilicet, atque improbi

principis declinare, & utriusque imperanti, &

impellenti obſistere. Hæc vel b vnuca ratio est,

propter quam Principes improbi ad populi mo-

res euertendos tantam fortiantur vita, quia scilia-

cet cum dæmonibus pariter corregnant, atque

adeo ipsis exterius, dæmonibus ve o interius im-

pellentibus facilis ad tuinam pertrahit multitu-

do. Hæc de vnuce salitate illius sententiae. Per

merēges regnant, &c.

96  
Salonius

97  
Augusti

98  
Salon.

Rodolph.

D.Thom.

99

I.ann. 12.  
Turrecr.

100

Armaten.  
Io. Bach.  
G. Vsq.

Sed Saloniū vbi supra, non solum de Deo in A  
vniuersum, sed peculiariter de Christo Dominō  
præmissa verba int̄erpretatur. Subdit enim: *Per  
me Reges regnant; aut Christus Dei virtus, & Dei  
sapientia.* A quo non discedit Rodolphus. Qua-  
propter, vt his quæ postea de Virgine dicturi lu-  
mus, præferamus faciem, quædam de vniuersali  
Christi Imperio præmittenda sunt ex his, quæ tra-  
dunt Scolastici cum suo Antesignano D. Iuo Thom.  
3. part. quæst. 21. artic. 1. Primi illud exploratum  
est Christum Dominum spirituale imperium in  
omnes homines obtinuisse, quod attinet ad gra-  
tia, salutis, & redemptionis finem. Illud in anci-  
piti est, an Christus etiam ut homo adeptus fuerit  
regiam potestatem, ciuilem, & politicam supra  
omnes Reges, atque Principes. Et quidem Sal-  
uatorem ea potestate vsum non fuisse communis  
fert Theologorum sententia: an vero illam sic ha-  
buerit, vt si liberet, exercere posset, dissidere fe-  
cit Scholasticos. Mitto illorum retrorem, qui docue-  
runt Christum Dominum non solum potestatem  
regiam non adeptum super alios Principes: sed  
etiam illum iuste ipso sui saeculi principibus subdi-  
tum fuisse. Nam error iste damnatus fuit à Ioanne.  
22. in quadam Extrauganti, cuius meminit Car-  
dinal. Turrecremant lib. 4. sum. 2. part cap. 37. C  
& facile euertitur aliquibus Euangeli locis, qui-  
bus Christus se nulli humanæ potestati subiacere  
afficiavit. Me: ito etiam explodenda est illorum  
sententia, qui licet Christum alicui humanæ po-  
testati non subdunt, tamen nullum supra Reges  
alios temporalis regni ius sortitum fuisse decer-  
nunt. Adimunt enim Christo eximiam quædam  
dignitatem, & sententiam suam nullo robusto fun-  
damento constabiliunt.

His ergo dimissis assero Christum Dominum  
supremam regni potestatem adeptum in omnes  
Reges, atque Principes, quod spectat ad regnum  
temporale, & politicum, non quidem humana  
successione quod esset de domo, & familia David, D  
(vt erudit contra Armacanum, & Ioannem Ba-  
cho, euincit noster Gabriel Vasquez, in 3. part.  
disput. 97. capit. 7.) non item ex electione, quia  
nulla talis electio vel ex scriptura, vel ex Patribus  
nobis innotescit: sed ratione vniōnis, ex qua vni-  
cum, & optimum fundamentum duxit idem au-  
thor, cui optimas quasque rationes ad probandam  
asserendamque Christi Domini dignitatem acce-  
ptas refert Schola Theologorum. Est autem eius-  
modi: *Quia potestas regia complectitur ius im-  
periandi in ijs, quæ ad politicam reipublicæ admini-  
strationem pertinent, ius ferendarum legum, &  
in omni controuersia & lite sententiam pro-  
nunciandi.* At humanitas Christi ipsa deifi-  
catione ad eam dignitatem euecta est, vt nutui vo-  
luntatis eius iure ipso naturali debeant subdi,  
& parere vniuersitatem Reges, & Imperato-  
res, quam priuati. Ita vt si ipse vel imperaret,  
vel leges ferret, aut aliquā causam, quæstionem ve-  
decideret, per omnia illi cuncti obsequi, & parere  
deberent. Diuinitas enim, qua humanitas, velut  
oleo delibuta fuit, non solum illum sacerdotem, sed  
etiam Regem inunxit, & initiauit. Confirmatur.  
*Quia diuinitati sociata non solum erat sanctitas,*  
qua humanitatem consecrabat sanctamque red-  
debat, sed etiam dignitas. Nam per illam, & non F  
ex electione Christus Sacerdos, & summus Pon-  
tifex reddebat, & per eandem à seruitute omni  
liberabatur, ita vt Christum seruum appellare ne-  
fas sit. Ergo per eandem supremus Rex effici po-  
tuit dignus, cui omnes Reges, & Imperatores  
pareant.

Ex his ergo colligitur quo sensu in Christum  
cadere possint illa verba: *Per me Reges regnant, &  
legum conditores insta decernunt, &c.* Cum enim  
haec tenus constituerim ex communi Scholastico-  
rum consensione Christum Dominum quamlibet  
potestate regia supra Reges omnes prædictus esset,  
ea tamen nunquam vsum fuisse. Sanè inde fit eam  
potestatem, qua Reges nunc possunt, & Christo  
velut à supremo Principe, qua homo est, non fuisse  
illis tributā aut demandatā. Si enim ab illo tributā  
dicamus, fateri quidem tenemur Christum suo  
vsum iure, ac potestate tunc, cum illam detulit.

Illud tamen verum est Principes, ac Reges  
omnes locum eius tenere, ac vicarios illius  
esse, cum enim ipse iure ipso naturali, vt pro-  
bitum est, supremus, & legitimus Imperator sit,  
adeo vt legitime imperaret, si vellet, quicunque  
regnum, aut imperium adipiscitur, illius vices a-  
gere, & locum tenere necesse est. Itaque Impe-  
ratores, ac Reges, & quilibet alij Principes sœcu-  
lares non tantum Dei Vicarij sunt ( iuxta illud  
Pauli ad Rom. 13, *Itaque qui resistit potestati, Dei  
ordinationi resistit.* Et post pauca. *Non enim sine  
causa gladium portat, Dei enim minister est, &c.* )  
Sed etiam Christi Domini, in quantum homo, qui  
ea ratione, quamvis illis locum hanc dedisse dic-  
tur, tamen recte dici potest illis locum dimisisse.  
Eo sensu capienda sunt verba Augustini tractat. 14. August.  
in Ioannem: *Erat quidem Rex non talis, qualis ab  
hominibus fit, sed talis, ut homines Reges faceret.* Id  
verbo non solum ad dignitatē Christi plurimum  
facit, sed etiam ad edocendos, commonendosque,  
quoniam modo erga subditos se gerere debeant,  
considerantes se illius, cuius Protagoras sunt, mores  
aferre oportere: atque adeo sic subditos moderari,  
ac regnū administrare debere, leges ferre, &c.  
sicut Christum, qui in illis regnum dimisit, mode-  
rari & administrare decebat. Ergo si ista verba: *Per  
me Reges regnant;* Christo, in quantum homo erat ad-  
scribamus, sic certe capienda sunt: *Per me,* id est  
loco mei. *Per me inquit, non demandant illis po-  
testatem, & regnum temporale, sed dimittentem.*

Sed quia postea nobis de regno, & dominio  
Matris semper Virginis futuro est sermo, aliquid  
etiam hic de dominio Christi in omnes res creatas  
dicere oportet, vt inde postea dominium Matris  
aucupemur. Et quidem plurimum interest inter  
regnum, atque dominium. Nam ius regni tan-  
tum est iurisdictio, seu facultas suprema ius di-  
cendi in omni controuersia ciuili, & præcipiendi  
ea, quæ ad politicam administrationem pertinent.  
Hoc autem ius transferri potest in aliquem sine  
dominio carum rerum, vel personarum, in quas  
prædictam exercet potestatem, & iurisdictionem.  
Non enim Rex dominus est domus, aut fundi, quæ  
subditus possidet sed ipse subditus Itaq; subditi no-  
serui, aut mancipia Regi addicta sūt, sed vassali dicū-  
tut. Quæritur ergo utrum Christus creaturarū om-  
nium Dominus sit iuxta germanam dominij signi-  
ficationem, ita vt non modo homines, & Angeli  
illius (in quantum homo est) serui, & mancipia  
dici possint: sed etiam omnes res creatæ illius sint  
dominio subiectæ, & mancipatae, ita vt de illis li-  
berè decernere, & in quemlibet vsum expendere  
sine iniuria cuiusvis possit.

Sanè aliqui contendunt vniuersas res sub  
Christi dominio vt homo erat, nequaquam  
fuisse. Sic docuit noster Gabriel Vasquez,  
qui cum semper dignitatem Christi extollat,  
hac vna in re extenuauit. Confirmat, quia Ioann. 22.  
Ioann. 22. in Extrauganti, *Inter nonnullos, in Extram*  
definit Christum pauculas quædam res legiti-

mo dominio possedisse: sentit ergo nequam illū rerum omnium dominū obtinuisse, Secundò quia lex *ut certo §. si duobus; ff. commodari* tradit nō posse duos esse dominos eiusdem rei, aut partis illius in solidum. ergo cum homines verum in res suas dominium obtineant, sit sānē Christum, ut hominem, earundem Dominum esse non posse.

105

Aduersatur tamen Gabrieli nostro Franciscus Suarez per omnia illi par, qui cum pares vbiique sint eruditione, & doctrina: tamen vbiique etiam in opinando disperas. Eorum tamē dissidijs id vetitas lucrata est, vt disceptatione eluceat magis. Probat autem quia cum Christus etiam in quantum homo sit filius Dei naturalis, necesse est illum esse vniuersorum hæredem, iuxta illud Pauli: *Qui cum sit hæres vniuersorum, &c.* Et alia quædam cumulat argumenta. Namirum, quia aliter non posset Angelis præcipere: quod sacerdotalis, ac Regia dignitas in Christo non discreneretur, & his similia Sententia certè mihi placet. Rationes vero, istæ patum robustæ visæ sunt. Nam eo, quod Christus sit filius Dei naturalis, & hæres parentorum bonorum, non satis euincitur illum continuo rerum omnium temporale, & humanum dominium obtinere, sed solum illud dominium, quod Patri conuenit iure creationis. De hoc vero controtuersia non est: agimus enim de dominio humano, & vtili. Exploratum est autem Christum in quantum hominem illud dominium creationis non obtinuisse, sicut etiam, in quantum homo, Creator appellari non debuit. Rursus etiam si Angeli non essent omnino subditum dominio Christi, tamē illius imperijs parere deberent propter dignitatē illam supradictam, quæ illum non minus Angelorum, quam hominum Regem, Imperatoremque constituit. Quomodo item potestas regia, & sacerdotalis differant; ex ibidem dictis fatis declaratur.

106

Vera ergo, & constans ratio est eiusmodi, quia (vt supra diximus) diuinitas humanitati sociata per vniōnem, non tantum sanctitatem, sed aliquas etiam dignitates, & præstantias, seu prælationes illi præbebant: hæc illum formaliter sacerdotem sacerorum supremam habentem potestatē effecit, hæc illum seruituti eripuit, hæc illum regno dominavit, hæc demum effecit, ne cuius humanæ potestati subisset. (Nam Christum Cæsaribus, aut Regibus alijs subditum non fuisse ipsem testatus est Matth. 7. vbi se liberum ab obligatione tributi pendidi dixit, & alibi.) Sed rerum dominium habere dignitas quædam est: ergo cum p'eraque ex dictis maiora sint, quis neget hanc minorem dignitatem ex deificatione Christum adeptum fuisse? Quod si dominium rerum non obtinuit, cum posset, cur regnum sæculare obtinuisse dicemus? Sanē mihi vna, & æqualis vtriusque ratio esse videtur. Deinde indecorum mihi videtur afferre Christum Dominum, in quantum hominem sine iniuria dominorum, non posse expendere, aut consumere res eorum. Hæc ratio euincit Christum, F potum fuisse domino rerum omnium: non quidem in actu exercito, (vt verba scholæ usurpem) sed in actu signato. Nam quemadmodum de regno diximus, illum quidem supremam Regni potestatem, & iurisdictionem politicam habuisse, nunquam tamen illa usum fuisse: sic etiam de domino dicendum est, illum quidem dominium habuisse rerum omnium, tamen vix paucarum dominio usum fuisse.

107

Ergo ad rationes oppositæ sententiæ sic fieri satis. Ad priorem ductam ex Ioann. 22. Extrauaganti, vt respondeat noster Suarez, triplex domi-

Tom. I.

A ni genus excogitari posse docet. Primum est, quod Deus habet in res ure creationis. Secundum, quo gaudent homines iure occupationis, quod dominium humanum est, atque utile. Tertium vero, quoddam est dominium medium inter illa duo, quod quidem excellentius est, quām pure humānum: quia scilicet cum hoc sit temporale, illud perpetuum est: inferius vero, quām dominium creationis, quia nimis utile est, in quo deficit à dignitate dominij, quod ex creatione resultat. Itaque extremo isto dominio Christum rerum omnium potum fuisse dicit. Secundò vero circa alias res, de quibus loquutus est Pontifex. Profecto si sapientissimus iste Doctor dominium hoc essentialiter ab humano distinetum esse putat, non admodum placet. Nam perpetuitas quid valde accidentale est naturæ dominij. Illum vero in ea fuisse sententia ex verbis ipsius subodorati mihi videor. Sed tamen non omnino displicet, quia sicut regnum, & sacerdotium, quod illi diuinitas detulit, ab humano sacerdotio, & regno specie differt. Sic etiam de dominio illo decernere possimus, illud scilicet ab humano dominio specie differre: hoc enim ex hominum voluntate pendet: illud vero genuinum & naturale est, quod ad specificam differentiam inducendam satis esse videtur. Sed tamen facilius illi arguento occurrere hoc modo. Christus habuit dominium rerum omnium in actu signato, vt supra dixi. Cæterum vix paucarum rerum dominium exercuit occupando, commutando, aut expendendo: hic enim sunt actu dominij: id vero definitum est à Pontifice.

108

Ex hac vero doctrina elicetur secundum fundatum, quod sumitur ex lege illa, quæ docet in unam, eandemque rem non posse duos dominium in solidum obtinere. Cui arguento facile quis occurtere posset dicens, hoc quidem præcipi iure ciuii, non autem verum esse iure naturali. Nam constat virum, & uxorem, quod attinet ad dominium in solidum, esse bonorum suorum dominos, quāmuis vir illis vti non possit, nisi ex copia mariti. Cæterum aliter respondeo, scilicet Christum, vt antea diximus, supremam Regis potestatem obtinuisse. Veruntamen quia ea potestate usus nunquam fuit, nec modo vtitur: propterea id non tollit, quominus alij more humano Reges, & supremi Principes creantur. Ad cundem ergo modum affero Christum vniuersale rerum omnium dominium obtinere: sed quia ipse eo domino in his tantum rebus usus est, quas viuendo occupavit, commutauit, aut expendit: in reliquis non prohibet; quominus etiam homines more humano veri illorum domini dicantur, & sint. Haud enim pugnat magis duos eiusdem rei dominio in solidum gaudere quam duos eiusdem Regni supremati iurisdictionem in solidum sortiri. Adde faciliori, & iuris notissima via posse hæc duo Christi, & hominum circa easdem res dominia conciliari. Cum enī ex vtriusque iurisdictione pretum sententia duplex sit dominii, & directum, & utile, possitque unum ab altero sciungi: quis non videt Christi dominium, vtpote ab ipsa Deitate deriuatum, verè directum & esse, & dici debere? Reliquit enim rerum singularium possessoribus utile dominium, quo vti. stuique ipsi non libuit. Sed id in hac solutione difficile, quod hominibus directum dominium negatur: utile tamen conceditur. Vnde prior solutio & aptior est, & verior.

109

Ex dictis liquet Christum Dominum, vt homo erat, non solum Regis supremi potestatem in homines, Angelos, & dæmones adeptum fuisse: sed

110

X. iii

etiam eorum, atque omnium aliarum creaturarum A dominum verum, atque legitimum obtinuisse: ut nimis ei homines, Angeli, & Dæmones tanquam mancipia inferuant, & creature reliquæ sub illius ditione sint. Ita enim decet supremum illum Imperatorem, Deum simul, atque hominem. Possem quidem multa Patrum testimonia referre, quibus huic sententiaz robur facerem: sed quia nullum est tam validum, quod de spirituali regno, & dominio Christi interpretari non possit, vel quatenus temporalia spiritualibus inferunt: propterea illis supercedendum duxi. Redeo ad Salonium.

Qui præmissa verba spiritualem ad sensum vo-  
cans per Reges, Apostolos intelligit: per Legisla-  
tores utriusque testamenti scriptores: per Princi-  
pes atque Potentes reliquos Ecclesiæ doctores. A  
quo nec latum vnguem discedit Beda. Addit ve-  
rò Saloniæ per Reges accipi posse omnes Sanctos, qui semetiplos regere nouerunt: subditque Legisla-  
tores notari eos, qui abrogata lege membro-  
rum (de qua Paulus Sentio aliam legem in mem-  
bres meū.) legent spiritus in seipsum sentiunt: per  
Principes id est, exercitum, duces, eos qui insur-  
gentes motus appetitus debellant: per Potentes  
tandem, seu iudices eos, qui actiones suas exami-  
nant, & dijudicant, & voluntarii suppliciis ini-  
que facta compensant. De his enim merito dicit  
Christus Dominus, Per me Reges regnant, &  
legum conditores iusta decernunt. Per me Principes  
imperant, & potentes decernunt iustitiam. His san-  
ctis Christi principatum magis extollunt, quam reli-  
qui seculi Imperatores, ac Principes. Vnde ele-  
ganter Ambrosius ad illa verba Apocalypsi. Qui  
habet in vestimento suo, & in fæmore inscrip-  
tum Rex Regum, ac Dominus dominantium. Sic addit.  
Per vestimentum sancti: per fænum, ex quo huma-  
na origo procedere dicitur, homo, quem Christus as-  
sumpsit, designatur. in vestimento itaque suo, quod  
ipse est Rex Regum, scriptum habet, quia in operibus  
Sanctorum agnoscitur hunc esse verum Deum, qui  
tales seruos possidet, qui sibi ipsis imperantes Reges  
appellari merentur. Habet enim in fæmore scrip-  
tum, quod ipse sit Rex Regum, quia in operibus, que  
in carne positus gesit, cognitum est eum esse verum  
Dei filium.

#### De Virgine Deipara.

Locum istum præter Ecclesiam, quæ illum in  
festo Niuium ad Matutinas recitat, Beatae Mariæ  
adscribit Rupertus in caput 2. Canticorum. Hac E  
ratione. Per me Reges regnant, & legum conditores  
iusta decernunt. Per me Principes imperant, & po-  
tentest decernunt iustitiam. Si enim (inquit) uni-  
uersam Mariæ genealogiam à Matthæo, & Luca  
descriptam contempleremus, ex Mariæ maioribus  
multi Reges, Dynastæ, Duces, atque Iudices fue-  
runt. Omnes autem illi per Virginem regnum,  
& potestatem adepti sunt. Per illam (inquam) re-  
gnarunt: id est enim illis Deus regnum, & po-  
testatem detulit, quia ex eorum genere Virgo ori-  
ginem ductura erat, ex qua carnem ipse indueret  
decreuerat. Haud displicet hæc interpretatio.  
Sed tamen verba illa suadent, vt de Virginis di-  
gnitate Regia super omnes alios, aut Reges, aut  
Principes patua ferantur.

Illud igitur communis omnium Patrum conspi-  
ratione conpertum est Virginem Reginam, &  
Dominam esse. Nam eo nomine non semel insig-  
nitur ab Ecclesia, sive appellandum esse exem-  
plu suo docent Augustinus, Isidorus, Athanasius,  
Epiphanius, Chrysostomus, Damascenus, Bernar-

dus, Anselm, Hieronymus, Rupertus Chrysolo-  
gus, & alij quorum censum facere difficile esset, ac Epiphæ-  
longum. Accedit quod nomen ipsum Mariæ ex Chrysol.  
Syriacis Originibus auspicatum Dominam sonat. Dam.  
Ita docet Beda in Lucam cap. 1 Epiphæ. sermone Bernar.  
de Laudibus Virginis. Isidorus de ortu, & obitu Anselm.  
Patriarcharum, Chrysologus serm. 146. Euche- Hieron.  
rius lib. 1. Instructorijs. Damascenus l. 4. de fide Rupert.  
Orthodoxa. Et testatur vulgo tritus loquendi Chrysol.  
modus, quo Virginem Dominam nuncupamus.  
Hispanè Nuestra Senora, Italicè, La Madona, &  
Gallicè, Nostre Dame: Quas voces tanquam veras  
nominis illius Etymologias usurpamus. Dicitur  
autem origo huius significationis ex 10 Mar.,  
quod Dominam sonat Syriacè. Debacchantur mo-  
re suo Hæretici, & contra Virginem virus conce-  
ptum euomunt, affirmantes Mariam immerito, &  
non sine iniuria Christi, Reginam appellari. Cæ-  
terum, vt tantam Dominam, ac Reginam ab hac  
iniuria vendicemus, & huic loco, quem interpre-  
tandum suscepimus, satisfiat, huius nominis po-  
testatem, & valorem rimari aggrediar.

Ergo si morem loquendi Patribus solemnè con-  
templemur, Virginis Regiam potestatem nullis li-  
mitibus coercent: non enim solum Reginam ho-  
minum, sed etiam Angelorum appellant; Augusti-  
nus enim in sermone de Assumptione, cuius me- Augus.  
munit Diuus Ildephonſus, in sermone 7. eiusdem  
festi: sic ait. si Reginam te Angelorum vocitatem, Ildephonſi  
verè esse comprobaris. Imò Dæmonum etiam Re-  
ginam, Dominamque esse contendit Idiota, atque  
in illam detorquet illa verba: Ut in nomine Mariae  
onne gentilestatur cælestium, terrestrium, & infer-  
norum. Cæterum ne quid tantæ Imperatrici non  
esset subiectum, cæli, atque terra Reginam eandem  
appellauit tum Bernardus in ser. super salme Regi-  
na, tum alij. Quid plura? Ne aliquid ex his, quæ Bernard.  
cælum, & terram cohibent, don. in ium Virginis  
fugere putet. D. Anselmus lib. 4. de fide Ortho- Damas.  
xa, cap. 15. Vere (inquit) rerum omnium conditarum  
Domina effecta est, quod identidem repetit in ora-  
tione 1. de Virginis Natuitate, & in Theotocio  
Virginis, Ode 5. Ansel. etiā de Laudibus Virginis,  
cap. 5. Sed insignia sunt verba Nizetæ in Confes- Anselm.  
sione sua, cum à Sarracenismo ad sacram fidem  
Catholicam bonus transfiguratus recepit. Sanctam Nizetæ.  
præterea Virginem Dominam, & Reginam omnis  
creature adoro & veneror. Integrum locum postea  
dabo. Itaque Dominum, regnumque Mariæ sic  
fatentur Patres, vt illud non aliquibus cæcellis cir-  
cundandum putent, sed potius ad omnes usque  
creaturas etiam minimas extendendum sentiant.

Sed tamen illud vestigare, & indagare oportet,  
quo ex capite, aut titulo virgo Maria tantum im-  
perium adepta fuerit. Diuus Bernardus in sermone Bernard.  
super illa verba, signum magnum, Virginis humili-  
tati id ad scriptit, cum Angelo nuntianti, spondit,  
Ecce ancilla Domini. Sicut enim ait: Certè humiliata  
est præ omnibus: quapropter merito facta est nouissima  
ma prima, que cum prima esset omnibus se nouissimam  
efficiebat: merito properea facta est omnibus Domi-  
na, que se exhibebat ancillam. Cum Bernardo con-  
cinit. D. Ildephon. in serm. de Assumpt. Quapropter Ildephonſi  
discite charissimi, humiliari, ut vos ex eadē humilitate  
gloriarri possitis: Nam ipsa propter humilitatem Regina  
nostræ orbis dicitur. Agite cù ea, ut regnare valeatis,  
ubi exaltantur humiles, &c. Vt triusque vero sanctissimi  
Patris ea mens fuit, Deum quidem sublimitate  
& magnitudine humilitatem metiri solitum. Nam  
quod quis profundius se per humilitatem demittit,  
eò sublimius per gloriam exaltatur. Quapropter  
cum Virgo tum homines, tum Angelos deje-

III.

Ambros.

112

Rupert.

Math. 1.  
Iust. 3

113

Agust.  
Isidor.

116

Virg.

Horat.

117

ctione animi superarit, merito omnibus illis prælata, & præposita est. Cæterum ut hæc penitus inspiciamus, obseruandum est Virginem Dominam, aut Reginam rerum omnium, non uno modo appellati posse. Nam Reginæ nomen nonnunquam assumitur ad significandam præstantiam, non ius, aut potestatem. Ea acceptione, Reginam pulchritudinis, Venerem appellavit Poëta, quia scilicet reliquas Deas pulchritudine superabat. Et Horatius, Syderum Regina bicornis luna: Quia reliqua sydera splendore vincit. Rursus Reginæ nomen accipitur germanè, & propriè ad significandum ius regni, & Regiam potestatem in subditos, quam ex regni consortio uxores communem habent cum maritis. Nos igitur non solum querimus, an Virgo Deipara in prioti illa acceptione Regina, & Domina rerum omnium appellari merito debeat, quia nimis magnitudine sua omnibus excellit creaturis: sed etiam utrum in posteridri acceptione, & ius, & potestatem regiam obtineat. Ergo Diuus Bernardus, Ildephonsus ratione sua plane euincunt Virginem humilitate, & deiectione animi sui regnum adeptam fuisse iuxta priorem Reginæ acceptiōē: nam quæ se p̄cepteris demisit creaturis, iure optimo omnibus prælata, & præposita est, excellentia sane, non potestate. Hæc enim potestas aliunde peti debet.

Diuus Anselmus in libro de excellentia Virginis cap. II. secundam obtulit rationem, propter quam Virgo rerum omnium dominium, & imperium nostra est, scilicet, quia per illam omnes creaturem emendata, & suæ naturæ restituta sunt. Sic enim ait: *Vtique cuncta, quæ Deus bona, & utiliter fecit in eo statu, quo condita fuerint, sicut diximus esse destituta, & per hanc Virginem in pristinum statum reuocata sunt, ac restituta. Sicut ergo Deus sua potentia parando cuncta Pater est, ac Dominus omnium: ita beata Dei genitrix suis meritis encta reparando mater est, ac Dominarum. Deus enim est Dominus omnium singula in suâ natura propria inßione constitudo, &c. Maria est dominarerum omnium singula congenita dignitati per eam, quam meruit, gratia restituendo.* Et sane rationem istam, quam Diuus Anselmus tanta elegantia prosequutus est, corrobotare possumus verbis Damasceni, quibus cum statuisset omnes creaturem per peccatum primi hominis miseræ cuidam servituti addictas fuisse, & quasi captiuas, quia nimis non ad obsequium iniusti hominis, sed iusti, & gratiæ conditæ primum fuerunt. Atque adeò tamdiu contra ius, fasque eisdem homo vtebatur, atque istas tamdiu captiuas tenebat, quamdiu in peccato suo persistit. Subdit per Virginem ab hac seruitute, & captiuitate eruptas fuisse. Itaque in oratione I. de Assumptione Virginis, sic ait. *Hæc omni profuit creatura, quam veluti coemptam à seruitute in libertatem afferuit.* Observa vocem illam coemptam, qua significatur Virginem ita creaturem omnes à priori seruitute liberasse, ut tamè eas quodammodo sibi ipsi coemerit, & suo adixerit obsequio, atque dominio suo ex soluto pretio subiecerit. Sed quamvis hæc acutæ, & satis ad rem dicantur: non tam satis euincunt Virginem secundum propriam acceptiōē conuenire ius regni, & supremam potestatem in omnes creaturem. Sicut enim creature metaphoricè tantum captiuas dicuntur: ita etiam Virgo illas metaphoricè emete dicitur: atque adeò secundum eam considerationem non sine metaphora Domina carundem appellatur.

Ergo idem ipse Anselmus, in eodem cap. 4. aliunde colligit Virginem Mariam cæli, & terræ Dō-

Damasc.

118.

Tom. I.

A minam, & Reginam appellandam esse ex eo, quod Spiritus Sanctus in sponsam illam sibi adiunxit, tunc cum obumbrans eius virtus illam texit, & in eius vtero Verbi incarnationem perfecit. Sic enim ait. *Ipse Spiritus Dei, ipse amor omnipotentis Patris, & Filii; ipse, per quem, & in quo amat omne, quod bene amat, ipse inquam corporaliter (ut benedicā) venit in eam, singulari que gratia p̄e omnibus, que creata sunt, sive in celo, sive in terra requieuit, & Reginam, & imperatricem cæli, & terra, & omnium quæ in eis sunt, fecit sponsam suam.* Vis autem huius rationis est, Spiritus Sanctus Virginem obumbras, illam singulari modo sibi sponsam sociavit. Quia vt aliás docui in cap. 2. Cant. v. 2. ac multis testimoniis euici, verbum obumbro est magitale, aut sponsale, ductum ex veteri consuetudine sponsas nubendi, atque tegendi. Itaque cum Angelus dixit,

B *Spiritus Sanctus superneniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, perinde fuit, ac si diceret; Ipse Spiritus teget te, & sine viri opera, viri, seu sponsi vices compensabit fecundans uterum sine semine, ac grauidam de filio Dei efficiens. Ex his verbis colligitur Spiritum Sanctum, non tantum Virginis sponsum dici eo modo, quo sponsus in vniuersum omnium animalium sanctarum appellatur: sed speciali quodam iure non animæ solum, sed quodammodo etiam carnis virginæ sponsum vocari posse, quartus illam obumbravit. Id est, omnes viri vices compensans fecundauit, & grauidauit. Quapropter signatè dixit Anselmus. *Ipse inquam, corporaliter (ut benedicam) venit in eam, & Reginam, Imperatricemque cæli & terra, &c.* Parum autem interest per virtutem Dei Patris, an totius Trinitatis potentiam, an Spiritum Sanctum intellegamus. Si enim Patrem accipiamus, consequenter nuptias cum Patre celebratas esse dicemus, atque adeò Virginem Patris esse sponsam, quo nomine sèpè à sanctis Patribus insignitur, sicut etiam non semel sponsa Trinitas appellatur. Ergo Diuus Anselmus ex eo, quod sponsa sit sine Patris, sive Spiritus Sancti, sive totius Trinitatis, vniuersale Deiparæ regnum & dominium aucupatur, quod duplice modo exponere possumus. Prior est Diu Epiphanius in sermone de laudibus Mariæ, ubi sic fatur. *Quomodo Virgo inuenitur esse cœlestis sponsa, & mater quæ donorum antenupzialium nomine Spiritum Sanctum accepit, dotis vero gratia, cœlum, & terram, id est, dominium cæli, & terræ.* Itaque Epiphanius Virginem Patris, aut totius Trinitatis sponsam esse decernit, atque illi dotis nomine regnum addictum fuisse dicit. Dona vero antenupzialia, pro quibus Maria Spiritum Sanctum, atque eius dona accepit, arrha dicuntur, seu sponsalia pignora. Posterior verò modus est magis naturalis, ac legibus conformis: iura enim omnia prescribunt, ut sponsa omnia bona cum sponso communia sint, atque eisdem priuilegiis, & honore gaudetilla, quibus vir. Et peculiatariter de Augusta dicta cœtu in legi Princeps. ff. de legibus, ubi sic legimus. *Princeps legibus solutus est. Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadē illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent.* Ergo ex hac bonorum, & honorum communione, & societate, quæ intersponsum & sponsam intercedit, Anselmus intulisse videtur Virginem rerum omnium supremam potestate & dominio potiti. Quia nimis iure sponsæ omnia bona cum Patre, & Spiritu Sancto, vel cum tota Trinitate illi communia sunt. Fateor hæc etiam satis accommodata ad Virginis commendationem, & gloriam allicet. Cæterum non satis euincunt dominium propter dictū, atque imperium rerum omnium ad Mariam pertinet.*

Cant. 2.  
vers. 2.

Luce 1.

num. 35.

119

121

X iiiij

tinere. Sicut enim virgo non propriè, sed per quādam similitudinem Triados sponsa appellatur: ita etiam iure sponsæ non propriè, sed per similitudinem Regina vocari potest. Agimus autem hic de regno in germana significatione, & acceptione.

Rursus posset aliquis asserere Mariam non iure aliquo, sed ex liberali, & effusa erga illam Dei voluntate dominum istud obtinuisse. Nimirum, quia Deus illi tanquam regina cunctas res subdidit, atque sub eius ditione esse voluerit. Ceterum cum hæc nullo robusto testimonio confirmare licet, gratis omnino dicuntur. Nullus enim ex Patribus, qui Mariæ imperium istud detulerunt, huius donationis liberalis meminit.

Ergo cum ex præmissis nominibus, aut titulis Mariæ imperium in res omnes colligere non licet, veram, & genuinam radicem assignarunt Parentes, quotquot illud ex materna dignitate deducunt. Quorum verba subscribere opus est. D. Athan. in sermone in Euangelium de Deipara sic habet. *Quandoquidem ipse rex est, qui natus est ex Virgine, idemque dominus est Deus: ea propter, & mater, que eum genuit, & Reginæ, & domina, & Deipara propriæ, & vere censetur.* Observa illa verba, propriæ, & vere, Subditque in hunc modum, *Licebitque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsum, atque illius filium carniferum respicimus: Nunc scilicet adest regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta, variegata: eo quo secundum sexum faemineum Reginæ, & Domina, & Mater Dei appellari beat.* Hæc ille, quibus luculententer germanam Mariani imperij radicem attigit, atque illam non impropriè, & per aliquam similitudinem, sed vere, & propriè Reginam, & Dominam esse affirmat. Damascenus in lib. 4. de fide orthodoxa cap. 15. sic habet. *Maria rerum omnium conditarum Domina effecta est, cum creatoris mater existit.* Et in Theodosio. Ode 7. *Quocircum regnam, omniumque dominam, uti Matrem creatoris omnium annuntiamus.* Rupertus in cap. 4. Cantic. apertissimè loquitur in hunc modum. *Hac in celis Reginæ sanctorum, & in terris Reginæ regnum est, quandoquidem est mater Regis coronati, quem constituit Dominus super opera manuum suarum: ac proinde Reginæ constituta totum iure possidet filij regnum.* Itidem observandasunt illa verba, iure possidet, quibus excluditur improprietas, & metaphora. Diuus Anselmus, qui alias rationes, quas supra adscriptimus, obseruavit, huius etiam meminit libro de excellentia Virginis. c. 9. *Super hoc (inquit) cum ipsam dominam, per quam tanta bona illis prouenerunt, præ oculis habuerint iuxta Deum, quem de suo utero virgo peperit, residentem, & iure materno caelo, terraque cum eodem filio suo presidentem, vbi etiam iuris meminit.* Accedit Nizetas, qui in sua illa confessione tanquam aliquid fidei dogma ad hunc modum pronuntiat. *Sanctam præterea Virginem, que illum in carne pepererat, Dei propriæ, vereque matrem esse credo, & confiteor.* Eandemque, ut reuera Dei, qui homo factus est, matrem, atque idcirco & reginam omnis creatura, diuinagratia affectam adoro, & veneror. Ex his Patrum testimonijs constat unicam, & præcipuam Mariani imperij, regnique radicem esse maternitatem, ob quam non metaphorice, ac impropriè, sed germane, & proprie omnium creaturarum regina est.

Sed tamen, vt vim huius rationis capiamus, quedam præmittere oportet. Primo difficultate non vacat Virginem iure materno reginam esse: quia honor, & dignitas à parentibus ad filios defuit, non vero ascendit, à filijs ad parentes. Et qui-

A dam à filijs in matrem nobilitatem minime refueredo cent, textus in l. i. ff. de Senatoribus, cuius hæc sunt verba. *Consulares feminas dicimus Consularium uxores. Adiicit saturninus etiam matres, quod nec vsquam relatum est, neque unquam receptum.* Vbi Saturnini consulti antiquioris sententiam ex- *Saturn.* pressæ refellit Vlpianus: quem textum ad id ipsum *Vlpian.* adnotat glossa ibi. Subscribunt Bartholus, & Pe- *Barthol.* trus Ancharanus in cap. i. ad finem Secundi nota- *Petrus* bilis, de cognatione spirituali. Platea in l. in sacris *Anchara.* 2. in principio Cod. de præxi sacrorum scriniorum: *Platea.* lib. 12. & in lege ultima Cod. de incolis lib. 10. & alij minoris notæ. Ad hæc licet honor, & dignitas à filijs ad patres transire posset: tamen ad matres non ascendere vel ex eo liquet, quod potestas in filium tota ad patrem pertinet secundum vulgata iuris ciuilis elementa, quæ filium non maternæ, sed paternæ subiiciunt potestati. Ergo cum dignitas à filio in parentes ea sola de causa remigrare possit, quod filius eorum subiaceat potestati, fit quidem honorem & dignitatem à filio ad matrem venire non posse.

Sed tamen quidquid sit de iure ciuili ( de cuius constitutionibus statim pauca dicemus,) si ius na- *125* turale spectetur, dignitatem, honoremque filij ad parentes recurrere mihi exploratum est. Ratio au- tem desumpta est ex Aristotele lib. 8 Ethic. cap. 11. *Arist.*

vbi cum filiorum ad parentes, & subditorum ad Reges non iustitiam, sed amicitiam esse dixisset, & de subditorum erga Reges obsequio aliqua præmisisset, de potestate patria sic decernit. *Amicitia paterna beneficiorum magnitudine differt: est enim causa pater effendi, quod maximum esse certum est,* & enutritionis, & eruditionis, *Vnde natura pater filiorum imperium obtinet.* Hac autem amicitia in excellentia consistit, propterea honor autur ipsi pa- rentes: & iustum igitur in his non est, sed quod effla- *126* git at dignitas. Hæc ille, qui paucis verbis vim na- turalis iuris complexus est: assertit autem patrem natura ipsa imperium in filios ostendere, hoc vero imperium in excellentia consistere: quia nimio- rum pater semper filio suo superior est. Ita vt quantumlibet filius dignitate crescat, & ho- nore, semper parente suo inferior maneat, est enim illa potestas naturalis. Inde vero fit na- turali consequentia, vt filii dignitas, honorque necessario redundet in patrem, ne aliqua ratione filium infra patrem esse dicamus, quem natura su- periorem efficit. Id vero intelligendum sublatis emancipationibus, quas ius ciuale adiuuenit. Aliā etiam rationem reddit ibidem Arist. quia parentes, & filii non censentur aliquid diversum, sed re- uera filius est, vel pars aliqua parentis, vel omnino idem, cum illo. Ideo inter patrem, ac filium non intercedit iustum propriè dictum, quia eiusdem ad seipsum æqualitas, vel inæqualitas esse non potest.

Ex quo fit regnum, diuitias, & in vniuersum quilibet filij honorem parentibus accedere iure natu- rali: nam prædicta substantiarum identitas bonorum omnium communionem inducit. Si enim bona filij parenti ea ratione non cederent, sane inter patrem, ac filium iustitia propriè dicta intercederet. Et quidem ex hac identitate colligunt cum Aristotele iuris periti filium ipsum, quam diu sub patria potestate existit, vere dominum esse paternorum bonorum, quamvis iisdem uti non possit, nisi ex venia patris. *Quod spectauit Paulus ad Galat. 4. cum dixit. Quanto tempore hares parvulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium.* Si num. 1. ergo impubes ob supradictam identitatem vere dominus est paternorum bonorum, potiori iure pater dominus erit bonorum filij.

127

Hinc colligo iure naturali parentem Regis, Regē esse, & in vniuersum nulla dignitate filios gaudere posse, quo non illico refundatur in parentes, nisi aliquid aliud obstat. Confirmatur alio Aristot. testimonio eiusdem lib. cap. 10. *Societas* ( inquit) patris ad filios regnū p̄ se fert effigiem: nati namque patrī sunt curae. Itaque patris imperium in filios regnum quodammodo esse dicit, & patrem in filios regnare: ergo si filius rex creatur, pater utique Rex Regiserit: atque adeō potiori iure Rex. Præmisi autem illa verba, *Si nihil aliud obstat*. Nam triplici modo imperium alicui euenire potest. Primus est à natura ipsa. Sic Christus Dominus imperium obtinuit non electione aliqua, sed à natura: Deitas enim humanitati sociata illi supremum rerum omnium clauum, & imperium deferebat, vt supra diximus. Secundus modus est, cum aliquis armis, arte, aut alia ratione regnum aliquod debellavit, & sibi subiecit. Tertius modus est, cum aliquis electione, aut deditione multitudinis Rex creatur.

128.

Ergo aſſerto primo, si imperium, regnumque vel in vniuersum honor quilibet filio à natura contingat, non potest non in parentes remigrare: cum enim filius naturaliter patri subiaceat, paterque natura ipsa superior sit, quæcumque filius naturaliter obtinet, parenti necessario cedunt, atque in illum redundant. Item cum filius sit præcipua quædam parentis sui portio, vel idem omnino cum illo, non potest esse bonorum discriimen, & separatio. Secundo etiam exploratum mihi est, quod si aliquis filius per semetipsum imperium aſsequutus sit, parentibus etiam accrescit imperium ( loquor autem de iure naturali, omissis mancipatiōnibus, quas quidem ius ciuale adinuenit, ac moderatur.) Ratio est in promptu, quia ex natura legibus non solum opes, quas filius nanciscitur, sed etiam omnia alia iura, & potestates parentibus accrescunt. Tertiò si filius imperium electione, aut deditione multitudinis obtinuit, tunc sane haud transit à filiis ad parentes, licet inde non parum honestentur. Ratio est, quia authoritas illa, seu potestas tota ex electoribus pendet, atque eam illorum voluntas metitur: quapropter illi tantum personæ accedit, cui electores illam deferunt.

129

Hinc autem lux affertur legibus, ac iuribus, quæ quidem tunc soli aut determinant, aut extendunt honores, vt à filiis ad parentes transeant; vel non transeant; cum dignitas beneficio republicæ, aut principis filio donatur. Sic accidit in lege 1. ff. de Senatoribus, in qua cauetur, ne Consulares feminæ matres Consularium dicantur. Nam princeps, aut Respublica Consulem creans noluit priuilegia Consulum ad plures peruenire. Sunt etiam aliquæ E leges, quæ parentibus fauent, & filiorum honores in ipsos deriuant, quale est illud Vlpiani 1. lege Morris. §. parentes ff. de poenis, vbi dicitur. *Decurionis parentes quoad pœnas eodem cum filiis gaudent priuilegio*. Anastasius etiam Imperator in sacris scripnis militantes, & eorum parentes peculiari priuilegio donat in lege *In sacris*. Cod. de proximis sc̄r̄orum sc̄rin. l. 12. Aliud simile videre est ab eodē Imperatore concessum Præpositis agentium in rebus, & illorum matribus in lege. *Hæc saluberrima*: vers. *Simili videlicet*. Cod. de Præpositis agentium F in rebus: eodem libro. Quin etiam Caſtrenſiani, & Ministerianis mater coram magistro officiorum, quemadmodum filius conuenienda erat per legem *Ante omnia* §. hec autem priuilegia. Cod. Caſtrenſianis, & Ministerianis, eodem libro. Simile fere priuilegium erga matrem inuenitur in lege 3. in principio Cod. de priuilegijs scholarium. Aliud erga vtrumque parentem reperies lege 10. in prin-

*Anastas.*  
*Imperat.*

130

A Cod. de metatis, & de Epidem lib. 12. Denique Iustinianus Authen. de consulibus colat. 8. §. *Si autē*: vers. *Si vero non copulatis*: Consulis dignitatem quadpruilegium de quo ibi, etiam ad matrem extendi. Ergo in his legibus principes libere hæc priuilegia vel contrahunt, ne parentes attingant, vel ad parentes extendunt. Illud tamen animaduersio ne dignum, Imperatores pleraque filijs cum matribus, quam cum patribus communia esse voluisse.

Ex his soluta manet ratio desumpta ex lege 1. ff. de Senatoribus. Ad aliam vero, quæ desumitor ex patria potestate, quam leges matribus admunt, & patri deferunt, respondeo legibus aliquando forminas inuisas esse, nam iure naturali non minus filij matribus subiaceant, quam patribus. Imo ex hoc iure filios magis ad matres, quam ad patres pertinere satis declarant leges illæ, quotquot aſſerunt partus utriſi conditionem sequi. Hinc est expostulatio illa fœminarum apud Aristophanem in Ranis, quæ cum hac, tum alijs de causis dolent legislatores viros esse vsque adeo vbiique fœminis immites. Et sane quis neget adulterum, adulterumque cōdem criminē obstringi: & tamen lex sequit in adulteras, adulteris vero indulget. Mitto alia, &c.

His constitutis cum præmissis patribus decerno Virginem Deiparam vere, & propriè & non per similitudinem Reginam, & supremam Imperatricē esse ex eo, quia mater est summi Regis, & Imperatoris rerum omnium: non electione aliqua, aut priuilegio, sed iure ipso naturali. Ratio vero ducitut ex dictis supra, quia Christus non ex electione, aut ex meritis, quamvis id quoque mereri potuisse exploratum est, sed natura ipsa verè, & propriè, & non per similitudinem Rex, & Imperator summus est, nimirum ex diuinitate, quæ illum sicut sacerdotem, ita etiam regem inunxit. (Dixi autem natura sua: vt excludam electionem, & affectum.) Atqui omnis honor, & dignitas, quæ natura ipsa cōpetit filio: ad matrem necessario reddit: ergo sanctissima Deipara verè & propriè Regina est, iuxta Aristotelis principia supra adscripta: quibus consentaneè peiſreui, sed luculenta oratione Arnoldus Carnotensis Bernardo coetaneus, & familiaris rationem istam complexus est in tractatu de laudibus Virginis. *Nec à dominatione, vel potentia filij* mater potest esse se iuncta: una est Maria, & Christi caro, unus spiritus, una Charitas, & ex quo dictum est ei: *Dominus tecum, inseparabiliter perseverauit promissum, & donum*. Observa illorum verborum *Dominus tecum*, subtilem interpretationē. Voluit enim Arnold. illis verbis significari, & Virgini Arnold. Deum adhaerisse, & in dominij communionem, & Carnotensem societatem illam asciuisse. Attextit enim: *Vnitas diuisionem non recipit, nec secatur in partes: & licet ex duobus factum sit unum, illud tamen ultra scindere non potest, & filii gloriam cum matre non tam communem iudico, quam eandem*.

Cæterū operæ pretium est explicare quām late pateat huius Reginæ imperium. Præmitto autem Christum duplex imperium obtinuisse (vt supra diximus) aliud spirituale in animas, aliud politicū ad ciuilem administrationem pertinens: rursus non solum imperium regnūque sortitum fuisse, sed etiam singulare omnium creaturatum dominium, ergo si de regno spirituali sermo sit, illud certè Christus suæ passionis merito adeptus est. nam quamvis natura ipsa ratione diuinitatis, cui vnitæ humanitas erat, ad eam dignitatem euercta est, vt possit sibi animas subiçere, & ab imperio diaboli ad suum transferre: tamen per sue passionis meritū re ipsa transtulit, atque subiecit, Itaque regnum hoc



non illi à Patre omnino liberaliter donatum, sed A  
meritis retributum. (Nec vero loquor de radice  
omnis meriti in Christo, scilicet de unione hypo-  
statica, hanc enim liberaliter illi, & sine meritis Pa-  
ter impendit.) Ergo ut ad Virginem redeamus, hæc  
sane iure materno spirituale animarum imperium  
adepta est, quia ut supra diximus, dignitas, quam fi-  
lius per semetipsum assequatus est, & non electio-  
ne, aut donatione alterius ad matrem reddit: ergo  
cum Christus hoc regnum (quod illi conquirit etiā  
in quantum homo est) suis meritis sibi ipso pe-  
perit, ad illa redeat necesse est, que ipsum peperit, eo  
modo quo à filio ad matrem redire potest. Accipe  
verba Bonau. in speculo c. 8. qui verba Dominus te-  
cum, bonum ad sensum vocat. *Dominus (inquit) po-*

*tentissimus tecum, & tu Domina potentissima secum.*  
*Dominus index noster, Dominus legifer noster, Do-*  
*minus Rex noster. Dominus inquam legifer noster in*  
*mundo, Dominus index noster in iudicio, Dominus*  
*Rex noster nos coronas in cælo.* (Ecce quomodo om-  
nes spirituales regni patres cōplexus est doctor Se-  
raphicus.) Subdit statim. *Iste ergo specialis noster*  
*Dominus sic cū Maria fuit, quod etia illam speciale*  
*nostram Dominan in his omnibus fecit.* De secundo  
vero imperio scilicet politico, & ciuili, certus est  
Virginis iure materno euenire: nam cum Christus

*Ildephonj.* C imperij huius dignitatem natura ipsa, & non ex ali-  
qua electione, aut deditio obtineat necessum est,

vt ad matrem recurrat. Vnde merito à D. Ildeph.  
ser. 3. de Assumpt. *Regina Regū, prædicatur, & à R. up.*  
vbi supra *Reginaregnorum.* Ex qmo etiam fit, vt sicut  
filio pronunciate licet illa verba. *Per me Reges re-*  
*gnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me*  
*Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam:*  
sic etiam matri æquum sit eadem usupare sub eodē  
sensu. *Per me (inquit) non demandantem, aut con-*  
*ferentem illis imperium, sed dimittentem: nā cum*  
*ipsa iure possem regnare, illis tamen regnum dimi-*  
*si.* Hæc addidi, quia quemadmodum Christus eam  
supremam potestatem obtinuit, non tamen exer-  
cuit, sed regibus exercendam dimisit: sic etiam de  
Virgine Deipara dicendum est. Denique quod at-  
tinet ad dominium vniuersale rerum omnium, non  
aliud iudicium, quam de regni iurisdictione ferendū  
est: nam pari ratione à filio ad matrem digni-  
tas dominij retrocedit, quam filio à natura ipsa cō-  
uenire supra decreui. Retrocessionem istam im-  
perij, atque dominij à filio ad matrem eleganter atti-  
git D. Damascen. orat. 2. de Assumptione, vbi sic E

addit. *Oportebat Deimatrema, quæ filii erant, possi-*  
*dere, atque ab omnibus rebus cōditis ut Dei matrem*  
*adorari. Quanquā enim semper ita comparatum est,*  
*ut hereditas à parentibus ad filios deuoluatur (nunc*  
*autem, ut eruditæ cuiusdam viri verbis utar) sursum*  
*sacerorum fluminum fontes fluunt. Etenim filius matri*  
*res omnes conditas in seruitutem addixit.* Denique  
hæc tria Mariæ regni iura paucis verbis cōplexus  
est idem Damascenus in orat. 1. de Assumptione,  
vbi sic serit: *In cælo, ac regis sedibus sic Regina, Do-*  
*mina, hera, ac vere mater, & genitrix Dei deposita* F  
*es.* *Reginā ergo, Dominam, & heram appellauit:*  
*Reginam quidem, ob politicū, & ciuile imperiū:*  
*Dominam, ob directū dominium rerum*  
*omnium: Heram, ob potestatem in seruos, & man-  
cipia. De qua postea.*

Ex his, quæ hactenus diximus, pauca deducun-  
tur: Primo Virginem Deiparam iure materno ve-  
rè, & propriè Reginam esse, & cum filio communem  
potestatem sortiri. Quod sane adumbravit Salo-  
monis illud insigne erga matrem obsequium, de  
quo Regum 3. c. 2. ita scribitur. *Venit Bersabee ad*  
*Regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonias, &*

*surrexit Rex in occursum eius, adorauitque eam, &*  
*sedit super thronum suum. Positusque est thronus Ma-*  
*tri Regis, quæ sedet ad dexteram eius. Quid quidē*  
*Salomon iuris naturalis aptime gnatus fecit, ut*  
*significaret parentem suam iure ipso materno in*  
*societatem regni vocari. Quid plura? Accedat cō-*  
*templatio quedam Rabi Hicados apud Galatin.*  
li. 7. de Arcana c. 13. qui obseruauit pro illis verbis  
Isaiae 9. *Multiplicabitur imperium eius super hume-*  
*rum eius. Vbi est sermo ad literam de Christo, sic*  
*Hebraicas origines adeam̄as, sic legi, שָׁרְכַּחַת.*

138

atque in his verbis contineri duo nomina, scilicet  
Mariam Satah. 1. *Maria Domina:* ut videlicet si-  
gnificaretur Mariæ imperium ea mensura incre-  
menta accepturam, quia Christi Principatus  
multiplicatetur. Cum vero dicimus à Christo ad  
Mariam imperium redundasse, non ita accipien-  
dum est, quasi mater parentem cum filio adepta sit di-  
gnitatem, & potestatem (absit.) Sed licet sit inae-  
qualitas, quam fateri necesse est, hæc tamen nihil  
detrahit de regia dignitate Mariæ. Nam sicut fe-  
mina priuata postquam Regi connubio iuncta est,  
etiam si omnia illi cum Rege bona communia sint,  
tamen haud aequalis potestas est ius dicendi, impe-  
randi, & bona distrahendi, nihil enim horum nisi  
ex copia viri præstare potest. Id vero non vetat  
quominus idem imperium, dignitatem, & nomen  
cum viro habere dicatur, & Regina ab omnibus  
appelletur. Sic etiam de Maria dicendum est ipsam  
quidem supremam esse Reginam, quamvis nihil  
huius potestatis exercere possit, nisi ex fili sui ve-  
nia, quæ illi semper præsto est, & ad nutum. Secun-  
do colligitur Mariam non modo hominum, sed  
etiam Angelorum verè, & propriè Reginam esse.

Hoc autem Virginis in homines, atque Angelos

Bonau.

nio esse, nihilque vlli estam proprium, cuius Virgo, quasi anticipatum dominum non habeat: non enim aliud de Matre, quam de Filio eius Christo Domino iudicium ferendum esse hactenus perspicuis rationibus ostendi.

Cæterum contra ea, quæ hactenus præfati sumus, obijcere quis posset Christum Dominum à patria potestate ab initio fuisse emancipatum, & exemptum. Suadet hoc robustum satis argumentum, quia que nadmodum diuinitas humanitatem ad eius extulit dignitatem, ut ab omni principatus secularis domino, & potestate illam vendicaret, imò Regiam & supremam in Reges omnes potestatem illi addiceret (ut iam inde supra probauimus) sic etiam eadem à patria potestate illum eripere potuit. Ita enim tantam Christi Domini maiestatem decere videtur. Confirmatur, quia cum emancipatum esse, sit quoddam libertatis, & excellentiæ genus, diuinitas, quæ humanitatem non modo sanctificabat, sed etiam alias quasdam dignitates, & excellentias præbebat; hanc illi, utique præbuisse dicens est. Accedit consensus Card. Toleti in cap.

Card. Tol.

Gr. Nyss.

Titus Ep.

2. Lucæ, vbi pro sua sententia aduocat D. Ambrosium, sed immerito. Posset tamen suam stabilire sententiarn testimonio D. Gregorij Nysseni, in oratione super illa verba Pauli. *Tunc & ipse filius subiectus erit ei*: vbi initio id docere videtur. Cum enim causas, ob quas filii paruuli parentum potestati subiacent, accuratiū enumerasset: nimur ignorantiam, & vietus quærendi insolentiam, has in Christo Domino nullo modo fuisse decernit, atque adeò ab ea subiectione immunem dicit. Accep-

I. Maldon.

Ambros.

143.

tit etiam Titus Bostrorum Episcopus, qui ita ait. *Ob id sponte se illès subiecit, quo filios omnes exemplo suo ad hoc inducat: id est, voluntario obsequio, & libero, non autem ex debito generationis.*

Cæterum opposita sententia mihi omnino vera, ac prorsus tenenda videtur: scilicet, Christum Dominum ob diuinitatis, & humanitatis societatem in eadem hypostasi, à patria suæ Matris potestate minimè exemptum fuisse. Et quidem aduersus Toletum obijcio virum per omnia æqualem, Ioannem Maldonatum, qui hoc nostrum placitum graui sua censura, & Ambrosij testimonio corroborat. Et quidem Ambros. in c. 23. Lucæ, de Christo matrem suam discipulo commendante sic scribit. *Habemus pietatis magisterium, docet lectio hec, quid affectus maternus, quid sequi debeat reverentia, & pietas filiorum.* Quibus verbis Christo pietatem erga matrem tradit: pietas autem fundatur in debito naturali filij erga parentem, Christus ergo haud liber fuit ab isto debito. Si enim liber esset, nequam plus in parentem, sed misericors, aut benignus diceretur. Sed tameri levientius loquitur Ambros. in cap. 2. Lucæ, ad illa verba: *Et era subditus illis. Quid enim (inquit) magister virtutis, nisi officium pietatis impleret, non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est.* Ipsissima verba transcripsit Beda in sua commentaria. Quibustum Ambrosius, tum Beda huius difficultatis Herculeum nodum uno ictu resciderunt. Expendo singula. *Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Quid apertius? Christum Dominum officium, hoc est debitum pietatis, impleuisse docet Ambrosius, ergo ab illo debito immunis non etat.* Germanam autem huius rationem attigit sequentibus verbis. *Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est:* Quasi dicere: Nemo Christum patia potestate ideo liberum dicat, quasi infirmum sit, & tantæ majestatis indignum alicui ex debito subijci: nam subiectio isthac, & obsequium erga parentes non

A est infirmitas aliqua, vel seruitus, sed pietas. Itaque licet ex diuinitatis commercio Christus Dominus liber sit, & nulli alteri potestati subiectus: tamen patriam potestatem non excusset. Ratio à priori ducta ex Aristot. hæc est, quia debitum submissio-

144  
Arist.

nis, & subiectio erga parentes nihil libertatis, & ingenuitatis adimit: imò filij nomen dignitatem habet, libertatem sonat, & omnem seruitutem proflus excludit. Atqui eiusmodi debitum naturale erga parentes ita cum ipsa filiatione coniunctum, & connexum esse reor, ut quicunque Christum Dominum eo debito erga parentem suam exoluerit, filium eundem esse neget. Hoc debitum clarissime expressit D. Methodius in serm. de Purific. Virginis, vbi sic scribit. *Enge, quæ debitorum habebis eum, qui omnibus mutuantur. Deo enim uniuersi debemus, tibi autem etiam ille debet.* Item Hypolitus in orat. de Sanctific. *Qui dixit: Honora patrem & matrem, ut decretum à se promulgatum obseruat, omnem gratiam matri, & honorem impendit.* Accedit etiam Bernard. in serm. 2. Super Missus est: quæ elegantissime expendit illa verba. *Et erat subditus illis. Deus (inquit) cui subditi sunt Angeli, Principatus, & Potestates, subditus erat Marie, & Ioseph, propter Mariam. Mirare ergo utrumlibet, & elige quid amplius mireris, siue filii Dei benignissimam dignationem, siue matris excellentissimam dignitatem.*

Method.

*Vtrumque stupor utrumque miraculum: id quod Deus fæmina obtempore, humilitas absque exēpte: & quod Deo fæmina principetur, sublimitas sine socio. In laudibus Virginis singulariter canitur, quod sequuntur agnum, quocunque ierit. Quibus ergo laudibus iudas dignam, quæ etiam præterit?* In quotestimonia vnā, vel alteram rem obseruatione dignam adnotat. Nā primo Virginem precellere, præte, ac principari dicit filio suo, quæ verba nisi de patria tantummodo potestate commode accipi non possunt. Rursus Bernard. ex filij obsequio excellentiam Mariæ aucupatur. Quod si dicamus filium per humilitatem, & deiectionem sui, non autem ex debito pietatis matri paruisse, hoc sane non tam ad eius excellentiam faceret, quam filij humilitatem extolleret. Nam si Rex, v. g. ex humilitate procumbit rusticus, inde quidem non rusticus magnitudinem, sed Regis immensam demissionem colligere licebit. De Nyss. autem sententia illud afferere audeo, eum nostrę potius, quam oppositę sententię opitulari. Nam postquam dixit filios sub patria potestate esse ob prædictas rationes, addit Christum Dominū in nuptijs Chana sic parentem suam affatum. Maternum autem consilium, quod minime in tempore adhibetur, reiecit dicens: *Quid mihi, & tibi mulier? Vis ne me ante etatem præesse, ac imperare? Non dum venit hora mea, quæ præbet etati. Sit imperet, ac sit sui iuris.* Existimat ergo Nyssen. Christum ad illud utique tempus sub patria potestate fuisse, & sui iuris non fuisse. Ad hæc Titus Bostrorum Episcopus, dum ait Christum sponte Virgini paruisse, non excludit debitum naturale, sed promptam illius ad obsequendum voluntatem commendat.

145

Ergo cum ex his constet Virginem sanctissimam patriam in filium potestatem obtinuisse, ne quid hanc vniuersalem eius ditionem effugeret, cum ex his, quæ supra diximus, liqueat parentes iure naturali filii imperare, & quasi Regiam in illos potestatem obtinere (teste Philosopho) Maria etiam iure materno quadam supra Christum potestate Regia gaudebat. Et sane Virgo sanctissima hoc iure, & potestate sua sæpius via est: sed tunc maxime vertitur, cum apud filium præ nobis intet eedit. Quod venustissima oratione complexus est Petrus Damiani, his ferme verbis. Accedit ad artem illius

Nyssen.

146

Petr. Da.  
mian.

ideo liberum dicat, quasi infirmum sit, & tantæ majestatis indignum alicui ex debito subijci: nam subiectio isthac, & obsequium erga parentes non

divina fætteritatis tribunal, non rogans sed imperans: A Domina, non ancilla: quomodo enim potestari tue obuiare poterit potestas illa, qua de tuis visceribus traxit originem? id est, Potestati illi, quam in utero iure in illum obtinet, haud resistet ille, qui parentibus deferendum esse recte nouit. Hactenus de regia dignitate Mariæ, de qua eò libentius disceptauit, quia cum passim à Patribus Reginæ, atque Dominae in nominibus decoretur, nullus, quod sciam, huius Marianæ imperij vim, & potestatem expedit, vel primari illius radicem eruit. Qua vero ratione locus iste Salomonis, *Per me Reges regnant, &c.* in Virginem cadat, súpt̄a exposuitus. Sed tamē, vt constet, quantum Maria ad Reges, & Legislatores, Duces, & Principes inauguandos possit, absoluat locum istum Damasc. obseruatio, orat. 2. de Assumpt. vbi de Moysè, qui Dux, Legislator, ac Princeps Iudaici populi creatus est à Deo, agens animaduersione dignum duxit illum imperij sui auspicio accepisse ex rubro, qui cum arderet non comburebatur, quém Virginis Mariæ umbram fuisse Patrum consensio docet. Itaque ait Damascenus. *Per simulachrum quoddam, & umbram Mariæ tantus Legislator, & Princeps creatus est.* Si ergo Virginis Deiparæ symbolica quædam adumbratio tantum Legislatorem, ac Principem efficeret valuit, quis obsecro ipsamet ad inauguandos Principes poterit? Ad secundandum, & felicitandum eorum imperium quantum valebit? Merito igitur dicit, *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.*

XVII. *Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me, inuenient me.*

**E**go diligentes me diligo, Hebr. diligam. Et qui mane vigilant. Septuag. Et quarentes me inuenient. Sic habet correctior textus. Complutensis vero legit: inuenient gratiam. D. Ignatius infra: inuenient pacem.

Sententia horum verborum, si ad sapientiam referatur, perspicua est. *Ego diligentes me diligo:* id est, erga illos, qui me ardenter adamt, sic me genio quasi redamatrix, quia illis me facilem, & familiarem præbeo. Et sanè id sapientia, & honestati proprium est, vt his, qui illius amore, & desiderio ardent, sese quodammodo amicè insinuet, ita vt nullam in illa paranda difficultatem experiantur: illis vero, in quibus desiderium, & amor alget, insuauem, morosam, & partu difficilem sese præbeat. Subdit: *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me.* id est, illi, quo s' amor, & desiderium ita exacuit, vt cura parentæ, capessendæ que sapientia somnum adimat, & multo mane suscitet ad operas, hi profecto tandem aliquando incident in me, his egomet ipsa occurram, obuiamque procedam. Illi autem mane vigilare dicuntur, qui anticipant vestiganda sapientia curam, qui ab adolescentia accuratam illi diligentiam nauant, & non differunt in senectate.

*De Christo Domino.*

Hæc verba de Christo interpretantur D. Hieronymus in cap. 14. Osee D. Ignatius in Epistola ad Mariam Castobol. Bernardus in Cant. serm. 69. Beda, Hugo, & Rodolph. & ipsi accommodata claram satis, & perspicuum sententiam reddunt: *Ego diligentes me diligo.* Eadem fere verba usurpauit Christus Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum,* & *quoniam eum ipsum.* In præmissa vero Epistola l. c. F. Faxis

Deus maria, ut tui similis sim, que Iesum Filium Dei amas, quare & ipse dicit tibi: *Ego diligentes me diligo, & qui me querunt, pacem inuenient.* Sed tamē obseruandum est hæc verba non ita accipienda esse, quasi oporteat amorem nostrum erga Deum amori eiusdem erga nos anteverti: absit, cum Ioan. dicat in 1. Cano. c. 4. *In hoc est charitas Dei, non Ioan. 1.* quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam prior dilexit nos: semper etenim Deus gratia sua præuenit conatus nostros, prius nobis bonum velle incipit, quam nos illi. Itaque sic conferenda sunt, *Ego diligentes me diligo:* id est, qui gratiae obtemperantes diliqunt me ardenter ego redamo, atque maiora bona illis volo. Et sane quantitatem illius amoris, quo Deus diligentes se diligit redamanis, metiri licet ex illo amore, quo inimicos suos prosequutus est. Si enim ita liberalis, & beneficus Deus extitit erga non amantes, quanto beneficentiores esse oportet erga amatores suos. Audi Paulū ad Rom. 5. *Commendat (inquit) Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius saluierimus ab ira per ipsum.* Quæ verba alij sic interpretantur: In eo maxime Deus lui amoris magnitudinem prodidit, quod cum adhuc peccatores, & inimici essemus, pro nobis se se obtulit neci: in eo enim maxime spectatur charitas alicuius, si hostem adamet. Itaque amorem, quem hic commendari à Deo dicit Paulus, eum esse docent, quem Deus erga inimicos ostendit. Cæterum quamvis hæc vera sint, sensus tamen loci germanus, & ad rem nostram aliis est. Contendit enim Paulus probare amorem, quo Deus prosequitur iustificatos ipsum redamates, ingentem esse, idque optimo euincit arguendo ad hunc modum. *Commendat Deus charitatem suam in nobis:* eam scilicet, quam erga iustificatos, & gratos homines habet, hoc vno signo maxime extollit. *Quoniam cum adhuc peccatores essemus:* quasi dicat: *Quoniam si in peccatis adhuc existentes inimicos, & hostes tantopere amauit, vt filium suum pro nobis emoci fecerit, quanto magis iustificatos, id est, redamantes iam adamauit: vt salutem filij morte iam partam illis liberaliter impendat: nam proclive magis, ac prouum est amicis a noī reciprocare, quam inimicos amare, Deusque ardenter diligit, cum redamat, quam cum amat.*

*Et qui mane vigilant ad me, inuenient me.* Véba ista Bernard. in eo serm. 69. in Cant. sic expendit, Bernard. presertim vocem illam inuenient. Denique ait. *Et qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Vides quomodo non solum de amore suo certum te reddat, sed etiam de sollicitudine sua, quam protegerit si te senserit sollicitum sui. Vigilas tu: vigilat & ille, consurge in nocte in principio vigilarum, accelerat quantum vis, etiam ipsas anticipatæ vigilias, inuenies eum, non præuenies. Temere in tali negotio, vel prius aliquid tibi tribuis, vel plus: nam ille te magis amat, & ante. Hæc Bernardus. Cum quibus etiam alia concinunt eiusdem verba, ad hunc modum. Benignus Deus venientibus ad se totus præobuiat, & præcurrit, & totus totos deosculatur. D. autem Bonaventura priori illi particulæ mente adhæsit. Et quimane. Ait etiā, *Mane ad sapientiam vigilant, qui innouato mentis studio ad Christi visionem attingere satagunt.* Innouato inquam mentis studio: id est, ad instar eius, qui post somnum vires nouas recepit. Christum autem cum sole oriente componit. Itaque illos mane vigilare dicit, qui lucem Christi orientis innouatis studijs, & affectibus captant. *Quod si per illud mane, aut diluculum pueritiam sumamus, cum prima lux rationis menti affulget (vt supra diximus)* optime

optime, quadrant in Christum ista verba. Et qui A  
mane vigilant ad me, inuenient me, quem constat  
pueris ad se venientibus libenter occurrisse. Vnde  
est illud: *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad*  
*Matth. 19. mevenire, talium est enim regnum celorum. Matth. 9.*  
*num. 14.*

## De Virgine Deipara.

153 Bonavent. Præterita verba præter Ecclesiam Virgini tri-  
buit D. Bonaventura, in speculo cap. 3. Et Idiota  
7diora. procœmio Contemplationis de Beata Virgine, ubi  
sic ait. *Inuenta Maria Virgine, inuenitur omne bo-*  
*num: ipsa namque diligit diligentes se, imo sibi ser-*  
*uentibus seruit: atque in illam accommodatissime B*  
*cadunt. Ait ergo Sanctissima Deipara. Ego diligen-*  
*tes me diligo: id est, eos, qui amore, & studio sua in*  
*me contulerunt, libentius amore, & studio comple-*  
*ctor meo. Ergo si amorem Mariæ erga sui stu-*

Ansel. diosos tu quoque complecti vis, accipe verba  
Anselmi de excellentia Virg. capite 4. *Qui autem*  
(inquit) *in dilectionis erga Mariam suavitatem*  
*transit, non diffidendum, quin in retributionis eius*  
*participium transiturus sit. Quibus verbis ostendit*  
Anselmus Mariam præstantissimam amicitiae  
legem cum his seruare qui se amant, illarum scilicet,  
quæ tradit, *Amicorum bona communia esse: asserit*  
enim amatores suos in bonorum omnium societa-  
tem, & communionem ab illa asciscit. Sed luculen-  
tius amoris istius magnitudinem descripsit August.  
apud Bonaventuram in speculo c. 14. *Quis dubitare*  
poterit omnino in charitatis affectionem transisse vi-  
scera Mariae, in quibus ipsa, quæ Deus est charitas, no-  
nun mensibus corporaliter requieuit. Affirmat ita-  
que Augustinus, Mariam non tam amare dicendā  
esse, quam charitatis naturam induisse, & ipsissimam  
charitatem esse: qualia enim, quam mitia, quam de-  
libuta charitate, & amore delinita erga homines il-  
lius viscera manere necesse erat, quæ illam charita-  
tem, quæ Deus est, id est, illum Deum, qui tanto ho-  
mines amore prosequutus fuit, nouem mensibus  
continuerunt. Hanc Virginis charitatem erga ho-  
mines aliunde dedit D. Ildephonsum orat. i. de

Ildephon. Assumptione, scilicet ex eo, quod Spiritus Sanctus,  
qui personali sua proprietate amor est, in ipsa su-  
peruenit. Ait enim. *Vnde quæsio, vos filij, imitamini*  
*signaculum fidei vestre Mariam beatam, quam velut*  
*ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decoxit, incan-*  
*duit, & igniuit, ita ut in ea Spiritus Sancti flamma*  
*tantum videatur, nec seniatur, nisi tantum ignis amo-*  
ris Dei & hominum. D. Bonaventura in speculo c. 8.  
eandem Virginem charitate erga homines inflam-  
matam cum rubo contulit, qui quidem ardebat in-  
combustus. Ac rufus in Sara adumbratum esse di-  
cit, quæ Dominam, & carbonem sonat. Virgo enim  
hæc, & Domina nostra charitatis igne penetrata à  
carbone ignito haud dissidebat. Vnde præclare.  
Idiota ad Virginem igne charitatis inflammatam  
deflexit illa verba. *Non est qui se abscondat à calore*  
*eius. Sic enim ait: Longe postos illuminat radijs mi-*  
*sericordia sua: sibi propinquos per specialem deuotio-*  
F  
*nem accedit, & sic non est, qui se abscondat à calore*  
*eius: id est, à charitate, & dilectione eius. Quomo-*  
do igitur erga amatores suos se geret Maria, quæ  
tanta inardescit charitate? Merito sane dicat. *Ego*  
*diligentes me diligo: nec amorem tantum amore*  
*compenso, sed immenso interuallo supero, nam*  
*qualecumque studium erga me amore ardentissi-*  
*mo reciproco. Vide plura de hoc amore erga ho-*  
*mines infra vers. 19.*

Pron. 8.  
vers. 19.  
156

*Et qui mane vigilant ad me, inuenient me: id est,*  
qui à pueritia amori, & obsequio meo se se mancipant, hi quidem facile inuenient me: nam illis libé-

Tom. I.

tissime obuiam procedo, atque amantissime excipi, qui à teneris annis mihi se dedunt. Quo-  
modo autem Virgo parvulo ad se venienti occur-  
rat, describit Ecclesi. cap. 15. cum ait. *Obviauit illi,*  
*quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginini-*  
*tate exciper illum. In Græcis est mulier Virginini-*  
*tatis: sensus autem sincerior est eiusmodi. Nihil*  
*differit Virgo ab honorabili matre, quæ dilectissi-  
mum, filium suum parvulum ad se venientem non*  
*expectat, sed moræ impatiens ipsi latabunda oc-  
currit, atque illum excipit gratissimè, ac deliciosissimè. Pari ratione Virgo gloriofa, ceu mater amä-  
tissima parvulos ad se venire iam iam meditantes*  
*non expectat, sed moras omnes abrumpens ei-  
dem se obuiam offert, conatus videlicet eorum*  
*adiuans. Atque illos tunc demum incundissimè,*  
*recepit. Sicut mater honorificata. Et sane quod Vir-  
go Deipara sua quodammodo sponte parvulos ada-  
met, oritur ex eo, quia cum in his innocentia, & in-  
tegritas corporis labis expers potissimum fulgeat,*  
*hæc innocetissimæ, atque castissimæ Virginis ani-  
mum magnopere alliciunt, & benevolentia conciliant.*  
*Nam quemadmodum in se, sic etiam in alijs*  
*integritatem corporis, & morum impense diligit.*  
*Tunc certe occurrit illis, quasi mater honorificata*  
*ab ipsis: id est, quasi mater, ex qua ultra naturalem*  
*affectionem, ipsorum filiorum obsequium, & honor*  
*ab illa eum amore extorquet. Subdit, & quasi mu-*  
*lier à virginitate, vel, mulier virginitatis: id est, vir-  
go. Sane Ecclesiasticus hic meas sententia haud no-*  
*uam inducit similitudinem (vt alij putant) scilicet*  
*sponsæ, quæ virgo primum coniugi tradita est, &*  
*non vidua: illius enim ardenter, quam huius amor*  
*in virum esse consuevit, atque adeò libetius occurrit*  
*venienti sponso. Mallem hæc verba extrema*  
*ad superiorē sententiam reuocari, ita vt sensus sit.*  
*Occurrit tanquam mater filio, tanquam mater in-*  
*quam à virginitate sua: id est, tanquam mater simul,*  
*& virgo: id vero addit, vt significaret sapientia (de*  
*qua ibidem loquitur ad literam) totius corruptelæ*  
*expertem sinceritatæ, quâuis mater appelletur, ni-*  
*hilominus virgo est. Neque ledit sententia hæc in-*  
*terpretatio, sed potius illam exacuit. Sensus enim*  
*sic conformandus est, occurrit illi, sicut mater ho-*  
*norficata, & virgo: id est, tanquam mater, quæ filiu*  
*peperit virginitate incolumi, atque adeo sine dolo-*  
*re & presura: quasi dicat, sic exceperit illum, veluti si*  
*foret mater aliqua, cui filius, quem virgo, atque*  
*adeo incorrupta, & sine doloribus peperit, honoris*  
*multum, & obsequij deferret: hunc enim eo liben-*  
*tius amaret, quia voluptatem plurimam, nullū ve-*  
*ro dolorem ipsi attulerat. Hæc vero ad Virginem*  
*accommodate transferuntur, quæ vero parvulos il-*  
*li honorè deferentes, tanquam Virgo mater excipit,*  
*à quibus cum voluptatem experta sit, dolorem ha-*  
*ctenus nullum exceperit. Maiores enim natu, quo-*  
*quot ad ipsam accedunt, fere plurima iam admise-*  
*runt peccata, quibus tantæ matrici cruciatu, & dolore*  
*attulerunt, atque adeo tunc cum illos Deo pari-*  
*tit, cum doloribus quodammodo emititur. Parvuli*  
*vero, & insotes ad Mariam accedentes, atque illa*  
*honorantes nullū dolorem, vel cruciatum, sed vo-*  
*luptatem plurimam illi asportant. Ideo illos Virgo*  
*parere iucundius, & gratius illos excipere dicitur:*  
*quia istos Deo pariendo (licet sic dicere) partum*  
*Christi imitatur, quem virginitate incolumi, sine*  
*dolore, & cruciatu edidit mundo. Neque solum*  
*partum partui, sed etiam educationem educationi*  
*plane similem esse suadent Bonaventurae verba Bonavent.*  
*in serm. super illa verba, Asstir Regina: vbi sic*  
*ait: Maria quidem in Iesu parvulo parvulos alios*  
*alere, & nutritire dicit. Magna profecto dignitas*

157.

158.

Y

paruolorum, quos non modo educando suscepit A Maria, sed in filio suo huius educationis modum meditata, & experta est, ut non aliter eos, quam filium aletret. In hac certe sententia plurima tute tibi meditari poteris de modo, quo Virgo filium educavit, & ad paruulos transferre. Merito ergo dicit Maria. *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me, seu inuenient gratiam* (ut habent Septuag.) Et quidem cum his verbis concinunt alia. Sap. 6. quæ Virginis etiam adscribi solent. *Inuenitur ab his, qui querunt illam: præoccupat, qui se concupiscunt, ut illis se prior offendat. Qui de luce vigilauerit ad illum, non laborabit, assidentem enim illum foribus suis inueniet, &c.* foribus scilicet illis, quibus paruuli ingrediuntur in mundum. His enim rationis usum notari nouis, sed locuples auctor haud male sensit. Fœlix ille, cuius primitias rationis, & consilij tam sancta Virgo delibauit.

XVII. Mecum sunt diuitiae, & gloria, opes superba, & iustitia.

**M**Ecum sunt diuitiae, & gloria. Hebr. Opulenta & gloria mecum. Sept. Diuitiae, & gloria mihi est. Aquila: mecum. Symmach. *A me opes superba, & iustitia*. Hebr. Substantia durabilis, & iustitia. Septuaginta: *Possessio multorum, & iustitia*. Symmachus: *Vita antiqua*. Theodotius: *Substantia antiqua*. Aquila: *Substantia cum pace*. Quidam codices habent, *opes superbae*, sed mendum est aperatum: ib enim vox superbae, non iactantiam, sed magnitudinem sonat, quod passim apud prophanos autores legas, nec semel apud sacros, Isaiæ 60. *Ponam te in superbiam seculorum, & alibi, superbiam fumi* dixit, id est, celsitudinem.

Ego cum sapientia hactenus dixerit, per ipsam Reges regnare, & in vniuersu præclarissimos honores, & honestissima munera a se conferri, addit nunc fortunas, atque opes ingentes, ab ipsa etiam interdum donari suis familiaribus, non eas quidem, quæ per fas, vel nefas improbi sibi parare consueverunt (quæ quia male partæ sunt, male quoque dilabuntur) sed cum iustitia, id est, iuste acquitas atque adeò constantes. Quod exprimit lectio originalis, *opes durabiles, & iustitia*, id est, vel ideò durabiles, quia cum iustitia coæctæ, & comparatae fuerunt. Neque alium sensum reddit lectio Theodotion, quæ habet, *substantia antiqua*. Nam vetera, & antiqua non solum dicuntur ea, quæ à multo antehac tempore perdurarunt, sed etiam, quæ hinc multo tempore durabunt, ut docui in caput 7. Canticor. vers. 13. Quod verò sapientia, & honestas fortunas, opesque ingentes iuste partas non nunquam asportare soleat suis amatoribus, explorata res est. Eas verò, quæ iuste comparatae sunt, stabiles, & constantes esse nemo inficiatur: *durabiles* inquam esse, & à parentibus ad filios, & nepotes transire, & antiquas, quia tamdiu perseverant, quoad antiquitatis prærogatiua gaudent. Antiquitas enim non parum fortunas honestare solet, quando videlicet is, qui possidet bona, numerat multa saecula, ex quibus tum ipse, tum maiores illa obtinuerunt. Et fortasse ad id respexit interpres, cum pro antiquis, F conuerit superbis, id est, per antiquas, & per eternas opes, ex quibus homines efferti solent, quæ vere honestæ, & nobiles sunt. Imò ipsam nobilitatem nihil aliud esse dixit Philosoph. quam per antiquas, & à maioribus acceptas diuitias. Addo etiam antiquitatem ad constantiam, & durationem pertinere, quia antiqua possessio eam vim habet, ut vel ex sola prescriptione litibus, & contentioni-

bus non sit locus, ut homo bonis suis pacifice fruatur. Sic locum habet lectio Aquilæ: *Et substantia cum pace*, id est, pacifice possessa, sine litibus, sine contentionibus. Hinc patrimonia, & maioratus stabiles, quos filii degeneres, & profusi non decouunt. Nam illi, qui ex bonis iniuste partis coalescent, paulò post à filiis dilapidantur.

De Christo Domino.

Locum istum de spiritualibus diuitijs, atque opibus interpretati sunt Hugo, & Beda, quas Christus sapientia Dei suas esse dicit: in ipso enim sunt thesauri sapientie, & scientie Dei, quos liberaliter, atque effuse iustis hominibus distribuit. Et quidem Beda vocem illam *opæ superbae*, acute ad sensum spiritualem sic transtulit: *Opes superbas excelsas dicit, ut cælestia dona significet. Nam Græcæ superbus iæcōpās, id est, de super apparet dicitur. Et id est sapientia (qua Christus est) relte opes iæcōpās, secum esse dicit: quia viro spiritualia de super apparet, id est, de celo sunt, & cunctis mundi opibus supereminunt. Hæc ille.*

162

De Virgine Deipara.

C Veiba ista sola Ecclesia (quod sciam) Virginis adscripsit, sed accommodatissime in illam cadunt, siue de spiritualibus, siue etiam de caducis, & temporalibus bonis accipiamus. Nam ut ab his caducis ordiamur, merito dicit Virgo Deipara: *Mecum sunt diuitiae, & gloria, opes superba, & iustitia*: mecum inquam, id est, in mea potestate sunt, ut his, qui me colunt, eas liberaliter impendam. Non paucos vidimus Virginis obsequio mancipatos, quos eadem Virgo non spiritualibus tantum, sed etiam temporalibus bonis eumulauit: *Opibus, inquam, antiquis, & cum pace*, ut nuper exposui. Accipe quæ nouis, sed locuples auctor de hac Virginis in temporalibus bonis erogandis, aut ex pendendis potestate contemplatus est. Solent quidem viri generosi, & vxorum amantes, eisdem ve plurimum fidentes, pecunia claves, & tutelam illis committere, & quidquid domesticarum expensarum est, illis tradere: ipsi vero alijs grauioribus muneribus vacant. Ergo ad eundem modum Deus Optimus Maximus sanctissimæ Sponsæ suæ Mariæ tantudem tribuit, ac fidit, ut ipsi temporalium bonorum tutelam, & claves dederit: adeò ut quidquid horum bonorum in hac magna mundi domo expenditur, id per Mariæ manus recensitum transeat, & illius arbitrio distribuatur. Ita ut iure dicere possit: *Mecum sunt diuitiae, & gloria, opes superba, & iustitia*, id est, in mea potestate: mihi enim tanquam sponsæ suæ charissimæ hæc omnia subiecit Deus.

163

Quod si de spiritualibus bonis illa verba capiamus, certus est, cuncta in Virginis potestate, & Bonavent. arbitrio esse. Accipe verba Bonaventuræ inspeculo c. 8. ad illa Lucæ. *Dominus tecum*, qui utraque bona temporalia, & spiritualia complexus ait: *Dominus huius omnia sunt propria, calum, & terra, & corporalia, & spiritualia, & omnis creatura, omnis gratia, & omnis cælestis gloria, omnia sunt Domini propria*. Ecce Maria quantus Dominus est, quam opulentissimus est, qui tecum est. Et quia Dominus opulentissimus, opulentissime tecum est: ideo tu es dittissima, & opulentissima secum in his omnibus, in quib' illi opulentissimus est. Itaque postquam Angelus ad Mariam dixit Dominus tecum: licet etiam illi dicere, *Mecum sunt diuitiae, & gloria, &c.* *Mecum*, quia non solum illas egomet mihi obtineo: sed etiam ex

arbitrio expendo. Vnde accommodatè Symmachus legit: *A me sunt diuitiae, & gloria. Hæc profecto sententia iubet, ut aliquid dicamus de modo, quo per Mariam omnia nobis bona spiritualia, omnis videlicet gratia, & gloria omnis euenire dicatur. Hæc enim sunt spirituales diuitiae, atque opes, quas in Mariæ potestate, & arbitrio esse decreuimus.*

<sup>165</sup>  
Bernard. Præmittere autem oportet, quid Patres de hacre docuerint. Omnim quidem Antesignanus Bernardus non semel hanc Mariæ dignitatem prædicat in sermone de Natuitate Mariæ: *Totis (inquit) medullis cordium, totis quidem præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia hæc est voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per Mariam. Et sermone. 3. invigilia natalis Domini: Sed quia indignus eras, cui donaretur, datum est Maria, ut per illam acciperes, quidquid haberes. Et supra in sermone de Natuitate: Ut proinde si quid spes, si quid salutis, si quid gratie in nobis est, ab ea non erimus redundare. Et infra in Salve: Per Mariam (inquit) speramus nos posse consequi, quidquid totius bonitatis auctor dignatus fuerit gratia nobis imperitri Richard. Victorin. Bernardo æquatuus in Cant. c. 26. Omnim (inquit) salutem desiderauit, quasi sit, obtinuit: in eo salus omnium per ipsam facta est. German. Patiar. Constantinop. hom. de Zona, & Fascijs Deiparæ: Nullus (inquit) est, qui saluus fiat, nisi per te (o sacrissimal!) nullus est, qui liberetur à malis, nisi per te (o purissima!) nemo est, cui donum concedatur, nisi per te (o castissima!) nemo est, cuius misereatur gratia, nisi per te (o honestissima!) (D. Bonaventura in speculo: *Gratia enim Maria colligit malos, impinguat bonos, liberat uniuersos. August. ser. de Annuntiat. Tu es spes unica peccatorum, qui a per te speramus veniam omnium delictorum & in te nostrorum est expectatio premiorum. Sancta Maria, succurre miseris, &c. Ac-**

<sup>166</sup>  
Rich. Vilt. Germ. Pat. Constant. D. Bern. D. Aug. Petr. Da. 167  
Petr. Da. cedit Petr. Damianus in sermone de Annunciatione: *Per ipsam, cum ipsa, & in ipsa, totum hoc faciendum decernitur, ut sicut sine ipso nihil factum est, ita sine illa nihil refellum sit. Præter istos Patres, qui luculentius hac de re loquuti videntur, suppetunt pleraque aliorum testimonia, quibus nunc aquæ ductum appellant, per quem omnis gratia è fonte suo diffusit: nunc collum, per quod spiritus ex capite deriuantur: vel portam, per quam cælum ingreditur, quisquis ingreditur: vel scalam, per quam omnes ascendimus. Et alia eiusmodi plura, quæ significant gratiam omnem, & salutem, & in uniuersum dona omnia nobis per Mariam erogari. Hæc vero sunt diuitiae illæ gloriose, & opes superbæ, quas Virgo secum esse, & à se dimanare dicit.*

Illud ergo in quæstionem vocare possumus, utrum verum sit omnia nobis per Mariam bona detinati, ita quod sanctissima Deipara omnia nobis, & singula bona impieri et tunc, cum ea accipimus: an solum in radice: quia nimis per ipsam Salvatorem habemus, qui nobis totius boni caput, & causa extitit. Sanè in posteriori ista significacione passim loquuntur Patres, atque Virginem ideo F totius boni originem esse volunt, quod ab illa Salvatore suam dixit. Frustra huius argumenti obvia valde testimonia huc vocem. Magnum profecto est hoc, ex quo magnalaus, & dignitas Virginis cedit, quam ubique mirum in modum extollunt Doctores Sancti. Cæterum (audeo dicere) si non maius, profecto iucundius est illud prius, ex quo potestas illius maior spectatur, & nostra salus quodammodo facilior redditur, si afferamus singulabona, quæ à Deo accipimus, Maria impetrans.

Tom. I.

A te nobis donari, atque adeo ipsi accepta, nos referre debere.

Sanè aliquis Mariæ parum benevolus quædam <sup>168</sup> testimonia ex præmissis fortasse interpretari posset posteriori illo modo, ut non aliter Virgo omnis boni causa dicenda sit, nisi quia Christum totius boni caput, & originem enixa est. Quicumque vero de ipsa magnifice senserint, & pie utramque partem libenter illi concedent, & ex præmissis

Patrum locis elicient omnia bona sigillatim, per Mariæ impetrationem, ac preces hominibus à Deo impetriri. Cæterum antequam rationes subijcam,

B quibus hoc placitum roboratur, præmitta aliquas Patrum sententias ad id quodammodo spectantes. Prima est, Mariam, si non omnia bona omnibus,

saltem multa omnibus sua impetratione exorare: ita ut nullus sit, qui boni aliquid Deiparæ precibus non acceperit. Elegantissime id docuit Idiota de Contemplatione Virginis in Prologo: *Ipsa (inquit) est thesauraria gratiarum ipsarum. Ceteri sancti iure quodammodo patrocinij, pro quibusdam sibi specialiter commissis plus possunt prodeesse in curia celesti, quam pro alienis: Beatissima vero Virgo Maria, sicut est omnium Regina, sic etiam omnium aduocata, & patrona est, & cura illi est de omnibus. & sicut nemo est, qui se abscondat à calore eius, id est, a charitate & dilectione ipsius. Et Andreas Andreæ*

C Greten. in Encomio de Virginis dormitione: *Placita (inquit) Dominum pro communii figmento. Nam quandiu versabar in terris, te habui parva terræ portio: ex quo autem translata es à terra, te uniuersus mundus continet commune propitiatorium. Itaque in eo diffidet Maria à reliquis sanctis, quod illi pro quibusdam specialiter: hæc verò pro omnibus orat, atque omnibus proficit, multa bona suis precibus impetrando. Nec vero ita accipere debes,*

quasi omnes communii aliqua prece complectantur, sed ita ut pro quolibet sigillatim petat, ut ea

D ratione vincat reliquos sanctos, quos in uniuersum pro salute hominum Deum obsecrare charitati illorum congruum est: pro singulis vero sigillatim preces fundere potentiam excedit. Id mihi colligere, vel aucupari video ex Basiliensi Concilio Conc. Bas. fessio. 45. vbi sicut: *Inter omnes, qui cœlestem Regem pro nobis interpellant, precipue ad gloriosissimam illam, & omni laude dignissimam Virginem Mariam est recurrendum, quæ quanto altior existit, tanto humilius ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens, pro quibus in viro gestauit Salvatorem.*

E Ergo cum pro cunctis gestauerit, cunctos ad se trahere nititur. Præterea non solum Maria orat pro omnibus sigillatim, cum reliqui sancti pro quibusdam tantum preces fundant: sed etiam nihil boni sanctorum preces nobis obtainere possunt, nisi Mariæ etiam impetratio accedat. Quod

optima similitudine lunæ docuit Georgius Venet. Minorita vir pietatis, doctrinæ que non vulgaris. Har. Cant. I. tom. 4. c. 38. Luna (inquit) sol alter non incongrue à quibusdam dicitur, quia à ea, quæ sol superius vimasculina generat, hac ipsius, & aliorum etiam planetarum factum suscipiens in inferiori mūdo sibi vicino edit. Ideo eius motus

F præ ceteris obsernatur, quasi omnium conceptum parentis. Et quidē Astrologi pro certo habent salis vim, & aliorū planetarum, & signorū influxus à luna prius excipi, exceptaque in terram deriuati, ita ut nihil cælo boni defluxus in terrā decidat, quod

luna non moderetur, ac tēperet. Hinc est illud Iamblici. A sole (inquit) virtutē omnimodā qui continet, omnimodam futurā accipit Luna: cū Mercurio, Veneri, Iove, & Allys, cōmunes cunctorū moderatur influxus

G Addit Venetus: *Cum Veneri caput regit, cum Taurō Geor. Ven.*

Xij

272

collum, cum Geminis brachia, cum Cancro pectus, cum Leone humeros, seu scapulas, cum Virginem ilia, cum Libra, Sagitario, Capricorno, & Aquario alia membra, Ita ut omnium influxus ab eis suscipiat, & tamquam rerum omnium inferiorum Mater in terras viinas deriuat. Absoluit autem hisce verbis: Ideo que non abs re Luna assimilatur Mater illa omnium gratiarum plena, quæ ea, quæ a supernis fontibus per diversos canales haurit, largitur quidem inferioribus, pro recipientium dispositione. Ergo cum Venetus (missum facio Solem, de quo infra dicemus) in planetis, atque alijs signis coelestibus Diuos, qui in celo sunt, contempletur, qui nimirum, tanquam stellæ, & splendidissima signa e celo nobis promicant: ex dictis elicit, quod diuersi sancti diuersis Ecclesiæ statibus e celo prospiciunt: ex quibus statibus Ecclesiæ corpus, velut ex membris coalescit. Ita enim in coelesti illa patria more comparatum est, ut sancti his maximè auxilia impetrant, quibuscum viuendi modus ipsi communis fuit: nimirum Virginibus, coniugati coniugatis, milites militibus, Doctores Doctoribus, & sic de alijs. Item diuersi diuersis rebus præsident, alias quidem frugibus tuendis, alias rebus perditis recuperandis, alias pesti abolendæ, alias captiuis redimendis, alias mari sedando: immo inter corporis naturalis membra alia alijs ascribimus. Huic enim capitum, illi dentium, alteri oculorum, alteri gutturis, alijs pupillarum cedit cura. Ac demum diuersa à diuersis expetimus, prout illa nos ab illis exorat, & consequi solitos experimento didicimus. Cum igitur haec ita sint, Sanctosque cum alijs astris conferamus: decernere oportet nihil eos posse, nihilque boni ab illis in mundum defluere, nisi Virgine, ceu Luna intercedente, atque illorum influxus moderante: ipsa enim Lunæ ad instar omnium aliorum syderum, Sanctorum in quam peculiares haurit influentias, haustrisque ad terram mandat, nobisque communicat. Itaque cum ipsa per se solam multa nobis impetrat bona, sancti quidem sine illa nihil boni exorare nobis possunt. Ad hæc cum Sancti quibusdam prosint, Maria omnibus prodest. Demum cum Sancti quibusdam necessitatibus nostris prospiciant, Maria omniaibus proficit.

Secundo aio Virginem Mariam, si non omnia sigillatim bona, saltem ex omnibus bonorum omnium spiritualium generibus multa hominibus deprecari, quod mihi exploratissimum est. Itaque cum ab alijs alia petamus, à Virgine omnia expertere licet. Hanc secundam partem nemo sane inficiabitur, illamque optima ratione confirmat nobis tradidit D. Bonavent. in speculo cap. 3. his verbis: *Omnia (inquit) fluminaintrant in mare, dum omnia charismata intrant in Mariam: flumen enim gratia Angelorum intrat in Mariam, flumen gratia Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariam, flumen gratia Apostolorum intrat in Mariam, flumen gratia Martyrum, Confessorum, & Virginum, & Doctorum intrat in Mariam, omnia fluminaintrant in Mariam, id est, omnia omnium gratiarum genera intrant in Mariam. Sed quid mirum, si omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad omnes defluit?* Vis autem huius rationis in eo sita est: Quod propterea Deus ex omnibus omnium bonorum, & gratiarum generibus Mariæ impetravit, quia scilicet Maria ex omnibus hisce bonorum, & gratiarum generibus plurima bona, & gratias alijs imprestatione sua erogatura esset: ne si quam gratiam non haberet, illam alijs impende-re non posse quisquam putaret. Eandem omnino ratioinationem confirmavit Idiota in contem-

A platione Virginis cap. i. Non deficit (inquit) tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non scientia Prophetarum, non zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non innocentia, & humilitas Virginum. In summa nullo genere vacasti virtutum, quodcumque donum alicui sanctorum unquam datum est, tibi non fuit negatum: sed omnia omnium sanctorum priuilegia habes in te congregata, quia omnibus te dare liberaliter oportebat. Rursus de solis fæminis eandem rationem confecit Diuus Fulgentius in sermone de Laudibus Mariæ: *Venite (inquit) Virgines ad Virginem, venite concipientes ad concipientem: Venite matres ad matrem: Venite lactantes ad lactantem: venite iuuencale ad iuuençulam, coniugata ad coniugatam.* Ideo enim istos omnes natura cursus Virgo Maria in Domino nostro suscepit, ut omnibus ad se configentibus fæminis subueniret, & sic restauraret omne genus fæminarum. Itaque inter Patres illud exploratum esse videtur, ideo ex omnibus gratijs in Mariam plurimum contulisse Deum, ut ex omnibus alijs impertirent. Quomodo vero sanctissima Deipara ex omnibus gratijs eroget hominibus, prout cuiuslibet postulat conditio, & status, eleganti similitudine tradidit Diuus Damascenus *Damasc.*

C in orat. 2. de Virginis Assumptione, ex persona ipsius Mariæ Apostolos iamiam moritura alloquens: *Quicumque morborum sanationem, vitiosarum animi affectionum depulsionem, peccatorum obliteracionem, & in uniuersum quicumque bonum aliquod sit cum fide, ad me veniat, & ex egratia, qua plena sum, hauriat. Quemadmodum enim aquæ, terre, aeris, ac splendidissimi solis actio simplex latet, atque una sit, varie tamen, arque accommodatè ad earum rerum, que ipsius participes sunt natura immutatur, fitque in vinea vinum, in oleo oleum, &c. Adeundem modum gratia quoque, que in me est, quamvis una sit: varie tamen, atque congruenter ad uniuscuiusque utilitatem eos, a quibus excipitur, beneficio afficit: nec verò ex natura mea hanc gratiam habeo.* Ad id spectare videatur Bernardus super illud Apocalypsis: *Signum magnum, &c. Omnibus (inquit) omnia facta est: omnibus misericordie finum aperuit, ut de plenitudine eius accipiant uniuersi, quæ verba delibasse videtur ex D. Ildephonso term. 1. de Assumptione.*

E D. Ber. Ergo cum constet primo omnes homines ad unum usque Mariam exorante multa bona accipere, & sigillatim Mariam pro singulis Deo interessere: Deinde cum exploratum sit ex omnibus bonorum, & gratiarum spiritualium generibus D. ipsa parat Virginem multa suis precibus hominibus impetrare, reliquæ est, ut omnia etiam sigillatim bona ipsa sigillatim pro singulis obsecrante, nobis donari dicamus. Hanc conclusionem preter adscripta in fronte huius capituli Patru testimonia, quæ satis luculent erid comprobant, ratione fulcire decreui ad hunc modum. Primo Maria Virgine impetrante omnia, & singula bona nobis à Deo donati possibile est. Hoc sane inficiabitur nemo, nisi forte aliquis neget Virginem omnes homines, & omnia illorum opera, ut orationes sigillatim cognoscere. Id est omniuero necessarium est, ut singulis nostris actionibus gratiam impetrat (Loquor autem de actionibus, & cogitationibus liberis.) Insuper opus est, ut omnes nostras necessitates, pericula, & discrimina præcognoscatur, ut nobis exoret auxilia. Id verò nemo hæcenus Virginem dedit, neque illa subestratio, vel causa. Magnum profecto est hoc, sed non impossibile, imo Virginem cōcedendum. Ita do-

174

177

Idiota.

178.

S. Francis, et Pater Franciscus Suarez in 3. partem Diui

<sup>suarez.</sup> Thomæ tomo 2. disput. 20. sect. 4. vbi tradit primo: Virginem omnes, & singulas res in Verbo videre, quas reliqui simul beati in illo contemplantur. Secundo addit sic: Pie quidem, & probabiliter colligo Beatam Virginem videre in Verbo quidquid Deus videt scientia visionis, ijs solum exceptis, que singulariter ad Christum, & ad interiores animi cogitationes spectant, quia cum Beata Virgo sit longe inferior filio, tam beatitudine, quam dignitate, non decet, ut sine manifestatione, & consensu eius omnes interiores illius actus cognoscat. Confirmat autem

<sup>Bernard.</sup> hoc testimonio Bern. in ser. sup. illa verba: Signum magnum. Iure, inquit, sole perhibetur amicta, que profundissimum diuinæ sapientie, ultraquam dicit potest, penetravit abyssum, ut quantum creature conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur unita. Quæ verba non de absoluta capacitate intelligenda sunt: sed iuxta legem ordinatam. Quamvis enim ad maiorem gloriam assumi posset ipsa met Virgo, vel alia creatura de absoluta Dei potentia: tamen considerata tanta persona dignitate, ac decentia, sane minimè congruum foret aliquam puram creaturam maiori gloria beari, quam Virginem, cum exploratum sit nullam puram creaturam ad maiorem dignitatem euhi posse, quam Virginem. Et secundum eum sensum tantam gloriam, quantam creaturæ conditio patitur, adepta dicitur. Deus enim gloriam cum personæ dignitate congruentem donat: exploratum autem est nullam sublimiorem dignitatem puræ creaturæ euenire posse, quam Matris Dei. Cum ergo ex sententia huius Doctoris, quod perfectior est visio Dei, eò plures creaturæ in verbo videantur, qui in tam perfecta, & numeris omnibus absoluta Dei contemplatione Virginem aliquid fugere dicat ex his, quæ Deus vñquam vel fecit, vel facere decreuit.

180

Sed licet hoc in vniuersum certum non esset, D neque Virginis cognitione in patria illa omnia attingeret, quæ Deus scientia visionis complectitur: nihilominus pro certo, haberi debet Deiparam omnes homines, & omnia illorum opera, & cogitationes liberas, omnes eorum necessitates, & pericula è cœlo contemplari. Quod quidem mihi vna, vel altera ratio suaderet. Prima est, quia ut communis tenet Scholasticorum sententia cum suo Antesignano. D. Tho. Beati omnes actiones, & consilia eorum, qui aliqua ratione ad ipsos pertinent, in patria cognoscunt, parentes nimirum, filiorum suorum: & capita communitatum, suorum subditorum: & fundatores, Religionum: & alij eiusdem generis. Etsane D. Thom. 3. par. quæst. 10. art. 1. ex hoc capite deducit (etiamsi alia ratio nulla subesse) Christo Domino omnes homines, omnia illorum opera, & cogitationes notas fuisse, quia caput extitit omnium, atque adeò illi de omnibus cura fuit. Subiicio verba D. Thomæ: Nulli intellectui beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia, que adipsum spectant. Ad Christum autem, & ad eius dignitatem spectant omnia, inquantum ei subiecta sunt: omnia ergo, &c. Sed ad Virginem Mariam spectant F omnes homines, quia homines illi, tanquam supremæ Reginæ subditi sunt: & quia illorum amantissima Mater est, ita vt nulla sit tam vehemens filiorum amatrix parens, quæ ad amorem illum pertingat, quo Virgo despectissimum quemlibet hominem amplectitur. Virgo igitur sanctissima omnia omnium hominum opera, consilia, & cogitationes videt in Patria. Quod vero omnes homines ad Virginem spectent, atque eorum vniuersalem curam suscepserit, ex eo, quod Regina

181

Tom. I.

A omnium sit, deduxit Idiotæ verbis supra adscriptis: <sup>qdixit.</sup> Virgo, inquit, Maria sicut est omnium Regina, sic omnium advocata. & Patrona est, & cura est illi de omnibus. Si enim custodes Angelorum, quorum ratio, & cura illis commissa est, singula opera, cogitationes, pericula, & necessitates videntur: quis hoc Virgini denegare ausit, cum exploratum sit omnium, ac singulorum hominum maiorem, ac sollicitam magis curam Virginem gerere, quam Angeli eorum, qui ipsorum fidei specialiter addicti sunt? Ob hanc tam late patentem, tamque singularem Virginis cognitionem merito fert nomen illud, quo illam Epiphanius insigniuit in sermone <sup>Epiphanius.</sup> de laudibus Virginis, vbi vocat eam πανοπλη μονη, id est, multoculam, vel innumeris praeditam oculis, quibus omnia singula nostra intuetur: omnibus, atque singulis prospicit. Accedit etiam D. Ephrem. in oratione ad Deiparam, vbi πανοπλη εφρεμ, etiam nominat, id est, multis oculis insignitam. Ergo cum hæc vera sint, inde satis validum, ac robustum argumentum efformari posse credo ad probandum pro singulis nostris actionibus Virginem apud Deum interessere, atque omnem gratiam, & auxilia per ipsam nobis impetrari. Si enim Virgo omnes nostras actiones, consilia, necessitates, & discrimina sigillatim nouit, ad maternam illius erga nos charitatem spectat, ut pro singulis deprecetur, atque gratiam nobis exoret. Petrus Damianus sermone 1. de Nativitate Virginis: Nunquid, ait, quia deificata, idèo nostra salutis oblitia es? Nequaquam Domina. Scis, in quo discrimine nos reliqueris, vbi iaceam quantum deliquerint servi tui. Non enim ita memoraris misericordie Dei solius, ut misericordiam in nos non habeas, neque ita es impassibilis, ut sis incompassibilis. Et D. Bern. totam hanc rationem paucis complexus est <sup>D. Bern.</sup> in serm. 1. de Assumpt. Ascendens, inquit, in altum dabit ipsa quoquo dona hominibus. Quis daret? si quidem nec facultas illi deesse poterit, nec voluntas. Regina Cælorum est, misericors est. Denique Mater est unigeniti Filii Dei, nihil enim potest sic potestatis eius sepietatis magnitudinem commendare, nisi forte, aut non creditur Filius honorare Matrem, aut dubitare quis potest, omnino in affectum eius charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa, quæ Deus est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit. Sed apertus Richar. Victorin, ad illa verba: Duo ubera tua, sicut duo binnuli, &c. A Deo, inquit, pietate repletur ubera tua, ut alicuius miseria notitia tactus lac fundant misericordia, nec possit miserias scire, & non subuenire.

Secundò quicumque hanc Virgini dederit dignitatem, nullam iniuriam Christo irrogat, nihil de illius dignitate derogat: quin potius honoris plurimum, & gloria eidem defert. Nam vtumque Virginem extollamus, semper infra Filium manet, cum asseramus illum, omnem gratiam, & bona omnia nobis de condigno meruisse: Mariam vero solum immetrasse. Deinde omnis Matris laus, & dignitas ad Filium redit, cuius meritum euæcta est, ut optimè Arnold. in tract. de Laud. Deiparæ, vbi sic addit: Cum enim debite venerationis summa ad Christum respiciat, ex cuius plenitudine roratum est desuper, quod Maria sit gratia plena: manifestum est individuam esse Matris, & Filii gloriam, & communem esse utrinque preconium. Sicut enim luna non sua, sed solis lumine splendet, sic Maria quantalibet gratia, & meritis illustrior habeatur, a Sole Iustitiae Christo mutuo accipit, atque adeò illi tota cedit gloria. Hac similitudine eleganter Ruper. vsus est lib. 6. in Cant. Rupert., sicut enim luna, inquit, illuminat luce non sua,

Y iii

<sup>Petr. D.</sup><sup>Ric. Vict.</sup><sup>Arnold.</sup>

182

sed ex sole accepta. Sic tu beatissima Virgo hoc ipsū, A quod tam lucida es, non ex te habes, sed ex gratia di- uina gratia plena. Et post pauca. Sic & te honora- mus, atque concinimus, ut Vere Dei genitricē: scien- tes quoniam totus honor impensus Matri proculdu- bio redundat in filiū. Quod si hoc nihilominus ma-

184  
Germ. Patriarch.

gnūm tibi videtur, sanè hānd negabis illud cōpre- hendi posse. Atqui Germ. Patriarcha loco citato Virginis patrocinium incōprehensibile esse dixit: *Quis, inquit, post tuū Filium curā gerit generis hu- mani sicut tu?* quis ita nos defendit in nostris affli- Etiōibus? quis in supplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus? Tu enim cum habeas maternā apud eū fiduciā, & potentiam, nos tuis interpellationibus B et effici familiares, &c. Et rursus addit: *Omnia tua admirabilia sunt, & Deiparalomnia ingentia, & alio- rum vires superantia:* propterea patrocinium tuum magis est, quam ut intelligentia comprehendendi posse.

185 Tertiō ex eo, quod deuotē asseramus omnia si- gillatim bona Maria impetrante nobis donari, noua capessendā salutis spe erigimur, atque eiusdem facilitas inde non parua comparatur. Nam si quē indignitas sua deterret, & ab spe deiicit exorandæ gratiæ: eum quidem non parum confirmare debet, quod sua vota tantæ Virginis preces semper prae- eunt, quæ dignissima est, vt à Filio exaudiatur. Vn-

D. Bern. de præclare Bernardus, cuius supra verba præscripsi in sermone de Vigilia natalis Domini: *Quia in- dignus eras, cui donaretur, datum est Marie, vt per il- lum acciperes, quidquid haberet;* quæ per hoc, quod Mater est, genuit tibi Filium Deum: per hoc, quod Virgo est, exaudita est pro suā reuerentia in causa tua, & to- rüss humani generis. Itaque Bernard. hac in re nostre saluti maximè consultum esse dicit, vt nostra indi- gnitas Mariæ dignitate compensaretur. Et in ser- mone: *Signum magnum, sic habet: Age gratias ei,* qui talem mediaticem benignissimam miseratione prouidit, in quam nil possit esse suspectum. Accedat

Anselm. Anselm. qui eandem rationem attigit, & vim Marianæ orationis ad impetrandam nobis salutem eleganter peroravit in lib. de Excellē. Virginis. c. 6. dicam quod sentio. *Filius eius Dominus est, & Index omnium discernens merita singulorum:* dum igitur aliquando suo nomine inuocatus non exaudit, iuste quidem id facit: inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis non merentur: merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiatur. Ex quo

186 E glicit velociorem nobis quodammodo salutem euenire per Matrem, quam per filium. Imò huc etiam spectasse videtur Ecclesia, cum in oratione quadam ait: *Vt qui tibi placere de auctib⁹ nostris non valemus, genitricis Filii tui intercessione salue- mūr.* Accedit quod cum nos s̄apieus ignoremus, quid nostra potissimum ad salutem intersit, ex quo fit, vt s̄apieus noxiā petamus: in summis Dei beneficijs numerare debemus, tantam Dominam nostram in singulis rebus præire orationes, & vota, postulantem illa, quæ magis nobis proficia esse cognovit. Accommodate ad hāc Anselm. *Nef- cit,* inquit, homo, quid orat, aut quomodo oret. Tu F pronobis ora Mater Dei, quæ quid, & quomodo nobis petendum sit nosti. Optimum sane consilium, cum non satis nouerimus, quid magis ē re nostra sit Mariæ preces nostras, vota que committere. Agemus autem cum Deo ad hunc modum: Domine sancte, id solum à te ego supplex peto, quod Maria mihi abste precatur.

187 Quarā denique ita sanè decebat Dei Matrem, vt omnia, & singula bona per ipsam perciperemus à Deo, vt filius parentis suæ deferret gloriam. Primo, quia tanta est hāc maternitatis Dei dignitas, vt propter illam quæcumque magna, & excelsa

sacratissimæ Virgini iure optimo adscribi possint, quæcumque in creaturam sine iniuria fidei, & crea- toris cadere possunt. Hunc enim metiendi, ac me- tandi Matris laudes canonem tradunt vbiique Pa- tres, & Scholastici, qui nū fatus, testul⁹que sit, quæcumque de Virginis conceptione immacula- ta, & de alijs eiusdem prærogatiis tradere sole- mus, facile euertentur. Et sanè ex hac dignitate Matri nostram, suamque sententiam deduxit Bern. ait enim: *Datum est Marie, vt per illam ac- Bernar. ciperes, quidquid haberet;* quæ per hoc, quod Mater est, genuit Deum, &c. Cum ergo hāc laus, nec de fi- dei integritate, nec de creatoris gloria detrahit, ab- sit à me, vt illam Virginī denegans de tantæ Domi- nae gloria, & potestate aliquid derogem. Secun- dō ex Theoph. Alexand. in lib. de Incarn. Verbi Theophil. argumentum haud leue duci potest, vbi postquam Alexan- drus præmisit filios parentibus suis æquale reddere non posse, quia scilicet haud possunt eosdem vicissim generare, solum Christum Dominum non solum ad æqualitatem rependisse, & compen- sasse, acceptum à parente sua beneficium docet, sed etiam superasse. Illa enim vi- tam naturalem Christo impetravit, Christus au- tem illi vitam addidit spiritualem: sicutamen vt quantum Christus in naturalibus bonis reliquis præstít mortalibus, tantundem Virgo in spiritua- libus gratijs, & charismatibus omnibus antecelle- ret. Subdit denique alio modo Christum Matri sua acceptam vitæ gratiam rependere, quotiespro hominibus orat: *Gaudet, inquit, Filius orante Ma- tre, qui omnia, quæ nobis precibus sua genitricis eni- mētus donat ipsi Matri se donare putat, & accepta ab illa sine Patre humanitatis vices reddere.* Pende il- lud sine Patre, quo non parum extulit Christi erga Matrem suum debitum: Nam cum aliorum filio- rum erga parentes debitum quasi bipartitum sit, partimque matri, partim patri deferre debeant: to- tum Christi debitum in unam colligebatur Ma- trem, quæ scilicet illum edidit sine patre. Ergo vt hoc debitum compenset, & superet, Christus Do- minus gaudet plurimum, inquit Theoph. cum Vir- go nobis bona deprecatur: quia illi se donare putat, quæcumque illa nobis exorat. Hanc etiam ra- tionem attigisse videtur D. Bern. cuius verba nu- per dedimus, qui postquam dixit Virginem omnia nobis bona impetrare, subiecit: *Nisi forte, aut non creditur Filius honorare Matrem.* Si ergo Filius li- bentissime audit Matrem suam pro nobis depre- cantem, & Mater etiam libentissime deprecatur, quis in angustias aliquas cogere, aut aliquibus cancellis circundare audeat hanc Virginis gloriā, vt pro quibusdā bonis, & non potius pro omnibus sigillatim oret, vt quedā nobis bona, & non potius omnia, atque singula impetrēt: Ego quidē non au- derem. Ad hēc D. Aug. lib. de S. Virg. c. 6. asseruit: *Augusti maria, & spiritu, & corpore Christū peperisse.* Fuit, inquit, Mater spiritu non capit⁹ nostri, quod est ipse Saluator, à quo illa magis spiritualiter nata est, sed plane Mater membrorū eius, quod nos sumus: quia co- operata est charitate sua, vt omnes fideles in Ecclesia na- scerentur, qui illius capit⁹ membra sunt: corpore vero Mater ipsius capit⁹. Addit Aug. Virginē tūc eniti Christi corpus mysticum, cum illud de cœlo edit, ex quo sit, vt quamdiu in hac vita manet istud Christi corpus, quodammodo illud in ventre suo, ac visceribus spiritualiter gestet. Ergo sicut fœtus quamdiu est in Matris vulva, & vtero, eo solum ali- mento innutritur, quod Mater ore suo accepit, & stomacho decoxit, sic etiā corpus istud Christi my- sticum, quod ex omnibus fidelibus coalescit, nihil gratiæ, aut alicuius alimenti spiritualis percepit.

188

189

D. Bern.

190

quod Maria ore suo, id est, oratione, ac precibus non obtinuerit: & stomacho, id est, charitate sua non decoixerit, & distribuerit. Itaque non solum ex eo, quod Mater Christi & Maria, sed etiam ex eo, quod Mater, & patens nostra existit, quæ nos tandem cælo, ac beatitudini edidit, non inepit deducimus omnia bona ab illa in nos proficisci.

Georg.  
Venet.

191

Audiendus hic etiam est Georg. quem supra citavi, qui ex illa lunæ similitudine, ex qua probauit nullum alicuius sancti suffragium ad nos peruenire posse, nisi etiam Virginis meritum, & oratio accedat, deducit nihil bouietiam à Christo in nos defluere, quod Virgine intercedente non capiamus. Nam cum præmisisset ad hunc modum: *Omnia, quæ sol vi masculina generat, haec ipsius, & aliorum planetarum fætum suscipiens vi quasi fœminæ in terras mandat; ideoque eius motus præ cæteris obseruatur, quasi omnium conceptum partentis.* Absoluti tandem his verbis: *Ideoque non abs re luna æsimilatur Mater illa omnium gratiarum plena Maria, quæ ea omnia, quæ à supernis fontibus per diuersos canales haurit, largitur quidem inferioribus pro recipientium dispositione.* Itaque sicut omnes solis influxus luna moderante ad terram decidunt: sic etiam omnes Dei gratiae, & dona Maria impetrante in homines descendunt. Ea propter sicut Astrologi etiamsi aliquam solis, & aliorum astrorum rationem habeant, tamen motum, cursumq; lunæ accerscentis potissimum obseruant: atque inde temporis mutationes colligunt, medicamentorum tradendorum opportunas, vel importunas occasiones venantur, plantandi, serendi, ligna secandi, atque id genus plurimarum rerum opportunitates captant, & nihil horum, nisi luna consulta periti faciunt: sic etiam nos quamvis aliorum Sanctorum suffragia expectare debeamus: tamen audeo dicere imperitissimorum hominum est, cum nouerimus omnem gratiæ, & auxiliij defluxum media Virgine, ceu luna ad nos deportari, aliquid vel suscipere, vel aggredi, nisi prius illam, atque illius decreta obseruauerimus: eandemque nobis propitiari obsequio aliquo nobis præstiterimus: luna autem ista beneuola, quidlibet agere, quidlibet audere possumus. Propterea enim plurimi Virginis adscribunt illa verba Ecclesiast. 43. *Et luna in omnibus, in tempore suo ostensio temporis, & signum aui, id est, luna docet in omnibus rebus quomodo quælibet opportuno, & accommodato tempore gerenda sint.* Nec aliter in Mariam inspectare debemus, tanquam in lunam, ut nisi luna secunda nihil vñquam agamus.

Eccles. 34.  
num. 6.

193

Denique si quæras quænam sit germana, & proxima causa tantæ potestatis, qua Virginem hactenus pollere ostendimus: Respondeo breuiter, huius rei immediatam & integrum causam esse totius Trinitatis decretum absolutum, quo Pater filia, Spiritus sanctus sponsæ, & Filius parenti suæ plurimum tribuere volentes sese quodammodo obstrinxerunt, ne quid vñquam gratiæ, & auxiliij ab ipsis in homines proficiuceretur, quod Virginis oratio non impetraret. Hæc sanè fuit Bernardi mens in eo sermone de Natiuitate, cum ait: *Quia hæc est voluntas eius qui totum nos habere voluit per Mariam.* Itaque totum hoc, quod quam certum sit, ut superioribus probauimus, in Dei voluntatem decernentem referendum est: qui voluntà Virgine merito usurpari verba illa: *Mecum, vel à me sunt omnes diuitia, & gloria, opes superbae, & iustitia.*

A

XIX. *Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.*

**M**elior est fructus meus auro, & lapide pretioso. Hebr. auro, & obrizo. Sic conuertunt Pagni. Caietan. Rodolph. Cæterum vox extrema à Phaz, solidum quid sonat, pro qua voce Septuaginta sa-pius lapidem pretiosum in vniuersum conuertunt, præterquam Psal. 19. & Psal. 117. vtrobique enim Topazium transferunt, duoti fortasse nominisso-nantia. Noster vero interpres cum sape alibi Psalm. 117. obrizum, hic Septuag. sequutus lapidem pretio-sum maluit adscribere. Alias verò huins nominis significationes frustra enumerem. Septuaginta ergo sic habent: *Melius me pro fructu percipere, super aurum, & lapidem pretiosum Symmach. legit, præ auro ophaz.* Aquila præ auro obrizo. Chald. præ conflato, & auro obrizo.

194

**C**et genimina mea argento electo. Obseruant Hebræi inter voces originales id interesse, quod ea, quæ sobest superiori voci fructu fructum sponte ex arbo-re nascentem sonat: quæ verò huic nomini ge-nimina, annonam significat ex semente, ac fru-gibus perceptam. Ego verò hæc aliquid aliud in-teresse puto. Nam licet istæ voces iuxta propriam significationem fructus arborum, segetumque prouentus notent: cæterum hic pro quolibet prouentu, seu lucro capienda esse existimo. Aliter parum apte comparatio inter segetes, & aurum, seu argentum inita eset. Tamen inter vnam, aut alteram vocem illud fortasse discriminis intercep-tit, quod fructus sumitur pro censu, quod sine industria percipitur, vulgo Renta. Genimina vero pro lucris negotiatione partis. Nec abit ab hac mea conjectura Rodolphi censura, de qua po-stea dicemus.

195

Ergo Iansenius, Rodolph. Lyra, & quidam alij existimant his verbis sapientiam innuere sibi in superioribus non de copiis, atque fortunis exter-nis sermonem fuisse, sed de spiritualibus diuitijs, quæ longo interallo aurum, argentum, & pretiosos lapides superant. Quasi dicat, cum audis: *Mecum esse diuitias, & gloriam, opes superbas, & in-sitiam, ne putes de caducis fortunis sermonem fieri, quæ auro, & argento continentur: Melior enim est fructus meus auro, & lapide pretioso, &c.* id est, census meus excellit aurum, & alia eiusmo-di. Nam temporalia, & caduca cedunt spirituali-bus, & æternis.

Rodolph.

196

Cæterum adduci non possum, ut existimem in superiori sententiâ secundum literam de tempora-libus non agi. Addo etiam sequentia illa verba: *In vijs iustitia ambulo, & in medio semitarum iudicij, ut ditem diligentes me, &c.* de temporalibus interpretanda esse secundum literæ corticem: ita enim postulat contextus. Quapropter arbitror hæc verba veluti per parenthesin intercallata fuisse. Tam-en ut sensum calleas, obserua illud *fructus meus, & genimina mea*, non ita accipiendum, ut signifi-cet fructus, vel genimina, quæ ex me proficiuntur: sed *meus, & mea*, directe significare ipsam sa-pientiam, atque eius partes, quasi dicat. ( Hæc cum superioribus sic assue.) *Mecum sunt diuitia, & gloria, id est, in mea potestate, & arbitrio, ut pro libito distribuam.* Cæterum non propterea animus in opes, census, & lucra temporalia defi-gendus est. Ego enim omnibus opibus antecello, & lucra mea, id est, me lucrari, & in dies mei incremente suscipere, longe melius est, quam auti,

197

Y iiiij

198

& argenti cumulos augere. Id quidem sibi vult il- A  
lud. *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso,*  
id est, me pro fructu, seu densu, & lucro acquire-  
re longe melius est, quam aurum, & lapides pre-  
ciosos lucrati. Hunc sensum agnoverunt Septua-  
ginta in hoc loco, dum ita conuerterunt. *Melius*  
*est me pro fructu percipere super aurum, & lapidem*  
*pretiosum, & genima mea argento electo.* Sic vero  
cum his verbis sequens sententia praeclarè nesti-  
tur, etiam si de temporalibus bonis exponatur.  
Reddit enim hunc sensum. *In medio iustitiae am-*  
*bulo, in medio semitarum iudicij, ut ditem diligentes*  
*me, & chefauros eorum repleam.* Quasi dicat, ego B  
semper in promptu sum, ut eos, qui no in fortunis  
sed in me amore collocat, & animu defigunt, fortu-  
nis tamen, & diuitijs iuste partis cumulem. Sed  
de his verbis postea. Itaque sapientia (quam Sa-  
lomon loquenter inducit) expectat, ut declaret,  
quod licet diuitias, opesque sectatoribus suis ipsa  
offerat, nihilominus cupiditas, amore non in  
opes, sed in ipsam conferendus sit.

At inquit illam particulam causalem, enim, quæ  
non est in textu Septuaginta (legitur autem in  
vulgato) aduersari huic interpretationi. Sic enim  
habemus, *Melior est enim fructus meus auro, & la-*  
*pide pretioso.* Non inficior eam particulam, quam  
vetusti aliqui codices ex vulgatis non habent, nec  
in Hebreis originibus reperitur, in correctiori  
Clementis textu retinere. Atque adeo sic expo-  
nenda sunt ista verba, ut causam reddant superio-  
ris illius sententia: *Mecum sunt diuitiae, & gloria,*  
*opus superbis, & iustitia (veruntamen non ita, ut his*  
*significet sapientia de spiritualibus se habere ser-*  
*monem, ut volunt reliqui, perit enim sic energia*  
*etius sententiae) sed aliter ad hunc modum, Me-*  
*cum sunt diuitiae, &c. id est, in mea potestate, &*  
*arbitrio Melior est enim fructus meus auro, & la-*  
*pide pretioso.* Quasi dicat, ego enim sum origo, &  
fons reliquorum bonorum, atque adeo me pro  
fructu percipere, aut me frui dignius, & utilius D  
est, quam auri vim maximam possidere: nam qui  
me vnam noctis est, aliorum bonorum fonte po-  
titur. Quapropter non in fortunis, & diuitijs, sed  
in me amor collocandus. Quomodo autem sapien-  
tiam, id est, virtutem obtinere, aut negotiari, cun-  
d. 14. & 15. Etis fortunis, & pretiosis lapidibus antecellat, lon-  
ga oratione persequutus sum supra cap. 3. vers.  
14. & 15.

Cum vero supra obseruauerim aliquid interesse  
inter fructum, & genima: nam fructus signifi-  
cat prouentum sine industria, genima vero in-  
dustria lucra: illud nunc adjiciendum censui, sa-  
pientiam, quatenus complectitur omnem cogni-  
tionem bonam, quæ ad bene agendum animum  
comparat, utraque emolumenta habere. Nam  
prima quæcumque cogitatio bona, quæ prima  
gratia ab scholasticis vocatur, omnem nostram in-  
dustriam excludit. Itaque quidam est prouentus  
sapientiae sine industria. Aliæ vero posteriores co-  
gitationes bona industrialia quodammodo sunt,  
quatenus illas primo quocumque bono opere, ex  
gratia praestito, & aliis deinceps de congruo pro-  
meremur. Quia vero prima cogitatio, quæ indu-  
striam excludit, una est: aliæ vero, quæ industria  
non vacant, sunt plures, propterea de prima agens  
fructum de singulari adscripsit: de aliis vero po-  
sterioribus loquens genima de plurali subjecit.  
Rodolph. Hæc addidit, ut distinctionem illam Rodolphi  
compensarem, quam ipse inter fructum, & geni-  
ma excogitauit. De Christo Domino hic nihil  
occurrit apud Patres, quapropter de Virgine Dei-  
para aliquid subscriptam.

## De Virgine Deipara.

Præter Ecclesiam, quæ verba ista Deipara Vir- 201

*Bonaventura.*

gini accommodat, adeo nobis D. Bonaventura,  
qui ad illa verba Angelica salutationis, *Benedictus*  
*fructus, &c.* hæc Virgini adscribi posse suo exem-  
plu docet, sic vero, ut *fructus*, Christum, qui fru-  
ctus ventris Mariæ dicitur: genima vero alios  
eiusdem sanctissimæ Virginis spirituales filios si-  
gnificant, præseruim animas puras, & virginitatem  
colet. Itaque ait Salomon, *Melior est fructus*  
*meus auro electo.* Expendit Bonaventura vocem il-  
lam, *meus*, & ex persona Virginis sic ait: *Melior est*  
*fructus mens fructus ventris mei (quem ego tanquam*  
*meum hominibus, & pro hominibus offero) auro, &*  
*lapide pretioso.* Itaque his verbis Maria Virgo Fi-  
lium suum non solum hominibus dedisse, sed etiam  
pro illis obtulisse dicitur. Doni autem huius, seu  
oblationis maximum pretium, vel ex eo declara-  
tur, quia auro, & pretiosis lapidibus longo inter-  
vallo præfertur. Hæc autem sententia ad eum  
modum Virginis accommodata suadet, ut non per  
excusum, sed serio modum illum discutiamus,  
quo Virgo Maria Benedictum sui ventris fructum  
mundo edens illum nobis dedisse, & pretium no-  
stræ salutis obtulisse dicatur. Video enim patres  
non semel hoc loquendi modo vlos fuisse. D. Hieronymus.  
tonym. vel quisquis ille sit, qui orationem, seu  
epistolam de Virginis assumptione scripsit, sic ait.  
*Nec enim dubium est illam, que meruit pro liberan-*  
*do ferre pretium, posse liberare impetrari suffragium.*  
*Nostra inter haec oratio ingis ad Dominum diriga-*  
*tur, ut qui pro honore nominis sui viscera illa, que*  
*sanctificauerat intravit, proficit nobis ad remedium, qui*  
*per illam se nobis dedit in pretium.* Eandein senten-  
tiam paucis mutatis in suum sermonem 2. de Na-  
tuitate Virginis transtulit D. Ildeph. aliaque 202  
passim apud Patres legere licet testimonia, quibus  
virgo dicitur pro nostra salute pretium obtulisse.  
In quo loquendi modo aliquid boni sensus ad  
tancæ Matris commendationem latet, quod subo-  
dorari mihi videor.

Interim pessum eat Constantin. Copronymus, *Conf. Cop.*  
qui nominis sui sordibus Mariam etiam consper- 203  
gere voluit. Hinc enim, ut Mariæ gloriam adi-  
meret (author est Nicephorus in fine libt. 8.) *Niceph.*  
crumenam manu accepit auro plenam, eamque  
omnibus ostentans ait: *Quanti haec valet? illis ve-*  
*to respondentibus petmagnu valere: deinde au-*  
*rum effudit, ac iterum rogauit, quanti valeret:*  
cumque responderent nihil valere, adiecit idem  
de sanctissima Virginie iudicium esse ferendum,  
quasi non aliter salutis nostræ pretium illa reddi-  
derit, quam more crumenæ effundendo. Neque  
enim ea similitudine abutebatur vesanus ille Vir-  
ginis exprobator, ut significaret solum Virginem  
a parte nullis dignam honoribus: sed etiam, ut  
eandem ad nostram salutem nihil amplius contu-  
lissee diceret, quam pretium effundere. Age igitur  
inquiramus quomodo Virgo Maria pretium no-  
stræ salutis non tantum effuderit, sed etiam dede-  
rit nobis, & obtulerit pro nobis, ita ut gloriati  
possit. *Melior (id est pretiosior) est fructus meus*  
*auro, & lapide pretioso.* Ceterum ut hæc magis  
liqueant,

Præmittendum est Patres Sanctissimæ Virginis  
tantundem tribuere, ut illam nostræ salutis aliquam  
causam esse voluerint: non quidem satisfa-  
ciendo, aut satisfiendo proculpis, id enim solius  
Christi est: sed eandem nobis impetrando. Id ve-  
rotanti æstimant Ecclesiæ Doctores, tantumque

204

**Hieronym.** Virgini authoritatem dedunt, vt eam salutis au-  
sticem appellare ausint. D. Hieronymus in ea epi-  
stola de Assumptione ( si tamen illius est ) *Veneremur* ( inquit ) *salutis austricem, que, dum authorem*  
*suum concepit de celo, nobis redemptorem praebuit in*  
*terra.* Nec abeat sine pondere vox illa, *praebuit.*

**August.** Augustin. sermone 17. de Natiuitate. *Auctrix*  
*( inquit ) peccati Eva, & auctrix meriti Maria.*

**Irene.** Anselmus, *reparatrix* hominum appellat, Irenaeus  
lib. 3. contrahæreses cap. 38. *Vniuerso* ( inquit ) *ge-*

**Hieronym.** *néri humano causa salutis facta est.* Hieronymus  
ad Eustochium. *Vita* ( inquit ) *per Mariam.* Augu-

**August.** stinus sermone 35. de Sanctis, multa in hanc sen-  
tentiam. Chrysologus sermone 142. *Angeli* ( in-

**Chrysol.** *mirantur omnes homines vitam meruisse per fa-*

**Bernard.** *minam.* Mitto Bernardum in sermone 2. de Af-

*sumptione, atque alios, qui Mariam totius hu-*

*mani generis mediatrixem appellant. Occurrunt*

*passim alia eiusmodi testimonia apud Patres, qui-*

*bis decernunt nostræ salutis causam Virginem ex-*

*titisse. Fulgentius in sermone de laudibus Virgi-*

*nis Mariæ. Anselmus de excellentia Virginis cap.*

*Petr. Dam.* 9. Petrus Damianus in sermone 1. de Annuncia-

*And. Hie.* Andreas Hierosolymitanus in oratione de

*Dormitione Virginis. Richardus Victorinus cap.*

*C 26* 26. in Cantica Frustra plures nominem in re tam

*explorata. In quorum testimonium illud maximè*

*animaduersione dignum est, omnes quidem ali-*

*quid suis verbis exprimere velle, quod in solam*

*Virginem cadat, & in nullum alterum quadrare*

*possit. Quis enim alium aliquem mediatorem,*

*reparatorem salutis nostræ, causam, & authorem*

*dicere audeat? Hæc sanè nomina soli Virginis Ma-*

*riæ cum Christo antiqui Patres communia esse*

*voluerunt.*

*Illud verò in primis exploratum est apud Ca-*

*tholicos, Virginem nostræ salutis principalem*

*causam minime fuisse ( solus enim Christus rem*

*totam peregit pro peccatorum debito integre sa-*

*tisando, ) sed tantum sua imprecatione eandem D*

*salutem quodammodo promouisse, & iuuasse. Vir-*

*gini tamen aliquis imprestandi modus proprius*

*adscribi debet, qui cum aliis communis non sit;*

*cum plane ea nomina, quibus ipsa censetur, nemini*

*accommadari queant. Plerique ergo ex eo pu-*

*tant Virginem redemptionis, & salutis nostræ cau-*

*sam aliquam propterea dici, quia Incarnationem*

*Christi de congruo promeruit. Sed præterquæ*

*quod res ista adhuc sub lite est ( solam enim illius*

*accelerationem, vt cum scholasticis loquar pro-*

*meruisse verisimilius est) sanè quocumque modo*

*à Virgine Incarnationem promeritam esse dica-*

*mus: veteres etiam Patres, & Patriarchas pari-*

*etiam ratione promeruisse haud inficiari possumus.*

*Secundo, alij addunt Mariam pro communi om-*

*nium salute orasse, quandiu fuit in via, atque ea*

*ratione salutem omnium de congruo pro meritis*

*suis impetrasse. Cæterum pro hac etiam salute cō-*

*muni ex antiquis Patribus multos deprecatos fuis-*

*se constat ex sacris literis, & in ipso Mariæ, & Chri-*

*sti æuo, Ioannem Baptistam, & alios pios viros pro*

*salute omnium hominum preces fudisse: nec ta-*

*men ideo illam precibus suis de congruo imprefas-*

*se vero admodum simile est. Itaque neque hoc*

*soli Mariæ proprium fuit Quid si addas Virgi-*

*nem in cœlo pro omnibus signallatim preces fun-*

*dere, atque his salutem eorundem impetrare,*

*( quod diuorum nemo præstat, vt in superiori ver-*

*su diximus) nihil robustum afferes. Nam præter*

*quam quod Patres Mariam non in patria, sed in via*

*salutem nostram supradicto modo causasse dicunt,*

*vt ex eorum testimoniosis planè colligitur: illud*

**A** quidem satis non esset vt mediatrix, reparatrix, sa-  
luti nostræ causa, & autrix appellaretur: licet  
enim iisdem nominibus censere alios ex Beatis,  
qui licet non omnium, saltē eorum, pro quorum  
salute preces fundunt, reparatores, mediatores, &  
salutis authores nuncupari possent: quod nec ve-  
tum, nec verisimile est. Tertio demum alij adiun-  
gunt Mariam Christum Dominum peperisse, qui  
fuit totius nostræ salutis caput, & causa. Sed neque  
istos punctum omne tulisse puto. Nam parere  
Christum præcise ( sublati omnibus aliis ) opus  
fuit naturæ, atque adeò non liberum, nec merito-  
rium, opus in quam naturæ, vt opponitur volun-  
tario, & libero ( nam conceptionem, & partum  
Christi supernaturali vi patratum fuisse insanus  
aliquis neget ) ergo Virgo Christum pariendo sa-  
lutem nostram promereri non potuit.

Qua propter, alia nobis via inunda est, non qui-  
dem solitaria, sed à Patribus omnino trita. Illudq;  
prælibandum est, quod supra insinuavi, Christum  
Deum, & hominem verum fuisse Mariæ filium, at-  
que adeò aliquid illius proprium, sub illius patriæ  
potestate, & quasi dominio constitutum, non alio  
modo quam alij filij. Neque enim verisimile est ra-  
tione diuinitatis, cui natura humana erat sociata;  
Christum à patria potestate emancipatum fuisse;  
quam alij parentes iure naturali obtinent in filios,  
vt iam inde supra probau. Itaque Christus Do-  
minus sic patris æterni filius erat, vt idem ipse Ma-  
riæ quoque filius esset sub illius potestate patria.  
Accipe præclara verba Anselmi lib. de excellentia  
Virginis cap. 3. *Suum tam unicum, quam dilectissi-  
mum, & in omnibus omnino aequalem non est passus*  
*remanere solummodo suum, sed eundem ipsum in rei*  
*veritate esse unicum, & dilectissimum, & naturalem*  
*Mariæ filium, voluit: nec ita ut duo essent, unus vi-*  
*delicet suus filius, alius filius sanctæ Mariæ Virginis,*  
*sed idem omnino. Idem docet Bernardus cuius pul-*  
*chra verba dabimus infra cap. 3. vers. 22.*

Secundo notandum Virginis voluntatē mper cū  
diuina fuisse concordem: atque adeò cū nouis-  
setætari Patriis definitum decretum, quo statue-  
rat filium suum pro mundi salute passioni, ac mor-  
ti tradere, neconon filij sui voluntatem cū Patriis  
voluntate conformem, ipsa quoque voluntarie  
eundem filium suum laboribus, & extremæ neci  
obtulit, ex quo fælici partu ipsum in lucem edi-  
dit.

Quia vero Christus Dominus Mariæ vere fi-  
lius erat, atque adeò aliquid illius: profecto, quod  
suum erat, obulisse dicenda est. Vnde præclare  
obseruavit Bonaventura illa verba Ioannis 3. *Sic*  
*Déus dilexit mundum, vt filium suum Unigenitum*  
*daret, vt omnis, qui credit, &c. Maria etiam effetti  
posse. Sic scilicet Maria dilexit mundum, vt filium Geroni-*

*suum Unigenitum daret. Item Geroni, intitul. 2. de*

*canticordio tertia parte. Alphab. sic scribit. Erige*

*cordis aures ad voces spiritus sui, dum proprium fi-*

*lium, dum dilectum oris sui, viscerum quoque suo-*

*rum, & totorum, consensit crucifixi pro redemptione*

*nostræ, dans nobis illum utique cum gaudio, & exulta-*

*tione, qua summam superabat carnis augustiam.*

Alioquin qualiter impleret, quod dicitur: Hilarem

dátorum diligit Deus. At inquit ita ne, vt Virgo

cum voluptate dilectissimum filium morti addice-

ret, imo pótius cum dolore? Occurrit Abulensis

cap. 9. Deuteron. q. 4. *Virgo ( inquit ) in tempore*

*passionis ex charitate magna, quam repleuerat Spi-*

*ritus Sanctus, ardenter diligebat salutem humani ge-*

*neris. Cum ergo eum vidit patientem, admirabiliter*

*consolabatur, quia certissime videbat redemptionem*

*humanæ generis factam. Dolebat tamen acerbis, quicq;*

videbat tenerrimum illum iuuenem, Christum A Iesum, quem ipsa conceperat, ipsa lactauerat, quem magis diligebat, quam animam suam, ita ut pro eo mori ehegisset, se licuisset. Erant ergo in ea simul dolor, & gaudium, verumque magnum, sed satis unum alterius concordabat. Itaque licet dolor interesset, tam non donatio fuit liberalis, & non inuoluntaria: gratuita, non extorta, & per vim aliquam expressa. Ad hanc cum pater filium, & filius etiam seipsum tradidisse dicitur, id quidem interest inter utrumque, quod pater filium dedit mundo, filius vero se metipsum hostiam obtulit pro mundo: illud Regis, hoc Sacerdotis fuit (inquit Augustinus.) Virgo B etiam non solum cum Patre concors filium mundo dedit, sed etiam cum filio conformis eundem pro mundo hostiam sacerdotali pietate obtulit. Nam inulta crucem stans morituri filij voluntatem sua etiam voluntate imitata est: filius quidem seipsum pro mundo: illa vero suum quem seipsa chariorem habebat, voluntarie etiam offerebat. Sed audiendum est Bonaventura in serm. 1. de Virgine tom. 3. operum. Nulla (inquit) postea creatura ita per amorem nostrum exardecset, que amantisimum filium suum, & unicum, quem mulier plus seipsa amauit, nobis dedit, & pro nobis obtulit.

Tertio dicendum est hunc Deiparae actum, quo patri concors filium dedit mundo, & filio consentiens eundem obtulit pro mundo, sive præstans, & maximè meritorium omnium, quæ Virgo gessit. Cum enim amor Virginis erga filium esset immensus, nihil unquam excelsius, aut Deo gratius præstare potuit, quam id, quod tantopere diligebat, morti voluntarie addicere. Vnde optimè Bonaventura in 1. d. 48. q. 2. Nullo (inquit) modo dubitandum est, quia virilis Mariae animus, & ratio illius constantissima voluit etiam tradere filium suum pro salute generis humani, ut mater per omnia conformis esset Patri, & Filio. Et in hoc miro modo debet laudari, & amari, quod ad eum compassa est, ut si fieri potuisset, omnia tormenta, quæ filius pertulit, ipsa libenter sustinuisse: & nihilominus placuit ei, quod unigenitus eius pro salute generis humani offerretur. Verè ergo fuit fortis, & pia, dulci pariter, & severa, sibi parca, & nobis largissima. Ideo nobis amanda, & veneranda post Trinitatem. Nimirum quia post Trinitatem ipsam nulli antiquior fuit salus nostra, quam illi.

Hæc cum ita sint, quedam inde conclusiones eliciendæ sunt. Prima est, Virgini Deiparae non solum id nos debere, quod Christum peperit, & mundo edidit: sed etiam quod vere illum tanquam aliquid, quod suum erat, donauerit mundo, & pro mundi salute sponte obtulit. Hoc modo loquendi usus est Hieronymus vbi supra, cum ait. Non dubium est illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, posse liberatis impetriri suffragium, & alij patres, quos supra adscripti. Accedit Diuus Epiphanius in sermone de laudibus Virginis. O Virginem (inquit) stupendum Ecclesia thesaurum, qui adeptus est ingens mysterium. Virginem appello velut Sacerdotem pariter, & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cœlestem paucem Christum in remissionem peccatorum. Expende verba. Sacerdotem appellavit Virginem, quia scilicet sacerdotis in morem F cum filio sacerdote quodammodo faciens æternō Patri obtulit redemptionis hostiam. Item altare ipsam dixit, quia Christus Dominus semel quidem in cruce, at in corde illius millies mactatus fuit, nimirum toties, quoties illum morti voluntarie addidxit. Accedit etiam David Prophetæ qui Psalm. 21. in persona Christi sic ait. Tu es, qui extraxisti me de ventre &c. In te projectus sum ex utero. De ven-

tre matris mea Deus meus es tu. Quæ verbæ iuxta vim Hebraici sermonis sic esterenda sunt. Expositius factus sum apud te ex viro matris mea, id est, ex quo mater mea in hanc lucem edidit statim exposuit me. Me inquam, quem vita sua charorem habebat exposuit hominibus, ut ipsi tanquam expositum filium leuarent, & secum auferrent: exposuit Patri, ut & Pater cum illo, non quasi cum naturali filio, sed veluti cum leuato aliquo è terra infante, & quasi cum seruo ageret: exposuit demum frigori, laboribus, passioni, & morti. Et quidem eos spectasse Virginem Cyprianus existimat, Cyprian, cum infantem Iesum recens natum è gremio, & brachiis, in quibus mollius omnino decumberet, in præsepe transtulit, & super paleas, sœnumque depositus: nimirum, ut iam tunc ex illa hora infantem patris simul & hominibus exponeret: his scilicet, ut leuarent, & auferrent: illi vero, ut tanquam cum expositio deinceps ageret. Nemo ergo deinceps impie affirmare audeat, Virginem filium suum tantum effudisse nobis, ut aurum crumenæ effundit, sed vere ab ipsa datum nobis, & pro nobis oblatum pronuntiet, dignamque iudicet, ut Bonaventura illa verba usurpet. Melior est fructus meus, id est fructus ventris mei, quem ego tanquam meum hominibus offero, auro, & lapide pretioso. Quia nimirum non modo eum naturali effudi, sed quodammodo voluntate, & animo peperi in humani generis salutem.

Secundo afferendum est Virginem non alio propterea titulo nostræ salutis auctoritatem, causam, mediaticem, reparatricem, & eiusmodi aliis gloriosis nominibus compellatam, atque hoc solum satis esse, ut præclara ista cognomina iure ferat. Sanè omnes alias rationes impares esse tanta gloria supra ostendi ex eo, quia Mariæ cum antiquis Patribus communes. Quapropter cum similis esset causa, nomine haud dissimilia esse deberent. Hanc vero nostram rationem satis esse sic confirmo. Primo, quia Christum nobis, & pro nobis, offerre solius virginis est, & non alterius. Nam licet alij Christum, atque eius merita Patri proponere, imo offerre possint, non tamen ad eum modum, quo Virgin obtulit, nimiri tanquam aliquid, quod suum erat, ut supra dixi. Secundo, quia vita, passio Christi Domini, & mors eius ipsa fuerunt nostræ redemptionis pretium, quatenus à Christo voluntarie suscipiebantur: voluntas vero Virginis, qua filium suum sponte obtulit, circa eandem vitam, & passionem versabatur. Quapropter eorum fuit, ut sicut vita, & passio prout filio voluntaria salutem omnium meruit de condigno: sic eadem vita, & passio pro ut matri voluntaria eandem salutem mereretur de congruo (luculentius dixerim) ut sicut filius mortem voluntarie sustinens pro omnibus satisfecit: sic Virgo filium eidem morti voluntarie offerens omnium salutem imperitaret. Accipe verba Arnoldi Carnotensis in tract. de laudibus Mariæ. Omnino tunc erat una Christi, & Mariæ voluntas, unumq; holocaustū ambopariter offerebat Deo: hec in sanguine ordis: ille in sanguine carnis. Vnde communem in mundi salute cu illi effectū obiinuit. Neque vero matris voluntas hac in re patui habenda est: nam si per impossibile voluntas ipsius Christi Domini expressa non fuisset, satis foret voluntas matris ad filij voluntatem interpretandam, ut idem omnino filius velle putaretur, quod mater voluit. Sicut accidit in Baptismo infantū, quem propterea parvulus voluntarium esse dicimus, quia parentibus voluntarium accidit. Ecclesia enim quamdiu parvulus non suppetit potestas volendi, iure interpretatur eorum voluntatem ex-

volūtate paterna. Semper enim filius eadem velle præsumitur, quæ patri, vel matri voluntaria sunt. Fateor quidem hanc interpretatiā filij voluntatē (si quidem esse posset) nō satis futurā ad meritum redēptionis nostrā. Cæterum magnopere extollit dignitas voluntatis Mariæ, dum dicitur ex illa voluntatem filij interpretari, & aucupari licere.

217 Tertio prædicta veritas confirmatur, quia actus iste, quo Virgo filium suum, & nobis dedit, & pro nobis obtulit Patri, præstantissimus fuit, & maxime meritorius, atque adeo dignus, qui cum passione Christi computaretur. Ita ut quemadmodū B passio Christi pro communi omnium salute satis dedisse: sic etiam hæc tam insignis Mariæ actio illam singulari modo impetrasse diceretur. Expendendo huius meriti quantitatem. Sane alicuius oblationis valor desumi debet ex offerente, & ex re oblata: in offerente autem pensatur dignitas personæ, liberalitas, & voluntas: in re oblata difficultas, & magnitudo. Ex his capitibus huius actionis, seu oblationis immensus quidam valor colligitur. Si offerentis dignitatem spectes, Mater est Dei, quam velante ipsam verbi Incarnationem gratia plenam Angelus prædicavit, ea videlicet plenitudine, quæ tantam Dei parentem decebat.

Bernard.

Quamvis autem alios gratia plenoscriptura nonnumquam appelle, non tamen eo sensu, quo Vitgo plena vocatur. Nam teste Bernardo (cuius verba alibi deditimus) plenitudo virginis humanæ naturæ creatæ capacitatem expleuit, non quidem secundum potentiam Dei absolutam sed secundum legem ordinatam. Etenim constans est Patrum sententia Virginis eam gratiam donatam fuisse quæ cum dignitate Dei parentis congruebat. Et insuper liquet nullam creaturam puram ad sublimiorē dignitatē extolli posse. Sane cū Deus dignitati, seu muneri, quod alicui imponit, gratiam coæquare soleat, eam gratiæ mensuram Virgo attigit, quam humana creatura iuxta legem ordinatam capere potest: ad eam enim dignitatem, & munus electa est, qua nulla vel maiori, vel sublimior creaturæ puræ à Deo concedi potest. Hoc sibi voluit Anselmus, cum ait. *Virginem ea puritate, id est, gratia decuit nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi, & iterum, ostendit eum amorem erga matrem, quo nullum putamus esse posse maiorem.* Sed & Bernardus in sermone ad illa verba. *Signum magnum, de gloria Virginis verba faciens sic ait. Iure ergo Maria sole perhibetur amitta, quæ profundissimum Dei sapientiæ, ultra quam credi valeat, penetravit abyssum, ut quantum sine personali vnione creature conditio patitur luci illi inaccessibili videatur immersa.*

E autem atque gratiæ eadem prorsus ratio est, quæ tanta est, teste Bernardo, vt iuxta legem ordinatam vnionis hypostaticæ tantumdem dignitas illi desit, & sub illa maxima sit. Habet dignitatem offerentis, accipe voluntatem. Sane in voluntate spectatur hilaritas, & liberalitas, hæc enim oblationis valorem augere solent. Quā vero sponte, & gaudenter Virgo filium obtulerit, docet Gerson. cuius verba nuper adscriptissimus. *Dans (inquit) eum nobis, pro nobis utique cum gaudio, & exultatione, quæ summam superabat carnis angustiā.* Alioquin qualiter implesset illud, *Hilarem datorem diligii Dens.* Quantum enim, & quam magnum illud gaudium esse oportebat, quod dolorem, & angorem animi ex materna compassione suscepit superans, tam liberalem donationem expressit. Gerson ibidem hoc gaudium appellat *Canticordium*, quia cantante quodammodo, & gestiente corde perfectum est. At inquietus flebat,

A & non minimam lacrymarum vim profundebat Virgo filium moritum contemplans: Non infi- cior. Sed tamen lacrymantibus oculis cor canta- bat, atque gestiebat & omnem musicæ concentum complebat (inquit Gerson) Nam flebilis, & in- terrupta vox externa, & hilatis, effusaque vox cor- dis interna in admirabilem concordiam, & conso- nantiam conspirarunt. Sic enim habet Abulensis

*Abulensi,*

vbi supra. *Dolor & gaudium utrumque magnum, sed tamen sat uerum alteri concordabat.* Ad hæc libe- litas huius oblationis colligitur ex motiuo. Quid ergo Virginem ad eam perficiendam impulit? Amor. Accipe verba Bonaventuræ. Nulla (inquit) postea creatura ita per amorem Dei, ac per amorem nostrum ita exarsit, quæ amantisimum filium suum, Bonavent & unicum, quem mulier plus seissa amat, nobis dedit, & pro nobis obtulit. D. Bernard. in serm. de Bernard. Natuitate Virginis docet Virginem Spiritu Sancto suadente, atque animum impellente, & confirmando hanc filij oblationem perfecisse. Sic enim *Spiritus Sanctus superuenit, & Altissimi virtus obumbravit tunc vel maximè, cum filium in cruce pendentem non vidit solum, sed obtulit Patri suo.* Ni- mirum hæc Virginis oblatio, & donatio Spiritui sancto propterea adscribitur, quia cum Spiritus Sanctus secundum personalem proprietatem amor sit, atque donum, tam liberalis, & ex amore per- fecta donatio illi adscribi debuit. Ad hæc D. An- selmus (cuius verba alibi deditimus) hanc filij obla- tionem secundum Virginis partum appellat, quia tunc non carne, sed animo Christum, ut ita dicam, reparturiuit, atque iterum mundo enixa est. *Et quos dolores effugit pariens, sustinuit reparturiens.* Si ergo prior conceptus, ac partus Spiritu Sancto superueniente, & obumbrante peractus est, de- cebat sanè, ut in difficiliori, & grauiori secundo illo non tam partu, quam nixu idem Spiritus præ- esset, ac Virginem umbra sua tegeter: animum, inquam, illius confirmaret, ut ex immenso quo- dam amore Dei, atque hominum conceptam obla- tionem exsolueret.

Anselm.

Ad hæc valor oblationis pendit ex rei oblatæ magnitudine, hæc autem infinita est. Nam (vt iam dixi) Virgo sanctissima filium suum, eiusdem vi- tam dedit, atque obtulit pro nobis, cuius estimatio infinita est, adeo ut dicere ausim ea ex parte Deiparae oblationem quodammodo infinitam fuisse, seu infinitatem sapere. Nam vt author est Diuus Thomas, tria sunt, quæ in suo ge- nere infinita quodammodo dici debent, scilicet visio Dei, humanitas Christi, atque ma- ternitas Dei: nimur, quia eiusmodi sunt, ut nihil in eo genere perfectius, aut excellentius Deus præstare possit. Cum his autem numerari licet hanc Virginis oblationem. Nam quod attinet ad magnitudinem rei oblatæ, ni- hil maius, nec magis proprium ab aliqua pu- ra creatura Deo offerri, aut libari uerquam po- tut. Iam intelliges quantum inde valoris, ac pretij Marianæ oblationi accedat. Denique dif- ficultas auget actionis alicuius meritum. At vero unicum, & vita ipsa chariorem filium Deum pariter, atque hominem morti addicere, difficultatem etiam in suo genere immensam habet: nulla enim maior excogitari, ne dicam esse potest.

221

Hæc cum ita sint ob tantam, tamque insi- gnem, tantique valoris, ac meriti actionem Virgo Deipara digna fuit, ut illi communis to- tius humani generis salus, & redemptio ali- quomodo adscriberetur. Et quia id habuit commune cum Christo, ut vere ac proprie re-

222

Anselm.

Bernard.

218

Gerson.

219

Bernard.

demptionis nostræ pretium dedit, atque obtulisse dicatur (ut supra ex Hieronymo adscripti: adde etiam Bernardum, qui in sermone, ad illa verba. *Signum magnum, ita scribit: Redempturus humum genus, pretium uniuersum contulit in Mariam* (propterea etiam omnes cum ipso titulos atque non in a fert, quæ Christo aptari consueverunt, atque redemptrix, reparatrix, mediatrix, auxilrix, & causa nostræ salutis merito appellatur. Ergo quamvis Virgo orando, & preces fundendo aliquid ad nostram salutem attulerit, profecto id mea sententia satis non est, ut causa nostræ salutis, autrix appelleatur, sicut alij; quos etiam orasse, & preces fuisse constat. Illud sane ad eam gloriam Virginem perduxit, & cooperatricem, adiutricem Christo reddidit, quod voluntatem suam voluntati Christi sociam adiungens illum nobis, & pro nobis obtulit, qui vere suus erat, qua ratione, ut ex Bonaventura constat, & Deum, & homines sibi Virgo maxime deuinxit, quia Deo tantopere placuit hac voluntaria filij sui oblatione, ut singulari, & proprio sibi modo vitam, & salutem humano generi impetraret. Addo etiam id; quod iam inde celebri quorundam opinione affirmatur, Virginem omnium sanctorum in unum collectas, & cumulatas gratias sua gratia, & sanctitate superasse, in hoc potissimum tanto facinore fundari oportere, hoc enim solum ad tantam gratiam promerendam satis esse potuit. Ad hæc succedat memoria, quod supra diximus ex Ambroso Abrahamum ea propter à cæde filij demum prohibitum, quia noluit Deus homini mortali tantum facinus fidere, ut suum ipsius filium religiose offerret, hanc enim gloriam sibi soli absque consorte arrogare voluit dignumque Deo facinus nulli permettere. Sed tamen qui Abrahamū à consortio istius facinoris arcuit, Mariam in consortium illius sic vocavit, ut idem ab utroque parente filius offriri, & litari dicatur.

223

Ad hæc alia ratione Christi cooperatrix, & adiutrix appellari potest, quia nimurum cum alia multa non parum difficilem, & arduam Christo reddenter mortem, quibus permotus in verba illa prorupit. *Pater si posibile est, transeat à me calix iste*, nihil sane illi magis animum onerare, & difficiliorem mortem reddere posset, quam illam parenti suæ amantissimæ parum gratam accidere. Quis non videat? Quapropter nihil contra animum illius exoneravit magis, & ad mortem subeundam exacuit, quam voluntas illa matris prompta, & cum voluntate patris omnino concors, adeò ut affirmare audeam, præter Patris voluntatem, quia nihil antiquius erat filio, & quam exequi in primis optabat, nihil eidem potius fuisse hac voluntate Matris, cui post Patrem secundas deferebat. Itaque qui parentem suum sic est affatus. *Verum tamen non mea voluntas, sed tua fiat*, & voluntatem patris agnoscens morti sese libens obiecit: inde etiam plurimos etiam sibi ad mortem extandalam animos fecit, quia matrem eadem velle cognovit: imo dicere possumus, illum non solum patri, sed etiam matri moriendo paruisse. Nec immrito quis dicat ob eam fortasse causam Christum ex cruce Mariam mulierem nuncupasse, cum ait. *Mulier hic est filius tuus*, ut eam in filio suo nec deuouendo, atque offerendo haud materno affectui obsequutam fuisse, & cum filio egisse, non quasi matrem, sed tamquam externam aliquam mulierem demonstraret. Itaque qui Patrem suum, velut alienum affatus est dicens, *Deus Deus meus*, ut quid dereliquisti me; Matrem eadem ratione, tanquam alienam alloquitur, quia utriusque vide-

225

rat voluntatem in unum conspirasse, & ab utroque non aliter illum morti addici, quam si extranei essent, & alieni, nec paterna, aut materna erga illum viscera haberent. Addo in questionem vocari posse, utrum si per impossibile nulla intercessisset Patris voluntas, & sola mater cuperet, decerneretque filium pro hominibus emori, id satis foret, ut Christus Matri suæ parens mortem libenter aggredetur. Ego quidem existimo Christum tantum Matri suæ detulisse, ut id satis omnino foret. Sentiant alij alia. Addo etiam ipsam Dei Matrem tanto amore, & studio humanum genus amplecti: ut si quidem iuxta dictam suppositionem isthac æterni Patris voluntas deesset, ipsam nihilominus filium suum pro hominibus emori voluntate propria eligeret. Ergo quia Virgo Maria filium suum ad mortem subeundam plurimum confortauit, ipsamque mortem leuorem illi reddidit, voluntatem suam ea ratione diuinæ voluntati conformem exhibens: propterea illius adiutrix merito appellari debet. Et cum de primo Adam dictum sit, *Adam vero non inueniebatur adiutorium simile sibi*: ob quam causam Eua condita est, quæ illi in adiutorium simile foret: longe melius de secundo Adamo affirmare licet, *illi adiutorium quoddam simile fuisse datum*. Simile inquam non dignitate, aut meritis, sed voluntate, & animo erga homines: Quia nimurum salutem generis humani ita ardenter optauit, ut filium emori volentem suæ voluntate, fortasse etiam cohortatione aliquando confirmarit. Adiutorium inquam simile quia salutem totius generis humani, quam filius de condigno promeruit, ipsa de congruo excellenti quodam modo impetravit, atque promovit.

Ad extremum dico hanc Virginis tam insigne oblationem (quam ab ipsa Christi Incarnatione ipsa fortasse concepit, ex tunc filium suum hominibus donans, & pro hominibus morti deuouenstunc maximè manifestatam, cum illum in templo Deo obtulit, acvili turturum, seu columbarum pretio redemit. Nunquam enim tam serio morti hactenus deuouerat, quam cum Simeonis senis prædictiones audiuit, quas absolvit illis verbis, *et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Tunc sane Maria filium sibi charissimum morti libenter addixit, ne a Patris voluntate dissentiret. De qua Virginis oblatione sic scripsit Bernardus in serm. 3. de Purificatione eam cum extrema illa conferens, quia iterum in ligno crucis pendentem obtulit. *Oblatio ista fratres, satis delicata videtur ubi tantum sifitur Domino, redimitur aribus: veniet, quando non in templo offeret mater, nec in brachis Simeonis, sed extra ciuitatem inter brachia crucis, quando non redimetur alieno, sed ipse redimet omnes sanguine suo: illud erit sacrificium vespertinum, istud est matutinum*. Observa quomodo etiam mater filium suum sacrificare dicitur. Sed expendenda adhuc sunt verba Salomonis.

*Melior est fructus meus auro, et lapide pretioso.* Mariæ sunt ista verba. Sensus vero est, fructus quidem ventris mei aurum est omni auro pretiosius, & gemma omni gemma dignior. Hesychius Hierosolymitanus Virginis aluum cum aurifodina conferendum esse censuit, ex qua Christus, hoc est diuinitatis aurum non purum, sed ut assolet cum terra nostræ humanitatis permixtum tractum est. *Quod si de lapide pretioso sermo sit, suppetunt venusta similitudines apud Patres*. D. Epiphanius in sermone de Laudibus Virginis Margarita

226

Bernard.

228

Hesycie.  
Hierosol.

Epiphani.

Margarita

Damasc.

Epiphan.

Andreas.  
Hierosol.229  
Ambros.

margaritæ contulit Christum, quam Maria in hoc mundo velut in mari edidit. *Eo quod paritura esset* (inquit) *gemma immortalem in mari, id est, in mundo, & iterum. O Virgo que gemmam produxisti. Sed elegantissime hanc similitudinem persecutus est D. Damascenus oratione. i. de Virginis Natiuitate* vbi sic ait. *Letetur mundi mare, in ipso enim concha genitur, quia calix ex diuinis statu fulgebat in utero concipiet, & Christum ingentis præteri unionem pariet.* Aliter etiam Christum in alio virginis existentem cum gemmis conferunt Patres. D. Epiphanius vbi supra virginem affatus. *Corona (inquit) Regis pre-  
iosissimum habens, lapidem, & gemmis similem Chri-  
stum.* Andreas Hierosolymitanus. *Mystici anthra-  
cis fibulam appellat Mariam, id est, annulum in  
cuius utero, tanquam in pala Christus, velut car-  
bunculus pretiosissimus immersus fuit. Mitto alia  
id genus testimonia. Sed quia aliqui in hoc loco, vt  
supra animaduerti: *topazium, conuertunt*) sic enim legunt, *Melior est auro & topazio.* ) Ambrosius in Psalmum 118. & in cap. 21. Apocalypsis affirmat, *topazion, duobus coloribus præditum esse, aureo scilicet, atque æreo, & in alabastri candidis fodi-  
nis inuenire, ceptumque erutum magnum unde-  
quaque splendorem emittere: & cum expolitur  
gratiam, & decorum amittere. Haud inepte igitur* Virgo dicitur topazium omni topazio præstantius, quia in candido Virginei uteri alabastro duabus naturis, quasi coloribus præditum inuentum est (in æreo enim colore humana, in aureo natura diuina adumbravit) quod splendorem suum, id est notitiam vndique sparsit. Expolitum vero, aut personarum decorum amittit, quia Christi mysteria non curiosius perscrutanda, aut perforanda sunt, aliter hebetantur. Tu alia eiusmodi ex temetipso excogitare poteris.*

## XX. In vijs iustitia ambulo, in medio semitarum iudicij.

## XXI. Ut ditem diligentes me, &amp; thesauros eorum repleam.

230

**I**N vijs iustitia ambulo, &c. Hebr. *In via iustitia ambulare faciam. Sic transtulit Pagninus. Alij, ibo, aut ambulabo Septuagin. In vijs iustitia ambula-  
bo: inter semitas iustificationis vers.*

*Vt ditem diligentes me, &c.* Hebr. *vt hereditare faciam diligentes me est id est, substantiam, ad vitam longam retulit Chald. Vt hereditare faciam diligentes me annos multos, & cellaria eorum repleam,* id est, *vt diutius vivant, & multa bona obtincent. Sept. Ut distribuam amantibus me substantiam, & thesauros eorum impleam bonis. Aquila, Symmach. & Teod.* concinunt cum Hebr.

Hebrei verba illa. *In vijs iustitia ambulo, & in medio semitarum iudicij,* sic distribuunt, *vt priorem partem ad contemplationem, posteriorem ad actionem referant, vt notat Rodolphus. Sed hoc leuius quid est. Ipse vero Rodolphus admonet hic sermonem haberi de spiritualibus bonis, quibus sapientia suos amatores cumulaturam se pollicetur. Hærent Rodolph. Iansenius, Lyra, Hugo & aliij. Cæterum, *vt iam inde circa superiorē sententiam* admonui, *secundū literæ corticē hæc verba de bonis aliis caducis, ac temporalibus accipi debent ad hunc modū. In vijs iustitia ambulo, in medio semita-  
rū iudicij,* id est ego scilicet sapientia, id est, honestas, & virtus in ipsiusmet actionibus iustis, atque piis versor, & præsto sum; atq; in promptu, *vt illos,**

tom. I.

A qui me amore prosequuntur, fortunis, atq; diuitiis affatim expleā. Quomodo vero hæc sententia cū antecedētibus necatur supra exposui. Aliqui etiam inter pretantur. *In vijs iustitia ambulo, & in medio semitarum iudicij,* id est, cum virtutes plerumque in mediocritate consistant: ego semper illarum medianam teneo, & nec modicum quidem in extrema, vitiosa deflesto. Malo tamen hic iustitiam suaderi in fortunis parandis, atque adeò sensum esse, nemo ius fasque in augendis copiis amplexus vereatur se propterea in angustias deuentur, quia aliena non diripuit. Ego enim in vijs iustitia ambulo, & in medio semitarum iudicij: id est. Ego, in cuius potestate, & arbitrio diuitias omnes esse dixi ( *Mecum sunt diuitiae, &c.* ) inter ipsas actiones iustas, imo in ipso æquitatis, & iustitiae meditullio, & æquilibrio adsum, vt diuitias, & fortunas illis, qui me amore complectuntur, vberius impendam. *Eti heuros eorum repleam:* hoc est, tantis illos fortunis cumulabo, vt desiderium illorum omnino expleam: nisi enim desiderium satietur, thesaurus vel *cellaria* ( vt habet Chaldeæus ) repleti non possunt: cellularum enim intercedente, seu capacitatem desideria metiuntur. Itaq; duo se præsturam dicit sapientia, nimisrum sui amatores, qui ius, fasq; nunquam violent, multis collatis copiis amplificaturam, & desideriis, seu cupiditatibus illorum facturam satis: aliter enim diuities esse non possent: hominem enim non census, sed cupiditas pauperem reddit. *Quod si rationem queras, propter quam fortunæ iuste partæ cupiditatem ex-  
plere soleant, in promptu est.* Quia nimisrum cum nullius delicti conscientia pugnatanimum, quiescit in his, quasi insuis. Contra vero si animus aliquis iniustitiae sibi conscientis sit, bona, quæ peperit, nondum sua esse existimat: ideo non quiescit. Cumque mens humana quieti semper inquiet, & in his, quæ nausta est, bonis eam quietem non inueniat, plura desiderat, futurum sperans, vt partis pluribus quiete cupita perfruatur. Eadem vero ratione, quod plura contra ins, fasq; bona cōparat avarus, eo magis eiusdem auiditas stimulatur & quo plura iam consequutus est, pluribus indiget. Huc spectat sententia Chrysost. hom. 40. in Genes. *Fortuna vel nunquam desideria satiane, vel se aliquæ satiare possunt, illæ sunt, quæ utili studio com-  
parantur:* id est, quæ sine iniuria alicuius parte sunt. Itaque falluntur omnino, qui aliter ditari homines haud posse putant, nisi alienas fortunas per vim inuadant: &c. Hec sane verba ad Christum Dominum faciliter tute inuertere poteris. De Virgine aliquid subiiciam.

## De Virgine Deipara.

Chrysost.

231

Quod attinet ad temporalia bona quomodo hæc à Virgine expendantur, & distribuantur, supra docuimus, vers. 18. Quomodo item spiritualia bona, & opes in eius arbitrio, & potestate sunt, ibidem multis docuimus. Illud tamen hic edifferendum censi, neminem scilicet copiis spiritualibus valde locupletem vñquam fuisse, qui Mariæ studiosus amator non extiterit. Ad hunc sensum merito allicit D. Ath. in ser. de Annunc. illa verba Psal. 44. *Et filie Tyr in munib[us]. Vultum tuū deprecabun-  
tu omnes diuites plebis.* Tyrus vrbis erat opulentissima, & in qua ditissimi mercatores negotiantes degebant, ex qua etiam opes, & copiæ in vicinas vribes, & oppida: quæ cum illa contrahabant, redūdabant. Ergo filias Tyri appellat Propheta ex cōsuetâ scriptura phrasí vribes Tyro vicinas. Itaq; sensus est,

Athani

Z

vniuersæ vrbes opulentissimæ, quales illæ sunt, quæ A  
cum Tyro commercia ineunt, & ditissimi quique,  
ô Regina! è muneribus suis sibi conciliare stu-  
debunt, vt tua benevolentia ditescant amplius.  
Hec igitur ad Virginem spiritualiter translata huc  
sensem reddunt. **Q**uemque vel communita-  
tes, cætusque hominum, vel singulares animæ di-  
uitias spirituales adeptæ sunt: ideo sane adeptæ  
sunt: quia muneribus, obsequijs te deuinixerunt,  
atque tuam ardentiū misericordiam, & liberalem  
munificentiam implorarunt. Sed subijcio magni  
Athan. verba. *Hac de causa factum est, ut gratia  
plena appellata sis, ut pote, quæ omni gratia abunda-  
res, idque per superuentum in te Spiritus S. Ieoque  
vultum tuum deprecantur omnes diuisis plebis, diuatis  
scilicet istiusmodi bonis. Ad te ergo clamamus, recor-  
dare nos tri, & tribue nobis pro istis eloqujs magna  
dona ex diuinitatib[us] tuarum gratiarum.* Ceterum non  
solum ait, ut ditem diligentes me: sed addit, & the-  
sauros eorum repleam, seu cellaria: nimurum cuius-  
cumque captum. Hac sane mensura Virgo San-  
ctissima spirituales copias impertitur, ut semper  
vniuersi que captum adæquent, ut scilicet tan-  
tundem bonorum recipiat, quantum bona cuius-  
que dispositio, captus, seu capacitas fecit. Sic  
docuit supra adscriptus Gregorius. *Omnibus im-  
pendit pro cuiusque dispositione.*

**XXII. Dominus posedit me in initio viarum  
suarum antequam quidquam ficeret  
à principio.**

**Dominus posedit me.** Hebraicè est verbum τίπ  
καναὶ quod significat possidere, aliquando eme-  
re & acquirere. Ergo aliqui conuertunt, *Domi-  
nus acquisit me: sed inepte.* Deus enim lōge me-  
lius sapientiam possidere dicitur, quam acquirere,  
nam acquirere propriè significat denuo cōparare:  
Deus autē ab æterno sapit, quidquid sapit. Septua-  
ginta habent, *Dominus creauit, seu condidit me initium D*  
*viarum suarum in opera sua.* Quæ verba sic acci-  
pienda, non quasi Deus denuo fecerit, sed quia (vt  
ita dicam) accommodauerit his actionibus. Ut sensu-  
sis sit, *Dominus creauit me initium, &c. id est, præ-  
fecit me inchoandis, atq; initiandis operibus suis.*  
Aquila habet: *Dominus posedit me ab initio opifi-  
ciorum suorum.* Symmach. *Principium viarum suarum  
ante opificium suum.* De alijs Patrum lectioni-  
bus postea dicemus.

Sæpè sepius monimus Salomonem in hoc libro  
agere de sapientia secundum vniuersalem, & com-  
muniſſimam analogiam, quatenus non creatam E  
solam, sed etiam increatam, diuinamque co-  
pleteſſetur. Illud etiam non semel adieciimus, non  
de aliqua speculatrice cognitione, sed de practica,  
& actiua, quæ principium est rerum agendarum.  
Loqui *Cum igitur haec tenus creatæ sapientiae quaſ-  
dam dotes enumerauerit, & præcipua capita per-  
currerit, ex quibus dignitas illius pensatur, iam  
nunc de dignitate increata sapientiae verba facit.*  
Et quia de actiua sapientia sermonem habet (vt  
iam dixi) propterea illam ab effectis commendat,  
id est, ex præstantissimis operibus, quæ in mundi  
conditione patravit, laudem illius ducit: Et qui-  
dem reliqua huius capitii verba secundum literæ  
corticem de sapientia Dei accipienda esse, præter F  
Tertullianum, & D. Gregor Nazianz. (cuius ver-  
ba in præludio huius capitii dedimus, qui testatur  
eam expositionem suo æuo sepius à Patribus con-  
tra Arianos usurpatam) & D. Hieronym. lib. in  
Iliam cap. 26. tradit etiam Iansenius, & alij pas-  
sim recentiores.

Ergo si de hac sapientia locum interpretetur,  
sensus est perspicuus. *Dominus posedit me in initio  
viarum suarum.* Expende quam apposite Salomon  
vñus fuerit illo verbo posedit. Cum enim ageret de  
sapientia, seu cognitione actiua, & executiva, sane  
isthæc ab æterno antequam mundum conderet  
Deus, in ipso erat, sed quodammodo otiosa: nihil  
enim re ipsa præstabat, vel faciebat. Tunc vero  
illius quodammodo possessionem cepit, cum mun-  
dum per ipsam condere aggressus est. In Deo enim  
executiua potentia nihil aliud est, quam voluntas,  
& cognition. Itaque accommodate satis dicit: *Do-  
minus posedit me in initio viarum suarum:* id est;  
cum reram condendarum initium auspicatus est,  
tunc mei possessionem captauit. Illa vero, quæ  
subdit, *Antequam quidquam ficeret à principio,* sic  
accienda sunt ut suppleatur particula aliqua ad-  
uersatiua hoc modo. *Imo antequam quidquam fa-  
ceret à principio* (supple obtinuit me Deus) qualè  
dicat, cum ab æterno ante molitionem rerum om-  
nium in Deo essem, tunc quodammodo possedit  
me, cum res moliri aggressus est. Itaque vias suas  
hic appellat creature, ut sèpè alibi in scripturis, *Iob. 40.  
apud Iob Behemoth dicitur principium viarum num. 14.  
Dei:* id est, creature, vastissimus, corporis  
mole reliquis animantibus præstans.

Septuaginta vero lectio, quam ubique Patres  
vñspant, sic habet: *Dominus creauit me initium  
viarum suarum in opera sua.* De vi, ac potestate hu-  
jus verbi creauit multa Iansen. in hunc locum, vbi  
pleraque alia loca commemorat, quibus sapientia  
creata dicitur in scriptura. Eccl. 24. *Ab initio &  
ante secula creata sum: Etc. 1. Prior omnium creata est n. 14. cap. 1.  
sapientia, & tunc. Ipse creauit eam in spiritu San-  
cto. Quibus locis cum sapientia creata, condita vel  
formata dicitur, id soū intelligere debemus, quod  
fuerit, vel subsliterit: non autē quod propriè ex ni-  
hilo aliquando exordiū acceperit. Sed tamē quam-  
uis in alijs locis ad eam interpretationē me rece-  
perim cū Iansenio: in hoc tamē haud opus esse puto  
tam lōge progredi, cū alijs planior sensus proxime  
occurrat, quem supra insinuavi. *Dominus crea-  
uit me initium viarum suarum:* Græcè Κτει-  
νομεν με απόριδων εντο. Verbum creo idem est,  
quod præficio: is enim est vulgarissimus illius vñus.  
Hinc creare magistratū, aut principem dicimus.  
Ergo cum ait, *Creauit me initium, perinde est, ac si  
dicat, præfecit me incipiendis, & inchoandis rebus.*  
Vel apertius, condendarū rerum architectā, & præ-  
cipiam opificē creauit me. Quod quam apte in di-  
uinam sapientiam cadat, quis non videat, cum isthæc  
in Deo vere rerum efficiendarum architectrix  
sit exemplaria, & Idea rerum omnium continens,  
& secundum exemplaria illa producens. Antor est  
huius interpretationis Athan. ad decreta Nicenæ  
Synodi, vbi sic expendit verbum illud Græcum.  
*Non est (inquit) simplex, & una significatio huius  
verbi εκποτε, hic enim εκποτε intelligendum non fecit, sed  
præfecit operibus suis: sed ramen per filium conficiendis.*  
Neutiquā ergo illud εκποτε accipias tanquam dixi-  
set, fecit me: differunt enim facere, & εκποτε, quia nimirū  
non tam dicendum fecit, quā præfecit me. Hinc factū, vt  
non semel alibi Ath. legerit, *Dominus præfecit me  
initium viarū suarū.* Accedit etiā Tertull. cōtra Her-  
mogenē c. 18. exponens quotmodo creata, seu cōdi-  
ta dicatur Dei sapientia. Agnojet (inquit) Hermo-  
genes etiam sophiam Deinatam, & conditā præda-  
ri (& post pauca) Sophia igitur i-sus exindenata, &  
condita est, ex quo insensu Dei ad opera mundi dispo-  
nendæ exagitari: id est, ex quo illa vti cōpīt  
Deus in rebus creandis, vel ex quo illam molitioni  
rerum præposuit, seu applicauit. Vbi obserua-*

Tertullianum locum istum non de sapientia personali accepisse, sed de actiua illa sapientia, quæ est trium personarum commune attributum, ut supra exposuimus. Hanc quidem literalissimam huius loci expositionem reor. Pergo ad aliam, quæ vel literalis est, vel literali proxima.

**Clem. Alex.** Clemens Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes. Faustus Episcopus contra Arrianos de fide cap. 6. Diuus Gregorius Episcopus liberitanus de Trinitate, & fide contra Arrianos non longè à fine. Accedit Diuus Ignatius Martyr in Epistola ad Tarsenses, ubi hoc loco ad Christi diuinitatem probandam etiam vtitur. Nec longè abit Athanasius, qui in ea Epistola supra allegata ad decreta Nicenæ Synodi non de sapientia illa actiua, quæ est attributum commune personarum, sed de sapientia personali, hoc est de Verbo, & Filio Dei verba Salomonis interpretatur. Ex his vero Athanasius verbum illud *creauit*, Græcè ικνει perinde esse dixit, ac præfecit, Ait enim, *Non fecit, sed præfecit operibus suis: sed tamen per filium faciendis*: id est, non tanquam inspectricem aliquā pater suam sapientiam, hoc est, filium proposuit rebus, sed ut eas vi potentiae suæ conderet (Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.) **Hæc** est mens Athanasi in eo loco. Nec multum ab eo dissident Faustus, atque Gregorius, qui non solum in eandem sententiam, sed etiam in eadem ferme verba conspirant. Ergo tunc sic interpretatur. *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua*: id est, me, qui ante seculum eram Verbum Patris, atque illius sapientia, deputauit, vel applicauit rebus condendis, ut illis initium præberem, & primam eorum conditionē molirer. Sed cur, inquies, filius potius, quā Pater & Spiritus Sanctus rebus condendis deputatus, & accommodatus dicitur? In promptu est ratio. Quia Filius, ut obseruat Augustinus lib. 1. de Trinitate, Verbum Patris dicitur, & quia Pater Verbo suo omnia perficit, id est brachium eiusdem appellatur: Brachium autem est operari, atque exequi res: Quapropter licet omnia, quæ Deus efficit ad extra, tribus personis individuè communia sint: tamen speciali attributione Filio accommodantur, qui Verbum, atque brachium personaliter appellatur.

### De Sapientia Incarnata.

Verba ista de Christo exponit ingens Patrum multitudo, qui ut Arrianis occurrerent eo loco contra Filij diuinitatem abutentibus: quamuis eorum argumenta præfatis expositionibus eludente possent, maluerunt tamen de Christi humilitate interpretari. Et sane tanta, tamque unanimis eorum conspiratio suadet, ut hanc interpretationem literalem, & germanam esse haud inficiari liceat: etenim argumentationis vim, qua Arrianii vtebantur, Patres non effugerent, si ad mysticum aliquem, & allegoricum sensum se recipere. Ergo de Christi Domini humanitate locū istū expointunt Clemens Roman. lib. 5. constitutio num Apostolicarum cap. 19. Nazianzenus ratio nne 4. de Theologia. Athanas. passim sermone 2. 3. & 4. contra Arrianos, & in Epistola ad Episcopatum, & in Epistola ad Decreta Nicenæ Synodi, & in Epistola ad Serapionem, quod Spiritus sanctus non sit creatura, & in disputatione contra Arrium habita in Niceno Concilio. Diuus Augustinus de Trinitate libro 1. cap. 12. & Pseudo Augustin. in sermon. ad illa verba. *Non turbetur cor vestrum*: qui numeratur §8. de Ver-

bis Domini. Diuus Hieronymus in cap. 4. Micheælib. 2. & in Epistolam ad Hebreos cap. 3. & in Epistolam ad Ephesios cap. 2. Diuus Cyrillus Alexandr. lib. 5. Thesauri cap. 4. 7. & 8. Diuus Gregorius Nissenus lib. de Fide ad Simplicium, & in fragmentis, quæ exhibentur in tom. 3. Bibliotheca Patrum S. Ignatius Martyr in Epistola ad Tarsenses. Damascenus libro 1. 4. de fide capite 4. Ignat. mar. Fulgentius libro aduersus obiectiones Arriano- Dāmasc. rum in 3. responsione. Ambrosius libro de fide cap. Fulgent. 7. & de interpellatione Iob. cap. 2. Cæsarius Dia logo 1. Hilarius 12. de Trinitate circa finem. Ida cius Clarius libro contra Varimundum, Epiphanius contra hæreses 69. & in Ancorato. Iustinus Imperator in edicto fidei ad Ioannem. Beda in hūc locuni. Concilium Hispalense. 2. Basilius in Apologia ad Cæsarianos & li. 4. cōtra Eunomium. Chrysostomus in sermone de sancta Trinitate. Omnes isti Patres omnium calculo expositionem istam nobilitant: & licet alij alia scribant, omnem tamen in ea concordi consensione contineant, illud vetus *creauit me* ad humanitatem referendum esse. Nec non etiam aliqui id ipsum ducunt ex voce illa *Dominus*, inter quos est Ambrosius, qui sic ait: Non dixit Pater *creauit*, sed *Dominus creauit me: ea ro Dominum agnoscit, diuinitas Patrem*.

Quia vero circa verba ipsa aliquale diffi dissidium est inter ipsos Patres, placet eorum dissimiles lectiones hic adscribere Tertullianus, & Tertull. Ambrosius legunt. *Dominus condidit me*, Athanas. non semel *præfecit me*: sed sāpē alibi, *creauit me*. Quam lectionem amplectuntur reliqui Patres. Hieronymus lib. 8. in Isaïam cap. 26. hanc lectionē reprehendit, itaque non ικνει: sed ικνεω legendum putat, anteponitque lectionem Hebraicam. *Dominus posseit me*. Sed imminito carpit hic docttor tam celebrem apud alios Patres lectionem, quam etiam ipse alibi exponit, & probat. Rursus cum plerique Patrum habeant, *Initium viarum suarum*: Athanas. interpres in Epistola ad Episcopatum legit. *In principio*, & in Epistola ad decretalia Nicenæ synodi habet, *In initio*: & de Incarnatione Christi, *In primordio*. Concinit etiam Hieronymus in Epistola ad Ephesios, & Augustin. in libr. 1. de Trinitate & in sermon. 69. de verbis Domini. Denique Chrysostomus legit, *Ab initio*. Ad hæc illa verba, *in opera sua*; alij conuertunt, *pro preter opera sua*: vel *ad opera sua*.

Secundò præmittendum est nomen hoc initium, Hebraicè ιητη, Græcè αρχη in scripturis accipi solitum, primò pro exordio alicuius rei. Secundo pro capite: Tertiò pro principatu. Quartò pro causa, ut iam inde docuimus suprà; cap. 1. ad illa verba. *Initium sapientie timor Domini*. Deinde *via Domini*, in scriptura non vñari rem sonant: aliquando enim creaturas, & quæcumque Dei opera significant. (Hinc est illud Iob. 40. de Behemoth. *Ipse est principium viarum Domini*.) Sāpius præcepta Dei: cuius rei exempla in Psalm. 118. passim occurunt: ali quando etiam actiones quilibet secundum virtutem, ut sāpissime in hoc libro. Nonnunquam demum ipsa Dei consilia & occultissima prouidentiæ, seu prædestinationis arcana: Paulus ad Roman. 11. *O altitudo diuinitarum sapientie, & scientie Dei, quam incomprehensibilitatē sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius, &c.*

His præmissis quidquid dīsidij haētenus fuit circa expositionem huius loci, pāncis habeto. Sane omnium est cōcordia sententia circa priora illa verba, *Dominus creauit me*: scilicet sapientia Dei. id est, filio

Hieronym.

Cyr. Alex.  
Greg. Nif.Casarino.  
Hilarius.  
Idae. Clar.  
Epiphan.  
Iust. Imp.  
Conc. Hisp.  
Basilius.  
Chrysost.

244

245

Ambros.  
Athanaf.

Hieronym.

Athanas.

Hieronym.

August.

Chrysost.

Hieronym.

August.

Chrysost.

Hieronym.

Paul. ad Rom.

Rom. 11. 33.

Agust.

247

ratione assumptæ humanitatis quadrata. Nam A condit, & creari propriè de humanitate enunciatur. Athanasius tantum semel deseruit communem expositionem. Cum enim legisset, Dominus præficit me initium viarum suarum, non de carnis formatione intellexit, sed de munera delatione, per quod viis Domini, id est, omnibus operibus eius Christus præpositus est, ut omnia reficeret, atque instauraret. Subdit:

*Initium viarum suarum.* Hæc verba discordia locum dederunt. Cum enim initium sumatur pro exordio, pro capite, & pro principatu, ut iam inde docui, & via Domini non unam significacionem sortiantur; hæc sane diuersitas in dissimiles expositiones Patres compulit. D. Ambrosius in lib. de Interpellatione Iob vias Domini pro virtutibus accepit, atque sic de Christo Domino scribit. *Soli Christo seruabatur magnarum prærogativa virtutum: quia ipse est virtutum principium, sicut dixit: Dominus creauit me principium viarum suarum: vbi etiam principium pro principatu captasse videtur.* Nec abs re. Christus enim præstantissimarum virtutum exemplar sese hominibus præbuit. Diuus Athanasius, cum per vias Domini illius creaturas intelligat, sic edifferit verba ista in locis supra adscriptis. *Dominus creauit me initium viarum suarum: id est, cum me hominem efformaret, ac conderet, omnium opertum suorum caput effecit, atque omnes alias creaturas mihi subdidit: vbi planè initium pro capite accepit.* Tertiò D. Hilarius de Trinitate lib. 12. haud longè à fine, *vias Domini* interpretatur omnes illas, quas Deus ante incarnationem ad homines suscepit, cum scilicet ab Adamo visus est ambulans in Paradiſo, cum ad legem ferendam descendit; denique numera omnes alias Dei vias. Harum vero omnium viarum initium creatum fuisse Christum docet Hilarius, quia Christus omnium finalis extitit causa, vbi sumpsit plane initium pro causa. Quartò Cyrillus

Alexandrinus lib. 5. thesauri cap. 5. duas alias nobis offert interpretationes. *Quid enim aliud opera, & via Domini significant, præter mandata eius, quæ custodientes recto itinere ad ipsam pergimus.* Hartum igitur viarum Christus initium dicitur, quia initium easdem ingrediendi aliis fuit exemplo præfulgens, & gratiam donans: vel aliter initium viarum Domini Christus appellatus est ex sententia Cyrilli: quia lex extremas quasi metas mandatorum præscribit, Christus eius initia, & præcipua capita declarauit. Lex enim dicit: *Non fornicaberis.* Christus vero ad caput rediens. *Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, hic iam mæchatus est in corde suo.* Idemque iudicium est de dilectione inimicorum, atque alijs præceptis, quorum seueriorē disciplinā Christus tradidit. Deniq; aliter exponit Cyrillus. *Dominus creauit me initium viarum, vias (inquit) sanctos viros, Prophetas scilicet, & legislatores appellavit, quia possunt monendo ad eumducere.* Ergo creauit me, hoc est, fecit me super legem, & prophetas initium, id est, pœnitatem, ut non in illorum verbis sistere faciam, sed ad meliora documenta traducam. S. Basil. in Apologia ad Cæsarianos. *Principium (inquit) Evangelicarum viarum nominatur: qua nos deducunt ad regnum.* Factus est enim secundum dispensationem via nostra. Cōcinit cū Basilio Fulgentius. Quod autem (inquit) initium viarum Domini creatus est filius, quid est aliud, nisi quod ipse via nobis est factus, ut eo duce, & rectore per adoptionis, quā recipimus, gratiā, ad virtutum nobis perfectum patet ingressus? Hoc euclissimum dissidiū ex omnibus Patribus, qui sententiam istam de incarnata sapientia interpretantur, aucepseri potui. Et quamvis ali-

qui, vt supra animaduerti, legerint, Dominus creauit me in initio, non vero initium, nullus specialem propterea interpretationem ab alijs diuersam excogitauit, vel inuexit.

Cæterum ex scholasticis plurimi, qui illam sententiam tuentur, quæ docet filium Dei etiam si Adamus transgressus non fuisset, catnem suscepturum, ex hoc loco suam sententiam constabili, & robustam reddi putant. Hi sunt Alex. 3. p. qu. 2. memb. 13. Albertus in 3. disputatione 10 art. 4. Scotus in 3. distin. 7. qu. 3. 3. Sed hic sunt. & Scotus. d. 9. qu. vnica 9. in ista q. & in reportatis dist. 7. Iacob. de q. 4. 3. tertio declarandum. Iacobus de Valentia Valent. in Psalm. 81. & 102. Albertus Pighius lib. 8. Albert. de libero arbitrio cap. 1. 2. & 3. & lib. 10. cap. 1. Pighius Catharinus li. de eximia Prædestinatione Christi. Gathar Claudius Taurinensis lib. de Prouidentia q. 1. art. 2. qui omnes locum istum ad confirmandam suam Taurin. sententiam alliciunt. Sed reliquos superauit Nostrus Franciscus Suarez in 3. p. tom. 1. disp. 5. scđt. P. Fran.: 2. qui sententiae isti non solum sua auctoritate, sed Suarez, etiam rationum momentis robur maximum conciliauit. Ex hoc vero Salomonis loco rationem ad hunc modum conformat. *Locus iste ex consensione tum Græcorum, tum Latinorum Patrum de humanitate Christi capiendus est: sed non satis accommodate componere licet de ipsa humanitatis conditione, & formatione: ergo ad prædefinitionem, & prædestinationem Dei referendus est.* Ait enim, *Dominus creauit me in initium viarum suarum, & subdit, Ab aeterno ordinatus sum,* & ex antiquis antequam terra fieret. Hæc vero de formatione Christi secundum carnem recte exponi non possunt. Nam verbum Dei neque ab aeterno, neque ab initio conditæ creaturæ re ipsa humanitatem suscepit: atque adeò ad decreta Dei, & prædestinationem, & prævisionem gradum referre necesse est, cui res omnes perinde in promptu sunt, ab aeterno, quasi à seculo peractæ essent. Itaq; hi Theologi *initium viarum.* Creaturatum exordium accipiunt. Hæc illi, in quibus aliqua coacta sunt, ut postea dicemus.

Qui si quidem mecum sentire vellent, alio accommodationi sensu locum istum ad suam sententiam transferre possent. Si videlicet per vias Domini non creaturas, sed ipsam Dei decreta, & prædefinitiones intelligerent. Quid quam sit consummatio alijs scripturæ locis, supra docui. Paulus ad Romanos c. 11. *Quam incomprehensibilia sunt iudicatae eius, & inueſtigabiles viae eius:* Et in Psalm. 14. Roman. 11. *Vniuersa via Domini misericordia, & veritas:* Et n. 35. Psal. Eccles. 16. *Et vias illius quis intelligit?* Et passim 24. nn. 11. alia multa. Ergo sensus erit, *Dominus creauit me Eccles. 16. initium viarum suarum ad opera sua.* (Verba sunt num. 21. Christi in quantum hominis,) id est, caput exordiumque omnium viarum prædefinitionum, & cōfiliorum effecit me. Quia nimis tamen reliqua omnia, quæ moliri decreuit, ad me unum ordinauit: prius que me futurum esse præuidit, quam ut alia facere decerneret. Et sane huic expositioni locum faciunt sanctorum Patrum interpretationes, sed tum maxime Hilarius, & Athanasius qui per vias Domini eiusdem consilia accipi posse docent.

Hæc ideo addidi, quia superior illa expositio (mea quidem sententia) multa pœccat. Aliqui ex eo eam accusant, quia cum Patres omnes sequunt lectionem Septuaginta sic legerint. *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua,* ipsi legunt. *Dominus creauit me in initio viarum: una scilicet ex vulgata, & ex translatione Septuag. lectione, collates.* Sed tamē fallo huius erroris appellatur, quia ut supradomini, non pauci ex Patribus legi-

Athani.

Hilarius.

Cyr. Alex.

250

Cyrill.

Basilius.

Fulgent.

251

252

253

rant, Dominus creauit me in initio. Illud potius A imponere potuissent, nullum ex Patribus per viarum initium exordium creaturarum condendarum accepisse, nec in re ipsa, nec in Dei prædefinitio ne: quod sane verum est, vt ex dictis patet. Secundo ex eo incusandi sunt, quia omnia illa verba, Dominus creauit me in initio viarum suarum ad opera sua: cum sequentibus: Ab aeterno ordinata sum, &c. (pro quibus Septuag. Ante saeculum fundauit me, &c.) eodem contextu de Christi humanitate accipiunt, in quo longè discedunt ab illorum antiquorum Patrum sensu, qui omnes hæc cum sequentibus ad diuinitatem referunt: imo ex his contra Arianos argumenta ducunt, vt Christum Deum, & hominem esse confirment. Itaque omnes fere Patres verba ista sic Christo accommodant, vt illud creauit me humanitati adscribant: cetera vero, scilicet fundauit, generauit, & quæ sunt deinceps, diuinitati accommodent, vt statim patebit. Quapropter dum omnia de humanitate interpretantur, plurimum virium admunt hi autores rationibus, quibus Patres, & Concilia aduersus Arianos videntur. Si vero hæc posteriora verba de humanitate non intelligantur, nihil est, quod cogat istos interpres, vt ad decreta, & prædefinitions Dei se recipiant, cum illud, Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua, ad id minime compellat. Deinde frustra iactant isti Doctores Patrum interpretationibus se niti, vt ex isto loco euincant Christum ante prævisionem peccati prædestinatum fuisse, cum ipsius Patres, qui de humanitate Christi exponunt ista verba, oppositam plane sententiam tradant. Nam omnes, quotquot expendunt extrema illa verba, in opera sua, sic exponunt, ad instauranda, reficienda, & innouanda opera sua: affirmantes Christi incarnationem in eum finem à Deo destinatam fuisse. Hi sunt Cyril. Alexand. August. Ambros. Basil. Fulgent. Athanas. 254

Alexandrinus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Fulgentius, Athanasius & alij. Itaque omnes ruinas operum Dei præmittunt, & ad illas D instaurandas Christum Dominum creatum esse dicunt. Sed elegantissime Diuus Athanasius ex verbo creauit, id ipsum venusto schemate deduxit. Sic enim ait. Neque à principio cum Verbum extabat, opera, quæ nondum condita erant, sed cum iam subsisterent, & necessitas postularet, tunc denum ea vox; creauit, in medium adducta est, ac velut si filius seruis per sui negligientiam amissis, & apud hostem detentis, necessario illi a Patre mititur, ut eos sua manus assertos recolligat; isque in eo itinere seruili schemate se induat, cultusque se disimulet, ne ipso agnito plagiari se in fugam dent, atque inde prohibetur, quo minus ad ipsos descendat, qui in locis subterraneis suppressi conduntur. Atque si tunc ab eo quæras, cur ea specie, & habitu uti voluisset, isque responderet patrem suum ita deformasse, & adornasse ad opera sua: non ille quidem ex suis verbis intelligi vellet, se seruum esse, aut creaturam, ac tunc primum natalem se habuisse: sed haec omnia suscepisse, quo patris mandatum compleret. Eodem modo Dominus noster induitus humana carne, & habitu inuentus, ut homo si interrogatur ab his, qui cum admiratione eius habitum cultumque viderent, probè responderet. Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, & formauit me, ut congregem Israel, &c. Hæc omnia mihi suadent nec locum istum, nec Patrum interpretatione Fnes illi sententiæ auxiliares esse.

Illa vero expositio, quam supra interposui, qua ista sententia melius fortasse fulciri posset, quæ nomine viarum Dei accipit illius consilia, & definitiones, seu prædefinitions (quia apposita opinio mihi semper, scripturæ, Patribus, rationi, &

veritati consona magis, & concors visa fuit) sic coercenda est, vt Christum non ante omnium creaturarum conditionem prædestinatum esse dicamus, sed caput, initium, causamque prædestinatorum constitutum, hoc modo. Dominus creauit me initium viarum suarum: id est, constituit me caput suarum præfinitionum: tum quia Christus inter reliquos prædestinatos principatum obtinet: tum quia causa fuit prædestinationis aliorum Ad opera sua, supple instauranda, & reficienda per universalem redemptions. Hanc vero expositionem ideo præmisi, quia locum facit his, quæ de Virgine Deipara postea dictur sumus.

Sed quæres, vtrum quemadmodum lectio Septuaginta de Sapientia incarnata à Patribus interpretata fuit, sic etiam liceat nostram lectionem vulgatam ad eandem sententiam alicere? D. Hieronymus, qui solus ex Patribus hanc lectionem sequutus est in Michæam cap. 4. Christo adscribit ista verba: Dominus possedit me in initio viarum suarum,

Hieronymus  
Prov. c. 8.  
num. 31.

antequam quidquam faceret à principio: ita vt ex persona humanitatis enuncientur hoc modo. Dominus possedit me: scilicet per unionem hypostaticam, quam diuinitas, quodammodo humanitatem possedit, ac suam efficit, ex quo factum est, vt omnes humanitatis actiones essent Dei heriles, atque ipsius Dei esse dicentur. Quomodo autem capiendum sit illud, in initio viarum, non exponit ibi Hieronymus. Sed tamen idem Hieronymus in Epistola ad Cyprianum verbum illud possedit, non ad humanitatem, sed ad diuinitatem retulit. Ait enim. Possessio significat, quod semper in Patre Filius, & Pater in Filio fuerit. Vtrique autem interpretationi locus fieri potest, si præmittamus duo: Prius est, Christum non solum in quantum Deum, sed etiam in quantum hominem esse filium Dei naturalem, vt decernunt Concilia, & patres contra Helipandum: posterius, hoc verbum posse sidebo, Hebraicè ταῦτα ad generationem referri solitum, parentisque in filium ius significare, Genes. 4. post editum in lucem Cain sic Eua. Posse di hominem per Deum, id est, iam genui, & obtineo filium. Ergo cum ait, Dominus possedit me: si ad personam diuinam reuoces, perinde est, atque pater genuit me filium sibi: si vero humanitati adscribas, sensus haud dissimilis equalis, cum Christus etiam in quantum homo filius Dei naturalis appellari debeat. Posteriora illa verba: in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio: si de humanitate sermo sit, facile ad omnes illas expositiones, quas supra ex Patribus recensui, vocari possunt. Quod si ad decreta Dei abeundum est, non ita vt significant Christi prædestinationem, & alia omnia Dei decreta, & peccati prævisionem anteite, sed tantum ab aeterno, & ante mundi conditionem præordinatum. Id enim verba ipsa sonare videntur, & non aliud, vt ex mente Athanasij, & Cyrilli sequenti versu dicemus.

De Virgine Deipara:  
Prima Expositio.

Cum in superioribus constituerim verba ista de Christo Domino non uno modo interpretari, sed diuersis secundum dissimiles significationes initij, & viarum Domini. Idem nunc de sanctissima Deipara iudicinm esse dico, cui præter Ecclesiam, & quosdam ex antiquis interpres, locum istum vulgus concionatorum adscribit, sed (ni fallor) parum accommodatè. Quia cum vim germanæ, & literalis significationis non satis calleant, ad

257

Genes. 4.

num. 1.

258

Genes. 4.

num. 1.

259

mysticos sensus, qui in literalibus nituntur, non A recte transferunt. Ergo iuxta eos sensus, quibus haetenus ex doctrina Sanctorum de Christo expendimus locum istum, de Virgine per accommodationem ediscendum est. Quapropter si nomine viarum Dei, definitiones, consilia, & decreta accipiamus (placet enim hinc ordiri, & a lectione Septuaginta) sicut sententia conformanda est. *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua: id est, Dominus in decretis suis, ac prædefinitionibus, quibus sanctos ad gratiam, & gloriam destinat, mihi primatum addixit, ac per me cœpit instaurare, ac reficere opera sua.* Hæc sane B interpretatio petebat, ut ordinem prædestinationis, ac decretorum Dei exacte discuteremus, ac locum, quem virgo in eisdem tenet, non perfunditorie explicaremus. Sed quia de hac re, & super hunc ipsum locum fuse admodum egimus in disputatione de immaculata Virginis Conceptione, quæ (si Deo placet) ocyus lucem aspiciet, ea propter hic supersedendum duxi.

*Secunda expositio.*

Supra monuimus nomine viarum Dei creaturas significari secundum illud Job. 40. *Ipse est principium viarum Dei: & iuxta eam significacionem locum istum de Christo Domino exposuimus. Reliquum est, ut secundum eandem Virginem quoque accommodemus. Dominus (inquit) possedit me in initio viarum suarum: Sane illud verbum possedit, ad mentem diuinam referendum est, ut sensus sit, tunc cum res moliri mundum scilicet, atque omnes creaturas condere orsus est, me sane possedit, id est, mente concepit, atque presentem contemplatus est. Sed quorsum (inquires) Deus mundum conditus in Mariam inspexerit? Occurrat libenter triplici ratione. Prima est Galatini, qui lib. 7. de arcana cap. 2. vbi profetit testimonium quoddam ex Cabala in hunc modum. *Nisi pætum meum esset, diem, ac noctem, leges terræ, accalo non posuissim.* Sic conuertunt Heb. verba illa Hier. 33. vbi nos habemus. *Si irritus potest fieri pætum meum cum die, & pætum meum cum nocte, ut non sit dies, & nox in tempore suo.* Atque ad hunc modum interpretantur. *Nisi ex amore Maria, & Iesu filii eius, mundum minime condidisset.* Itaque Hebrai Cabalistæ hanc rerum omnium universitatem propter vnam Mariam, & Christum à Deo molitam fuisse credebant. Eorum autem mens est Deum Optimum Maximum in prima universi conditione in Mariam & Iesum, tanquam in finem, ad quem omnia referebat, fixisse obrutum. Hoc vero non ita intelligendum est, quasi Virginem ante prædestinaverit, quam decerneret universum condere (id enim supra falsitatis arguimus) sed quia cum iam iam ad condendum mundum accederet, eo libentius illum formabat, quia præuiderat futurum, ut Matia tandem aliquando lucem aspiceret, cuius imperio omnia, quæ tunc crebat, merito subdenda forent: & quæ insillud dominij in creaturas, quod homini primo in sua conditione collatum est, (iuxta illud, *Propterea pisibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, F universaq; terræ, omniq; reptili, quod monetur in terra*) cumulata, adiucta que in immensum potestate recuperaret, & non terræ tantum, & terrenis, sed cœlo etiā, & cœlestibus imperaret. Huc etiam pertinent verba Bernardi serm. i. in Salue, vbi sic ait. *De hac, & ob hanc, & propter hanc omnis scriptura faceta est, & propter hanc totus mundus factus est, & hac gratia Dei plena est, & per hanc hominem redemptus est, Ver-**

bū Dei caro factū est, Deus humilis, & homo sublimis. Secundū Deus mundū, & creaturas omnes moliti aggressus Marīā mēte voluebat, quia scilicet iā tunc in creaturis cogitatione sollicita vestigabat, quid in unaquaq; excelleret, ut omnibus creaturarū omniū præstantissimis facultatibus & excellentiis Mariā vnam cumularet: sicq; euaderet, noua, non fabulosa Pandora ex cunctis creaturarū omniū perfectioribus conflata. Ad id spectasse crediderim D. Epiphanius in sermone de Laudibus Virginis vbi Mariā, *Celi, terræq; mysterium appellavit. Vulgo Cifra del cielo, y de la tierra:* quia himītū quidquid cœlum, vel terra cohibet boni, & perfecti, id totū cōpendio quodam mirabili collegit in Mariam. Itē D. Bernard. in ser. de B. Virg. Virginem dei param Bernard. mundū specialissimum compellauit. *Mariam (inquit) Deus tanquam mundum specialissimum sibi cōdidit, quæ iniustitia, & sanitatis fundauit, &c.* Amplificauit hoc Imperfectus in cap. i. Matth. cap. i. vbi sic ait. *Maria (inquit) speciosior facta fuit, & dignior, quam totus mundus.* Itaque non solum omnes totius orbis, & creaturarū omnium perfectiones adæquauit, sed etiam superauit, vnde Mariam non Microcosmon, sed mundum quemdā mundo ipso maiorem, & ampliorem appellare debemus. *Quia quem totus mundus (inquit Imperfectus) capere nō poterat, nec merebatur accipere, in cubiculo utri sui meruit sola ipsa suscipere.* Aliquid latet in his verbis, quod reserare necesse est. Sane ad excipiendum Verbū Dei ē cœlo ad terrā aduentantē, necesse erat, ut tota se exponeret, atq; expediret creatura ad tantum hospitē laetus excipiendū. Oportebat sane vt totus gestiret mundus, totusque sese aduenienti gratus, iucundusque offerret. Cæterum longe aliter cum Verbo Dei actum est: tantū enim absuit, ut totus mundus ad illud excipiendum sese ornaret, vt nunquā de ornatori, & turpior fuerit, nunquā enim (ait Augustin.) mundus immundior fuit, quam cum Verbo caro factū est. Et Ioannes scribit in Evangelio, *In mundo erat, & mundus eum non cognovit: in propria venit, & sibi eum non receperunt.* Itaq; vel hi, qui illi cognitione coniuncti erant, hospitem tecularunt. Quid ergo Dei Verbum, ad quod excipiendum haud satis erat totius mundi plenū obsequiū, adducere potuit, ut in mundum veniret tunc, cum mundus imparior, & ad illū recipiendū ineptior erat? Illa profecto induxit fœmina, in qua totius mundi, atque creaturarum omnium coactas perfectiones contemplans Dei Verbum ad se recipiendum paratas, & expeditas, nullū sane mundi, atque aliarum creaturarū obsequium desiderauit, imò contempsit. Id sibi volunt illa verba præmissa. *Maria speciosior facta fuit, & dignior, quam totus mundus: quid quem mundus non merebatur accipere, in cubiculo utri sui sola ipsa suscipere meruit.* Cæterū quaratione in vnam Mariā omnes omniū creaturarū perfectiones conuenerint, & quomodo illas Deus ē singulis decerpens in Virginem transtulerit, dicimus in decursu capitum exponentes qua ratione singula creanti Deo, Maria in mente ipsius præsto adfuerit.

Tertiū alia de causa Dei omnia condentis, menti obiectam Mariam fuisse dicimus; quia nimis cum Deus omnia modulatissime conformaret, ordinaretque, præuidebat quidcm futurum, ut homine cuius omnia obsequio addixerat, pactum violante, cuncta à suo ordine desciscerent, & cum ipso pauperiterent. Quia propter ne ipse propterea à proposito mundi creandi desciscerent, voluntatemque mutaret, Virgo Maria in causa fuit, per quam etiam tunc præuenerat omnium creaturarum rumas tandem aliquando instau-

*Andreas  
Hier.*  
*Anselm.*  
*Damasc.*  
*Damas.*

xandas, & reficiendas. Et sane per vnam Mariam creaturas omnes ad vnam instauratas, & refectas fuisse plurimorum Patrum calculis comprobatur. Ita docent Bernardus in serm. de Natiuitate, Bonaventura in speculo; Andreas Hierosolymitanus in serm. de Annuntiatione, Anselmus de excellentia Virginis. Damascen. oration. i. de Nauititate Virginis. Sed tamen qua ratione reparatio ista, seu instauratio creaturarum, quam Deus tunc praevidit à Virgine tunc demum perfecta est, præmissi Patres eleganter scriperunt. D. Damascenus ad hunc modum scribit. *Per illam* ( scilicet Mariam ) naturam omnem creator, interiecta humanitatis beneficio, communauit, & innouauit. Nam cum homo media quadam inter mentem, & materiam sede constitutus rerum omnium conditum, tam quæ in aspectu cadunt, quam quæ oculorum aciem fugiunt, nodus, ac vinculum sit: profecto artifex Dei verbum naturæ humanæ copulatum per hanc cum uniuersis rebus conditum unitum est. Quænam obsecro instaurandarum rerum aptior ratio excogitari posset? Profecto nulla. Hanc vero Mariæ beneficio acceptam refert Damascenus. Propterea enim omnes omniū creaturarum perfectiones in vnam illam collegit, vt ab illa humanitatem assumens, in qua erat omnium creaturarum compendium, omnes sibi Deus arctissimè sociaret, & cum omnibus cognationem contraheret, vt ea ratione omnes nobilitaret, & præstinæ dignitati restitueret. Omnes inquam ad vnam, quia humana, quam sibi agglutinavit, cum omnibus cognitionem habebat. Succedit Anselmus Damasceno, qui duos alios modos reficiendæ vniuersæ naturæ excogitauit per Mariam felicissimè confessos. Igitur in libro de Excellentia Virginis cap. io. sic habet. *Ingerebatur operibus Dei contumeliosa quedam oppressio, & fiebat de ipsis granis, & contumeliosa abuso: ius siquidem nullum in his, quæ Dei sunt, iuste debet habere, qui voluntati eius non veretur pranis actibus contraire.* In eo itaque D quod lumine cœli, & syderum motu in suis operibus homo reus poriebarur, idem cœlum, & sydera ipsa magni honoris detrimenta patiebantur. Nempe illi seruebant, propter quem nequaquam instituta esse sciebant: ad obsequium quippe insi hominis, non iniusti condita fuerunt. Omnes igitur rerum forme informi quadam offuscatione tegebantur, eo quod ipsi, qui Deum incessanter offenderat, ministrare, ac subdi sine intermissione cogebantur. Durauit autem hac in eorum substantijs iniuria, quousque venit in carnem illa, de qua loquimur, *Virgo Maria.* At ubi venit ipsa, in seque filium Dei con corporavit præstinam dignitatem in Deo, qui nascebatur, recuperauit humana natura, & libertatem patriæ sua creationis confessim recipere meruit. Nam ipsa, cui lege sua conditionis ius libertatis maximum erat, obsequendi videlicet illi, quem ad Dei imaginem conditum nouerat: cum ipsum ad similitudinem sui creatoris per Mariam redire conspexit, deinceps obediendo dominatu eius iugum seruitutis excusit. Hæc ille, qui bus significauit haud immerito Deum tunc, cum mundum moliebatur, sanctissimam istam Virginem menti obiecisse, vt dignitatem creaturarum, F quæ per peccatum primi hominis, velut pessumitura erat, per illam redintegraret. Quomodo vero aliter Dei para vniuersæ creaturæ præfuerit, atque communes ruinas resarcierit, sequenti capite describit ad hunc modum. Certe ( inquit ) homo ad hoc conditus fuerat, ut contemplationis oculos formæ iugiter intenderet creaturis: sed quia ipse conditor Spiritus est, atque adeo nullius acies ad eum scutum est, pertingere potest, proposita illi aliarum rerum existentia est, quatenus earum contemplatione subli-

166

*Anselm.*

167

mitas eius, qui per se nequit videri, ab ipso intellexit conspiceretur. Verum ubi post primorum hominum peccatum generationis humanae propago in desideria sui cordis prolapsa est, & per vitia seducta, non solum creatoris contemplatio, sed etiam rerum creatarum mirifica dispositionis salutifera meditatio, per quam ad Deum assurgere deberet, ab ea evanuit. Vides qualimodo in lapsum hominis ruerit dignitas rerum. In consideratione enim illarum homo aspirare debuit ad cognitionem Dei, & sic quasi gradus quidam ei fieri debuerant pertingendi ad creatorum: sed tunc ista dignitas in eis perire, quando, quia ea digne vteretur, nullus erat. Neque vllatenus receperunt amissam eminentiam tanti boni, donec adfuit nobis Maria, per quam, homine in cognitionem Dei reuocato, omnis alia creatura in statum sue conditionis est restituta. Quia nimirum capitur homo invisibilis Dei a creaturam mundi per ea, quæ sunt facta, conspicere. Totum hoc ei deputandum est, per cuius Virginum uterum is vent in mundum, &c. Quamuis enim hæc omnia Christo Domino nos debere faveamus: tamen vt eadem Virgini, accepta referamus, iure optimo docent Patres, quam ipsem Christus redemptionis nostræ sociam, & adiutricem sibi adiunxit, quæ nobis non modo peperit, sed dedit Saluatorem, vt iam inde supra multis rationibus ostendi vers. 19.

B Quartò ob aliam rationem Virgo creatori rerum tunc ob oculos obuersabatur, cum tēs denud formabat. Præuiderat enim futurum, vt mundus, quem tunc ipse novum, & recentem produxerat, aliquando senesceret, & interitui proximus esset. Atque adeò illi statim in mentem venit Maria, quæ senescenti mundo, & grandæuo vernantem Andreas, Hierosol. quandam iuuentam allatura erat. Accipe Andreas Hierosol. sententiam in sermone de Annuntiatione. *Hodie* ( inquit ) summa uniuersi opifex potentia conceptum apud se iamdudum de rerum creatione consilium ad finem perducit. ( Quodnam vero hoc consilium fuit? ) Quia prior nostra effigies nouam figuram consequitur, & senio quasi confectus mundus per Mariam peccatorum senectam exiit. Observa illa verba, Paul. peccatorum senectam, Mundus enim non aliter, nisi per peccata senescit, & antiquatur. Nam vrait Paulus *Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est.* Cum ergo nihil mundum interitui magis proximum reddat, quam peccata; tunc sane illum maxime confessuisse dicemus, cum peccata plurimum abundant. Et quidem memini me apud August.

E Augustinum lectitas in libro de doctrina Christiana ( nescio an alibi ) tria omnino delicta in mundo senescente regnasse, scilicet turpitudinem, fastum, & auaritiam, hæc enim omnia, inquit, senum vitia sunt. Nam senes auari admodum sunt, & cum honorem canis deberi putent, plus æquo illum affectant, & ambiant. Turpitudo autem licet iuuentis propria sit, tamen illos, qui iuuentam in voluptatibus, & libidinibus triverunt, turpitudo non deserit in senecta: imo consuetudine longa confirmata aliquando in senibus ardenter est, atque adeo mundus, qui olim suam adolescentiam in idibus mancipauit, & nunquam illas interrupit, turpitudo ad canos usque comitata est. Quorsum hæc? Ut intelligamus mundum gravi senio confessum fuisse tunc, cum Maria ad illum innowandum venit. Auaritia, fastus, & turpitudo vigebant. Videre licebat hoc in Principibus eius seculi, ad quorum mores reliqua multitudo se se efformare, & effingere solet. Quid Herode turpius? Quid Augusto Tiberio, ac reliquis Cæsaribus vel superbius, vel auarius? Igitur Maria, vt hac

senectam mundū exueret, nata, contra illa senum vi-  
tia opposita remedia mundo inuexit: nimirum  
virginitatem aduersus turpitudinem, miram hu-  
militatem contra fastum, & paupertatem volun-  
tariam contra auaritiam. Ita iure optimo An-  
dræs ille Hierosolymit. dixerit. *Senio quasi con-  
fessus mundus per Mariam peccatorum senectam  
exuit. Illa scilicet peccata depositus mundus, quæ  
illum senectutis arguebant.*

273

*Quintò, Mariam conditor rerum propterea  
mente sua voluebat tunc, cum orbem conderet,  
quia sicut Deus verbo illo fiat repetitis vicibus  
iterato, cunctas res producebat, ac suis facultati-  
bus donabat: sic etiam Virgo, eodem verbo semel  
vsurpato, easdem res refectura erat: tunc nimirum.  
cum diceret, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-  
dum verbum tuum. Pende obsecro vim istius fiat,  
qao Virgo sanctissima verbum Dei è cælo in sua  
viscera transfudit. Inquirit Diuus Chrysostomus  
in Genesim ad illa verba, quibus homo conditus  
est à Deo: *Faciamus hominem ad imaginem, & simi-  
litudinem nostram, &c.* quid scilicet in causa fuerit,  
quod cum Deus cælum, terram, lucemque, & reli-  
quam mundi fabricam molitur, vsus est verbo fiat:  
de singulari, *Fiat nimirum lux: Fiat cælum, &c.*  
tunc verò cum hominem formare aggressus est,  
at: *Faciamus hominem de plurali. Nobilitas (in-  
quit) operis hoc effecit, quia animum spiritualem  
Angelis ipfis haud imparem corpori sociare, & ag-  
glutinare tanti opificij res erat, vt tres personæ  
Trinitatis ad id præstandum se quodammodo  
euocarint, & omnes etiam quodammodo in id  
conniti viderentur. Alias vero res deterioris nota  
cum conderet Deus velut aliud agens aiebat, *Fiat  
lux, &c.* Igitur iam nunc tecum cogitavim illius  
fiat Marian. Cum Deus Opt. Max. ex proprio fiat  
hominis conditionem haud fidere voluerit: quia  
nimirum spiritum carni agglutinare magni opif-  
cij res illi visa fuit. Nihilominus præstantissimum  
illud ac diuinissimum opus, quod arte sua reliqua  
Dei opera, infinito interuallo superauit, scili-  
cet diuinam, humanamque naturam in eadem  
hypostasi sociare, ex Mariæ fiat pendere iussit  
Deus, atque eo enunciato effectum fortiri. Rur-  
sus aliter præfatae interrogationi occurrit Ber-  
nard. Propterea (inquit) in creatione aliarum re-  
rum vsus est Deus verbo illo fiat, quia vox isthac  
imperantis est: oportebat autem per imperij  
quandam insinuationem fieri illa, quæ hominis  
imperio vt subiacerent, producebantur, vt ex  
ipsa productione sui ministerij omen caperent.  
At vero in formatione hominis adhibuit Deus  
verbum faciamus, quod non impenetrans, sed ope-  
ri suo intendens est: vt significaret hominem ad  
imperium natum, hoc est, vt tel quis creaturis intra-  
diceret. Ideo subdidit. *Faciamus hominem ad ima-  
ginem, &c. vt præsit pescibus maris, &c.* Nam sicut  
creaturas alias, imperante illo verbo, producens  
Deus homini paritas esse significauit: sicut etiam  
ab eo verbo abstinenſ, & quodammodo urbaniſ,  
& comem erga hominem se præbene cundem Do-  
minum, ac Principem rerum fore demonstrauit.**

Bernar.

*Q*uorsum hæc? Cum filius Dei, vt ipse de se testatus  
est, non venerit ministrari, sed ministrare, vt ex sua  
formatione, huius ministerij, atque obsequij omen  
caperet, decuit sane, vt hæc non iam aliquo fiat  
imperantis (quale fuerat illud, quo Deus res crea-  
uera) sed magis ex quodam fiat obedientis Mariæ  
penderet: quod nimirum illi & causa aliqualis co-  
tempore existendi, & obedientie exemplat foret.  
Itaque obedientia, quam Virgo eo verbo fiat ostē-  
tauit, Christum Dominum ad ministrandum nasci-

A portendi, & ministrare etiam quodammodo per-  
docuit. Ex hoc etiam licet contemplari, quantum  
Deus tribuat obedientie: qui enim ad hominem  
condendum haud satis esse duxit suum ipsius fiat,  
opus omnium maximum, scilicet Incarnationem  
Christi, per fiat Mariæ absoluuit, ita vt quodammodo  
suum ipsius fiat Mariæ fiat postposuerit. Si ve-  
tero causa reges, in promptu est. Quia scilicet fiat  
Dei, erat imperantis: fiat Mariæ, obedientis. Ideo  
Deus vt obedientie plurimum deferreret, Mariæ fiat  
prætulit quodammodo suo. Exinde vero tanti ha-  
bitum est Mariæ fiat in cælo, vt nihil gratiae, aut  
doni à Deo proficiatur in homines, ad quod ex-  
pediendum non expectetur Mariæ fiat. Item hu-  
ius Reginæ fiat obtento, quæcumque dona à Deo  
optimo maximo impenetrantur.

Sexto demum mundum producens Deus Ma-  
riam sibi contemplandam ideo proposuit, quia ex  
omnibus pure creatis operibus Dei præstantissi-  
mum erat Maria. Quapropter tunc cum creatio-  
nem ordiri voluit, in absolutissimam illam numeris  
omnibus creaturam oculos defixit, vt tempus illi,  
& locum accommodatissimum in mundo decer-  
neret. Sicut enim pictor eximius in tabula quapiā  
alicuius Diuæ effigiem perfectissimè adumbrare  
volens, hinc inde lucos, maria, animalia, aliquando  
etiam homines alios expingit per omnem tabulæ  
ambitum. Id tamen interest, quod lucos, animalia,  
& homines alios temere, & leui (vt aiunt) peni-  
cillo describit: at vero in præcipua illa effigie,  
quam sibi ab initio adumbrandam proposuit, de-  
pingenda incumbit, totus hæret, & artis sua con-  
sum, & vim omnem expromit. Quin etiam ab ini-  
cio tabulam metitur, atque metatur vt eo in loco  
delineet præcipuum illud simulacrum unde splen-  
deat magis, ita vt reliqua hinc inde pictura illi in-  
seruat, & pulchrum magis, & spectabile reddat.

Ad eundem modum artifex ille rerum omnium  
Deus latissimam, amplissimamque huius mundi  
tabulam creaturis omnibus pingens, & distinguens  
terras, maria, lucos, animalia, homines, & reliqua  
omnia vt ita dicam, temere, & leui brachio condi-  
dit. In illa vero omnium creaturarum perfectissi-  
ma Maria, quam sibi ab initio creandam propo-  
suit, totus incubuit, totus hærit, & sua potentia  
vim magnam ostentauit. Unde non immerito Vir-  
gini Deiparæ accommodari solent illa verba Sap. 7:  
7. *Speculum sine macula Dei operationis, & imago num. 26:  
bonitatis illius.* Grecè habetur, *Dei energia:* quia  
nimirum in hac sua bonitatis præstantissimam ima-  
gine elaboranda suę energię vim prodaret. Atque  
ad eum ab exordio creationis totum mundū metiri,  
& secula omnia partiri caput, vt scilicet Mariam in  
optimo loco, & tempore formaret, ita vt reliqua,  
quas velante, vel postea hinc inde condere decre-  
uerat, creature Virginis inseruirent, illamque pul-  
chram magis, adspectabile inique omnibus redde-  
rent. Itaque alias creature, terra, maria, luci, anima-  
lia, & cœli cum reliquis quodammodo pro spatio  
Virginis addita sunt. Vulgo *Ne som mas que el campo  
para que salga mas la imagen.* Ad eundem sensum  
vocanda sunt illa verba Salomonis. *Dominus crea-  
uit me in iustum viarum suarum in opera sua.* Initium in-  
quam, id est caput, præstantissimam videlicet om-  
nium creaturarum, atque adeo ab initio inter om-  
nia opera sua locum optimum, atque tempus, mihi  
dedicauit, &c. Propter Ius omnes rationes D. Bonan-  
nau in Psal. ait, *Dispositione tua Virgo sanctissima Bonanent,*

*perseuerat mundus, quem & tu cū Deo ab initio fun-  
disti, quibus docet Virginem cum Deo pariter mun-  
dum molitam fuisse: nimirum eo sensu, quo ha-  
bemus exposuimus, quia Deus mundum condens in  
Mariam intuitus est.*

275

277

278

## Tertia, &amp; quarta expositio de Virgine.

278  
Ambr.

Percurram alias Patrum expositiones, & à Christo in Deiparam eius parentem transferam. D. Ambr. nomine viatuni virtutes interpretatus est: atque adeo Christum viarum Dei initium à Patre creatum fuisse affirmat. *Quia illi (inquit) seruabatur magnarum prærogatiua virtutum: ut videlicet magnas illas Euangelicas virtutes antiquis sæculis ignotas, tanquam nouas quasdam vias aperiret: scilicet humilitatem, virginitatem, paupertatem, & alias eiusmodi.* Tamen nescio an potius Maria harum viarum, siue virtutum initium dici debeat; quā Christus, (initium in quam executionis anticipatio, non causa.) *Quia Virgo præstantissimas istas Euangelicas virtutes opere exercuit, antequam Christus veniret, atque illas verbo, & exemplo doceret.* Quapropter de Virginitate, quam Maria ante omnes alios Deo nuncupauit, sic scribit Bernardus sermones, de Annuntiatione. *O Virgo prædēs, o Virgo deuota, quis te docuit Deo placere Virginitatē? Que lex, que iustitia, que pagina veteris testamenti, vel præcepit, vel consulit, vel hortatur in carne, non carnaliter vivere, & in terris Angelicam ducere vitā?* *Vbi legeras de Virginibus, quia cantant canicum nouum? Vbi legeras laudatos esse qui se castraverunt propter regnum cælorum?* Et post pauca. *Tu vero nec habebas præceptum, nec consilium, nec exemplū, nisi quod vñctio docebat te de omnibus.* Ac sermo Dei viuus, & efficax ante tibi factus est magister, quam filius: prius instruxit mentem, quam inducerit carnem. Hęc ille. Alijs etiam Euangelicis virtutibus Virgo præfalsit, atque illis initium præbuit nullius consilium, vel exemplum sequuta. Et sane ita decuit, ut mater illis polleret virtutibus, quas filium postea exercere oportebat, ut matrizare, hoc est matris suæ mores referre diceretur. Atque adeo tales oportebat esse Virginis virtutes, ut eas imitans Christus expleret Saltatoris officium. Rursus etiam omnes illas magnarum virtutum prærogatiuas (vt Ambrosij verba usurpem) in Virgine premitti oportuit, quia nescio qua ratione in illa humaniores, & ad imitationem accommodatores sunt virtutes, quam in filio. Christum enim diuinitas à lmirandum redit, quem intuitus fragilis natura desperat eō se peruenire posse, quo ille pertigit. At vero Mariam, quam nostræ omnino conditionis esse cognouimus, imitabilem magis ducimus. Atque hoc spectasse crediderim Diuum Anselmum in lib. de excellentia Virginis, ubi ait, *Mariam iuxta quodammodo, & humaniora nobis præbuit exempla, quam filius.* Nescio enim qua ratione exempla Christi sua magnitudine nobis terrori sunt. At vero exempla Mariæ sua lenitate omnes alliciunt, & ad imitationem exacuunt. Ergo ne homo maximarum illarum virtutum exordium, & initium repetenter rerretur, & metum conciperet, maluit Christus illarum auspicia in Virgine dedicare, ut lenitas, humanitas, & conditionis similitudo ad imitationem inuitaret.

279

Anselm.

280  
Athani.Pron. 8.  
vers. 13.

Præterea Diinus Athanasius illa verba: *Dominus creauit me initium viarum, sic de Christo exposuit: id est, omnium suarum creaturarum mihi principatum addixit: initium enim accepit pro principatu.* Hęc verò expositio, ad Virginem eodem sensu transferre licet, quam Deus omnibus operibus suis Reginam, Dominam præficit, ut iam inde supra longa oratione docuimus, vers. 15.

## Quinta, &amp; sexta Expositio de Deipara.

281  
Cyrill.

Cyrillas nomine *Viarum Dei* accipit legem, & præcepta, quibus adimplendis Pater filium suum initium præfecit: id est, reliquos homines præire voluit exemplo, & auctorem esse gratia sua. Frustra hęc multa de Virginis erga legem obsequio, quæ verè post filium suum legis implenda initium alijs extitit, exemplum scilicet, & causa. Quāti semper Maria legem duxerit, Purificatio ostendit: nam licet ipsa legis verba planè illam eximerent, si tamen obsecundare voluit, ne quid legi suo exemplo derogare videretur. Sane Maria fuit arca illa testamenti (vt in mysterijs contemplatur D. Ildephonsus virgam, manna, & tabulas legis claudens: virga Christus, manna Spiritus Sanctus, qui in illam superuenit: tabula autem lex, quam cordi impressam semper gestauit. Cui sane legi tantum tribuit, ut Virginitatem suam, quam cum Gabriele agens maternitati anteposuit, in opinione hominum prodere noti dubitauerit, ne vel minimam in eadem hominum opinione legi iniuriam inferte videretur. Subiunctione hęc haud inepia quandam censuram authoris minime pénitendi, qui de Virginis obedientia carmine sic cecinit in vetustissimo Epigrammate.

*Diua parens euge, parensque puerpera multo  
Longior obsequio, quam partu, Euge in lyta Virgo.* Quibus verbis ad quantitatem illius vocis parens respexit. Parens enim à verbo pario pro matre primam syllabam corripit: à verbo autem pareo pro obediente, primam syllabam longam habet. Ergo ait, o sanctissima Deipara! quæ cum parens, id est, mater Dei extiteris, magis quodammodo parentem, id est, obedientem te ostentasti, & cum larga fuisse patti Deum pariens, largior multo fuisti parendo, & obsequendo legi, & Deo. Itaque quantitatem earum vocum in semetipsa expressisse dicit, & largiorem extitisse parendo, quam pariendo.

282

Idem ipse Cyrus *vias Dei* sanctos interpretatur viros, qui videlicet possunt exemplo, & cohortatione, & suffragijs nos ad cælum ducere, Christumque in eo sensu *initium omnium viarum Dei* extitisse affirmat: id est, principem viam ex omnibus, iuxta illud *Ego sum via, &c.* Non aliter Virgo sanctissima *initium viarum Dei* appellari potest: id est, princeps post filium via, per quam ad cælum contendere possimus. Et sane ex Patribus non pauci Virginem Regiam cæli viam appellant. Et quia vulgo dicitur. *Eadē via est Athenis Thebas, & Thebis Athenas,* hinc colligunt per Mariam à terra in cælum eundum esse, quia per Mariam à cælo ad terras venitur. Nulla sane competitiosa magis ad cælum via, nulla facilius percurritur.

283

Cyrille.

## XXIII. Ab eterno ordinata sum, &amp; ex antiquis: antequam terra fieret.

284

**A**b eterno ordinata sum. Hebraicè: *A seculo principatum habui Rodolphus, coronata sum.* Quidam etiam inuncta sum. Septuaginta: *Ante seculum fundauit me, vel fundata sum.* Hanc lectiōnem amplectuntur plures ex Patribus supracitatis. Chaldaeus, *Ante seculum preparata sum.* Verbum Hebraicum fluit à τοι radice *Nafach*, cuius plurimi sunt significationes: nulla autem ex illis est ordinare, vel fundare, seu preparare, quibus vi sunt locupletissimi interpres. Vulgatus, Septuag. & Chaldaeus. Dices tamen eos senium tenuisse, ne

Cant. 2.  
num. 4.

286

Psalm. 4.  
num. 7.

288

289

August.  
Nazian. Hilarius.  
Basilicus.  
Fulgent.

verba. Non displicet, sed tamen vide, an potius A mendum Hebraicis, originibus irrepsertit, & pro voce illa נסכה תְּנִסְתֵּחַ, fuerit potius נסכה תְּנִסְתֵּחַ à radice נסכה Nasas, duplicante secundam, quam alibi sape interpres noster transtulit ordinare Gantic. 2. Et ordinavit in me charitatem. Et alibi. Propriè verò significat vexillare, seu vexillum figere. Neque abit ab hac significatione lectio Septuaginta, Ante seculum fundauit me, Græcè est, θεραπευούσα: id est, defixit me, desumpta similitudine à signis militibus, quæ defigi solent, cum eriguntur. Concinuit etiam cum hac nostra meditatione vox Chaldaica נסכה תְּנִסְתֵּחַ Tsalma.

*Et ex antiquis, antequam terra fieret. Hebraic. A capite, ab initio terre, Septuag. In principio antequam terram facoret.*

Iuxta, eaque in superiori loco præmisimus, de sètentia horum verborum iudicium ferendum est. Ergo si desapientia Dei practica, quæ attributum est commune personarum, illa edisseramus, ( hic enim est germanior sensus) talis euadet sententia. *Ab aeterno ordinata sum.* Quia si dicat, non repente, vel ex tempore ad rerum productionem, & conditionem accessi: sed ab æterno in eum ordinem digesta sum, quem tamen exhibui, cum res producerem: neque aliter res nunc in semetipso modo existunt, quæ iam inde ab æternitate in Ideis meis, atque exemplaribus extiterunt. Eudem sensum reddunt alia lectiones. Originalis habet non quidē regnauit, aut principatum habui, hæc enim lectio inepta, & minimè ad rem semper mihi visa est: sed vexillata sum, ducta similitudine ab ordinibus militibus, qui per sua signa, & vexilla diriguntur, ut sensus sit: Non aliter terū species, & formæ in me iam olim ab æternitate dispositæ, & in sua quæque loca digestæ erant, quam militum ordines per sua vexilla distributi. Conuertere etiam licet, *signata sum:* sic enim verbum illud alibi extusit Vulgatus.

*Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tuus. Quia D*

lectio ad diuinæ Ideas referri potest, quæ nihil aliud sunt, quam rerum efficiendarum formæ, seu rationes in mente diuina expressæ. Itaque ait: *Ab aeterno signata sum, vel sigillata.* Hoc est, formas rerū agendarum non denuo excepti, sed ab æterno qualidam veluti impressiones omnium habui. Denique Septuaginta habent, *Ab aeterno fundauit me.* Si ergo verbum illud fundauit, à iaciendis fundamentis ducta similitudine dictum putas, sensus ex compunctione alicuius ingentis fabricæ ad hunc modum conformari debet. Quemadmodum cum fabrica extruitur, ex fundamento, quod occultum est, atque minime videtur, reliqua structura in lucem assurgit: sic etiam ex sapientia diuina hæc mundi fabrica, atque omnes creaturæ tanquam ex quodam æterno fundamento emerserunt in lucem, quamvis hæc sapientia fundamenti instar latere videatur. Id sibi vult illud: *Ab aeterno fundauit me.* Id est, tanquam fundementum huius mundanæ structuræ iecit. Quod si hanc similitudinem à vexillis figuris trahas, similitudo erit illa, quam supra insinuavi, ex distributione militum per suos ordines deducta. Et quidem ut significetur etiam huius ordinis constâtia, & immobilitas, aptè componitur cum ea, quam milites strenui in suis ordinibus, & stationibus servare consueverant, inter quos loco moueri, aut stationem deserere summi dedecoris nota est.

Secundo, vix præmissis constat, verba ista de personali sapientia, hoc est, de ipso Dei filio Pater interpretantur. August. in serm. 85, de tempore, Nazianz. Basilicus. Hilarius. Fulgentius. Chrysostomus. Nisenus ubi supra, qui ut Ariani Filii diuinitatem demonstrarent, verbum illud creauit me,

humanitati, & carni adscribant: hoc verò fundauit me, & illud, quod deinde sequitur, genuit me, dicitur Nisenus. unitati necessario tribuendum esse dicebant. Quomodo autem Filius, ac Patis sapientia fundata dicitur, docet Hilarius hisce verbis. *Sic igitur sapiens Hilarius. ita memorem seorum, quæ à seculo sunt dicens in opera Dei, atque in vias Dei creatam se esse dixit: atque ita creatam, ut fundatam et iam se ante secula doceret, non assumpta creationis sacramentum demutasse naturam videatur, cum fundationis firmitas conuelta stans non recipere perturbationem.* Itaque ne putarem diuinam naturam ratione assumpta humanitatis euariari, aut demutari, propterea subiecit. *Ante secula fundauit me, quæ premisserat, Dominus creauit me.* Eandem rationem obculit D. Fulgentius. *Ante secula (inquit) sapientia fundata sum se dixit, ut nativitatem suam, que de Patre nata est, immutabilem esse monstraret. Quod enim fundatum dicitur, nulla ratione conuelitur: quod autem non conuelitur non mutatur.* Possemus etiam verbum illud ad diuinam hypostasim referre, per quam natura Diuina in filio subsistit, hoc modo fundauit me, id est, Pater propria subsistentia me donauit ( nos enim subsistentiam ad instar fundamenti, ac basis quodammodo intelligimus.) *Quod si vulgatam etiam lectionem ad eum sensum vocare velis, sic diligenda est: Ab aeterno ordinata sum.* Supra docui verbum esse militare, atque ex sua germana significatione ordinem militarem significare, per quem quilibet in sua statu collatur. Ergo secundum eam significationem verbum Patris, & eiusdem sapientia sic ait: *Ab aeterno ordinata sum, id est, ab æternitate in statu mea locata sum, ut scilicet in ordine trium hypostaseon ego secunda persona sum, ita ut inde aucti, aut loco moueri non possim.* Quod si legas, *Ab aeterno signata sum* (de qua lectione iam inde aliquid supra diximus) aptissime quadrabit in Filium, qui ex sua characteristica proprietate est imago expressa Patris, & figura substantiæ eius.

Tertiò exponunt Patres duo ista verba de sapientia incarnata, scilicet Athanasius in serm. 3. contra Arianos, & Cyril. Alex. lib. 5. Thesauri c. 8. Subiicio verba Athanasij. *Quocirca quantum ad humanitatem fundatur, ut nos super illum, veluti pretiosi lapides inadiscerentur, efficiamusque templum habitantis in nobis Spiritus sancti.* Addit vero non dictum fecit me fundamentum, quasi tunc primum secundum suam totam subsistentiam inchoata esset, sed quasi iam factam fundauit. Exponit autem hoc exemplo lapidis, qui è monte tollitur, & in effossa terra collocatur. *Hactenus enim (inquit) dum in monte saxum est, nondum vel fundamentum, vel fundatum esse dici posse: sed cum versus postulanit, & in effossa terra collocatum fuerit tunc denique (si ei loqui concederetur) diceret de se ipso, Fundauit me.* Itaque quoque Filius Dei, cum fundatus esset, non initium existendæ cœpit, ut pote iam ante a verbum, sed cum nostram carnem induisset, quam ex Maria decisam accepit, tunc inquit: *Fundauit me, quasi diceret: Verbum cum essem, terreno corpori me iniecit.* Eandem sententiam ex Athanasio transcriptis Cyrillus. Hæc enim, & alia acutissime Patres excogitarunt ad euertenda Arianiorum impia dogmata. Quod vero dicitur, *Ab aeterno fundata & ex antiquis antequam terra fieret: vterque retulit ad prescientiam Dei, quæ ea, quæ tunc demum in tempore patrare decreverat, ab æterno presciuit.* *Perpicuum est* (inquit Cyrilus) quantum ad prescientiam, & deliberationem Dei, Christum Dominum ante secula esse fundatum. Nec vero inde aliquid roboris accedit ad eorum sententiam, qui docent Christum ante omnia

Dei opera prædestinatum fuisse. Attegit enim A  
Cyrill. *Prauidit Deus peccatum hominem & in mortem casum: prauidit etiam conferentia generis eius, & quomodo renonaretur, & ad immortalitatem redire: ideoque quasi radices huius spei in filio suo nobis deposita sunt.* Itaque præscientiam culpæ cum remedijs prævisione conferens Cyrillus illam anteposuit, hanc postposuit: quia haec nimis ex illa, & propter illam:

291 Possimus etiam vulgatam lectionem ad eandem sententiam allucere & de incantata sapientia exponere ad hunc modum. *Ab æterno ordinata sum: id est, præordinata, & præscita.* Sic fere interpres. Tamen si germanam vim verbi originalis spectenuis, quod significat in statione militari more aliquem locare sententia erit. Ab æterno statio mea mihi in hoc mundo destinata, & decreta est, ut inde cum diabolo, atque alijs hostibus humani generis configerem, atque eos debellarem, ut que illa nunquam desererem. At quæ statio isthac? Nonne illa, quæ Christus Dominus cruci, ne moueretur, affixit? præcertim si accedat Septuaginta lectio, quæ sic habet, *Defixit me, originalis vexillata sum, id est, vexillo donata.* Quidnam enim vexillum istud? Nonne salutiferum redemp tionis nostræ signum? quo Christus diaboli potentiam euertit, atque toto orbe potitus supra illius cacumina, & summæ pinnas, hoc est supra Regum, Imperatorumque vertices vexillum illud salutificum erexit, ut omnia iam debellata esse, ac sibi parere monstraret? Id vero cur ab æterno prædictum, & præordinatum sirogis? in promptu est ratio. Ioan. in Apocal. 13. mortem Christi haud nouâ esse dixit, sed ab exordio mundi præuisam. *Agnus,* (inquit) *qui occisus est ab origine mundi.* Non solùm quia mortis eius plurime figuræ præcesserant, in quibus quodammodo occisus dici potuit: sed quia mors Christi ab initio, immo ab æterno præcisa, & acceptata fuit à Deo, quidquid patribus antiquis donatum fuit gratia, id totum per merita D Christi obtinuerunt. Et quidem hanc suam stationem, id est, crucem nunquam dimisit. Nam rogatus, ut à cruce descendere. *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce,* &c. fortissimus miles stationem suam desérere noluit. Denique extrema illa lectio, *Signata sum, in Christum optime quadrat, de quo Ioah. 6. Operamini cibum, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater signauit Deus.* Quem locum cum alioqui difficilem, (vt aliorum placita missa faciam) tali sensu donandum existimo. Memoria succedit historia Ioseph. Genes. 40. vbi Pharao commisit illi ius, & potestatem frumenta compendi, ac distribuendi. Hanc vero potestatem illi contulit, annulum, sigillum suum illi donans: sic enim habes. *Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit.* Ergo Christus ait. *Operamini cibum, non qui perit, &c.* Id est, bonis operibus promeremini cibam illum æternum, scilicet beatitudinis præmia. *Quem filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater signauit Deus,* id est, hunc annulo suo insigniuit. & tanquam Ioseph alterum distribuendis cibis præfecit. Suadet hanc interpretationem verbis *speciis*, quod hic repetitur. Significat enim non tantum signare, aut sigillare, sed etiam sigillo, vel annulo insignire. Adde etiam Apocalypsis illa verba: *Agni, qui occisus est ab originem mundi.* D. Aug. vel potius Tyconium sic extulisse *Agni, qui signatus est ab originem mundi,* quod ad signa sacratissimorum vulnerum referre licet. Pergo ad alia.

## De Virgine Deipara.

In superiori versu rationes quasdam obtulimus, propter quas Deus Optimus Max. in ipsa mundi conditione, dum creaturas alias produceret, in virginem potissimum inspicerit, eamque mente sua assiduo voluerit. Iam nunc ( quandoquidem ipsa non modo ab exordio creaturarum à Deo se præuisam dicit, sed etiam ab æterno præcognitam,) ratio aliqua assignanda est, ob quam huius prævisionis meminerit, atque illam tantè gloriæ duxerit: cum certum, exploratumque sit Deum non modo Mariam, sed omnes alias quantumlibet minimas creaturas ab æterno præscuisse, & præordinasse. Præmittendum autem est huius peruetustæ prædestinationis Marianæ Patres sæpe, ac siepius mentionem fecisse, & in summis illius laudibus numerasse. D. Bern. in ferm. 2. de Annunt. sic habet. *Bernard.* *Virginem nec nouiter, nec fortuito inuentam, sed à sancto eleam, ab Altissimo præcognitam, & sibi preparatam, ab Angelis seruatam, a Patribus præfigurata, à Prophetis promissâ Similia verba habet D. Ildeph.* *Ildephons.* in altero ter. de Annunt. Damasc. orat. 1. Natiu. *Damasc.* Arnold. Carnot. de Laudibus Virginis. Pet. D. Arn. Carmian. in ser. de Assumpt. & alijs passim. Sane verum est Deum ab æterno mentis luc complexione *Petr. D.* minima qualibet res præuidisse. Tamen quoties scripturæ alii rei præscientiam æternam illi tribuunt, magnitudo illius in causa est. Paulus Christum prædestinatum dicit ante secula, & redemptionem datam, id est, præparatam ante temporis secularia, & alia eiusmodi magna. Quapropter cum Virginem ab æterno præuisam laudi dicunt Patres, illius magnitudinem, ac nobilitatem nobis intimare volunt. Efficit hoc nostræ existimationis natura, qui ex humanis ad diuina assurgere solemus. Quapropter, quia in humanis ea maximi ducimus, quæ præconsiliata, & à longo tempore mente comparata sunt: ideo ut quedam maiora, & diuiniora Dei opera maximi faciamus, obijcitur nobis Deipræuilio, & præconsiliatio æterna. Adhuc in Virgine, qua nullum opus ex pure creatis maius, aut diuinius Deus condidit, speciales quædam rationes reddi possunt.

P. imia est, quia si diuina mens ( quod fieri non potest ) omnia ab æterno in promptu non haberet, sed alia ex alijs cognoscet, ita ut præconsilio ad res magnas agendas opus haberet: sane tantum, tamque excellens opus est Maria, vt ad illam condendam, & efformandam in tempore æternaro quandam præmeditationem & præconsiliacionem Dei adhiberi oportet. Quapropter cum audis Virginem ab æterno ordinatam à Deo, sic accipe, quia si per impossibile Deus Opt. Max. res consilio adhibito præordinate, & præmeditati necessum foret, æternam sane in ea ordinanda curationem ponere opus est. Ad hunc modum de æterna Christi, & redemptionis nostræ prædestinatione Augustinum olim ratiocinatum fuisse constat. Sicque interpretandus est idem Augustinus in *August.* ser. de Annunciatione, vbi *Mariæ eterni consilij opus esse* dixit, id est, tale esse, ac tantum opus, vt si Deus consilio, & meditatione prævia indigeret ad res agendas, ad illud efformandum æternam meditationem præmittere oportet.

Secunda ratio sic habet, quia si ( quod impossibile etiam est ) Deus ab æterno omnes res minime præuideret, sed more humano multo post futura tanquam longe posita, & valde distantia non videbret ( ita enim accidit hominibus, vt quæ nimium distant alicie sua non attingant. Hinc naturæ post-

*Ioan. Apo.*  
13. num. 8.

292

*Ioan. 6.*  
num. 27.

*Genes. 41.*  
num. 41.

*August.*

quam in altum mare se se dederunt terras longe A diffitas non aspectant) si, inquam, hoc etiam Deo ita eveniret. Sane quemadmodum etiam nobis vsu venit, ut magnum aliquem, & excelsum montem longe distantem vsu attingamus, etiam si minora alia scilicet colliculos, valles, arbores, & alia eiusmodi, quæ in longo interstitio sunt acies nostras effugiant: ita pariter Deo accidisset, quod licet ab æterno alia minora tanto post futura tanquam longissime posita minime præuideret, quia videlicet tanta sæculorum distantia in causa esset, ut eius aciem effugerunt: tanta est Mariæ magnitudo, celsitudo, & moles meritorum, ut tamen visio Dei ad illam quamlibet infinitis sæculis diffitam pertingere, præuideret, ac præcognosceret. Itaque illud merito de Maria prædicari potest, quod si per impossibile Deus alia ab æterno nesciret, ipsam tamen haud nescire potuisset.

<sup>197</sup> Rursus aliquid aliud in causa foret, ne Deus Mariam ignorare potuisset: nimirum quædam concertatio, quæ inter sæcula non modo à conditione mundi, sed etiam ante conditionem inita est. Nam cum ab æterno quodlibet sæculum, vel spatium æternitatis Mariam sibi vendicaret, & postulareret à Deo, eam diuinæ cognitioni præsentissimam offerebat. Hanc sæculorum concertationem descripsit Damascen. in orat. i. de Virginis Natiuitate his verbis. Certabant (inquit) sæcula quodnam maxime ortu tuo gloriaretur. Verum eorum concertationem præfinitum Dei, à quo sæcula facta sunt, consilium superauit: & postrem prima facta sunt, dum ipsis felicissima natiuitas tua obtigit. Quò spe-  
tant illa verba Sybillæ, quæ Poëta venusto carmine expressit.

Magnus ab integro sæculorum nascitur ordo,  
Iam reddit & Virgo, redempta Saturniæ regna,  
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Ergo cum ab æterno sæcula omnia, vel spatia ex quadam inuidentia de Mariæ natiuitate certarent, dum quodlibet causam suam apud Deum agebat, eidem Mariam adducebat in mentem. Atque adeo licet Deus, alia, quæ mox futura erant, non præuideret, Mariam tamen noua potuit non præscire, quia cum nulla nō dies, vel hora, & antequam dies essent, & horæ, nullum vel minimum durationis spatium ab æterno fuerit, quod de natali Virginis gloriari, & efferri impensius appetens eam sibi à Deo non postulareret, Mariam illius cognitioni semper præsentissimam offerebat.

<sup>298</sup> Tertiam rationem obtulit nobis Andreas Hierosolymitanus in sermone de Annuntiatione, qui inter multa alia Virginis præclara elogia eam dioptram perspectivam nominavit. Salve (inquit) diœtra perspectiva. Est autem dioptra in constructione Astrolabij radius ille, è cuius extremis assurgunt due pinnule perforatae, per quas vident perspectivi, cum rerum distantiam magnitudinem captere, cumque gradus, horas, & alia id generis metri volūt. Subdit Andreas per hanc dioptram Prophetas futurorum, & longe positatum rerum prænotiones adeptos, & earum quantitatem, & modum omnem emensos fuisse. Quod sane eatenus verum est, quatenus ad omnia, quæ prophetæ prænoverant, & prædixerat de Christo, de redemptione, & salute mundi aditum referatura erat Maria: propterea enim omnia per ipsam, quasi per dioptram perspectivam à longe respexisse merito dicebantur. Quod igitur de prescientia Prophetarum docuit Andreas Hierosol. sine Dei iniuria illius etiam prævisioni, ac præscientiæ accommodare possumus. Sane omnes alios, quotquot prædestinantur, præscit, & præuidet Deus, sed magis quodammodo

Mariam. Quia nimirum per ipsam tanquam per dioptram omnes alios, eorum magnitudinem, celsitudinem meriti, & sanctitatis gradus speculatur, & metitur. Vnde quemadmodum verum est omnes per Mariam electos, ac prædestinatos, sic etiam verum est Deum omnes; quos præscivit, & tot retro sæculis quasi à longe prænouit per Mariam, quasi per dioptram perspectivam præuidisse: atque ideo omnes alios iustos ex sua æternitatis intercalpedine nouisse & attigisse acie sua, quia Mariam ante illos prænouit, ac præscivit. Quapropter cū audiis Virginem ab æterno præcognitam, & prædestinatam, non solum durationis anticipatione intellige, sed etiam prælatam fuisse alijs: nimirum ante alios præscitam, quia per ipsam alij prænoscendi, & prædestinandi erant. (Id vero quo sensu capiendū sit alibi diximus.) Itaque quoties Virginem sancti ante sæcula prædestinatam, & præcognitam prædicant, & laudi ducunt, de hac prælatione capiendi sunt, quia videlicet ante alios prædestinata, & per ipsam alij iusti prædestinati, & præuisi sunt. Per Mariam quippe Petri magnitudinem, celsitudinem Pauli, & in uniuersum omnes meritorum, & sanctitatis gradus, quos aliquando habituri erant omnes sancti, tanquam per dioptrā ex longa illa suæ æternitatis distantia speculatus, & mensus est Deus. Quia omnes Mariæ precibus ad eam sanctitatis magnitudinem peruererunt, quam illis Deum donasse constat.

<sup>300</sup> Quarta vero ratio aliunde petenda est. Hactenus enim ex his, quæ diximus, nihil ad Deum ipsum pertinet, iam nunc speciali de causa simul atque personæ diuinæ extiterunt ab æterno, Virginem in promptu habuisse dico: quia nimirum id ad ipsas diuinæ personas, & totam Trinitatem attinebat, atque ipsius etiam causa quodammodo agebatur. Nā ut tradit Hesychius in sermone de laudibus Mariae, Virgo Maria totius Trinitatis complementum fuit: sic enim ait. Arca Noe tres contignationes habebat: hac autem, scilicet Maria, totus Trinitatis complementum. Si ergo Virgo Maria aliquo modo ad Trinitatis complementum pertinebat, haud fieri potuit, ut ipsa Trinitas prius existeret, quam de suo complemto cogitaret. Attamen difficile est decernere, quomodo Virgo Maria Trinitatis complementum appellari, & Trinitas ex semetipsa completissima, & absolutissima à creatura compleri possit. Tamen ut tanti viri sarta, te & taque sit doctrina, & ingens istud Virginis elogium verum esse constet, subiectam aliquot illius edifferendæ modos, & authorem, qui primum eos excogitauit, ad extreum dabo: inde enim illis non parua accedit authoritas. Ergo perdifficilem Hesychij sententiam trifariam interpretor.

Prima expositio ducitur ex illo modo loquendi Ad Col. i.  
Pauli ad Coloss. i. Adiōpleo ea, quæ de sunt passioni num. 24.  
Christi in carne mea. Illud enim percontari libet. Aliquid ne defuit passionibus Christi, quod à Paulo completri oportebat? Nihil sane. Absolutissima, & completissima fuit Christi passio. Quomodo igitur Paulus passionibus Christi se complemen-  
tum addidisse gloriatur? Occurrunt D. Anselmus, Anselm.  
& Thomas, in eum locum asserentes, passionem S. Thom.  
Christi, quoad sufficientiam, ex se absolutissimam 301  
fai e fuisse: tamen quoad efficaciam nostris operi-  
bus compleri, ut scilicet eiusmerita in singulis ef-  
fectum sortiantur. Ergo ad eundemmodum de san-  
ctissima Triade dicere possumus, illam quidem ex  
se absolutissimam, & completissimam semper fui-  
sse, quod attinet ad personas, & attributa: tamen  
eandem ad extra, quod spectat ad efficaciam, seu ef-  
ficientiam, ut scilicet attributa, vim, & efficaciam  
exercent,

exerent, ac potestatem suam palam proderent, à Virgine Deipara completam, ac perfectam fuisse. Nulla enim ex puris creaturis est, in qua omnia Trinitatis attributa, & perfectiones magis emicuerint: nulla, in qua suam virtutem, & efficaciam magis prodiderint. Atque adeo satis accommodatè illi adscribi solent ea verba Sapientiae. *Speculum sine macula Dei operationis.* Græcè, *energia,* seu *efficacitas,* ut alibi diximus. *Quia nimis in ea tanquam in speculo, diuinorum attributorum efficacia, & energia maximè spectatur.* At inquit præfatam interpretationem sententia ab Hesychio pronunciata numeros nequaquam explere: hic enim Virginem non quidem attributorum Dei, sed ipissimæ Trinitatis complementum esse affirmavit: atque adeo aliquid promere oportere, quod Trinitatem ipsam, quia Trinitas est, proprius attingat. Consilium probo, & secundam illius dogmatis interpretationem subnecto.

**A**eternus Pater generat Filium, atque essentiam, & attributa sua per generationem eidem communicat: Pater item, & Filius spirant, seu efflant Spiritum sanctum, atque ei similiter omnia sua attributa cum essentia contradunt: Spiritus vero sanctus nec generat, nec spirat aliam personam. Quapropter cum Spiritus sancti bonitas infinita sit, non dispar, sed æquali, omnino ei, quia Pater, & Filius prædicti sunt: cumque bonitatis proprium sit sese effundere, & communicare, & consequenter infinita bonitas infinitam sui effusionem, & communicationem appetat: certe ex nostro imperfetto cognoscendi modo oritur, ut aliquid in Spiritu sancto desiderare nobis ipsis videamur. Nam Pater, & Filius infinitæ suæ bonitatis mensuram explorare perspicue videmus: Pater enim Filio infinitam essentiam exhibet, & Filius cum Patre eandem Spiritui sancto communicat: Spiritus vero sanctus, cum non sit ulterius alia quarta persona, in quam sese sine mensura effundat, tantæ bonitati secundum nostrum cognoscendi imperitum modum hanc satis facere videtur. Itaque aliquam personam desiderare nobis videamus, cui Spiritus sanctus suæ infinitæ bonitatis mensuram exprens sese sine mensura communicet, ut Trinitatem eo modo completam omnino, & absolutam concipiamus. Occurrit autem nobis Diuus Paulus in epistola prima ad Corinthios capite decimo-tertio, affirmans ob causam omnem communicationem, per quam sese Deus creaturis suis exhibet, Spiritui sancto adscribi. Sic enim ait, *Charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus ipsis, &c.* ut vel sic intelligamus infinitam Spiritus sancti bonitatem in creaturas omnes affatim effusam, illam sese communicandi appetentiam magna ex parte expleuisse. Tamen id desiderium illud nostrum non omnino explorare videretur. Quia cum Deus creaturis suis parè admodum sese exhibeat, atque communicet, certè eo modo infinitæ illibonitati, & communicationis appetentia, quam in Spiritu sancto concipimus, hanc factum satis intelligimus. Et quidem fide Catholica edocti factis nouimus Spiritum sanctum ea ratione infinito modo sese effundere non posse, quia possibilis non est aliqua persona quarta in Trinitate, cui essentiari, & attributa contradat. Quid ergo desideramus? Profecto id cupimus, ut Spiritus sanctus, qui parè admodum sese aliis creaturis exhibet, alii saltem ita profuse, & large sese communicet, ut infinitam illam communicationis appetentiam, si noti explorare, & exsatiare, saltem leuare, & relaxare posse. Tunc vero Trinitatem completam, & absolutam concepturi nobis videamus, cum ad eum

**B**modum Spiritum Sanctum in aliquam creaturam sese effundentem intelligere licuerit. Ergo id decesset Trinitati, & Spiritus sanctus suam illam infinitam sese communicandi appetentiam leuare, & relaxare posset, de industria adscripta, & commissa est ipsi Maria, ut in illam mirabiliter quadam omnium donorum suorum affluentia superueniret, iuxta illa Angeli verba, *Spiritus Sanctus superueniet in te.* Illud enim, superueniet, magnam venientis affluentiam innuit. Vnde Bernardus in serm. 4. de Annunciatione, sic ait, *An forte ideo non dixit: veniet in te, sed addidit super, quia & prius quidem in ea fuit per multam gratiam: sed nunc superuenire nuntiatur, propter abundantioris gratiae plenitudinem, quam effusus erat super eam.* Addit Beda Spiritum Sanctum tam effusus, & copiosè in Virginem venisse, ut, quantum ipse valeat, ostenderit. Igitur hac ratione Virgo Sanctissima Trinitatem donavit complementum, quatenus effecit, ut in ultima persona, scilicet in Spiritu Sancto, cui aliquid ex nostro imperfecto cognoscendi modo deesse videbatur, nihil omnino iam, etiam secundum nostram cogitationem, desiderare possimus.

**C**æterum ne id quidem præmissa Hesychij verbâ, eorumque vim, & energiam prorsus exhaerit. Nam quamvis communicatio per speciale accommodationem Spiritui Sancto tribuatur, tamen reuera communis est tribus personis, atque adeo hæc noua ad personas secundum eorum proprietates, sed ad essentiam per se spectat, & inter essentia numeratur. Atque Hesychius videtur loqui de ipsius personis, cum ait, *Hæc autem (scilicet Maria) totius Trinitatis complementum.* **D**Quapropter tertiam, & maximè dignam istius dogmatis interpretationem attexo. Quia ut verior Theologorum sententia fert, Christus Dominus, non solum quatenus Deus de Deo est, sed etiam in quantum homo, Filius naturalis Dei existit (lege nostrum Gabrielem Vasquez, in tertia partē Diuī Thomæ disput. 89. à cap. 4. vbi de hac thesi absolutissime discepit). Itaque Filio Dei aeterno ex generatione temporali accrescit nouus ac temporalis respectus Filii naturalis eiusdem Dei, qui nimis eius humanitati naturalis Dei sanctitas adiungitur in una persona. Vnde sic ut quemadmodum naturaliter sanctus propter nativam sanctitatem; ita etiam naturaliter Filius, atque adeo Filius naturalis Dei existat. Luculentius dicam. Verbum diuinum Patris aeterni naturalis Filius his est; semel quidem ratione generationis aeternæ, & iterum ratione temporalis. Et consequenter inde etiam efficitur, ut Pater aeternus his quoque Verbi geniti naturalis Pater existat; semel quidem propter generationem aeternam, & iterum propter temporalem. Nimis & quia Pater naturalis est Christi ab aeterno, in quantum Deus: & quia Pater naturalis esse cœpit eiusdem in tempore, in quantum homo. Quid inde? Certè inde sequitur, ut Spiritus Sanctus (cuius est proprium naturalem Partem, & Filium naturalem nexum aetissimum copulare) secundum repetitos illos, tam Patris, quam Filii respectus utrumque vinciat; ita nimis, ut eum, qui semel, & iterum Filii sui Pater naturalis agnoscat, & eum, qui eiusdem Patris Filius naturalis bis existit, tanquam nexus communis alliget, atque obstringat. Hæc igitur omnia in Mariæ vtero, velut in officina quadam Spiritus Sancti opera gesta, atque perfecta sunt: nam ab ipsa cū Deo simul operante, & agente, Christus Deus, & homo sic genitus, & procreat s' est. Ut naturaliter esset (verba sunt Antelegi) *vnu id est; communis Dei Patru, & Virginis Filii.*

LUC. I. n. 35  
Bernard.

Beda.

304

**E**dum naturaliter sanctus propter nativam sanctitatem; ita etiam naturaliter Filius, atque adeo Filius naturalis Dei existat. Luculentius dicam. Verbum diuinum Patris aeterni naturalis Filius his est; semel quidem ratione generationis aeternæ, & iterum ratione temporalis. Et consequenter inde etiam efficitur, ut Pater aeternus his quoque Verbi geniti naturalis Pater existat; semel quidem propter generationem aeternam, & iterum propter temporalem. Nimis & quia Pater naturalis est Christi ab aeterno, in quantum Deus: & quia Pater naturalis esse cœpit eiusdem in tempore, in quantum homo. Quid inde? Certè inde sequitur, ut Spiritus Sanctus (cuius est proprium naturalem Partem, & Filium naturalem nexum aetissimum copulare) secundum repetitos illos, tam Patris, quam Filii respectus utrumque vinciat; ita nimis, ut eum, qui semel, & iterum Filii sui Pater naturalis agnoscat, & eum, qui eiusdem Patris Filius naturalis bis existit, tanquam nexus communis alliget, atque obstringat. Hæc igitur omnia in Mariæ vtero, velut in officina quadam Spiritus Sancti opera gesta, atque perfecta sunt: nam ab ipsa cū Deo simul operante, & agente, Christus Deus, & homo sic genitus, & procreat s' est. Ut naturaliter esset (verba sunt Antelegi) *vnu id est; communis Dei Patru, & Virginis Filii.*

305

302

**Paul. ad Cor. cap. 13. num. 13.**

303

Tom. 15

A a

Et ideo certè Patris naturalis Filius ex tempore factus, quia Virginis Filius similem admodum temporaliter productus est. Habes igitur ex his optimam rationem, propter quam illud germane admodum est Hesychio pronuntiatum fuit; quod totius diuinitatis complementum fuerit. Quia cum Trinitas suapte natura capax esset, ut supra æternas relationes Paternitatis naturalis, filiationisque naturalis, & nodi insolubilis, alios item respectus repetitos, & temporales paternitatis naturalis, filiationis item naturalis, & nexus utramque simul vincentis in tempore haberet: hanc qualemcumque capacitatem Virgo Deipara tunc complevit, cum B Verbum diuinum ex eius immaculatis visceribus carnem sumere, & ab ipsa procreari voluit: Ut propterea sine diuinitatis iniuria, & cum ingenti eiusdem Virginis gloria dici possit ipsam Trinitati ultimum complementum addidisse. Quid cum grauitate, quid cum sublimitate, quid cum Virginis gloria, & splendore magis conforme, & coniunctu dici, aut excogitari potuit? Profecto nihil.

Ad hunc modum interpretatus est Hesychium Hierosolymitanum Pater Hieronymus de Florentia, Philippi III. Catholici Regis è nostra Societas primus concionator, (inter eos, quos nostra ætas tulit, absit verbo inuidia, subtilitate sentiendi, dicendi grauitate, & lepore, flectendis, leniendisque auditorum animis nulli secundus) in Regio Sacello ad eundem Philippum sermonem habens, cum ego inter plures alios auditor interessem. Plauerunt certè auditores his acceptis, & usque adeo quibusdam placuit hæc tam gravis, atque subtilis Hieronymi nostri meditatio, ut eam deinceps non solum in concionibus usurpare, sed etiam scriptis consignare, & typis tradere multis collibitum fuerit. Et sanè illis integrum prorsus esset id agere (ne dicam committere) si primum illius meditationis authorem in suis scriptis protulissent, & appellasset, sicut ego profero, & appello: sic enim fieret, ut & tam dignæ sententiaz autoritatem ex tanto viro conciliarent, & tam nostram, quam aliorum crism, & aculeos effugerent. Hac in re non leuiter deliquit Fr. Christophorus de Auedano Carmelitanus, qui in libellum suum Concionum pro Aduentu nuper editum non solum prefatam sententiam, sed alios etiam non paucos eiusdem Hieronymi ingenio elaboratos fecerat & iecit; & vitinam germanæ, videoas enim pleraque lacerata, & lacunosa, alia vitiata, & corrupta. Sanè eiusmodi est illud, quod hic author in altero sermone rescribit, rationem offerens, ob quam Filius Dei, tam pronam, & tam proclivem ad redendum genus humanum, & sanguinem profundum propensionem ex utraque, æterna scilicet, atque temporali generatione traxerit, atque expresserit. Nec non etiam illud, quod de præcessi morte Christi, & de meditatione, & gustu Passionis, Crucis, ac vulnerum ipsius alibi dixit, sumpta similitudine ex partu citato, quem maxima aliqua appetentia, & cupiditas celerem effecit: aliaque id genus non pauca. Age igitur Hieronyme, annue multorum votis, ac tuæ elucubrationes, & scripta per te ipsum, quam primum fieri possit, lucem aspiciant. Ne te amplius hac gloria, Societatem nostram hoc solatio, & vniuersam Rempublicam Christianam hoc emolumento defraudare velis. Sic enim fiet, ut tu ipse animi tui sensa exprimas, lacerata integritati reddas, lacunosa expleas, vitia expurges, mendosa emacules, & corrupta demum incorruptioni restituas. Et sanè quamvis alios ingenio tuo elaboratos, & perfectos pro diuersis thesibus sermones tuos cunctorum expectant vota: ta-

A men illi, quos de Virgine Deipara ingenti numero haec tenus ad populum habuisti, optantur impensis: tum vel maximè ab his, qui norunt de sola Virginis Deiparæ pura Conceptione quadraginta, & his amplius distinctas conciones à te conscriptas, & communis omnium admiratione, & plausu ad plebem dictas fuisse, quæ si hoc tempore in vulgus spargerentur, omnes pios, & doctos mirificè oblectarent.

Sed ad rem nostram. Si ergo Virgo sanctissima tot nodis ipsimet Trinitati complementum additura erat, sanè fieri non poterat, ut simulatque Trinitas extitit ab æternis, de suo complemento non cogitaret. His de causis illam diuinæ menti ab æterno obiectam docent Patres, & in hoc loco de se ipsa prædicat, *Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra ficeret.*

Septuaginta lectio, quæ Patribus admodum familiaris fuit, ut supra docuimus, Virginis etiam optimè accommodari potest, *Ab aeterno fundata sum.* Athanasius de incarnata sapientia exponens Christum fundatum fuisse dicit tunc, cum Verbum diuinum in carnem, velut in effosiam terræ iniectum

C fuit: tunc scilicet cum in viscera Mariæ descendit, in quo Mariæ quædam eximæ virtutes adumbrantur. Nam qui fundamenta iacit, tamdiu fodit, quoad perueniat ad firmam tellurem, quam vulgo terram Virginem appellant, quæ nimurum nunquam emota est. Quod si magnam aliquam mollem superstruere quis cogitat, altius descendit ad imam creatam, quæ vulgo dicitur, *el legano.* Et si quidem solidius aliquid desiderat, ad solidam usque petram fodiendo peruenit. Ad eundem sanè modum Deus Optimus Maximus Verbum suum (ut Athanasij verba usurpem) ceu lapidem in terrenum corpus, atque in viscera Mariæ iniicere volens in die Incarnationis, prius ad terrâ usque VII. Lnc. cap. 1. ginem fossâ duxit, *Missus enim fuit Angelus Gabriel num. 26. ad Virginem.* Quia vero magna futura erat molles, quæ huic primo lapidi incumberet, scilicet tota Ecclesia, altius descendit, *Hasta el legano de la humildad.* Nimurum usquequo à Maria extorsit illa verba, *Ecce ancilla Domini.* Ne quid verò deesset firmitudinis, ad solidam usque petram effodiendo peruenit, id est, ad obedientiam. (Nam hec solidilla petra, de qua Salvator ait, *Omnis ergo, qui*

D *audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam supra petram,* obedientia est. Ad obedientiam inquam peruenit, ad illa nimurum usque verba, quibus Virgo diuinæ voluntati fese submittens ait, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Tunc vero tanquam in bene comparata fossam Pater Verbum suum, veluti angularem lapidem in uterum Virginis demisit.

E Locum etiam habet in Virgine lectio originalis, *Ab aeterno vexillata sum, id est, statio mea sub vexillo mihi ab aeterno decreta est.* At quæ statio ista ēc Maria sub vexillo? Illa sanè quando stetit iuxta crucem, *Stabat autem iuxta crucem Iesu Mater eius,* quam militari quodam robore nunquam deseruit. Accommodari etiam potest illi, *vexillata sum.* Nam iure optimo vexillata dicitur Maria, de qua Bernard. serm. 4. in Salue, *Vexillata (inquit) tu: vexilla Regis prodeunt in nobis te agente pro nobis.* Item alio sensu secundum elegantem Diu Ambrosij sententiam, qui libro de institutione Virginum, cap. 6. sic scribit, *Egregia Maria, quæ signum sacre Virginitatis extulit, & intemerata Virginitatis pium Christi lenauit vexillum.*

309

Lnc. cap. 1.

26.

310

*XXIV. Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram.*

*XXV. Nec dum fontes aquarum eruperant, nec dum montes graui mole constiterant, ante omnes colles ego parturiebar.*

*Nec dum erant abyssi.* Hebraicè ad verbum, *In non voragine formata sum*, id est, adhuc non erant voragine. Sic Pagninus Septuaginta, *An sequam abyssos constitueret.*

*Nec dum fontes aquarum eruperant.* Hebraicè, *In non fontes, loca grauida aquis*, id est, antequam fontes essent, veluti grauidi aquis ad erumpendum. Septuaginta, *Prinquam procederent fontes aquarum.* Chaldæus, *Antequam essent fontes moles aquarum.*

*Nec dum montes graui mole constiterant.* Hebraicè, *Antequam montes defixi essent*, sic Chaldæus. Septuaginta, *Antequam montes collacarentur.*

*An: omnes colles ego parturiebar.* Hebraicè, *ante facies collum formatas sum.* Septuaginta, *ante omnes colles generat me.* Sic fere omnes antiqui Patres, quos in superioribus locis citauit, præter quosdam, qui cum Cypriano legunt, *genuit me.*

Prior sensus, atque germanior (ut iam inde sè prius obseruavi) est de sapientia Dei, quæ est trium personarum attributum, quæ superiorem illam sententiam, qua dixerat se ab æterno in mente diuina fuisse, periphrasi quadam exponit: docens se ante omnia, quæ in tempore producta sunt, etiam ea, quæ constantissima videntur, & immutabilia, extitisse. Miratur fontium perennitates, quæ nunquam meatus intermiserunt: montium, & collum constantiam, quæ nunquam loco mouentur. Hæc igitur, quæ sua immobilitate antiquitatem suam & venustatem commendant, se antiquitate, & vetustate præire docet sapientia. Itaque ait, *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Abyssus in scriptura perennissimos magnorum fontium meatus sonat. Genef. 7. *Rupti sunt fontes abyssi magnæ.* Aliquando etiam mare abyssus appellatur: imò (ut notat Augustinus) nonnunquam etiam aliquis locus obscurior sine aqua abyssus dicitur. Hugo primordialei materiam hic significari existimauit: eam nimirum, quam Moyses Genef. 1. *Terram inanem, & vacuam appellavit.* Caietanus, *immenses aquarum profunditates interpretatur Rodolphus, stagnantes aquas exponit.* Ianenius, *mare, atque pelagi immenses tractus.* Ego sanè existimo maximas quasque aquarum scaturigines notari. Sicut enim postea maiores, & minores montes recensuit, cum ait, *Nec dum montes graui mole constiterant, ante omnes colles, &c.* Sic etiam maiores, atque minores fontes numerat: nam in his, ut suprà dixi, perennitas verlustatem commendat: in illis autem constantia antiquitatem declarat. Hæc igitur priora verba, *Nec dum erant abyssi*, de maximis & vberimis fontibus: illa verò, *Nec dum fontes aquarum eruperant*, de minoribus capienda sunt.

Quod verò dicit *concepta sum*, accommodatisime ad rem dicit, quia sicut partus prius concipiatur, deinde in lucem editur: sic etiam Deus sapientiam suam ab æterno concepit: sed tamen cum mundum moliri aggressus est, illam in lucem edit. Itaque *concepta* dicitur sapientia, id est, in mente diuina existens, & veluti latens, & ad prodeundum in opera idoneum tempus sic expectans;

Cyprian.

312

Genef. 7.

num. II.

August.

Hugo.

Genef. I.

Caietan.

Rodolph.

A sicut foemina tempus partui maturum. Ad eundem modum nostras etiam cogitationes, quibus aliquid nos facturos decernimus, *conceptus* dicimus. Atque idem omnino iudicium ferendum est de verbo illo, *parturiebar*, quod germane dicitur de fecu, qui jam-iam ad partum vrget, hic enim propriè dicitur parturiri. Itaque significat sapientiam Dei ab æterno montem Dei stimulasse, vt ipsam per productionem creaturarum demum in lucem ederet, atque manifestaret.

Rursus ut obserues, quam accommodate Salomon suis locis singula verba collocauit tunc, cum ait, *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Quibus verbis significat mentem Dei cognitione rerum antequam illas efficeret, quodammodo grauidam esse. Attextit, *Nec dum fontes aquarum eruperant*, in Hebræo, *Nec dum fontes, loca grauida aquis*, diuinam mentem sapientia, & futurarum rerum cognitione grauidam cum fontibus etiam aqua grauidis, & eruptione proximis venuste conferens. Denique cum usus est verbo *parturiebar*, quod propriè (si origines spectes) ad tumorem uteri refertur, cum iam-iam instat pariendi tempus, tunc ait, *Nec dum montes graui mole constiterant, ante omnes colles, &c.* montes enim quasi parturire volentis terræ, quidam tumores sunt. Quod respexit ille, qui iam olim scripsit, *Parturierunt montes, &c.*

Secunda expositio, quam fere omnes supra adscripti Patres amplexati sunt contra Arrianos, ista verba de sapientia personali, hoc est, de Filio Dei accipit. Omnes enim, vt Christum Deum, & hominem esse ex hoc loco euincerent, illud Verbum creauit me ad humanitatem referabant: illud verò generat me, vel genuit me, quo Septuaginta usi sunt, & Patres, ad diuinam hypostasim spectare affirmabant. Filius enim à Patre gemitus propriè dicitur. Lege Epiphanius in eo sermone tertio contra Arrianos, ubi latissimè id expendit. Cyrillum libro quinto Thesauri, cap. 6. 7. 8. Hilarium libro 12. de Trinitate. Fulgentium contra Arrianos response 10. & ferme omnes alios, quos supra adscripti.

Sanè qui hæc verba de sapientia incarnata interpretaretur, præter unum Hugonem nullum legi alium, cuius interpretatio accommodatitia censi debet. Sic enim ait, *Ego concepta eram, id est, prævisa concipi temporaliter de Virgine.* Possumus etiam verbum illud *concepta*, referre ad mentem Dei, id est, ab æterno mente concepit me, vt in tempore tandem aliquando ederet in lucem. Atque eodem modo exponi debet illud, *Ante omnes colles ego parturiebar*, id est, pariendas præuidebar ex matris utero: vel parturiebar mente diuina, hoc est, ipsammet diuinam mentem, quæ me futurum præuiderat, & quasi conceperat, vt tandem aliquid in lucem ederet, quodammodo vrgebam, instabamque, vt citius pareret, atque me luci redderet.

## De Virgine Deipara.

Primò quidem ne longius id differamus, eo sensu, quo nuper de Christo expendimus verba illa, *Ante omnes colles ego parturiebar.* Virgini Deiparae accommodare eadem licet, quam cum Deus ab æterno mente concepisset, vt in tempore ederet, efformaretque, nullus fuit conceptus, qui & quæ diuinam mentem stimularet, & vrgeret, vt maturius pareret, ederetque in lucem. Itaque contemplari licet mentem Dei ab æterno Maria grauidam, & omnibus etiam aliis creaturis: sic vero vt creaturæ aliæ

314

315

Epiphanius.  
Cyrillus.  
Hilar.

Fulgent.

316

Bugo,

317

diuinam illam mentem nequaquam vrgent ad partum, sed quod ad illas attinet creatio illarum in plura saecula differri posset. Tunc vero cum aliæ creaturæ nequaquam instabant, Maria diuinam mentem stimulabat, vrgebatque, adeo ut quodammodo tanti conceptus impatiens, vt ipsam suo tempore pareret, mundi molitionem multis saeculis anteuerterit. Id sibi volunt illa verba, *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram, nec dum montes graui mole confiterant, ante omnes colles ego parturiebar,* id est, ad partum instabam, vrgebamque. Quasi dicat, tunc cum aliæ creaturæ haud stimulabant Dei mentem, vt illas crearet, iam ego creaturarum omnium eximia pulchritudine mea vrgebam, vt me ab æterno conceptam, pareret formaretque. Quapropter vt conditioni meæ tempus idoneum accommodaret, molitionem mundi multis saeculis anteuerit.

318

Hugo.

Cæterum vt singulas partes de Virgine expendamus, *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram, nec dum fontes aquarum eruperant.* Possunt quidem ista verba secundum præfatam Hugonis interpretationem de Virgine expendi, ita scilicet vt ante abyssos concepta dicatur, id est, ab Anna parente sua concipi præcognita à Deo. Sed quid sibi vult hoc? Subiicio, Mariæ conceptio ex matre Anna ante abyssos, & fontes à Deo præuisa dicitur, hoc est mente, ac iudicio Dei abyssis, ac fontibus anteposita; nam cum magnos, ac minores fontes etiā imitetur, perennitate, ac claritate eosdem superat. Nam sicut in fontibus accedit, vt quo propius ad caput venitur, eo puriores, ac clariores sint aquæ: sic plane accedit in Maria. Cum enim vulgo alij homines, etiam si alias valde impuri non sint, nihilominus tamen cum adeorum originem, caputque redimus, sordidi, atque impuri apparent ob radicis culpam, & sordes: Mariæ conceptio limpidissimos fontes imitatur, quæ cum semper pura fuerit, tamen cum caput, initioque recurrimus, nefcio qua ratione purior, atque limpidior apparet. Alij quidem cum ex fonte suo impuri manent, sordes fortasse in decursu deponunt. At Virgo Maria pura semper, & immaculata ab scaturigine sua. Dixi autem Mariæ Conceptionem immaculatam maximas aquæ scaturigines, quæ abyssorum nomine notantur, & minores etiam meatus, qui fontes hinc dicuntur, imitari: minimus quidem, si naturalem originem spectes ( parvulus enim fœtus, atque similis alius erat in parentis vtero ) si vero spiritualem originem attendas, iam inde tunc à sua Conceptione, tanquam abyssus gratiarum exorta est, ab ipso enim conceptus instanti Virginem maximos quosque sanctos superasse gratia multi pie haec tenus docuerunt.

319

Damasc.

Bernard.

Ildephonſ.

Possimus etiā alter exponere præfata verba iuxta ea, quæ supra dixi, *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram, scilicet mehte diuina, vt me tandem aliquando fœlici partu ederet, formaretque.* Dicitur autem Virgo diuina cognitione ante abyssos, & fontes concepta, hoc est prælata, & anteposita abyssis, & fontibus: est enim abyssus, & fons omnes abyssos, & fontes vberitate, & perennitate vincens: est inquam abyssus. Damascenus orat. 1. de Natiuitate Miraculorum abyssum nominat, & in orat. 2. de dormitione, *Gratia abyssum appellat Bernardus, abyssum sapientia, & iterum in sermone super, Signum magnum: Abyssum luminum dicit, cuius intus, vel ipsa Angelorum aries caligat.* Ildephonſus de partu Virginis: *Humilitatis abyssum vocat, & alia eiusmodi passim legere licet apud Patres, qui quot es virginis gratiam, & dona contemplari, & animo metiri aggrediuntur, cum facias assequi non possis, ad*

A abyssos se recipiunt. Ad hæc fons Virgo saepius appellatur, quam abyssus, *fons signatus, fons gratus, fons vita, fons paradisi fons lucis, fons Regius,* dicitur à solo Bernardo. Frustra alios numerem, est enim Patribus admodum familiaris hæc appellatio. Quoties enim opera nostræ salutis mente repetunt, atque ad illorum caput initiumque redeunt, Virginem omnium bonorum originem fuisse naecti, nihil aptius occurrit ad eam dignitatem notandā, quam nomen fontis, propterea toties illud usurpat. Denique si per abyssos, & fontes hoc loco aquas stagnantes, & fluentes intelligamus cum Rodolpho, *Rodolph.* tunc quidem dicemus Virginem ante abyssos, & fontes præconceptam à Deo, id est, abyssis, & fontibus præpositam, quia stagnantes, atque fluentes aquas præstantissimo modo imitata est, & longo interuallo superauit. Omnes enim Dei gratias, & dona in semetipsa ad plenitudinem usque restagnans, & cohibens abyssi in morem easdem fontis instar, in alios vberitatem, atque perennitatem effundit, quæ videlicet, vt ait Bernardus, *sibi plena fuit, & Bernardus superplena nobis.* Addit Salomon;

*Nec dum montes graui mole confiterant, ante omnes colles ego parturiebar.* Pari ratione duplcam ad sensum vocare licet ista verba, id est, *ego parturiebar, nempe ab Anna parente mea parturiri præuidebar à Deo, ut ex Hugonis mente supra notauimus.* Itaque quemadmodum in conceptu Marianæ fontes imitatam fuisse, ac superasse diximus, sic etiam partu montibus conferendam, immo prærendam esse suadent ista verba. Est enim mons celas meritis, & immobils gratiae & sanctificationis constantia Maria, teste D. Gregorio lib. 1. exposit. *Gregor.* in cap. 1. Regum, *Est mons in vertice montium, de Regum 1. quo Isaias cap. 2. Et erit in nouissimis diebus præpara- 1/ai cap. 2. tu mons Domini in vertice montium.* Qui propterea num. 2. in vertice montium præparatus dicitur, quia illius radices à summis montium verticibus, & cacuminibus assurgunt. Addit Gregorius his notari Mariam supra omnes alios sanctos meritorum celitudine eminere. *Quanta vero sit hæc præstantia, & vnde erga fuerit, non decernit: ipsa tamen verbascatis produnt, cum aiunt, radices Marianæ montis à summis aliorum montium capitibus assurgere.* Profecto radices huius montis à Natiuitate cœperunt, hæ vero radices summis aliorum montium verticibus incumbere dicuntur, quia Maria ex Natiuitatis sue articulo tantis præluxit meritis, & gratia, vt omnium Sanctorum gratiam, & merita iam tunc longo interuallo superaret. Quapropter cum ait, *Ante omnes colles ego parturiebar,* perinde est, ac si dicat, iam tunc cum Anna parente mea parturiebat, & prævisione Dei altissimorum collum, & montium cacumina, id est, sanctissimorum hominum merita vincebam. Ad id spectant verba Diui Ioannis Damasceni, in orat. 1. de Natiuitate *Damasc.* Virginis, *Exultate (inquit) montes, hoc est ratione prædictæ creaturæ, quæcumque ad spirituali contemplationis fastigium assurgitis, siquidem clarissimus Dei mons ex Anna paratur: mons inquam ille, qui collum omnem, ac montem, id est, Angelorum, & hominum sublimitatem exuperat, in ipso nimirum partu, & Natiuitate: sic enim Damascenus capiens est.*

Secunda expositio similis superiori est ad hunc modum, *Ante omnes colles ego parturiebar,* scilicet mente, & cognitione Dei, quam ego veluti partui vicina proles vrgebam, & stimulabam, vt me tandem conderet, *Ante omnes, inquam, colles,* quia me altissimis montibus, & collibus anteponebat, tanquam montem, & collum omnium celissimum. Mariam autem montem esse quis inquam

320

321

322

*bernard.* inficiabitur? Diutis Bernardus in sermone de Annunciatione Mariam contulit cum monte Sion, ad illa verba, Mons Sion, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Maria ex communi omnium Patrum calculo est mons ille, ex quo decisus est lapis sine

*Daniel 2.* manibus. Danielis 2. Eandem Libano parem esse docet propter Virginitatem: Diuus Ildephonsus, *Ildephons.* Libanus enim candor interpretatur, in serm. 6. de *Rupertus.* Assumptione. Rupertus in lib. 2. de diuinis Officiis, cap. 25. asserit, *Mariam montem myrrha, & columthuris:* myrrha propter passionem & martyriū cordis: thuris verd propter orationem assiduam.

*Andreas.* Andreas Hierosolymitanus vbi supra cum monte *Hierosol.* Hermon Mariam componendam esse dixit. Sed audiendus est Diuus Ioannes Damascenus, qui Virginem cum monte *Synu,* eleganti oratione sic confert, *Maria* (inquit) *mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Mons Synas sanctior, quem non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis contegit: verum illuminandi vim habens spiritus Sancti splendor. Illic enim Dei verbum tanquam Dei spiritu legem saxeis tabulis inscribebat: hic autem ex Spiritu Santo, & Virginis sanguine Verbum ipsum carni inscriptum est: illic manna, hic qui ipsum manna suavitate donarat, &c.* Denique (vt compendio dicam) nullus est mons, aut vertex ex his, quos celebrat scriptura, cum quo Patres Virginem componendam esse non censerint.

### XXVI. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terre.

*323* **A**d huc terram non fecerat, &c. Locus iste ex Hebraicis originibus sic ad verbum effundens est, *Adhuc terram non fecerat, & plateas, & caput puluerum orbis.* Caiet. addit, orbis inhabitati, Pagnin. Pagninus habet, & plateas, & præcipuas terras. Rodolph. Rodolphus, principium glebarum orbis terra. Tigurin. Tigurina, *Adhuc terram non fecerat, & quæ extra sunt, & caput pulueru terra.* Vatablus obseruat quosdam pro plateis, seu fluminibus, habere fines, seu extrematerræ. Septuaginta, Dominus fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates habitatas eius, quæ sub cœlo est. D. Cyprianus, Fecit regiones, & habitabilia, & fines inhabitabiles sub cœlo. Sanctus Hilarius, lib. 12. de Trinitate, & cacumina, quæ habitantur sub cœlo. Aquila, & Symmachus, Præsum quam faceret terram, & plateas. Noster Interpres sequutus est Chaldæum, qui ita conuertit, *Adhuc terram non fecerat, & flumina, & versicem pulueris terræ.* Magna profecto est lectionum dissensio in hoc loco, de qua nonnihil præmittere necesse est. In priori illa clausula, *Adhuc terram non fecerat,* concordes sunt Interpretes (si tamen excipias Septuaginta. Ab illo verbo, & flumina, dissidium caput exordium Hebraicè חותם Chutsoth, à radice חותם Chuths, id est, extra, vel foris. Eandem vocem non semel Interpres noster plateas conuertit: tamen hīc ab illis abstinuit, & flumina transtulit, certè non aliam ob causam, nisi quia flumina æquore suo, & planissimis decursibus plateas imitari videntur. Septuaginta verò plateas, ad maria spectare rati sunt, quæ Latine etiā æquora ob planitatem appellantur, hæc enim nomine regionum inhabitabiliū significari postea dicemus.

Reliqui vim vocis exprimere volentes, quæ fluit à Chuths, id est, extra, vel foras, alijs, quæ extra sunt, id est, extremam terræ superficiem, alijs fines, & alijs alia. Denique extrema illa verba, & ordines orbis sera, dissidium attulerunt interpretibus: cum enima

**A** Hebraicè sit ωντρος, id est, caput noster Centrum accepisse videtur, quod terram pulueris in morem diffuentem, ac parum cohærentem coercet, continet, & cohære facit, ne dissoluatur. Nam dum omnes terræ partes, & glebae in centrum conniuntur, se inuicem constringunt, & coercent. Septuaginta verò eandem vocem de summitatibus, & montium cacuminibus acceperunt, de quibus postea. Hæc sane tota causa, tam dissimilium lectionum. Pagninus autem nomen illud caput, ad principes orbis partes notandas additum putat. Pergamus ad sententiam.

Rodolphus nescio quam Hebraorum sententiam producit, qui terræ nomine ipsum telluris elementum accipiunt, per plateas aërem quia latus, & spatiolus est, per caput pulueris terræ, ignem elementarem superaërem. Sed tamen hoc merum est figmentum. Ergo Caietanus per terram totum terræ globum exprimi vult: plateas verò planiores telluris partes notari. Cum enim meminisset Salomon montium, & collum, supererant numerandæ planities, Caput autem pulueris terræ, putat appellari terras firmas, & habitables, quæcunque super aquas maris assurgunt, & extant. Nam partes illæ, quas aquæ in unum locum cohabitæ aperatas dimiserunt, siccitate sua puluerem excitant. Quantum verò hæc abeant à nostra vulgata translatione perspicuum est; Iansenius, Hugo, & Lyra nostræ inhærentes lectioni docēt terram non aliud significare, quam tellurem ipsam, & flumina ut sonant accipienda, Cardines autem terræ, quatuor mundi terminos notare, scilicet Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. Quæ licet mihi satis accommodate dicta videantur: tamen nescio quid desiderare mihi videor, ut venustior, & concinnior euadat sententia.

*324* **Quapropter** obseruandum est id, quod supra docui, sapientiæ scopum esse in his, quemadmodum in superioribus verbis, suam antiquitatem commendare, & tueri: quod nimur ab aeterno existat, & huius mundi primam conditionem duratione sua anteuerat. Id verò, vt ostendat, enumerat ea, quæ cōstantiam, & immobilitatem quandam habent, atque constantia, & immobilitate, quæ prædicta sunt, suam antiquitatem, & vetustatem produnt. Itaque supra me norauit fontes propter

*Caietan.* **E** perennitatem: montes, & colles propter stabilitatem immobilem. Nunc ergo alia enumerat, in quibus eadem cōstantia elucet, scilicet terram, quia tota immobilis est, flumina etiam, quia perenniter, & assiduo fluunt, & cardines terræ, quos non quatuor mundi angulos, sed potius centrū terræ, quod omnium rerum immobiliissimum, & constantissimum est, significare puto. Suadet hoc lectio originalis, quæ de singulari habet: & caput pulueris terræ, non capita. Quam verò aptè ea circumloquitione centrum terra significetur, supra exposui,

*Hilarius.* **F** quatenus scilicet omnes terræ partes in centrum connientes congregantur, ac se inuicem cōstrinquent, ne dissipentur, aut dissoluantur. Simili modo Deus ad Iob, vt omni creatura antiquiore se se 10b 38. n. 4 significaret, cap. 38. *Vbi eras (inquit) quando ponebam fundamenta terræ, indica mihi. si habes intelligentiam?* At inquires, cur sapientia antiquitatem suam venditare volens, astris, cœlo, atque aliis etiam rebus corruptiæ expertibus non potius se se prætulit, quam his infernis, & caducis? Respondeo longè melius sapientiam ab his inferioribus suæ vetustatis patrocinia quæsiuisse: quia illa superiora mouentur, hæc verò immota sunt: imo propterea superiora omnia corpora non dissoluuntur, aut dissipantur, quia inferioribus incumbunt. Itaque totam suam

constantiam ab his infernis rebus mutuantur. Quapropter illi Philosophi, qui mundum æternum esse decreuerunt, ab his rebus immobilibus, & constantibus præcipua argumenta ducabant, immobilitas enim illis suadebat æterna esse, quæ nunquam commutari, aut euariari conspicerant. Ergo sapientia dum his rebus, quæ sua immobilitate æternitatem quodammodo metiuntur, se præfert, satis optime æternitatem suam commendat, & tuctur. Sed dices fontes etiam, & flumina moueri, atque adeo hæc non ita accommodatæ à sapientia adhibita fuiscere. Non inficior ista moueri, sed in eo reliquis omnibus rebus etiam immotis præstant, quod motu suo æternitatis ac infinitæ cuiusdam durationis aptiorem similitudinem præbent, ita ut nihil aptius eternam durationem adumbrat, quam fons, vel flumen perenniter fluens. Cum enim omnis duratio ad instar alicuius rei fluentis, & labentis à nobis concipiatur, nihil nobis melius perrennem durationem adumbrat, quam fons, vel fluuius perennis. Igitur cum sapientia fontibus, & fluminibus, quæ suo perenni fluxu æternitatem quodammodo simulant, se proponit, satis optime suam ab omni iniuria durationem æternam vendicat.

328

*Cyprian.**Hilarius.**Hilarius.*

De lectione Septuaginta, quam supradicti Patres Cyprianus, & Hilarius usurparunt, aliud iudicium referendum est. Aiunt enim, *Dominus fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates habitatas eius, quæ sub celo est.* Cui lectioni quomodo originalia verba locum faciant, supra edocui. Tamen quia ratione ista verba cum superioribus cohæreant, decernere difficultus est. Germanam tamen eorum sententiam non parum insinuat Diuus Hilarius ubi supra, ad hunc modum *Dominus fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates habitatas eius, quæ sub celo est;* id est, totius terra globum Deus ab exordio partitus est, scilicet in depressores partes, in quas aquæ defluxerunt (hæ sunt inhabitabiles) & in editiores alias, quas aquæ defluentes deseruerunt (hæ vero sunt summitates habitabiles) quod perinde est, ac si dicat, Deus orbem in maria, & continentem tellurem diuisit. Hæc vero interpretatio cum superiorum verborum sententia sic innodata est. Sapientia quidem præmisserat sed duratione sua æterna fontium scaturientes, & vastissimorum montium ingentes moles antecellere, nunc subdit, *Dominus fecit regiones, &c.* rationem offerens propter quam montes excelsi tantopere assurgent: quia nimis illos Deus, tanquam regiones quasdam, & limites defixit, qui mare à continenti discernerent, & inhabitabiles pelagi tractus ab habitabilibus telluris plagis separarent. Quasi dicat (confero ista verba cum antecedentibus:) *Antequam montes collocarentur, & ante omnes colles generavit me.* Quod si nosse velis, quorsum Deus colles, & montes in tantam sublimitatem euexerit, *Dominus (inquit) fecit regiones, & inhabitabiles, & habitatas summitates eius.* Dominus quidem partitus est terram: montesque; deo erexit, vt maria coercent, ne terram inundarent, sive tellus ad habitandum idonea esset. De Christo nihil Patres, &c.

## De Virgine Deipara.

Ordiamur ab hac extrema lectione Septuaginta, quæ finem attingit, propter quem Deus montes è terra extare, & attolli iussit, nimirum ut continentem terram à pelago sejungerent, ne inundantes aquæ illam demogerent, Semper (inquit Iob) quasi tuuentes super me fluctus timui Deum, quibus verbis iram, & furorem Dei cum pelago contulit ventis inflato. Cur igitur Virginem celsissi-

mis quibuscumque montibus adumbrati, ex supradictis constet ad illa verba, *Nec montes graui male confiterant, ante omnes colles ego parturiebar.* Iam si roges, quid nobis præstat tam celsus mons, & colles? Occurrat libenter. Ideo ad tantam meritorum celsitudinem Deus Mariæ montem euexit, vt mare à continente secereret, hoc est, vt tumidū ira diuinæ pelagus coegeret, & metaret: ne forte peccatis nostris, tanquam validissimis ventis inflatus, & elatus nos penitus obrueret. Cum enim nos omnem tam humiles, & depresso meritis apud Deum simus: sanè ira Dei iam inde multis retro sæculis nos obruisset, nisi Mariæ mons defenderet, ac prohiberet.

Rursus ut continentem, id est, Ecclesiam seposito mari ad habitandum idoneam redderet. Itaque si inquiras, cur Ecclesia, quando aliae sectæ mobiles, irrequietæ, & instabiles semper fluctuant, ipsa sola continentis in morem terræ solidam, firma, & inconcussa stat, atque adeo nulli securius habatur? In promptu est ratio. Quia scilicet Virgo montis instar excelsi hæresum, & errorum omnium fluctus omnes prohibet, ne illam obruant: ipsa enim est, quæ sola omnes hæreses intermit, quia ipsius radicibus omnes suas minas, & fluctus infringunt. Vnde Zonaras in canone de sanctissima

*Zonaras.*

Virgine, ubi illam aduersus omnes sui sæculi hæreses per singulas deprecatur, in altera oda sic cecinit, *Ne tam validi errorum fluctus Ecclesiam demergant, obijce te Virgo celsissima,* id est, montis instar celi temetipsam oppone, vt in tuis radicibus fluctus omnes errorum fracti resiliant. Dixit autem consulto *in tuis radicibus*, quia vt idem ipse Zonaras scribit, humilitas Mariæ, quæ per radices montis adumbratur, omnem hæreticorum fastum, & arrogantium, velut tumentes quosdam fluctus retundit. Sed ad vulgaram lectionem pergamus.

*Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.* Hæc verba sub eodem sensu Virgini accommodanda sunt, quo superiora illi adscriptissimus: quemadmodum illud, *Ante fontes concepta sum, & ante colles parturiebar,* sic exposuimus, vt Virgo fontibus, & collibus prælata significaretur: sic etiam nunc non modo ante terram, flumina, & orbis cardines præcognita, & præusa dicatur, sed etiam anteposita. Namprimo Maria est tellus, nec illa quidem, quam nunc obtinemus, arata, prociosa, & tot sæculorum fructificationibus exhausta, & attrita: sed illa noua terra, & Virgo tellus, quæ aratri, aut lagonis nescia fructum suum sponte germinauit, iuxta illud, *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem,* ipsa scilicet sponte sua nemine elaborante sese aperiat, & fructum ventris sui proferat. Accipe verba Guerrici in sermone de Annunciatione,

331

*Guerrici.* Prorsus benedicta illa terra, quæ omnino intacta, nec fossa, nec seminata de solo ore cœli Salvatorem germinat, & mortalibus panem Angelorum alimoniam vita eterna ministrat. Inuenies passim apud Patres, qui Mariam cum terra componant: atque adeo similitudinem ista libens omitto. Rursus illud etiam non parum obvium est, scilicet Virginem Deiparam fluuium esse gratiarum omnium vberitate plenum, & suis decursibus vnam, & alteram ripam, id est, utramque creaturam, Angelicam, & humanam aluentem, & vitare facientem: humanæ quidem metit: Angelicam vero latitudinem, & tisu perpetuo, vt docet Rupertus. Hæc est fluuius ille (teste Bernardo) qui laetificat ciuitatem Dei, id est, Ecclesiam. Pendit quot, quantasque delicias, & emolumenta nobilis fluuius ingenti vrbi afferte soleat. Hæc enim omnia Virgo asportat Ecclesie: per fluuien fit mercium

332

329

Iob

31.11.23

comparatio, per Mariam omnia dona ē cœlo ad Ecclesiā deportantur; ex flumine riui ducuntur ad irrigandos omnes latē campos, ex Mariae plenitudine ducuntur etiam gratiarum riui ad omnes Ecclesiæ status fœcundandos: *Ut de plenitudine eius accipiunt uniuersi* (inquit Bernard.) Flumen dulces, & salubres ad potandum aquas præbet, & cum iplis aquis mores infundit, vt docet Aristotel. Maria non solum filio, *Qui detorrente in via bibit, sed etiam omnibus hominibus dulcissimas, & saluberrimas suarum virtutum, & exemplorum aquas exhibet, & cum his mores animis infundit.* Marianæ virginitatis exemplum qui ebibit, ac decoquit. Virgo efficitur, & qui humilitatis exempla haurit, humiliis redditur, & sic de aliis. Quid plura? Iuxta flumen adolescunt saltus, horti, viridaria, amoenitates, ac totæ demum vrbis delitiae. Non aliter Vir-

Cantic. 4. ginem circumstant delitiae iuxta illud Canticor. 4.

*Emissiones tuae paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* Nemo vtique satis nouit quid sit delitiari, & feriari, nisi is, qui Mariam veneratur, cogitat, adamat, atque illi adhæret. Sed tamen hæc etiam obvia sunt.

333 Illud minus obuum, ac tritum, nimirum Mariam cardinibus terræ præferri. Nec verò per cardines quatuor orbis angulos intelligo. Quamuis etiam in his Cardinales quatuor virtutes nreditari liceat, quibus Mariam præluxisse in summis eius laudibus ponit D. Bernard. In Oriente enim prudentiam contemplari possumus: ex ea enim lux emicat ad omnes actiones dirigendas. In Occidente fortitudinem, quæ in malis omnibus, atque in ipsa morte toleranda præcipue sita est. In Meridie iustitiam, quia meridies linea est æquabiliter mundum duas in partes dissecans: atque adeo iustitiae symbolum præbet, ad quam spectat æqualis rerum diuisio, & distibutio. In Septentrione temperantiam: quia hæc frigore suo omnes corporis æstus lenit, ac mitigat. Itaque quatuor mundi cardines accommorate satistotidem cardineas virtutes notant. Atque adeo Maria, quam mundum esse mundo ipso ampliorē supra decreuimus, ne qua in re dissimilis mundo foret, quatuor eius cardines, seu angulos quatuor cardineis virtutibus in se adumbrauit. Quomodo autem Virgo his quatuor virtutibus excellerit, lege Bernard. in sermone de Natiuitate.

334 Et cardines orbis terræ, id est, centrum, quod ingentem telluris globum firmitate, & stabilitate do-

Bernard. nat. Est autem centrum punctum quoddam defixum in totius mundi parte infima, vnde ad superficiem cœli æquales vndique lineæ producuntur.

Luculentius dixerim: *Centrum est terra medium.* Et sanè Mariæ terræ medium appellandam esse docet Bernardus, serm. 2. in Pentecost. Tunc (inquit) iam operabatur salutem in meliora terræ, in utero videlicet Virginis Marie, qui mirabilis proprietate terra medium appellatur Accedit Bernardo antiquior Anastasius Synaita Anagogicarum Contenplat. in Hexamer. lib. 2. vbi ait: *Fecit salutem in medio terræ, utpote qui habitauerit in medio terræ in utero Virginis Marie.* Itaque Maria non inepte medium terræ, id est, illius centrum nuncupatur. Et quidem primò quadrat in illam nomen istud propter humilitatem, quia centrum infima est mundi, & totius terræ pars. Quare cum nullus homo ab humo dictus Virgine humilior extiterit, inde sit, vt nulla terræ pars inferior sit, quam Maria. Sed quid inde? In primis Dei Filius, ac Verbum, cui nihil vnumquam antiquius fuit, quam humiliari, atque ad infimam descendere, iuxta illud: *Humiliavit semet-*

Paul. ad ipsum &c. De quo etiam Paulus scripsit. *Quod au-*  
*Eph. 4. n. 9 tem ascendit quid est, nisi quia descendit primum in*  
Tom. 1.

inferiores partes terre. Quæ verba non solum de illius extremo descensu ad inferos: sed etiā de priori descensione accipi posse docet Anselmus. Hic ergo, cui illud erat in votis, vt ad inferiores terræ partes descenderet, in sanctissimæ, atque humillimæ Mariæ viscera decurrit, vt infima omnium terræ partium partem captaret. Vnde in Psalm. 138. ipse Psalm. 138 mēt Christus ait: *Non est occultatum os meum a te, num. 15. quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terra.* Hebræi autem exponunt, *in utero Matris meæ.* Hunc enim vocat inferiora terra. Hinc Bonavent. in Psalterio: *Quia ergo (inquit) Domina Bonavent.* humillima fuisti, *Verbum increatum ex te carnem sumere coegeristi,* eo scilicet modo, quo centrum gravia corpora ad se deuenire cogit. Rursus gratiae omnes sponte sua in corde humili descendunt, iuxta illud Iacobi 4. *Deus superbis resistit, humilibus Jacob 4. autem dat gratiam.* Sed tamen si roges, cur in Virginem magis quodammodo sponte, & maiori impetu gratia defluerit, quam in alios? Occurro facile ratione. Quia nimurum cum Maria inter omnes humiles humili sit, atque adeo infima sola centri nomen fert: quia vt iam inde animaduertimur, 336 infima terræ pars centri nomen sibi vendicat. Hinc est, vt omnes gratia eo libertius, & copiosius ad Mariam deueniat: quia nimurum in centrum suum quodammodo deferuntur. Et sanè Virgo erga gratiam habet omnes centri cōditiones. Corpora enim id obtinent à suo centro, vt in illo quiescant, & conseruentur, & ad inuicem vniuantur. Ergo cum alij serius gratiam adipiscantur, & plures adeptæ amittant: in Virginem tamen nulla vñquam decidit gratia, quæ non semper in illa, velut in centro suo conquiererit, & conseruata fuerit. Insuper in Maria omnes simul gratia collecta conuenerunt: *Ceteris enim* (ait Hieronymus, & ex illo Ildephonſus, & ex vtroque Bernardus) *datur gratia per partes: Maria vero tota gratiarum plenitudo.* Igitur quia gratia in Maria quietem suam, & conseruationem, & vñionem, quam quilibet res optare solent, inuenierant, ideo libertius ad illam decurrebant. Ad hæc Virgo sanctissima centrum est cordium, eorum scilicet, qui illam speciali studio amplectuntur, & obsequio colunt. Nam cum amor, & studium voluntati pro momento sit: eo sane defertur cor velut in centrum, in quod amo e, studioque propendet.

E Itaque qui Virginem diligunt impensius, illam loco centri habent: atque adeo erga illos etiam seruat omnes centri conditiones. Nam primo illos maxima quadam animi quiete donat. Est enim valde proprius benevolentia, & studi erga Virginem effectus sedare animū, & pacatam reddere conscientiam. Vnde non inmerito pacis fontem eam appellandam duxit Anselmus, & de semetipsa Cantic. 8. Anselm ait: *Falsa sum coram ipso, quasi pacem reperiens, Cant. 8. scilicet mihi, & aliis. Secundò conseruat illos centri in morem.* Ita enim experientur, quotquot Virginis student, se in gratia Dei, & honesta vita diutius perseverare. Tertiò denique colligit, atque vnit arctius. Hinc manarunt tot congregations, & sodalitates Virginis sanctissimæ vbiique consecratæ. Namcum Virginis cœtrum sit animatum illis, qui ipsi se se speciali benevolentia maciparunt, statim illos vnit, ac fœdere arctissimo sociat.

XXVII. Quando preparabat cœlos, aderam:  
Quando certa lege, & gyro vallabat  
abyssos.

Q Vando preparabat cœlos: aderam. Hebrai-  
cæ ad verbum: In parando ipsos cœlos ibi ego.  
Aa iiiij

Septuaginta: Cum pararet cœlos, aderam illi, reliqui concinunt cum nostra.

*Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos.* Hebraicè ad verbum: In describendo eum circulum in faciebus voraginis. Caetanus: In suo sculpere circino in faciebus abyssi. Rodolphus: Cum describeret circino. Tigurina: Cum constitueret globum super faciem abyssi. Septuaginta longè aliter: Cum secerneret sedem suam super ventos. Aquila, & Symmachus: Turrim suam super ventos. Tertullianus supra omisit ista verba. Hilarius & Cyprianus tantum habent: Cum secerneret sedem suam, & illa verba super ventos adiudicant sequentibus, quod necessariò faciendum esse aliqui præscribunt. Nostrum hac de re iudicium deinde subscribemus.

339  
Hilar.

Vt germanam huius loci sententiam aucupari possumus, præmittere necesse est Diuum Hilarium tum hæc, tum etiam sequentia verba ad superiorū verborum sensum vocasse. Itaque vult hic nō haberi sermonem de ipsa mundi creatione in re, sed in prævisione diuina: quod satis innuī putat verbo illo *præparabam*, quod non significat (inquit) materiam comparare (his enim auxiliis Deus haud opus habet) sed mente ipsa describere ab æterno, quomodo tandem præstandum sit. Hæc ille. Sed tamen constans est aliorum interpretum sententia hic Salomonem verba facere de ipsa conditione mundi in re. Haec tenus enim sapientia suam antiquitatem & æternam durationem argumentis quibusdam euicit. Iam deinceps qua ratione ea, quæ ab æterno cōcipit, & facienda præuidit, executione demandaverit, declarat. Quamuis enim verbū illud *præparabam* ad mente in referri possit: tamen reliqua, quæ deinde assuit textus, absoluta sunt, & ipsam executionem significant: præsertim illa, quæ habet textus Septuaginta: *In cunctabat in facie eius omni tempore, cum lataretur orbe perfecto.* Præterea Salomonē spectat quoties à sapientia creata practica, & activa, de qua ipsi præsertim sermo est in hoc libro, ad incretam se confert: vt declaret sapientiæ creatæ vim in eo maximè fidam esse, vt agat, & operetur. Nam cum sit participatio quædam, & delibatio increta sapientiæ, illius conditiones induere debet. Ob eam causam tum hic, tum alibi ostendit Salomon operatricem esse Sapientiam diuinam. Ea sanè fuit eiuldem Salomonis mens Sapient. 9. *Et tecum (inquit) sapientia tua, quæ nouit operata.* Que & adfuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & siebas quid esset placitum in oculis tuis: & quid directum in præceptis tuis. *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te.* Observa obsecro vim huius sententia. Præmittit Salomon sapientiam in Deo duo præstare. Nam illi operanti adest, cum ipso pariter omnia perficiens (est enim potentia illius aetiuæ præcipua pars) & fines rerum, & operum diuiniorum cognoscit: & quæ ex omnibus gratiora Deo accident, speculatur. Ex hac verò cognitione ad diuinias actiones moderandas venit. Addit Salomon. *Mitte eam id est, sapientiæ aliquam delibationem, & participationem mihi dona: quæ nimurum ex eo, quod si à tua sapientia delibata, illius cōditiones, & mores referat: Vt mecum sit, & mecum laboret: si- cut tua tecum sapientia operatur, & laborat: Et ut sciam ipsa duce quid acceptum sit coram te, atque illud sapientissime perficiam, quemadmodum tua sapietia ea, quæ tibi gratiora sunt, speculatur prius, quam perficiat.* Ergo pari ratione hic idem Salomon inducit sapientiæ primā ab æterno omnia præuidentem, & speculantem ea maximè, quæ Deus in tempore facere decreuerat: deinde cum ipso Deo

Sap. 9.  
num. 10.

340

A pariter omnia operantem, vt doceat creatam sapientiam, quæ delibatio quædam est increata, easdem conditiones fortiri oportere, vt gratiora Deo speculeret, & illa serio admodum perficiat.

Prima interpretatio apud Rodolphum est Hebraicorum, qui priora illa verba: *Quando præparabat cœlos, aderam*, de creatione cœlorum expōnunt. Illa verò: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos*, de conditione tertij cœli; in quo ipsi Angelos constituunt: & sententiam suam testimonio illo Pauli roborant, 2. ad Corinth. 12. vbi se ad cœlum usque tertium euectum dicit, & ibi accepisse arcana verba. Sed minimè audiendi sunt, Caetanus abyssos vocari dicit omnia corpora diaphana: atque adeo ipsos etiam cœlos incorruptibles eo nomine complexum fuisse Salomonem. Itaque sic expōtere videtur: *Quando circino sculpebat super facies abyssi*, id est, quando cœlum unum veluti circino ad rotunditatem elaboratum alteri cœlo superponebat. *Lyra abyssi* dici putat maria, quæ Deus certa lege, & gyro metatus est, vt appareret arida: sed temere id dicit, cum de hac re statim Salomon subscribat illud: *Quando circumdabat mari terminum suum, &c.* Cum Lyra sentit Hugo & Arboreus.

Præferenda sanè est expositio Iansenij qui *abyssos* hīc appellari censuit totam intercedinē, & interuallum elementariorum corporum, quæ substāt cœlorum sphærī, vt sensus sit, gyro, id est, circulo, seu complexione corporum cœlestium omnia sublunaria corpora conclusit *certa lege*: perpetuo, scilicet stabilimēto, quod nunquam commutabitur. Ceterum quamvis hæc Iansenij interpretatio accommodatior mihi visa sit, quam aliæ superiores, tamen subiiciam aliam fortasse accommodatiōrem. Existimo igitur *abyssos* hīc non aliud significare, quam aquarum vim magnam, hæc enim est trita huius vocis significatio) nam quod haec tenus ex aliorum mente diximus, scilicet, aut cœlos ipsos diaphanos, aut sublunaria elementa liquida usque ad terram notari, non satis liquidum est, ac certum.) Aquas igitur signari puto, eas scilicet, quibus in exordio creationis totum terræ globum circum circa vallauit Dominus. Postea verò, vt tellurem, ad inhabitandum aperiret, locum in unum coegerit, & conflauit. Cum enim Salomon de ipsam mundi conditione verba faciat, aquarum creationem eo modo,

E quo primum à Deo perfecta est, describit. Hæc verò expositio propterea mihi arridet magis, quia cōsuetam abyssorum significationem retinet, & secundum illam verbatum vulgata, tum etiam originalia aptissimè cadunt. Tota igitur sententia ad hunc modum conformanda est: *Quando præparabat cœlos, aderam.* Tunc nimurum cum cœlestes sphæras coagentabat (verbum originale germane, & propriè significat dirigere, & ordinare, spectatque ad ordinem, quo cœlorum globos digestit Deus, minores maioribus includens: Tunc in-

F quam ego ipsi præsto eram, & cum ipso operabar: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos*, id est: Simili modo ipsi aderam, quando gyro quadam legitimo iuxta naturam rerum aquis terram vndeque conclusam metiebatur. Verbum Hebraicū, quod subest illi voci *gyro*, circinum ad significat, & tota originalis lectio ad hunc sensum sponte vocatur: *In describendo eum circulum, aut circinum in faciebus abyssi*, id est, tunc cum aquas, quibus tellurem infuderat, & obuoluerat, circino admetiebat, id est, globos erant, atque rotundæ. Nec mirum si statim post cœlos tellurem aquis circumfusam recenset Salomon. Eundem enim ordinem in creatione mundi describenda sequutus est Moy- Genes. 1. ybi etiam abyssum vocat, cum ait: num. 2.

341

Paul. 2. ad  
Corin. 12.  
num. 4.  
Caetan.

342

343

344

*Et tenebre erant super faciem abyssi.*

344 De lectione Septuaginta, quam plures ex Patribus usurparunt, aliud est iudicium: *Cum secerneret sedem suam,* (hic punctum figendum esse puto) atque illa verba *super ventos*, cum Cypriano, & Hilario sequentibus annumeranda. Difficilem sane explicatum habent ista verba, quibus Septuaginta plus de sententia, quam de singulis vocibus solliciti suam mentem expresserunt. Tamen quantum coniectura assequi possum, existimo illos sedem Dei cælum Empyreum appellare. Sequuti autem vindentur eam sententiam, quæ aquas super cælos asserit, & supra eiusmodi aquas cælum Empyreum, quod sedes Dei, & beatorum est, defixum esse dicunt. Et quidem ut dicam etiæ quod sentio, quamvis aduersus hanc opinionem, quam pleraque scripturæ testimonia robustam reddunt, Genes. I. *Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, que erat sub firmamento, ab his, que erant super firmamentum.* Et Psalm. 148. *Et aquæ, que super cælos sunt, laudent nomen Domini,* quam etiam ex Patribus plures suo suffragio, & calculo confirmant. Multa Astrologi, & Philosophi argumenta congesserint, docentes eam naturis rerum reluctari: tamen existimo sine aliqua iniuria naturæ, & maximo cum decoro scripturarum Sacrarum illam defendi, atque ab iniuriis Philosophorum vendicari posse. Quod olim præstítus noster Ludovicus de Molina ad primâ partem Diui Thomæ. Neque vero omnes aliorum sententias, & rationes in hunc locum conicere, & examinare decreui: sed compendio studens meam adscribam. Præmitto autem cœlestes spheras solidas esse: de his enim Job cap. 37. *Et cœli solidissimi, quasi are fusi sunt.* Secundo cælum Empyreum stabile esse, atque immotum. Ita docent vulgo Astrologi. Tertiò primum mobile tanto impetu moueri, ut secum reliquos orbes inferiores corripiatur. Sed tunc inquiero, cur non etiam motu suo superiorem spharam rapit, ac commoueret: nimurum Empyreum globum? Nam cum rotam aliquam gyramus, non solum ea, quæ intra illius spharam cadunt, secum ferre solet: sed etiam qua extra, proximè tamen illi adhærent. Ergo si cœlum Empyreum, quod solidissimum etiam est, primo mobili contiguum hæreret: sane velox istius motus illum secum pariter traheret, ac circumferret. Hoc mihi exploratissimum est. Quapropter necesse est, ut inter utrumque magnum aliquod interstitium sit: non quidem vacuum, nam eiusmodi nihil intra mundū esse potest, sed corpore aliquo liquido repletum, quod vim, impetumque primi mobilis elidat, & hebet, ne ad Empyricum orbem perueniat. Ergo liquidum istud corpus scriptura *aqua* appellat, quæ super cælos sunt. Non sane quod elementaribus aquis constet (id enim naturæ omnino aduersatur) sed quia cum liquidum sit, haud immerito aquarum nomine donatum est. Hinc sane lux assertur lectioni Septuaginta, qui pro his verbis, quæ ex originibus ad verbum sic efferenda sunt: *In describendo, vel circundando circulum in faciebus abyssi;* ad hunc modum transtulerunt: *Cum secerneret, vel separaret Deus sedem suam,* quod perinde est, ac si dicat: Cum Deus Empyreum cœlum, quod sibi, ac beatis omnibus in sedem obfirmavit, interiesto aquarum abyssō à mobili primo diuulsit, ne pariter cum illo raperetur. Atque eum sensum latere existimarent Septuaginta in Hebraica lectione: *Cū circundaret circulum super facies abyssi,* id est, cū aquarum, quæ super cælos sunt, extremam superficiem Empyrica sphera, seu globo præcingeret. Neque abhorret etiam ab hoc sensu lectio vulgaris: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos,* id

est, cum supercœlestes aquas Empyrei complexione concluderet. Et sane hæc interpretatio eo mihi concinnior visa est, quia sic prior iste versus ad cœlos integer spectat: ab his vero ad aërem, ab aëre ad aquas, ab aquis ad terram venusto ordine Salomon pergit.

### De Virgine Deipara.

Philippus Diaz nobilis huius nostri sæculi Ecclesiastes, verba ista de sanctissima Virgine per quādam anagogiam non ineleganter expendit: *Quando*

Philip.  
Diaz.

347

*præparabat cœlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos.* Hæc, inquit, verba in Virginem quadrant, tunc cum stetit iuxta crucem Iesus, & illi patienti ad extreum usque spiritum adsuit compatiens, & communem salutem impetracione, & meritis suis promouens. Itaque ait: *Quando præparabat cœlos aderam, id est, tunc cum filius ex cruce iustos crebat,* (qui cœlorum nomine adumbrantur) ipsi ego præsto eram: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, id est, damnatos cœco inferni carcere concludebat:* *Quando appendebat fundamenta terre,* id est, fidem Petri solidabat, qui Ecclesiæ in fundamento additus est: vel Apostolorum omnium: *Quando libraba fontes aquarum,* id est, penitentiam, & lacrymas peccatoriis impenetrabat: præsertim Petro, qui eo tempore fleuit amarius: *Quando æthera firmabat sursum,* id est, Angelos in rectitudine obfirmabat. Et quādam alia fere ad hunc modum anagogicè declarat Philippus, quibus Virginem interfusile dicit tunc, cum filio hæc omnia patranti proximè adstitit.

Cæterum iam inde supra ad illa verba: *Dominus possedit me initium viarum suarum,* rationes obtulimus, propter quas tunc maximè cum Deus mundum, ac creaturas omnes moliebatur, in Mariam Virginem inspexisse, & intendisse datur. Ex quibus altera erat, quia iam tunc vestigabit, quid in unaquaque creatura excelleret, ut ex omnibus omnium creaturarū perfectionibus Mariam unam cumularet. Quod sane ita accipendum est, ut nulla creatura perfectionem aliquam includat, quæ ad mysteria translata boni aliquid adumbret, quod quidem Deus Virginis non contulerit. Itaque Deus mundum, & ea, quæ mundus coercent, condens in singulis discernebat quidquid perfectum erat, & ea, quæ Maria capere poterat, prout in ipsis creaturis elucebant, ipsissima in Virginem transferre decernebat: perfectiones vero, quas capere non poterat eo modo, quo in creaturis ipsis splendebat, ad mysticas significationes vocabat: & quidquid illæ per similitudinem, aut alia qualibet ratione boni adumbrare poterant, totum id Mariæ impendere ab ipso mundi exordio apud se tacitus constituebat. Quapropter cū audis hæc verba: *Quando præparabat cœlos, aderam,* sic accipe: quando cœlestes globos coagentabat, & suo ordine digerebat, aderam illi ob oculos, ut si quid in cœlis magnum, & perfectum est, illud in me, vel re ipsa, vel significazione transfunderet. Sane in cœlo nihil maius, ac nobilius emicat, quam quod sit Dei sedes, in qua ipse singulari modo adesse dicitur. Id vero non adumbratione aliqua, sed re ipsa Mariæ contulit Deus, ut scilicet in eius utero nobilitati modo existeret, quam in cœlo. Quod Diuus Iacobus Apostolus in sua Missa scriptit ad hunc modum: *Tuumenim uterum thronum fecit, & tuum ventrem latiore, & ampliorem cœlis ipsis reddit.* Eoque spectat Ecclesia, dum canit: *Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Quæ sententia vulgarissima est apud Patres. Rursum multa

348

F

*Quando præparabat cœlos, aderam,* sic accipe: quando cœlestes globos coagentabat, & suo ordine digerebat, aderam illi ob oculos, ut si quid in cœlis magnum, & perfectum est, illud in me, vel re ipsa, vel significazione transfunderet. Sane in cœlo nihil maius, ac nobilius emicat, quam quod sit Dei sedes, in qua ipse singulari modo adesse dicitur. Id vero non adumbratione aliqua, sed re ipsa Mariæ contulit Deus, ut scilicet in eius utero nobilitati modo existeret, quam in cœlo. Quod Diuus Iacobus Apostolus in sua Missa scriptit ad hunc modum: *Tuumenim uterum thronum fecit, & tuum ventrem latiore, & ampliorem cœlis ipsis reddit.* Eoque spectat Ecclesia, dum canit: *Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Quæ sententia vulgarissima est apud Patres. Rursum multa

349

Genes. I.

num. 7.

Psal. 148.

num. 4.

P. Ludov.

Molina.

345

Job 37.

num. 18.

346

Rupert.

Damas.

350 Anselm.

Epiphani.

351

Guerric.

Bonavent.

Gerson.

alia per similitudinem à cœlis ad Mariam deriuant A sancti Doctores. Rupertus cœli incorruptionem ad iniuolatam Deiparæ Virginitatem notandam asciscit. Damascenus audiendus est in oratione i. de Virginis Natuitate. *Hodie (inquit) ex terrena natura cœlum in terra condidit ille, qui olim firmans etum ex aquis fixerat, atque in altum extulerat.* Ac sanè hoc illo longè diuinus est: nam qui in illo sole effecerat, in hac iusticie Sol ortus est. Item Mariae obedientiam in cœlestium corporum motu contemplatur Anselmus in libro de Excellent. Virgin. quod non aliter à diuina voluntate regulariter impelleretur, quam orbis illi cœlestes ab a sistente intelligentia. His similia multa alia legere licet apud Patres. Sed tamen quia sapientia in hoc loco non solum cœli in vniuersum meminit, sed celorum: atque de illorum ordine, & coagmentatione agit, ut supra animaduertimus expidentes vocem, quæ subest illi *preparabat*, quæ propriè significat in ordinem digerere: addo Virginem non vnius cœli retulisse similitudinem: sed omnium ad instar obtinuisse cœlorum, atque illorum ordinem simulasse. Diuus Epiphanius in sermone de Laudibus Virginis, sic habet: *O vterum impollutum habentem cœlum cœlorum, qui Deum incomprehensem, in te vero comprehensam portasti. O vterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti.* Hoc extreimum verbum cogitatione desige: Deus enim in vastissimo mundo isto existens, quodammodo coarctatur, & in angustias cogitur, quia nimis infinitos mundos replere posset sua immensitate. Quapropter nè coarctari diceretur, nec angustiis vrgeri, infinitis egebat mundis, per quos immensitate sua se se effunderet. In Virginis autem alio angustissima conclusus angustias non sensit ( inquit Epiphani. ) Quod non aliter verum esse potest, nisi quia illi non ad instar vnius tantum mundi, sed ad instar omnium, quos infinita sua immensitate replere potuisse, Maria fuit. Sed unde obsecro in tantis angustiis tam ampla, & angusta capacitas? Occurrit Guericus Abbas: *Quia quod deerat corporalis spati, mentis compensabat amplitudo.* Attexit: *O vterum, qui cœlum septem circulis constans, & capax illis existis! O vterum septem cœlis sublimiorum, atque latiorum! O vterum, quies octauum cœlum septem firmamentis celsorem!* O vterum habentem inextinguibile lumen lucentis gratie, id est, septem dona Spiritus Sancti, que septem planetis respondent. Hæc ille, quibus octo cœlestes spheras (nec enim ipse plures agnouit) intra Virginis vteri angustias contemplatus est. Legendus præterea est D. Bonavent. in sermone i. de Virgin. Maria, tom. 3. vbi quinque cœlos in Maria meditatur: aereum, igneum, sydereum, aqueum, & Empyreum, quos ita compendiosè complexus est: *Domina nostra fuit cœlum aereum per puritatem omnimodam, cœlum igneum per ardenteram charitatem, fuit cœlum sydereum per patientie firmitatem, fuit cœlum aqueum per frigidissimam castitatem, fuit cœlum Empyreum per totius sapientia claritatem.* Vide ibi multa. Aduocandus etiam hic est Gerson. tractat. 2. Canticordi. *Gloriosum planè dixerimus organum tale ad omnem harmoniam formabilem summe dispositum. Cœlestis dixerimus illud organum potius quam terrestre, non natura, sed gratia. Cœlestis prorsus ob quandam stabilis immutabilitatis effigiem, ob inerrabilem obedientie suo spiritui le gem. Cuius vicissitudine, in motibus suis non plus fuerunt a recto deutabiles, quam orbium cœlestium gyrationes. Postremo videre erat in organo Marie corporeo motum proportionatum primo mobili cœlesti: motum velut obliquum cursu planetarum non*

omnino dissimilem, motum proinde rectum ad exemplar elementorum grauium, & leuium. Et hec omnia cum summo ordine, concentu, numero, & pondere mensurata fuisse crediderim,

*Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos.*

Si verba ista de aquis accipimus, quibus in exordio creationis Deus orbem terræ per ambitum inclusit, ut suprà diximus, haud inepte in ipsa tellure aquis vnde obessa, & vallata Mariam contemplabimur. Nam de terra ea ratione aquis immersa statim addit scripture: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Vel ut habent Origin. *In cubabat super aquas*, facultatem gignendi eisdem præbens. Haud enim aliter de Virgine dictum est: *Spiritus Domini superueniet in te: & quod nasceret ex te sanctum vocabitur, &c.* Addit scripture: *Et tenebre erant super faciem abyssi.* Hebraicè: *umbrae.* Et ad Mariam dicitur: *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Accedat D. Bernard. in serm. de Beata Maria: *Dominus altissimus eam quasi mundum specialissimum creauit, quam in iustitia, & sanctitate corā ipsō fundaret, & fluentis sapientie irrigaret, & cœlestibus desteriis instar aëris sublimaret, & igne dilectionis accendendo illustraret.* Hinc in eius mente, tanquam in quodam firmamento Solem posuit rationis, & Lunam scientie, & virtutes tanquam stellas speciei omnimode, &c.

Rursus ex his aquis, quæ terram vnde præcingerant, firmamentum productum fuisse docet scripture. Quod D. Athanasius Synaita contemplatur in Hexamer. lib. 1. ad mysteria vocans sic ait, & exponit: *F. i. Deus saltem mundi compacto firmamento sancti sui corporis in medio incorruptæ matricis fontis vita puelle Dei Marris, & posuit sub aqua firmamenti, sub Sole, inquam, eius diuinitatis.* Pluraque in hanc sententiam per totum librum spargit, quibus vrget hanc similitudinem firmamenti, & corporis Christi, quod ex Mariæ visceribus, velut ex aquis abyssi terram vnde vallantis, desumptum esse dicit.

Quod si de cœlo Empyreo, quod supremam abyssum vndeque ambit, præmissa verba capiamus (vt antea docuimus) Virginem Empyreum similem, nemo inficiabitur, quia immotum est. Primum hominem præfatus Athanasius Synaita accommodate satis cum mobili primo composuit. Nam sicut hoc cœlum motu suo circulari reliquos inferiores orbis arripit, ac torquet: sic etiam primus homo, scilicet Adamus, motum quendam circularem confecit: cum enim per creaturas rectâ in Deum pergere debet, detorquens motum, a se profectus in semetipsum rediit, iuinitatem sibi arrogare volens. Hoc verò motu omnes alios homines, tanquam primum quoddam mobile secum arripuit, ac transgressionis suæ reos fecit. Attamen motus iste Mariæ Empyreum cœlum minime attigit, quia Deus illam longo interuallo supra Adami iniurias evexit, F. effecitque, ne deordinatus illius motus ad illam pervenire potuisse. Causam si roges, in promptu est. Quia Maria cœlum erat Empyreum, quod sibi Deus in sedem, thronumque delegit: atque adeo immotum, & constans ab initio esse oportebat. Eiusmodi alia tu tibi ipsi adiuvare, & accommodare poteris: satis sit viam digito destinasse.

XXVII. Quando aethera firmabat sursum: & librabant fontes aquarum.

Q Vando aethera firmabat sursum. Ex Hebreo 354 multi legunt: *Cum roboraret nubes sursum.* Sed tamen Pagninus, & alij, aethera conuerterunt, Pagnin.

Cyprian.  
Hilarim.

id est, aëris elementum. Vox originalis. vtrumque significat nubes, & aërem, seu ventos. Septuaginta: *Et cum validas faceret super ventos nubes.* Vtrāque enim significationem complexi sunt. Sequor verò Cypriani & Hilarii, qui illa verba *super ventos*, ad hanc posteriora reuocant. Chald. *Quando condensabat nubes de super.* Symmach. pro *nubibus* conuertit *momenta*. Aquila verò concinit cum nostro interprete.

*Et librabat fontes aquarum.* Hebraicè: *Cum fortificaret fontes abyssi.* Septuag. *Et cum conformares ponebat fontes eius, que sub cælo.* Chaldæus. *Et quando adorabat fontes abyssi.*

355

Caietan.

Horum verborum luctulentior sententia est. Quāuis enim concertatio aliqua nobis sit cum Hebraizantibus: non tamen cum nostris interpretibus. Ergo Rabini, & qui illorum semper vestigia premit, Caietan. illa verba: *Quando æthera firmabat sursum*, de cælo extremo interpretatur, scilicet aut de primo mobili, aut Empyreo. Multi etiam de nubibus exponunt, quas Deus ex terra in medium aëris regionem euehit, atque ibi easdem suspendit, ne decendant. Tamen quod spectat ad cœlum Empyreum, Caietanus audiendus non est: iam enim Empyrei præclara satis mentio præcesserat. Quod verò attinet ad nubes, si absolute annuncietur, nequam arridet: quia hic sermo fit de prima mundi molitione, in qua non statim cœlum nubibus contextit Deus, sed sudum, purum, ac liquidum condidit. Quin potius post conditam rerum viuiversalitem addit scripture Genes. 2. *Non enim pluerat Deus super terram, sed fons ascendebat de terra,* &c. Quod non parum mea quidem sententia labefat, oueritque illorum opinionem, qui illa verba cap. 1. *Divisitque aquas, que erant sub firmamento, ab aquis, que erant super firmamentum, de nubibus etiam interpretantur.* Quod si Septuaginta sic habent: *Et cum validas faceret super ventos nubes*, sic sanè capiendi sunt, vt non tunc nubes cōdidisse affirment, sed ventos aëremque ad nubes sustinendas idoneum. Quasi dicat, cum ventos affirmaret, vt in serotinas nubes suspendere, ac cōtinere possent. Lyra per æthera elementum ignis concepit, Iansenius aëris etiam elementum adiungit. Ego sanè ita reor, vel virtumque aëris, atque ignis elementum ætheris nomine notari, vel solum aërem. Sic enim ordo concinnior est, dum Salomō prius cœlos commemorauit, ab his ad aërem, ab aëre ad aquam pergit, & ab hac ad tellurem decurrit tandem.

*Et librabat fontes aquarum.* Rodolphus existimat per verbum illud *librabat*, nos compelli, vt de illis aquis, quæ super cœlos sunt, hanc partem capiamus. Addit verò tum ipse, tum Iansen. non de fontibus, qui ex terra erumpunt, sed de nubibus pluvialibus capiendam esse, quæ fontium in morem aquam cœlitus effundunt. Hoc enim saltem innuere videtur verbum illud *librabat*, id est, suspendebat, cui simile est illud Iob 26. *Qui ligat aquas in nubibus suis.* Suadet hanc interpretationem contextus: quia statim subiungit Salomon: *Quando circundabat mari terminum suum,* &c. Cum ergo prius Deus secernens aquas, & in suos scrobes comiciens, tellurem aperuerit, quam fontes è terra erumperent, præpostera esset narratio Salomonis, si verba ista de fontibus è terra scatuerintibus intelligeremus. Cæterum per placet expositio Caietan. & (si Deo placet) etiam Lyræ, qui de veris fontibus interpretantur. Caietan. quidem sequutus origines, quæ habent: *Cum fortificaret fontes abyssi, ita exponit: Cum facultatem generatiuam aquarum multis partibus imprimeret, vt pe-*

A rennes, & indeficientes aquas effunderent. Noster Interpres usus est eo verbo *librabat*, accommodatissime. Illi enim aquas librare dicuntur, qui illas per suos ductus regunt, & altitudinem metiuntur, ad quam ascendere possunt. Vnde in iure ciuili Libratores aquarum appellantur, qui publicos aqueductus regunt: Plinius in epistol. 258. *Supereft* (inquit) *vt libratore mittas, qui diligenter exploret, sit-ne locus aitior mari.* Et epist. 282. similia scribit verba. Et quidem hodie non Libratores modo, sed Libellatores appellantur. Ergo aptè admodum Hieronymi. legit. *Et librabat fontes aquarum*, id est, per secretos ductus, & meatus terræ dirigebat fontes, vt opportunis locis erumperent, locorum altitudinem, & depressionem, quasi ad libellam examinans, vt per illa aquæ secundum natuā conditionem decurrerent, & in suas scaturigines venirent. Quod planè accommodatius dictum erit, si placeat eorum sententia, qui existimant aquam ex mari per secretas terræ venas ad fontes perferri. Tūc enim verius Deum Optimum Maximum aquarum Libratorem esse dicemus. Nam si ita se res habuit, totum fontium opificium in eo situm fuit, vt aquarum secreti ductus libellarentur, & in suas scaturigines sponte fluenter.

357

Plinius

## De Virgine Deipara.

Genes. 2.  
num. 5.Genes. 1.  
num. 7.Iob. 26.  
num. 8.

Accommodatio horum verborum ad eum modum instituenda est, quod in superiori versu diximus: *vt Virgo Maria Deo hæc omnia cōdenti ante oculos obuersaretur, vt si quid in his perfectionis excelleret, si quid boni suis facultatibus adumbret, id totum Virgini conferre iam tunc decerneret.* Ergo cum æthera, id est, aëris elementum effinxit Deus in Virginem inspexit, *vt illam aëris perfectionibus donaret.* D. Anast. suarum Contemp. libro 1. obseruat duobus modis aërem hominibus prodesse, nimirum interius, & exterius. Exterius quidem refrigerando, & placidum, & minimè obfistens medium ad motum exhibendo. Interius autem viuificando, quia tota hominis vita in respiratione consistit. Sed quia aëris trahendi, ducendique non una ratio est, sed diuersa, & dissimilis secundum diuersos animi motus. D. Cyprian. in Orat. de sancto Pentecost. omnes conflauit. Cum enim rationem offerret, cur Spiritus Sanctus nomen accepit à vento, quem trahimus, & efflamus, sic ait: *Vt respiratio, aspiratio, suspiratio, inspiratio, & expiratio ab Spiritu Sancto, & causam habeat, & materiam, & prouentum.* Quotsum hæc? *Vt constet Mariam omnia emolumenta nobis asferre, quæcumque aëris asportat.* Propterea enim Deus aërem efformans illam intuitus est, quia aëreas facultates illi conferre decreuerat: *Nam primo aëris exterius refrigerat.* Quid certius, quam Mariam eadem facultate pollere, ita vt experientia ipsa comptum sit nihil aptius esse ad extenorum membrorum aestum refrigerandum, & libidinem extinguendam, quam Mariæ inuocatio, & suffragia: *Vnde Bonuentur. in Psalt. sic Virginem deprecatur: Cingulo Bonanentia castitatis præcinge renes meos, & extinguere ardorem membrorum meorum.* Et infra: *Illuminationem Spiritus Sancti per te suscipiam, & refrigerium contra cupiditatem aestum.* Secundū. *aëris placidū, & lene, & non obfistens præbet medium.* Hoc identidem Maria erga sui studiosos præstat, vt illis viam honestatis, & virtutis excurrentibus nihil obfistat: nihil eorum placidum, & iucundum motum tetardet, nihil lassos reddat. Vnde Bernard. in serm. 1. de Annu nlp/a duce non fatigaris. Tertiū aëris interius illa qu' inq; præstat, quæ ex Cypriano decerpsumus.

358

Cyprian.

F *E*nofferet, cur Spiritus Sanctus nomen accepit à vento, quem trahimus, & efflamus, sic ait: *Vt respiratio, aspiratio, suspiratio, inspiratio, & expiratio ab Spiritu Sancto, & causam habeat, & materiam, & prouentum.* Quotsum hæc? *Vt constet Mariam omnia emolumenta nobis asferre, quæcumque aëris asportat.* Propterea enim Deus aërem efformans illam intuitus est, quia aëreas facultates illi conferre decreuerat: *Nam primo aëris exterius refrigerat.* Quid certius, quam Mariam eadem facultate pollere, ita vt experientia ipsa comptum sit nihil aptius esse ad extenorum membrorum aestum refrigerandum, & libidinem extinguendam, quam Mariæ inuocatio, & suffragia: *Vnde Bonuentur. in Psalt. sic Virginem deprecatur: Cingulo Bonanentia castitatis præcinge renes meos, & extinguere ardorem membrorum meorum.* Et infra: *Illuminationem Spiritus Sancti per te suscipiam, & refrigerium contra cupiditatem aestum.* Secundū. *aëris placidū, & lene, & non obfistens præbet medium.* Hoc identidem Maria erga sui studiosos præstat, vt illis viam honestatis, & virtutis excurrentibus nihil obfistat: nihil eorum placidum, & iucundum motum tetardet, nihil lassos reddat. Vnde Bernard. in serm. 1. de Annu nlp/a duce non fatigaris. Tertiū aëris interius illa qu' inq; præstat, quæ ex Cypriano decerpsumus.

359

Bernard.

*Idiot.*

*id est, respirationi opportunus est: & nos etiam per Mariam respiramus. Accipe verbā Idiota lib. Contemp. Mariæ Virgin. cap. 5. Sic etiam tibi (ō Virgo) dicere possumus: Lucerna Domini, id est, Maria, que illuminatrix interpretatur spiraculum hominis, quia peccator per te spirat in spe venia, & gratia.*

*Bonauent.*

D. Bonauent. in Psalterio Beata Virginis Psal. 9. *Respirant, inquit, per te ad indulgentiam humiles pœnitentes, sana contritiones cordis eorum. Et tūs Psalm. 18. Respirate per illam perditī peccatores, & perducat vos ad indulgentia portum. Et sanne nescio qua ratione usurpatō, & inuocato Mariæ nomine animus ab omni labore, dolore, & lassitudine respirat: id est, tanquam ex respiratione requiescit. Paulo ante Idiota de Mariæ sanctissimo nomine sic scribit. Super omnia sanctorum nomina, o Maria! tuum nomen reficit lassos. Sicut ergo his qui delassati sunt à labore, concitatio accedit respiration, & crebrius. Sæpiusque, aspirando lassitudo lenitur. Sic etiam quicunque fæse aliquo graui labore fatigatos senserint, Mariam sæpè sæpius respirent, & per minima interualla inuocent nomen illius; quia nomen illius super omnia nomina sanctorum reficit lassos. Et sanè si ita fieri posset, non crebrius respirare, quā Mariam inuocare deberemus. Atqui singulis momentis respiramus. Id quoque*

*Maria debemus. De qua Bonauent. in Psalt. Nolite cessare à laudibus eius, & per singula momenta recognoscere illam. Secundū aëris aspirationi inseruit, Virgo autem aspirationes nostras fouet, id est, animos erigit, vt despectis caducis ad cœlestia aspiremus. Ita enim experientur quotquot illi se fæstidosius deuouerunt. Qui spiritualibus, & cœlestibus delitiis pasti caducas, terrenasque voluptates aspernari, & ad cœlestia anhelare incipiunt. Tertiū aëris suspiriis materiam præbet: Virgo etiam suspiria nostra, & lacrymas iuuat, & suspirantes exaudit. Vnde in Salutē sic Mariam alloqui solemus: Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum vallo.*

*Lege D. Bernard. in hæc verba super Salutē, vbi inter alia docet Virginem esse firmamentum, quod diuidit aquas ab aquis, superiores ab inferioribus. Id est, lacrymas propter caduca effusas, ab illis diuidit, & separat, quæ propter Deum, & aeterna bona emittunt iusti, & pœnitentes: illas quidem infra se habet, quia despicit, & contemnit: has verò supra se, quia plurimi facit, & Deo offert, & sustinet, & fouet. Quartū aëris inspirationis vsum suppeditat: Virgo autem Maria omnes Dei inspirationes nobis impetrat, quibus nos ad bene, beatique viuendum excitat, & exacuit. Supra vers. 18.*

*August.*

*ex D. Augustino in lib. de Sancta Virginitat. diximus, Virginem non modo Christi naturalem parentem, sed etiam spiritualem esse. Itaque Christus, & spiritualiter, & carnaliter (vt ita dicam) à Virgine natus est. Accipe Augustini verba: Fuit (inquit) mater spiritu non capit̄is nostri, quod est ipse Saluator, à quo magis illa spiritualiter nata est: Sed planè mater membrorum eius, quod nos sumus, quia cooperata est charitate sua, ut omnes fideles in Ecclesia nascerentur, &c. Addit tunc enī hoc corpus mysticum Christi, quod nos sumus, cum illud tandem cœlo, & beatitudini edit. Itaque quādū in hoc mundo sunt fideles Christi membra, quodammodo eos continet, & in visceribus gestat Maria. Sicut ergo fœtus in vtero parentis suæ existens id solum spiritus trahit, quod illi mater ex suam respiratione inspirat, & infillat. (Ita enim fert cōmune medicorum placitum, fœtum in vtero respiratione carere non posse, & ex matris spiritu viuere.) Ad eundem modum fideles, cui quādū agunt in mundo, vtero suo baiulat Virgo, nihil boni spiritus,*

seu inspirationis hauriunt, quod non illis inspiceret Maria: licet sic dicere, omnes de Mariæ spiritu viuunt. Propterea enim significanter Augustinus Mariam membrorum Christi matrem spiritu dixit esse, non carne. Quinto denique aër prodest ad expirandum, id est, ad ultimum spiritum exhaladum. Quoniodo autem Maria exspirantibus succurrat, satis produnt illa verba, quibus Ecclesia vsu illam affari solemus. Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Sed dulcissima Seraphici Bonauenturæ verba ex eodem Psalte etiam nunc accipe. In die mortis mee, o Domina! conforta animam meam, B deduc me ad portum salutis, & spiritum meum redde factori suo: & infra. Ne proicias nos in tempore mortis nostræ: sed succurre anima nostræ, cum deseruerit corpus suum. Et breui interstitio. Gratus vultus tuus mihi appareat in extremis, formositas faciei tua letificet spiritum meum egredientem. Demum si ita placet, ad hunc sensum allici possunt illa verba Sapient. 7. quæ nonnulli Virginis adscribunt. Est enim spiritus intelligentia, & qui capit num. 22. omnes spiritus. Id est, omnes spirandi rationes continet, quia illas Virgo suo spiritu promovet. Ad huc C modum alias aëris facultates per similitudinem Virginis tu ipse accommodare poteris, quibus ne longior sim, libens supersedeo.

*Et librabat fontes aquarū, id est, per suos ductus dirigebat. D. Bernar. sermonem edidit de Nativitate Mariæ, vbi illam multis de causis aquæ ductui similem esse ostendit: atque adeo sermonem illum de Aquæ ductu inscripsit. Item Eccles. 24. ex persona Virginis Iesu Syrac sic scripsit. Ego quasi fluius Dorix, & quasi aquæ ductus exiui de paradiſo. Gaudie autem Maria eo nomine: quia quidquid gratiæ ē cœlo ad nos defluit per illam, quasi per aquæ ductum regitur. Iam intelliges quid tendam. Propterea Virgo sanctissima Deo libranti fontes aquarum, id est, per suos ductus dirigenti in promptu fuisse dicitur: quia in rudi illa fontium materia discebat, quomodo per Mariam, tanquam per aquæ ductum omnem gratiæ influxum ad homines deriuaturis erat. Et quemadmodum aquarum venas libellanti Deo opus fuit, vt meatus semper deorsum vergerent, vt aqua in declive ferretur, & ad suas scaturigines deueniret: propterea tantopere per humilitatem & animi deiectionem Mariam depresso, & deorsum versum ad infima quæque vergere fecit, vt proliuus aqua ad nos descenderet, ne si elatus esset animus illius, quam aquæ ductum esse decreuerat, aqua gratiæ compressa stagnaret. Vel aliter, si dicamus illis verbis significari Deum ex mari ductas aquas in suas venas distribuere eō modo, quo supra declarauimus: pari ratione Deū tunc in rudi illa materia prælusisse dicemus, vt nos sit, quoniam modo ex Maria, quæ omnium gratiarum amplissimum quoddam pelagus existit, ductas gratias ad aliorum sanctorum animas per suas venas deriuare illum oporteret: vt fierent in singulis fontes aquæ viua, & in aeternam vitam salientis. Mitto alia.*

X X V I I I . Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transiarent fines suos.

*Q*uando circundabat mari terminum suum. Hebr. Quando ponebat statum suum mari, ne transiret os suum, id est, oram vel littus, in textu Septuag. desiderantur ista verba.

Sententia est luculenta, atque adeo non indiget interpretationis opera. Idipsum venusta similitudine adumbravit

362

363

364

Job. 38.  
num. 8.

adumbravit Job cap. 38. *Quis conclusit ostium mare,* quando erumpet, quasi de vulva procedens. Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illum quasi pannis infantiae obvoluerem. Circumdedi illud terminis suis, & posui vectem, & ostia, & dixi vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nec vero agitandam mihi iudicauit quæstionem illam, an aqua maris altior, & editior quam terra sit? Et an dicenda sit ex natura sua intra terræ cavernas subcidere, vel potius diuina potentia coerceri, & quasi in aggerem extolliri, ne terram vniuersam demergat, & obruat? Id enim Philosophis dimitto. Sane mihi semper verissimilior apparuit eorum sententia, qui affirmant, aquas maris non aliqua vi contra naturam cohiberi, sed sponte, & secundum naturam in terræ cavernas, & hiatus fluxisse. Quapropter cum audis Deum terminum posuisse, & legem indidisse: per legem ipsius aquæ naturam intellige suo nutu, & natura ad inferiora decurrentem, liquida enim est, & grauis: atque adeo in declivi continere se non potest, neque ascendere ad superiora: per terminum autem ipsam met terræ, qua: cum editior sit marinis vndis, obrui nequaquam potest. Quia vero Deus Optimus Maximus eas naturas terræ, atque aquæ indidit: propterea mari terminos, & legem præfixisse merito dicitur.

366  
Job 38.  
num. 8.

Caietan.

D. Thom.

Nizetas.

367

Sed quia verba illa Job, ad mystagogicam expositionem de Virgine Deipara aditum nobis præbēt, libentius illa examinabo. *Quis conclusit ostium mare,* quando erumpet, quasi de vulva procedens. De quā nimurū vulva? Caietanus vulvam istam esse dixit locum naturalem ipsius aquæ, in quo primum condita fui, terram vnde circumscibens, & præcinctus. Hinc vero ab hac vulva erupisse affirmat, cum à suo naturali loco in alium compulsa est. Sed quā tam vim inferat Caietanus huic similitudini, vel ipsa illius coacta accommodatio prodit. D. Thom. ipsam Dei sapientiam, & potentiam nomine vulvæ intellegit: ex illa enim velut ex matrice, in qua ab æterno res conceptæ erant, tunc demum editæ sunt in lucem, cum creatæ, atque productæ fuerunt. Nizetas vulvam appellari dixit tenebras illas, quibus aqua obfessa erat, & veluti in matrice sua contesta. Ait enim scriptura. *Et tenebra erant super vniuersam faciem abyssi.* A quibus tunc demum enixa est, cum erupit in lucem, & suo tandem loco donata fuit. Hæc ille. Tamen aliò mens mea dicit me. Existimo Job describere aquas diuina potentia in vastissimos illos terræ serobes iam coniectas, totumque mare velut grauidū, & parturiens tumore suo: quod tunc sancit, & emitte videtur, cum quotidianis flexibus exastuat, vndasque, & fluctus magno impetu interras iaculatur. Sic enim vulgo dicuntur fluminæ, cum exundat, *Salir de madre.*

Itaque sensus illorum verborum est: *Quis conclusit ostium mare,* id est, qui terminos illi præfixit, & metas obfirmavit. *Quando erumpet, quasi de vulva procedens.* Non puto ad primam solum creationem esse referendum, sed perinde esse, ac si dicat, toties quoties incrementis, vel fluxibus quotidianis auctum, tumidum, & grauidum efficitur, & vndas quoquo versum parturit. Sane elegantior similitudo excogitari non potuit ad fluxum adumbratum. Dum enim, ex incremento quotidiano fluit mare, illud sane quidquid effluit, & ad terras operiendas porrigitur, quodammodo ex humida, & grauida reliqua molis matrice pari, atque emitte videtur. Ergo vox illa erumpet, sumenda est pro erupit, quod solempne admodum est sacris litteris. Suadet hoc lectio originalis, vbi de futuro effertur locus iste, ad hunc modum, *In emergendo ipso ē vulva egre-*

Tom. I.

ditur: futurum autem pro præsentis sumere solemnius est. Rursus sententiam istam non ad primam creationem relegādam, sed de quotidianis fluxibus maris capiendam esse mihi exploratum est. Ex eo enim maxime diuinæ legis, qua mare vastissimum coercent, vis innotescit, quia in his fluxibus, & incrementis quando mare vndas, & aquarum magnam vim, velut ex grauida vulva quoquo versum parturit nunquam metas sibi à Deo constitutas euadit.

Nam quod marinæ aquæ intra cavernas terræ sub-sidant, naturæ opus est. Quod verò in suis incrementis consuetos terminos non euadant, & ultra modū

non excrecent, potentia diuinæ coercentis vis est. Et fortasse in his, atq; aliis similibus scripturæ locis,

vbi mari lex à Deo imposita, & termini circundati dicuntur, non tam agitur de termino aliquo in terra designato, ultra quem progredi Deus vetuerit. Scimus enim decursu temporis, nō parvas telluris plaga innundatæ mari demersas, atque obrutas fuisse.

Sed de termino incrementi quotidiani, quem ratu, atque defixu esse voluit Deus, ne aquæ ultra modū intumescerent, & terræ iterum obrueret. Addit Job:

*Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illum, quasi pannis infantiae obvolueret.* Capti pueri

è vulva erupentis similitudinem vrget. Ut vero alias mittæ expositiones, nostra interpretatio postulat, ut de aquis illis tantum, quæ per fluxum, & incrementu maris redundant, hæc verba capiantur. Istas enim

ex reliqua pelagi mole, velut ex tumenti, & grauida matrice pari, & mitti diximus: quapropter cum his, quasi cū infantii illum rigere oportet. Præmitto autem mare quamlibet in quibusdam locis aliter, atque aliter accedit, & recedat, frequentius tamen in

Oceano bis quotidie intra diem, & noctem intumescere, & detumescere solitum. Nam sensis quidē

horis à mane usque ad meridiem aggreditur terras, & sensis aliis regreditur, & noctu identidē facit. Sed

fere accessiones nocturnæ maiores esse solent, propter Lunæ præsentiā, quæ fluxus istos moderatur, ac temperat. Deinde obseruāda est lectio originalis,

quæ pro pannis infantiae habet fasciam, quæ præcinctigatur, & constringitur vnde corpus infantile: ita enim expedit, vt tenera eius membra his angustiis compresæ crescant, ne si laxiora sint, soluantur, & luxa fiant. Ergo Job tum his, tum sequentibus verbis duos terminos assignat, quibus fœtum illū seu exuberantiam parturientis maris metatur Deus: alter

est versus altitudinem, ne nimium efferatur, cum intumescit: alter est versus latitudinem, ne ultra modū porrigitur, cum accedit, aggrediturque terras. De

priori termino versus altitudinem ait. *Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine quasi pannis infantiae obvoluerem.* Nomine caliginis, & nubis, nihil aliud intelligit, nisi aërem, & vapores mari continuos, ut obseruat Nizetas. Itaque ait: Admirare po-

tentiam meam, qui non fortioribus vinculis marini æstimum, qui ex pelagi gratido vtero, velut fœtus quidam ingenti nixu paritur, constringo, quam aëte, & vaporibus ipsis contiguis, quibus veluti infantem tenerum, & inualidum fasciis molitoribus desuper præcingo: has enim metas illi versus altitudinem posui, & non alias fortiores. De posteriore vero termino versus latitudinem subscrifit: *Circumdedi illum terminis meis, & posui vectem, & ostia: & dixi, usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.*

Quæ verba satis perspicua sunt, & singula expendere non est huius loci. Hebraicè loco illius prioris sententia, *Circumdedi illum terminis meis,* ad verbum est fregi illum terminis meis. Vel secundum

Caietanum, *Fregi super eum terminos,* seu statutum meum. Quia nimurū priorem illam creationis

368

Job. 38.  
num. 9.

369

Nizetas.

370

B b

sanc*tionem*: quā Deus aquas ea lege cōdedit, vt terram vndique ambirent, irritam fecit, easdem vastifimasterrā cauernas, & specus compellens.

Ex hisliquet sententia nostri loci. *Quando circūdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis.* Quibus verbis existim Salomonē vtrumque terminum pr̄fatum attigisse: eum scilicet, qui est versus altitudinem, cum ait: *Circundabat mari terminum suum*, ne videlicet altius intumesceret, quam pat erat: & eum, qui pertinet ad latitudinem, cum ait. *Ei legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Ne scilicet accessu suo pr̄fixas metas pr̄tergredirentur. Hæc de literali sensu.

### De Virgine Deipara.

371

Cur Deus optimus maximus mare secernens, & illius æstus, accessioneque terminis, ac legibus quibusdam vinciens, in Mariam spectauerit, atque illam p̄tæ oculis habuerit, iam nunc discutiendum est. Maria quidem mare amatum interpretatur, & Deus, quem Maria suo suscepit utero, mari etiam similis esse dicitur. Ergo si per mare Deum intelligamus, sic conformanda est anagogia. Tunc cum Deus marinos æstus, quos pelagi grauida vulna veluti parturit, legibus, cancellisque circumscriptis, à superiori parte aëre, aut nube quadā gracili altitudinem præcingens, & à lateribus terræ obiectu latitudinem continens. Tunc inquam in Mariam inspexit: cogitabat enim futurum, vt filius, quem grauida, & fœcunda æterni Patris mens, quasi quædam vulna affudit, ad eum modum, quo mare quotidianum æstum parturit, in Beata Mariæ utero, quasi quibusdam littoribus coërceretur, illiusque immensitas, Spiritu Sancto desuper quasi nube obumbrante, contineretur.

372

Quod si aliter Mariam cum mari componamus: alia cuadit sententia; ad hunc modum. *Quando circundabat mari terminum suum*, scilicet nube, atque aëre humorem illius circumscribens. *Et legem ponebat aquis.* Deus, ne transirent fines suos. Humum ipsam, & terrena littora eidem obiiciens cōtemplabatur Deus Mariæ, quæ mari ad instar grauidi Christi, quasi æstum paritura erat, Spiritu Sancto, quasi vento, & virtute Dei obumbrante veluti nube circumscriptam desuper: à lateribus autem nō humo, sed humilitate præcinctam, quā tunc maxime prodidit, cum à Deo electa fuit in matrem dicens, *Ecce ancilla Domini &c.* De Christi nativitate locū Iob exponunt paſſim Concionatores.

### XXIX. Quando appendebat fundamenta terra.

373

*Quando appendebat, &c.* Septuaginta. *Quando fortia faciebat fundamenta terra.* Chald. abstinet ab illo aduerbio, quando, atque sic orationem conformat: *Quando circundabat mari terminum suum, ne pertransiret, cum ponebat fundamenta terra.* Hæc igitur sit prior interpretatione. Thargum, qui per terræ fundamenta intelligere videtur ipsum mari oram, & littora, quæ dum aquas cohibet, metanturque, continent fundamentalum, id est, principium prebent. Hæc expositio præclare cōcinit cum antecedentibus, & confirmari potest tum originali, tum nostra lectione. Hebræa enim ad verbum habent, non quidē, vt Caietano placuit. *In suo sculpere fundamenta terra, sed in suo ponere, vel obiicere fundamenta terra.* Per fundamēta autem terræ intelligo ultimas illius radices, quas mare alluit. Hæc autem obiectu suo aquas pelagi stagnant, coërcentque. Rursus vulgata lectio ad hūc tenim aptissime vo-

A cari potest. *Quando apponebat fundamenta terra.* Nā supra docui appendere, seu librare aquas, terras, & alia eiusmodi, nihil aliud esse, quā ad libellam metiri earum altitudinem, vel depressionem. Ergo cum ait. *Quando appendebat fundamenta terra,* sensus est, tunc quando mente sua, quasi libella radices terræ exteras, quas mare alluit, examinabat, vt altitudo eārum marinis fluībus continentis sufficeret. Et sane (vt dicam, quod sentio) hanc expositionē præfero. Subiiciam vero aliam.

Caietanus, Ianseius, Rodolphus, Hugo, & Lyra, & alij paſſim ad centrum se recipiunt. Ita vt *fundamenta terra appēdere* propterea Deus dicatur: quia partes illius grauitate sibi innata donabat, vt omnes momentis suis ad infimū descenderent yniuersi locum: ibique conglobare firmissimam terræ molem efficeret. Addo etiam verbum illud *appendebat*, expendi adhuc posse secūdum eam questionem, quā Philosophi disceptant de centro. Quidam enim locupletissimi Doctores constituunt duplex cétrum, magnitudinis alterum, aliud verò grauitatis. Centrū magnitudinis est pūctum in medio yniuersi totius, à quo æquales vndique ad vsque ultimam sphæram lineæ porrigitur. Cétrum grauitatis est punctum, in quo terræ pondus libratis inde momentis aequalē est, ita vt non plus ex una, quam ex altera parte onerata sit. Addunt vero grauitatis naturā postulare, vt punctum hoc, seu cétrum posterius cum priori illo penetratum sit: ex quo fit, vt si quid pōderis alteram in partē incumbat: si quid impetus terræ insprimitur, tota contremat, & succutiat tellus. Nam cum pondus alteri parti impositum, vel imperius impensus grauitatis cétrum euariet, dum centrum hoc cū centro magnitudinis copulari admittitur, terram trepidare, & nutare necesse est. Cui doctrinæ ex nostris

Pater Gabriel Vazquez tantudem tribuit, vt eam *p. Gabriel Vazquez.* à Mathematicis demonstrationibus non procul abire dicat, in 1.2. D.Thomæ disp.8'.cap.3. cui discipulus ego libenter subscribo. Ergo secundū hāc doctrinā accommodatissima lectio vulgatus interpres vsus est ad terræ centrum significandum. *Quando appendebat fundamenta terra.* Id est, quando terram ex omni parte librabat, vt illud punctum, in quo momenta grauitatis hinc inde exæquabantur, in medio totius mundi pūcto locaret. Quod spectasse videtur Poëta Naso in Metamor. cum de telluris immobilitate ait, *Ponderibus librata suis.* Et Tullius 5. Tusculanarum. *Vnde terra quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c.* *Ouid. Tullius.* Et alij paſſim.

### De Virgine Deipara.

Si priorem expositionem sequamur, in superiori versu aliquid de Virgine diximus ad illam spectans. Si autem posteriorem de terræ centro, multa etiam supra contulimus in illa verba, *Adhuc terrā non fecerat, & flumina, & cardines orbis terra*, vbi multis Virginem cum centro contulimus. Consule ista loca. Interim vero, quia ex verbo illo *appendebat*, iuxta illam Mathematicam doctrinam de duobus centris magnitudinis, & grauitatis aliquid noui sensus expressimus, tu pariter aliquid nouę anagogię accipe de Maria. Præmitto autem filium Dei, atque illius verbū iure optimo magnitudinis centrū appellari poss. Nam omnium creaturarū centrum Deus est. Sic tradunt Orus Trismegistus, & ab his Plato, *Trismegist.* & alij, qui creaturas in circumferentia collocant, & *Plato.* Deum eorundem centrum esse dicunt. Verbum autem in ipso Deo media persona est: vnde quodammodo etiam ipsius diuinitatis centrum appellari posset. Est igitur absolute cétrum totius magni-

374

375

tudinis filius Dei. Rursum succedat memorix, id quod supra diximus, Mariam, scilicet esse terrenæ molis centrum ex doctrina Bernardi & Anast. quam propter humilitatem, & demissionem animi merito grauitatis ceterum fuisse dicemus. Iam intelligis quod tendam. Quemadmodū tandem terram contremiscere, & trepidare necesse est: donec centrum grauitatis illius cum centro magnitudinis totius vniuersi copuletur, & (vt ita dicam) incorporetur: postquam vero utrumque ceterum coiuit, tellus quiescit, & immobilis hæret. Ad eum modum antequā Verbum diuinum, quod centrum magnitudinis esse decreuimus, cum centro grauitatis sese copularet, & incorporaret, (libenter vt oratio verbo barbaro, quia melius meam exprimit sententiā) hoc est, in utero Virginis carnem corpusque susciperet, tota utique humus, id est, vniuersum genus humanum trepidabat, & tremore, ac meru concussus. Deus enim terrori erat, metumq; suis suppliciis incutiebat. At postquam utrumque centrū copulatum est, & Dei verbum in utero Virginis incorporatum, quiuit humus, & tremor, & trepidationi succedit amor, quies, & pax. Neque verebor ad eum sensum ex libera quadam accommodatione verba illa Psal. 75.

*Psal. 75.* allicere. *De celo auditum fecisti iudicium, terra tremuit.* Hic figendum punctū, sic enim aliqui dispendunt. *Et quiuit cum exurgeret in iudicium Deus, ut saluos ficeret mansuetos terra.* Id est, cum olim timore suppliciorum Dei tota tellus tremore magno valide concuteretur, iam postquam Deus ad salvandos homines ex Virgine carnem suscepit, eadem terra deposito terrore, incōcussa quiuit, atque subsedit. *Hoc accipe: si vero tu meliora sapis, poteris his agglutinare.*

## XXX. Cum eo eram cuncta componens.

*Cum eo eram, &c.* Hebraica ad verbum sic habent. *Ego eram prope ipsum nutritius.* Vel certe ut genus constet: loquitur enim sapientia, *Prope ipsum nutritia* (non enim insolens est in scriptura masculina cum fœmininis commutare. Observant vero aliqui vocem originalem, & actiū, & passiū accipi posse, sicut etiam vox Latina. Nutritius enim dicitur, qui nutrit aliū, tanquam filium, & qui similiter ab alio innutritur. Propterea Chald. extulit passiū ad hunc modum, *In latere eius eram, quasi nutritia* Aquila hæret Chal. Noster interpres amplexus est lectiōnem Septuaginta, qui sic habet. *Eram penes ipsum disponens, vel compingens, vel modulans.* Vox Hebraica est ἦν Αμόν ᾱ radice Αμαν, quod propriè significat fidere, item educare & nutritiō. Sunt qui putent hanc significationem à superiori pendere, scilicet ob fidē, quæ in nutriendo sibi commissum puerum necessaria est nutritiō. Et ob eandem rationem ab ea radice est Ην Ομέν, id est, dispensator, & œconomus, & curator, propter fidem scilicet, qua ista munera opus habent. Quod spectasse videtur Paulus cum ait. 1. ad Corinth. 4.

*Cantic. 7. num. 1.* *Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Hinc est, ut verbū *Aman*, significet etiā dispensatorem agere vel œconomum. Hac vero opinionē duicti fortasse Septuag. legerunt. *Eram penes ipsum disponens, aut dispensans:* id est, instar œconomi, seu dispensatori, cūctis dispensans locū, tempus, &c. Et licet ad eandem sententiam vocari possit nostra lectio: tamē animaduertendum est Cantic. 7. reperiri vocem Ην Αμάν ab eadem radice pro aurifice, seu artifice. *Iunctura famorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu Aman,* id est, artificis. Ex quo sit verbum *Aman* non abhorrete

*Tom. I.*

ab ea significatione componendi, & artificiose conficiēdi, ex qua suam lectiōne duxit noster interpres.

Ergo Sapientia, quæ haec tenus exposuit modum, quo Deo mūdum molienti præsto fuit, & cum illo pariter omnia condidit, iam nunc ostendit, qua ratione post illorum conditionem eadem conferuarit, & aluerit. *Cum ipso (inquit) eram cuncta componens,* id est, singulas res illis facultatibus adornans, & muniens, quibus conseruanda erant, & singulas in eo loco, & tempore cōstituens, quo diu perdurare possent. Nisi forte malis ad superiora referre, atque hæc verba adinstar cuiusdam Epiphonematis addita à Salomone, quo ante actam narrationem conclusit.

*Dixerat se apud Deum cœlos, terras, maria, aërem, & fontes condentem astitisse, subdit nunc. Cum ipso eram cuncta componens.* Quasi dicat: Demū ne singula commemorare opus sit, omnia cum ipso pariter artificiose opificio cōdidi, & efformau. Septuaginta enim habent, *Eram penes ipsum disponens omnia, Græcè δρυς· &c.* quod verbum proprio significat compaginare, & conflare disiuncta, & apud Paulum significat connubio copulare. *Despondi vos vni viro Virginem castam, &c.* Græcè οὐ ποιῶ. Itaque eum sensum reddere videtur. *Eram penes illum omnia disponens.* Id est, non solum singulas res clīm Deo pariter produxi, sed cum eodē omnia compaginavi, & coagmentavi, inque vnius mūdi, seu vniuersi fabricam conflavi: in quo illum singulis rebus locum adscripti, quem illarum naturæ sibi postulabant, & ad conseruationem accommodatiō futurus erat. Posset quis sic efferre. *Est ana con el casando, las cosas unas con otras, symbola symbolis, ne sibi mutua contrarietate officerent.* Item δρυς· μαγ significat etiam dispensare, & secundum

*D* eam significationem, *Eram (inquit) penes ipsum cuncta disponens,* id est, singulis ad instar œconomi dispensans, & distribuens ea, quibus ad victum, vel in vniuersum ad suam conseruationē indigebant. Huc spectat eorum translatio, qui legunt, *Era et eram prope ipsum quasi nutritia,* id est, ad instar nutritiis alēdo, fouendo, nutriendo omnia. Id verō, quod additū Rodolphus, & Caietanus, Deum sūr sapientiæ tanquā nutritio alicui, seu curatori res alendas commisſe, non omnino inelegans est. Chaldeus, & Symmachus acceperunt illam vocem passiū. *Eram (inquit) in latere eius nutritia.* Ad delitiās hoc pertinere videtur. Cum enim subiiciat, *Era delitabar per singulos dies ludens coram eo,* cum posterioribus priorena sententiam connexuit. Id est, me deliciose admodum alebat, vel apud ipsum eram in delitiis: nam cum restantas condere, & molire, non laborabam, non laſitudine soluebar: sed quasi in delitiis essem, & voluptuose inuittire, sic omnia illa peragebam.

## De Virgine Deipara.

*F* Sane ista verba copiosam nobis elogiorum segementum administrant, attingunt enim (si lectio[n]es singulas perscrutemur) præcipuas Mariæ laudes, & commendationes. Pergam per singulas translationes. Vulgatus habet: *Cum eo eram cuncta componens.* Si referatur ad præuisione diuinā similitudo, sententia ex his verbis elicenda est, sicut ex aliis superioribus. Nimis tūc cum omnia componebat, in me intuebatur, ut ex omnibus rerū omnium perfectionibus me vñā cūmularent. Itaque cum quādam singulāria percurriſſet supra, in quoru[m] condicione Deus illā præ oculis habuerat, ut exceptas ab illis perfectiōnes ipsi conferret, iam nunc omnia complectitur, cum ait, *Cum ipso eram cuncta componens,* id est, ipsius omnia cōponentis menti obuerſabar, ut ex om-

378

*Paul. 2. ad Cor. 11. n. 2.*

379

380

B' b ij

nibus aliquid exciperet, quod mihi impetraretur, ut euaderem sic vera, & non fabulosa Pandora, omnium rerum perfectionis includens, utque res omnes melius quodammodo in me, quam in semetipsis forent. Aug. ad illa verba Iohann. *Quod factum est in ipso vita erat, in similibus Dei laudibus ponit, quod omnes creature sint in Deo longe melioris conditionis, quam in seipsis. Nam cum pleraque in seipsis vita careant, in Deo quidem vita sunt: & cum omnia creatura sint in se, in Deo increata sunt, & (ut compedio dicam) ipsem et Deus. Par ratione de sanctissima Deipara predicare licet, omnes quidem creature quodammodo in ipsa esse. Verba sunt Arnol-*

*381 Arnoldus Carnotensis, Maria creaturis constat omnibus, quidquid enim creator singulis distributus iustus contulit, matris adornande concessit. Profecto si omnibus creaturis constat Maria, omnes in illa sunt, omnesque sibi hoc gratulari possunt, quod in illa meliores sint, quam in se ipsis. Nam cum in se ipsis caducæ, debiles, instabileisque sint, atque alia eiusmodi vitia vel naturæ, vel morum habeant, in Maria omnis virtus expertes sunt, & (ut compendio dicam) cum in semetipsis nihil diuersum à seipsis esse possint, in Mariâ translata: Maria sunt, quia nihil sub cælo nobilior, aut excelsius est. Itaque cum Deus suis creature honoris plurimū, atque decoris impetrari vellet, illis omnibus Deiparam constare voluit, ut quemadmodum in ipso cuncta Deus erant, sic etiam in Maria cuncta Maria forent. Alio modo ista verba accipere licet, qui apud nos Ecclesiastes perulgatus est. Cum eo eram cuncta componens, id est, cum Christo cuncta reparans, & saluans. Sed tamen quoniam modo Virgo cum Christo nostræ salutis opus absolverit, supra docuimus ad illa verba. Melior est fructus mens auro, & lapide pretioso. Vide ibi multa. Pergo ad lectionem Septuaginta.*

*Eram penes ipsum disponens. Iam obseruauiverbi Græccæ ψυχήτα, vim & potestatem: est enim copaginare, aut coagentare. Erit ergo sententia: tunc quando Deus cælos, & elementa coagentabat, & quodammodo coniubio copulabat, vt grauiora levioribus subessent, & contraria locis discludebat, ne sibi mutuo officere possint: in me oculos mentis defixerat, inquit Maria. Sed quorsum? Propterea sane, quia in illa vniuersi coagmentatione, tanquam in rudi materia discebat iam, qua ratione in me omnes potestias, vires, motus animi ita compingeret, vt inferiora superioribus subessent, scilicet appetitus rationi paret, & contarij motus insurgentes nunquam animum disturbarent: sed omnia sociata, & quasi coniubio copulata forent: appetitus rationi obediens, irascibilis, & concupisibilis sibi mutuo consentientes, & nūquam deordinatum aliquē motum cœtes in animo. Audi Damascenum in oratione de Natiuitate, ubi huius mundi Archetypi, & supramundani, qui Maria est, elementa, & motus eleganti oratione conciliat, & coagmetat, & Deum ex hoc opere maioris, ac dignioris opificis nomine indeprimitum fuisse dicit, quam ex reliqua mundi fabrica, quam tanto ordine molitus est. O diuinum (inquit) ac viuum mundi simulacrum, ad quod opifex Deus inuenitus est: mentem quidem diuiniter gubernatam habens. Hanc sane Maria mente in spirituali Matre vniuerso cum cælo conferre videtur, atque in eō præstare ait: quod cælum spiritualis aliqua intelligentia torqueat, ac moueat: mentem autem Virginis cælo ipso ampliorem Deus ipse impellat, ac regat, inferiores vero animi vires cum elementis confert. Quam vero apte inter se compactæ, & modulata fuerint, ostendit his verbis. Cupiditatem omnem adid, quod solum expetendum, & amandum est, integrum habes; iram vero aduersum peccatum duntaxat*

illiusque parentem. Appetitus tuus in hoc situs est, ut diuinis sermonibus nutriaris, hisque sagineris: sanctam omnem, & cum anime utilitate coniunctam cogitationem habes contra superuacanciam, & animo exitiosam antequam gustes, eisces semper ad Dominum perenne, & inaccessum lumen intuentes, aures diuinum sermonem audiunt, ac spiritus cythara oblectantur, per quos verbum carnem assumptum ingressum est, nares unguentorum sponsi odore deliniuntur, quod quidem diuinum unguentum est sponsi exhaustum, atque humanitatem suam ungens: Porro labia tibi sunt Domini laudantia, ipsiusque labris adherentia: lingua, & fauces Dei verba discernentes, cor purum, ac labii expers: venter, in quo habitabis, qui nullo loco capit: lactis ubera, quæ puerum Jesum aluerunt, manus Deum gestantes, genitrix thronus Cherubinis sublimior, pedes Dei lege tranquam lucerna deducti: tota denique Spiritus thalamus est gratiarum pelagus. Hæc ille, quibus eleganter descripsit Mariæ mundi supramundani ordinem, & coagmationem, in quo pangendo, longe digniorem artificem sese ostentauit Deus, quam in totius mundi fabrica. Ad alias lectiones gradum facio.

*C Chaldeus habet. In latere eius eram quasi nutrita. Inter alia dignissima nomina, quibus Virgo censeri solet, extreum locum obtinet, quod Patris aeterni filia inuncupatur. Nam quoties Patres describunt modum, quo Virgo toti Trinitati deuincta est, tradit quidem illam esse Patris filiam, filii matrem,*

384

& sponsam Spiritus Sancti. Sic D. Bernardus passim, & D. Ildephonsus & alij. Ergo de nobilissima ista Virginis prærogatiua hæc Salomonis verba accipi debet existimo. Prope ipsum eram quasi nutrita.

*Bernardus  
Ildephonsus*

*D id est, veluti filia delitiosa educata. At inquires, quorsum extollis tantopere, & laudi magnæ ducis Mariam aeterni Patris filiam dici? Nam si quidem eius filia dicatur, non alio modo hoc nomen illi cœnire potest, quam aliis hominibus iustitia præditis, hoc est, ex adoptione: omnes enim iusti filii adopti sunt. Profecto quāvis Maria filia sit Dei adoptione, & non natura: tamen contendit illam nobiliorem quandam adoptionem adeptam fuisse, nō modo, quia maiorem gratiam sortita est, sed quia ex peculiari, & proprio quodam capite gloriosum illud filie nomen fert. Præmitto autem non solum iure ciuili, sed etiam naturali, constans esse sponsam non tantum proprium mutare, & viri dominium sortiri, sed etiam forum, & omnia mariti iura sequi: quia cum vir sit vxoris caput, non potest non vxor suo capiti cohædere. Hinc factum, vt obseruat Theodoretus in cap. 3. Cantie. vt sponsa in domum viri translata iam deinceps non proprios, sed mariti sui parentes patres suos appellare debeat. Quemadmodum Sponsam fecisse putat, cum ait. Introducamus in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis mee. Vbi Sponsa matrem, in cuius domum translata iam fuerat, suam matrem appellavit. Et vt ait Baldus apud Tiraquellum in lege 1. connubial. num. 28. Pueila, quæ tuo nupsit filio, filiatu est aetior vinculo, quam adoptionis. Ratio autem sic efferti potest, quia cum vir & vxor fuerit una caro, eo modo, quo vir refertur ad patrem suum, vxorem etiam referri necesse est. Ex quo fit hæc filiationem maiorem & aetiorē esse quam adoptionis, & proxime ad naturam accedere: ita vt filii naturalis vxor quodammodo etiam naturalis filia sit parentum sui mariti. Sane Maria Verbi diuini mater simul, & sponsa fuit, & sub eo Sponsa nomine à Salomone depingitur in Psalm. 44. ab illis verbis, Astirit Reg. Psalm. 44 gina a dextris tuis, vt in sermone de Annunciatione num. 11.*

385

*E F Tiarell.*

386

docuit Athanas. & alij ex Patribus, qui pleraque illius Psalmi verba Virgini adscribenda esse censem. Inter quos est Rupertus, qui putat eum sensum à litterali non abhorre. Huius autem tam solemnis apud Patres appellationis, qua Virgo dicitur Sponsa Christi, rationem obtulit Augustinus, quia scilicet Christus, & Maria una caro sunt. Et quidem carnis unitas duplex est: alia, quæ inter parentē, & filium intercedit: per hanc vero unitatem parentē caput existit, filiusque membrum est, huic capiti coaptatum. Alia est unitas carnis, quæ virum inter, & uxorem versatur, & secundum hanc vir caput dicitur, uxoris verò membrum illi subnexum. Iam intelligis quod tendam. Sane inter Mariam, & Christum una, & altera unitas debet apprehendi: nam imprimis constat utrumque unam, & eadē esse carnem ea unitate, quæ inter parentē, ac filium intercedit, iuxta quam Maria caput existit, & Christus membrum illi subiectum. Deinde cum ex altera parte secundum dignitatem Redemptoris Christus noua consideratione caput sit, & Virgo membrū illi subnexum, sene hic ordo cum carnis identitate coniunctus nihil habet in rerum natura simile, nisi viri, atque uxoris societatem. Propterea virgo speciali, & proprio iure dicitur Sponsa Christi, ergo secundum eum titulum, quo Sponsa est, viri sui domicilium, & iura sequi, insuper & oblitis propriis parentibus, Sponsi parentē suum appellare debet. Et quidē eius officij admonita fuit Virgo in eo Psalm. 44. statim enim addit: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & oblinisci cere populum tuum, & domum patris tui; Quoniam concupinat Rex speciem tuam.*

Quasi apertius diceret, iam postquam Rex te conubio sibi adiunxit, obliuioni tradere debes patrem tuum, & domum eius, & Regis parentē, tuum appellare. Itaque Virgo speciali iure Spōsa Filii, & Patris aeterni filia est. Nam quemadmodum Christus in quantum homo Dei Filius est, non ex adoptione, sed naturalis: ita etiam Virgo, quæ eo nomine filia est, quatenus Sponsa aliiquid adoptione maius habet, propter quod quodammodo latiori significacione etiam naturalis Dei filia appellari possit modo supra explicato, id est, aetiori vinculo quam adoptionis, ut docuit Baldus supra citatus.

387

*Canifius.* *Prope ipsum eram nutritrix, vel nutritrix.* Duplex hinc emicat Virginis laus, quod scilicet Dei, atque hominum parens, & nutritrix amantissima sit. Dicam aliquid de singulis. Virginem esse Θεόνυχη, id est, Deiparam constatissima est Patrum, Conciliorumque doctrina, pro qua sola tuenda Ephesina Synodus coacta est. Frustra ergo in ea veritate stabilienda moras necat, pro qua felicissime pugnauit contra Haereticos nostri temporis Canifius noster lib. 3. à cap. 16. & deinceps, ubi huius dignitatis celitudinem, qua solet, orationis magnitudine expendit. Illud tantummodo mihi differendum putauit, cur dicatur, *Prope ipsum patrem esse*, tanquam ipsius filii nutricem. An forte, quia cum unum eundemque filium habeant aeternus Pater, & Maria, ideo prope ipsum matrem esse iactat? Sane ratio ista non levius est, quam merito Patres amplificarunt. Leo Ma-

*Leo. Mag.* gnus in Epist. ad Pulcheriam Augustam: *Nisi enim nouus homo factus in similitudinem carnis peccati nostran suscipieret vetustatem, & consubstantialis patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas.* Alia etiam Anselmi verba venusta in hanc sententiam ex li. de excellentia Virginis excerpta supra dedimus: *Hunc igitur (ait) sibi tam unicum, quam dilectissimum filium suum non est passus manere tantummodo suum, sed eundem voluit in rei veritate esse Beatae Marie unicum, & naturalem*

Tom. I.

*A* filium. Accedit Bernardus. *Ipsa* (inquit) *est Virginis nostra gloria singularis, & excellens prorogativa Maris, quod filium unum, eundemque cum Deo Pater meruit habere communem.* Et hanc (inter alias) rationem Deum impulsus dicit, ut filius, potius quam alia Triadis persona, carnem sibi agglutinaret, ut idem Dei, atque Mariæ esset filius. *Quod de Spiritu Sancto, aut Patre carnem assumente fortasse dici non posset.* Ergo merito ait Maria: *Prope ipsum ego eram nutritrix.* Quomodo enim prope Patrem non sit nutritrix illa, quæ unum, eundemque communem cum Patre Filium sortita est? Ceterum non modo Patri aeterno proxima dicenda est Maria, quia unus est utriusque naturalis filius, sed etiam quia quodammodo eodem etiam modo editus fuit ab utroque. Audacius hoc dictum videtur. Sed tamen iamiani explico. D. Ildephonsus in lib.

388

*Idephonſ.*

de Virginitate, & Parturitione Mariæ mentis suæ acumen exercuit circa illa verba Mat. 1. ubi de Christi humana generatione ex Virgine agens sic ait. *Generatio Christi sic erat: Cum esset desparsa a mater Iesu Maria Ioseph: cur non potius diceret (inquit) sic est, vel sic facta est?* Occurrit, quia generationis huius maternæ imago, & symbolum iam praecesserat ab aeterno in generatione Patris. Innuit autem istius generationis similitudinem in eo sitam fuisse, quod sicut filius ex Patre fecunda mente genitus, eandem sine diuisione, & corruptione accipit substantiam. Ob quam rationem Nazianzen. de Virginitate sic orditur.

389

*D. N. Ziænn.*

*Prima Trias Virgo est: siquidem Patre natus Anarcho*

*Filius est. Neque enim Pater ortum traxit ab ullo Morte, neque humano generavit semine natum.*

Ad eundem etiam modum Verbum diuinum ex matre sine corruptione etiam in tempore natū est. Itaque huius generationis temporalis ex Maria Virginie ab aeterno similitudo, & umbra praecesserat in generatione aeterni Patris. Et ob eā causam Matthæus dixit *generatio Christi sic erat: nō sic est.* Nā quent admodum Christus ab origine mundi occisus dicitur (teste August. & alii Patribus) quia mortis illius similitudines, & figuræ ab ipso mundi exordio præmitti cœperunt: nimirum in sacrificio Abel, & illius morte, & alis. Sic etiā Mariæ partus Virgineus merito ab aeterno fuisse dicitur, ab ipsa scilicet aeterna generatione Filii: quia nimirū in illa tanquam in nobilissima quadam figura adumbratus est. Iure etiam optimo ipsa usurpare potest illa verba: *Ego era prope ipsum, quasi nutritrix.* Sane illud eram, respōdet illi erat, quo Iesus est Euangelista, quo Virgo significat iā inde ab aeterno se fuisse nutritrice Filii Dei, & Deipara, scilicet in suo symbolo, & simulacro, quia Pater generans Filium sine diuisione, vel partitione suæ escentię, Virginem, & omnis corruptionis expertę Mariæ partū per umbram delineauit. Et sane quanta fuerit utriusque generationis concordia, & similitudo

*Psal. 109.  
num. 3.*

fatis inde perlicitur, quod quadam loca, ubi de aeterna agitur Filii generatione, de temporali etiam accipi consueverunt. Quorū princeps est ille Psal. 109. *Ex utero ante luciferū genui te: ubi ex originibus ad verbū alijs conuertunt.* *Ex utero aurora tibi ros adolescentie tue: exponit autē ex utero Mariæ.* Quapropter hinc factū est, ut Pater, cui optime perspecta erat ratio, qua ipsemet Filium genuerat ab aeterno, idē Marię partui præcesset, illumq; perageret, ut per omniam imaginis suæ, atq; umbra respōderet. Sic enim testatur Filius Psal. 21. ubi Patrē aeternū sic alloquitur: *Tu es, qui extraxisti me de vêtre: spes mea ab uberioribus Marris meæ.* Rursus alio sensu in Virginē quadrant illa verba. *Et era prope ipsum nutritrix.* Tunc videlicet cu nō stebat iuxta crucem, ubi Maria se pa-

*Psalm. 21.  
num. 10.*

B b ii

390

rentem, & matrem satis ostentauit. Nam reliquis in A fugam actis ipsa Filium suum nequaquam deseruit. Et quidem, *S'stabat iuxta crucem* (verba sunt

*Arnoldus Carnotensis*) non minor quam Matrem Carnotem. Dei decebat. Ergo ubi illa se Matrem, & Parentem

Filij amantissimam præbuit, Christus Dominus eam gratiam rependens, tunc maxime se illius Filiu[m] esse plurimis argumentis ostendit. Primum at-

*Ildephons.* tigit D. Ildephonsus in sermone de Natiuitate Mar[ia]e, ubi sic scribit. O felix puerperium, delectabile

*Angelis, spectabile sanctis, necessarium perditis, cō-*

*gruum profugatis: qui post multas assump[er]t carnis*

*injuria ad ultimum potatus felle, & patibulo affi-*

*xus, ut te veram matrem ostenderet, verum se homi-*

*nem patiente tormenta monstrauit. Itaque ait Christus libenter cruciatus omnes, & mortem suscep-*

*re, vt proderet certius se esse hominem verum, qui*

*videlicet cruciari, & emori poterat: atque adeo Ma-*

*riam veram, & naturalem esse illius matrem contra*

*Hæreticos, qui ipsum non verum hominem, sed ho-*

*minis simulachrum esse asseuerat, Mariam etiam gloria genitricis spoliabant. Quapropter tunc cum*

*maxime Virgo se Matrem Filij sui amantissimam ex-*

*hibebat stans iuxta crucem, r[ec]ūc etiam Filius certio-*

*ribus argumentis Filium naturalem se esse prode-*

*bat ex cruce. Rursus aliter Christus Mar[ia]e Filium se esse significauit ex cruce, quia nimur tunc of-*

*ficia pietatis expleuit, quæ Filius parenti suæ natura*

*suadente soluere debet. Audiendushic D. Ambros.*

*D. Amb.* in Luc. c. 23. ad illa verba, quibus matr[em] Ioanni moribundus filius commendauit. *Solus ergo me docet*

*Ioannes, quod alij non docuerunt, pluris etimans,*

*quod viator suppliciorum, viator diaboli pietatis of-*

*ficia diuidebat, quam quod regnum cælest[e] donabat.*

*Nam si religiosum est, quod latroni venia donatur,*

*multo religiosius, quod Mater honoratur a Filio: Pro-*

*pterea sane, quia illud liberalitatis erat exemplum,*

*hæc vero debiti naturalis compensatio. Sed tamen*

*Arnoldus Carnotensis.* non pratermittenda hic Arnoldi Carnotensis verba.

*Nec dissimulans* (inquit) *quod humano pungeretur*

*affectu, circa nouissima expressit, quantam matris el-*

*let in mundo reverentiam exhiberi, cui in ultimis iā*

*officiis reliquit dilectionis indicium. Constat ergo ex his iure optimo à Virgine usurpari verba illa.*

*Et ego eram prope ipsum nutritus: : Quia tunc ma-*

*xime cum prope ipsum fuit iuxta crucem charis-*

*sia patientis viscera exhibuit, nec non Filius tunc*

*A Christo tunc appellatam eo spectare dicit, vt dum Ioannis virginitatem colentis nuncupabatur mater, atque adeo ipsi Ioannes subdebat, Maria Virginitatis Princeps ab hominibus haberetur. Attexit Epiphanius: *Nec Virginem solum, sed matrem etiam D. Epiph.**

*suam esse comprobauit. Et Joanni quamquam secun-*

*B dum carnem alieno existenti illa dicebat, vt doce-*

*ret honorare suam matrem: quoniam reuera secun-*

*dum carnem ex ipsa Dominus natus est. Ut ne quis*

*putet rem ipsam esse apparentiam, & non veritatem:*

*si enim non fuisset vera ipsius mater, quæ secundum*

*carnem peperit ipsum, non sane ipsa curam habuise-*

*set, vt semper Virginem commendaret, quæ mater*

*quidem facta est propter dispensationem: impolluta*

*autem erat propter honorem erga ipsam, & vas ad-*

*mirabile. Hæc ille.*

*C Secundus sensus, quem illis verbis subesse diximus, est ad hunc modum. Et ego eram prope ipsum nutritus: hominum videlicet. Quæ interpretatio pro-*

*pius ad litteram accedit: cum enim sapientia se nutri-*

*cem apud Deum esse iactat, modum explicat, quo cum Deo pariter creaturas fouet, alit, educat, & cō-*

*seruat. Ergo si Virgini in eodem sensu accommo-*

*dentur hæc verba, eam omnium hominum nutricē,*

*& parentum amantissimam apud Deum esse signi-*

*ficabunt. Quomodo autem Virgo sit parés nostra,*

*non uno modo explicant Patres August. in lib de S. August.*

*Virginitate, cuius verba alibi dedimus, inde elicit*

*Mariam esse parentem nostrā, quia cum sit mater*

*Christi, est etiam & membrorum eius: unde colligit*

*non carne tantum, sed etiam spiritu Mariam esse*

*Christi matrem. Fui (inquit) mater spiritu, non*

*capitis nostri, quod est ipse salvator, a quo magis*

*illa spiritualiter nata est: sed plane mater membrorum eius, quod nos simus: quia cooperata est chari-*

*tate sua, vt fideles in Ecclesianascerentur. Hinc ve-*

*E ro discere debemus, quanta nos cura indulgentissi-*

*mia ista mater foueat, quæ sic nos aspicit, quasi que-*

*dam membra, filio suo velut capiti per omnia iun-*

*cturam coagimentata. Rursus filius eius naturalis,*

*qui caput nostrum est, nos, qui eius membra censem-*

*ur, edocet qua ratione erga tantam matrē nos ex-*

*hibere debeamus, ne membra à capite suo discordent, Audi Guerricum venerabilē Abbatem ser. 3. Guerric.*

*de Annunciatione. In hoc tibi præterea sit exemplo Abbas.*

*Iesus conceptus, & gestatus in utero, qui ei si grauidauit, non tam engrauidauit uterum Mariæ: sic te nō sen-*

*tias grauem uterum Ecclesia. Sic ille. (Ego vero) Sic*

*tenor sentiat grauem uterum eiusdem Mariæ, qui te*

*tanquam membrum Iesu etiam gestare dicitur. Et bre-*

*ui interuallo addit: Cave ne illam pœnitentia te conci-*

*pisse, sicut Rebeccam pœnituit cum aiebat: Si sic mihi*

*futurum erat, quid necesse erat concipere. Si de aliquo*

*nostrum sic coqueri contigerit viscera matris nostra,*

*timeo, ne melius fuisse, si conceptus non esset homo ille.*

*Ips[us] Deus in nobis, si qui tales sunt, emolliat cor lapi-*

*dem, ne quariant viscera matris, ipse viscera matris*

*F consolentur, ne fatigentur eos, qualescumque sint, portare, donec formetur in eis Christus. D. Anselm. intra Et.*

*de excellentia Virginis c. 1. aliunde colligit Virginis in nos maternam benevolentiam: ex eo nimur,*

*quia nos culpis nostris in causa fuimus, vt ipsa in*

*matrem Dei eligeretur. Si igitur illa (inquit) pro-*

*ppter peccatores, scilicet propter me, meique similes*

*facta est Dei Mater, cur non illam erga me parentem*

*futuram sperabo? Etc. 12. sic habet. Cur itaque non*

*Anselm.* innabu[n]os, atque eris mater nostra quando propter

*nos in tantam culsum: dinem es elevata, vt te Dominam*

*habeat, & veneretur omnis pariter creatura? Sed*

*quænam, inquires, huius illationis vis est? Subi-*

*cio libenter, quia nimur si nos peccatis nostris*

*in causa fuimus, vt ipsi tanta maternitas donaretur:*

utique illius maternitas nobis deuincta est. Hoc autem non aliter potest huic debito satisfacere, nisi maternè amplectendo eos, quibus obstricta est. Recte igitur Anselmus ex eo, quod nos peccatis nostris illi maternitatem attulimus, eius erga nos maternam benevolentiam aucupatur. Et sane inde fit, ut cum Deus tantum modo iustorum Patrem se appellari patiatur: Virgo tamen peccatorum etiam parentem se dici gaudeat, & gratuletur. Nam ut ait Bernardus in sermone ad illa verba Apocalypsis, *Signum magnum, &c.* vbi mulier amicta sole describitur, *Properea (inquit) veluti alterum solemninduit sibi: quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur, super iustos, & peccatores: sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium denique necessitates materno miseratur affectu.* Ex eo autem, quod peccata nostra causam, seu occasionem obtulerunt, ut Virgo ad tantam gloriam eucheretur, plurimum gloriæ, atque decoris sibi accessunt. Nam sicut Ecclesia, ut Christi redēptionem extollat, ait, *O fœlix culpa, quæ talem, ac tantum moruit habere redemptorem!* I paratione ad extollendam Mariæ dignitatem licebit **C** ita fari: *O fœlix culpa, quæ talem, & tantam Matrem Deo, atque hominibus comparauit!* Nec abit ab hac sententia Diuus Ildephonsus in sermone de Natiuitate, *Per Mariam (inquit) pretiosius redemit perditos, quam si defendisset ab imminente hoste captiuidos: nimur sine Maria.* Itaque aliquid culpis nostris nos debere fateri opus est: hoc scilicet, quod propter illas Mariam obtainemus, quæ nobis maiora bona impetravit culpis abolitis, quam nos vñquam adipisceremur, si culpis omnino vacantes Maria prorsus carceremus.

**396**  
**Bernard.**  
**Ildephons.** *Hoc Maria erga nos amantissimæ parentis studium aliunde expresserunt Bernardus, & Ildephonsus, scilicet ex eo, quia per adoptionis gratiam omnes iusti Filii Dei initiantur, atque adeo Christi Domini fratres, iuxta illud Apostoli: *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Si igitur omnes iusti Christi fratres sunt, ergo Mariæ Filii. Itaque quotquot Pater adoptat filios, eosdem Virgini Matris honorem & obsequium deferre vult, necnon illam filiorum loco eosdem numerare, alere, atque souere: ut Christus etiam, erga matrem, quemadmodum erga Patrem primogenitus dicitur in multis fratribus. O quanta nobis inde, locupletissimam hæreditatem capessendi spes accrescit! Profecto inter humanos parentes hoc accidere consuevit, ut primogenitus filius primogenita, seu maioratum percipiat, hæreditatem scilicet paternam: inter minores autem filios dos materna dispergitur. Propterea isti tenuem plerumque censem ferunt, quia matris dos angustior esse consuevit. At nostra matris Mariæ amplissima, & angustissima dos est. Nos ergo, qui minores filij sumus, exultare, & gestire debemus, quia tāta dos ad nos pertinet. Primogenitus enim Mariæ filius hæreditate paterna contentus est, imd in eiusdem societatem nos libenter admittit: de materna dote nihil sibi sumit, integrum & solidum nobis dimittit, ut ex illa cuncti ditari plurimū possimus. Quis dotis huius summam incredibilem assequi possit? D. Epiph. de Laudibus Virginis, *Quomodo Virgo inuenitur esse cœlestis sponsa, & mater, quæ donorum antenuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis vero gratia cœlum, & paradisum.**

**D. Epiph.** D. Ildeph. in serm. 2. de Assumptione sic ait, *Hodie (inquit) peruenit ad thalamum aeterni Regis, ad easdem nuptias, quæ in utero sunt dedicatae, pro quibus arrhas accepit sponsa Christi, in dotis titulo, & pignus Pet. Chrys. hæreditatis eterna spiritum sanctum.* Iterum Petrus

**A** Chrysologus de eadem dote sic scribit serm. 140. *Ad Virginem Deus Aligerum portatore mittit: nam dat arrham, dotem suscipit, qui fert gratiam, fidem refert: & tradit munera virtutis, quibus mox virginis consensus resoluta spousonem. Quid ditius, vel august. hac dote atque his arrhis, in quibus est gratia plenitudo, fides, Spiritus Sanctus cœlum, paradise, quæ nomine dotis maternæ nobis minoribus filiis distribuenda sunt, ut iam diximus?*

Ergo si præmissis modis Virginem Deiparam nostram parentem indulgentissimam esse dicamus, verba Salomonis sic accipienda sunt, *Et ego eram prope ipsum nutritus.* Et ego nimirum, quæ homines cunctos filiorum loco numero, atque nutricis instar impense diligo, *eram prope ipsum, id est, iam inde proxime apud illum assiso in cœlo.* *Astitit Regina à dextris tuis:* ut solatium hoc sit hominibus, se videlicet matrem indulgentissimam habere apud Deum de illorum salute sollicitam: matrem inquit, potentissimam, quæ cum sit proxima Deo, plurimum apud ipsum ad impetranda omnia bona potest: matrem, quæ non ex eo, quod Deo proxime hæret, & tanto interuallo à nobis dissipata est, propterea etiam animo, & benevolentia longe abest. Absit hoc à tam pia genitrice, quæ gloriæ suæ magnam partem in eo posuit, ut nobis inuocantibus præstos sit, & præsentissime succurrat, ut docet Bernardus in *Bernard.* *Sæue, matrem, quæ cum sit parens nostra amantisima, est etiam ipsius iudicis, apud quem caula nostra salutis actitatur, Mater imperiosissima:* ut verba usurpem D. Bonavent. in speculo, *Hæc ergo est prope Bonanensis. Deum, quasi nutritus:* hoc est, quali nutrita noltra, & quasi Dei nutritus, quia ut bonis omnibus à filio impetratis innutriat nos, filio suo assiduo detegit ubera, quibus illum aluit, & nutriuit, iuxta illud Arnaldi Carnotensis, aut etiam Bernhardi, *Habet (inquit) homo mediatore causæ sua ante Patrem ipsum Filium, & ante filium matrem Christus Patri ostendit latus, & vulnera; Maria Christo pectus, & verba, nec potest omnino esse repulsa, vbi concurrunt, & orant omni lingua desertus hæc clementia monumenta.*

**D** Sed tamen aliter libet hæc verba Deiparae accommodare, tunc cum stetit iuxta crucem Iesu proxima, *Ego eram prope ipsum quasi nutritus:* nutritus inquit, & parens omnium hominum. *Quia ut docet Rupert.*

**E** pertus, tunc cum Virgo stetit iuxta crucem, communis omnium parens nuncupata, & creata est, *Proinde (inquit) quia ibi dolores, ut parturientis, sustinuit in passione unigeniti sui, omnium nostrum salutem beatæ Virgo peperit, & facta plane omnium nostrum mater est.* Hæc Rupertus expendens illud: *Mulier cum parit, tristitia habet.* Et sane ob eam causam hoc matris omnium nomen, & dignitas, quam tunc Virgo doleñs adepta est, in Ioanne primum dedicata fuit tunc, cum Christus ad Virginem, *Mulier hic est filius tuus:* non enim pro solo Ioanne verba illa pronuntiata sunt, sed in Ioanne omnes fideles Mariæ filii iniciati, & inauguati sumus. Et quidem ob eam fortasse rationem Christus Mariam *mulierem* appellavit, non vero matrem: *Mulier enim nomen est matronæ plures iam numerantis filios,* ut docuit Alexander. Nam Virgo statim, atque nupsit, puella, vel adolescentula nuncupatur: quamdiu autem vnum tantum filium enixa est, puerpera: cum vero plutes edidit, matrona, vel mulier. Ad id spectat locus Cantic. 8. *Cant. 8.* vbi sic Christus ad Ecclesiam, & quamlibet animalium iustum (sequor autem lectionem Septuaginta, & interpretationem Theodorei amplector.) *Theod.* *Sub arbore malo excitaui te, ibi perit te mater tua, ibi parturuit te genitrix tua.* In eo vero solum à Theodoro discedam, quod ipse matris uox in gratia,

400

ego vero gratia plenam interpretor. Ait ergo Christus, *Sub arbore mali*, id est, sub salutifero ligno crucis, excitanite, id est, leuaui atque erexi à ruina, & sordibus, in quibus decubueras, *ibi peperit te mater tua*: scilicet Maria, *ibi parturiuit te genitrix tua*, id est, magno dolorum nixu edidit te. Id enim interest inter *parturio*, & *pario*, quod *pario* significat communem partum: at vero *parturio* eum solum, qui cum ingenti dolore peragitur. Vel ( si ita libet) partiri poteris hæc verba inter Euam, & Mariam, ad hunc modum, *Peperit te mater tua*, id est, Eua scilicet prima peccatis sordidū te edidit, & ibidem, *parturiuit te genitrix tua*, hoc est, secunda Eua regenerauit te, & sordibus elutis, ac deterfisis enixa est. Merito ergo Deipara iterare potest illa verba, *Ego eram prope ipsum nutrix*, id est, ego illi cum patibulo appenso proxime hærerem, parentis omnium nomen obtinui.

401

*Psalm. 86. Mater Syon dicit, homo, & homo natus est in ea.* Sic legunt Ambrosius, & August. & uterque Virgini adscribit. Homo vero iterum, atque iterum dicitur, quia ex Maria non solum unus homo, id est, Christus, sed etiam alter homo, id est, totum genus humanum fœliciter natum, & procreatū est. Vel aliter homo, & homo: quia Christum iterum, atque iterum peperit: semel quidem in se, iterum in nobis. De qua re elegant Guericus Abb. in serm. de Natiuit. *Hic ipsum, & Maria sapere videtur, quæ dilectum votorum suorum insinuare cupiens affectibus hominum, cupit formare iterum unigenitum suum in omnibus filiis adoptionis.* Qui, ergo, geniti sunt verbo veritatis, nihil minus parturit eos quotidie desiderio, & cura pietatis, donec formetur in illis Christus, donec occurrant in virum perfectum, in mensuram plenitudinis atque filij sui, quem semel parturiuit, & peperit, immo ut ait Isaías, antequam parturiret, peperit, quia sine dolore peperit.

*Guerricus  
Abbas.*

*XXX. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore.*

*XXXI. Ludens in orbe terrarum: & delitiae meæ esse cum filiis hominum.*

402

*E*t delectabar per singulos dies. Hebraicè, *Et delitiae die in diem, ludens coram eo.* Caietanus & Rodolphus, *Ridens coram eo.* Obseruat autem Rodolphus melius fortasse transferri, *ridere facies.*

*Ludens in orbe terrarum.* Rodolphus, *Ridens in orbe terrarum*, vel faciens alios ridere. Caietanus, *Ridens in orbe inhabitabili:* Septuaginta in hoc loco, ut sèpè alias, verba dimitentes, sensum sequuntur. Vtrumque autem versum sic extulerunt, *Ego eram, cui adgaudebat ipse, quotidianum autem iucundabar in facie eius, in omni tempore, cum lataretur orbe perfecto, & lataretur in filiis hominum.* Aquila, Symmachus, & Theodotion pro verbo *iucundabar* habent *ludenseram*: sicut nostra. Chaldeus extremum versum sic absoluit, *Latatus sum in orbe eius, & laudes meæ in filiis hominum.*

403

Possumus quidem ista verba vel ad ipsos mundanæ creationis priores dies, quando post singularium rerum conditionem sibi quodammodo congratulans Deus illas reflexa cogitatione intuitus, valde bona esse decernebat, referri: vel absolute, & in vniuersum ad omnia tépora, quæ creationem consequata sunt. Sed tamen extrema illa verba, & *delitiae meæ esse cum filiis hominum*: & quæ Septuaginta addiderunt, *cum lataretur orbe perfecto*, suadent

A Salomonem tum priora, tum etiam posteriora scula cōplexum fuisse. Sententia ergo facilis est, *Et delectabar per singulos dies*, id est, non modo per sex priores dies, creationis res intuens, quæ cū Deo pariter molita fuerā, arridentibus singulis delectabar, & facta probabam, quando valde bona decernebam: sed etiam postea nullo non tempore placuerunt, & gratissima fuerunt, *per singulos dies*, non enim per aliqua interualla voluptatem istam captabā, sed per dies, per horas, per momenta singula. Neque voluptatem istam aliquando, quasi exsatiatus dimisi, sed omni tempore eodem modo deliniuit me, *Ludens coram eo omni tempore*: ludens inquam, id est, gaudes ( vt optime adnotauit Beda) *tempus in omne*. Nam, quæ semel iure mihi placuerūt, necesse erat, vt tempus in omne eodem modo placerent. Neque gaudium istud, & voluptas rebus quibusdam adstricta erat, pluribus arridentibus, & non item aliis, *Sed ludens in orbe terrarum*, id est, per totū ambitum terræ nihil erat, quod non arrideret, volupe, & gratum accideret. Totum hoc spectat ad perfectionem operis. Sæpè enim accidit in humanis, vt artifex, qui opus aliquod ex animi sententia absolutus, cum deinde meditatus paulò post inspicit, non ita probat, quia vitia quædam agnoscit, quæ antea, cū efficeret, non satis assequutus est. Rursus non semper fruitur opere artificioso à se concopto, quia aliis intentus non semper in illud intuetur. Ad hæc si opus partibus constet pluribus, evenit non semel, vt quibusdam artifici suo omnino placentibus, quædam tamen haud prorsus arrideant. Denique etiamsi opus numeris omnibus absolu: um sit, & virtutis omnino careat, dum frequentius illud opifex intueatur, satietatem illi afferre solet, & assiduo vīsu vilescit. Hoc vero evenire solet ex imperfectione operis, & artificis deficientia. Nihil ex his accidere potuit diuinæ sapientiæ, *Ego enim ( inquit ) delectabar per singulos dies*, id est, postquam totius mundi opificium absolui, delectationi, & voluptati erat mihi illud inspicere, *per singulos dies*. Quod enim mihi facienti probatum est semel, non potuit accessu temporis, & decursu dierum non probari, *Ludens coram eo omni tempore*; Gaudens nimis semper, & sine intermissione, quia semper in promptu erat causa gaudendi; quia postquam semel in opus à me factum oculos defixi, nunquam amou, *Omni*

Beda.

404

*( inquit ) tempore*, id est tempus in omne, quia quod semel placuit, semper placeat necesse est. Nec potest mihi vīsus, & frequētia satietatem, aut contemptum immittere, *Denique ludens in orbe terrarum: gaudens nimis toto in orbe*, quia totus arrisit. Non enim quædam probabam, & alia refutabam, sed omnia aptissima, & accommodatissima videbantur: iuxta illud vetus proloquium, *Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona*. Effecit sane hoc operis ipsius numeris omnibus absoluta perfectio, & artificis infinita, & incommutabilis peritia. Hoc modo communem interpretationem confirmare possumus.

405

Cæterum alia mihi nunc occurrit, nescio an venuſtior, & reliquo textui accommodatior. Verbum *ludi* in scripturis, quemadmodum etiam apud prophenos autores, significat aliquid facile, & sine labore agere. Eccles. 32. *Et hora ( inquit ) surgendi non te Eccl. 32.* trices ( scilicet cum surgis à conuiuio) *præcurre au-* num. 15. *tem prior in domum tuam, & illuc auocare, & illuc lude,* & age conceptiones tuas, & non in delictu. Vbi verba illa extrema illuc lude, id sibi volunt: Restuas age, & quod animo destinasti, perfice: ita vt in omnibus à delicto immunis sis. Neque enim putandum est Spiritu Sanctu homini studere, vt à conuiuio statim ad ludum se recipiat. Absit hoc. Neque placet, quod

*Exod. 32. num. 6. Genes. 21. num. 9.*

aliquia ad actum generationis legitimam referendum putant, quasi dicat, à conuiuio domum tuā repete, & illud ludere, id est, lētare cum vxore tua: quamvis nō negauerim quādam fortasse huius significationis exēpla in scriptura reperiri. Ita enim aliqui expōnunt illa verba Exodi 2. *sedit populus māducere, & bibere, & surrexerunt ludere.* Et Gen. 21. Cumque vidisset Sāra filiū Agar Āgyptiē ludentem cum Iſaac filio suo, id est, impudica quādam, & turpia tentantem. Et quidem vtriusque significationis exempla sunt apud extēnos auctōres: huius posterioris est illud Nasonis, *Arbitrio ludat amica suo.*

*Ouidius. Virgil. Terent. Donatus. Martialis.*

Prioris autem passim occurruunt, idem de Tristibus, *Lata, & iuuenialia lusi,* id est, feci carmina. Virgil. *Ludere, quae vellem calamo permisus agresti,* id est, cantare carmina. Sed p̄̄stat illud Terentij in Phormione, *Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur,* i.e. exercetur cū voluptate. Sic explicat Donatus. Nam quamvis aliās ludere operā sit illam perdere, tamen illa significatio in hunc locum minime cadit. Martialis etiam dixit, *ludere otium,* id est, placide otium transigere. *At vos tam placidas vagi per undas Tute luditis orium carina.* Hęc cum explorata sint locum istum ad hunc modum edifferendum puto.

*407*

*Et delectabar per singulos dies ludens corā illo omni tempore,* id est non solum, *cum eo eram cuncta cōponens,* id est, denud producens, atque moliens: sed etiam cū eodem delectabar deinceps alia, atque alia succēsū temporis producens, *ludens, inquam, id est, sine labore,* magna cum facilitate, & voluptate agēs: neque enim tot rebus actitandis adesse, labore aliquo, seu molestia constabat mihi: sed quasi per lusū omnia perficiebam. *Ludens in orbe terrarum:* hac repetitione significat quāplurimas res se decursu temporis perfecisse: sed tamen multitudinem agendorum non prohibuisse, quominus omnia ludēs faceret, id est, cum voluptate, & sine labore perageret. Fortasse etiam accommodari potest huic loco illa significatio generandi, si tamen pure, & conditè sumatur: ita ut sapientia dicat se post primam rerum creationem, deinde rebus generandis quotidie cum voluptate vacasse: ita enim postulabat mundi à se conditi conseruatio. Sed tamen prior interpretatio purior est, atque sincerior.

*408*

Septuaginta interpretum translatio ex his, quæ hactenus diximus, perspicua manet. *Ego (inquit) eram, cui ad gaudebat ipse,* id est, mihi omnia facienti significatione gaudij, & approbationis gratulabatur. Cum enim cuncta, quæ fecerat, bona esse decernebat, nō tam res quām meam peritiem, & dexteritatem in illis producebat sibi arrisisse significabat. Deo enim non tam creaturæ productæ, quam ipsem sibi, atque sua attributa in creaturis condens placent. Addunt Septuaginta, *Quotidie autem iucundabar in facie eius, cum lataretur orbe perfecto.* Hęc verba ad primam illam interpretationem vocanda sunt, id est, quando ipse absoluta mūdi conditione iam lētabundus exultabat, non quidem uno, aut altero die, sed quotidie, & sine intermissione cum ipso pariter ego exultabam, & gestiebam. Possimus autem illa verba, *Orbe perfecto* non tam de fine operis accipere, quam de absoluta perfectione ipsius. *Cum lataretur inquam orbe perfecto,* id est, cum opificium suum numeris omnibus absolutum intuens mirum in modum gaudebat.

*409*

Extrema autem illa verba, *Et delicia mea esse cum filiis hominum:* cum superioribus necunda sunt ad hunc modum. Sapientia diuina, quæ vel in contemplatione suorum operū secundum priorem expositionem, vel in conseruatione eorumdem per continuatam productionem faciliem illā quidem, & minime laboriosam se lētari, & gaudere admodū p̄-

*A* fata est, addit sibi p̄̄ ceteris rebus volupe, & grātum accidere hominibus adesse. Quod quidem ita intelligendū est, vt vel gaudere se dicat in illis contemplandis hērendo: quia nimirū reliqua Dei opera nobilitate suā conditionis euincant, & quia reliqua propter illos creata, eorumque obsequio mancipata sunt (sic Iansenius iuxta priorem expositionem.) Vel aliter (iuxta posteriorem interpretationem) deliniri imprimis, & gaudere se dicit sapientia in hominibus, nimirū peragendo omnia illa, quæ ad homines spectant, ipsos conseruando, alēndo, fouendo, secundum ea, quæ de verbo *ludo*, supra animaduertimus. Vis autem sententia hęc est: cum conseruationem, & propagationem aliarum rerum quodammodo meliusse putem, id est, summa cum facilitate, & voluptate perfecisse: tamen longe delectabilius, & alacrius hominibus consulo, & propicio, atque illorum res libentius ago, &c.

*Caterum quamvis hęc accōmodate dici videantur, tamen (ni mea me fallit opinio) alia est horum verborum sententia. Præmittere autem oportet id, quod s̄p̄ius animaduerti, induci videlicet à Salomonē in hoc loco sapientiam in yniuersum secundum communissimam suam analogiam, quatenus*

*C* increatam, creatamque complectitur: & de creatita semper agere, velut de quadam participatione, & deliberatione increata. Ergo nunc postquam sapientia plurima de semeti p̄̄a p̄̄dicauit, prout est in Deo: nimirū qua ratione illi ab æterno affuerit, & condendi mundi nutrix extiterit, & conseruandarum creaturarum prompta, & alacris administratrix fuerit: vt ex his omnibus se incredibilem voluptatem hausisse dixerit. Iam nunc addit, *Et delicia mea esse cum filiis hominum.*

*D* *410*

Quasi dicat, ego sapientia, quæ prout in Deo sum, tanta, & tam magna molior, tanta tamque suavi voluptate delinior: post Deum nullibi vel alacriorem, vel iucundiores me esse experior, quam in homine, dum illum ad sancte, pie que viuendum rego, & confirmo. Accommodatissime autem dixit, *Delicia mea:* quia sapientia, quæ est cognitio animū ad operandum secundum virtutem instruens, (vt s̄p̄ius diximus) fortasse in Angelis nobilitatem, & gloriam suam magis ostentat, quam in homine, non tamen delicias suas. Angelos enim nihil à bonis operibus retardat: imo potius ea omnia, quibus constat, virtutem, & vitam secundum rationem illis suadent. At in homine, in quo rationi semper aduersatur appetitio, in quo omnia ad vitium prona, & proclivia sunt: in homine, inquam, sapientia, & virtus delicias suas maxime prodit, quandoquidem illum adeò delinire solet, vt sponte, & maxima cum voluptate superatis tot difficultatibus secundū virtutem viuat, atque operetur.

#### De Incarnata Sapientia.

*F* *411*

Hęc verba de Christo Domino multi ex interpretibus accipi voluerunt. In his Beda, & Rodolphus: vt dimittam alios Patres, qui ea leuiter attigerunt, *Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delicia mea esse cum filiis hominum.* Hęc vero inter diuinitatem, & humanitatem sic partiuntur, vt prior versus diuinitati, posterior humanitati adiudicetur, *Et delectabar per singulos dies, &c.* hoc diuinitatis est, quia Verbum Patris, ex quo mundus conditus fuit delectari, & ludere cōpīt. Quonam inquires modo? Subiicio. Cum attifex ea, quæ deinde serio acturus est, & magnis impensis in rudiori aliquā materia periclitatur, tunc quidem ludere, aut p̄-ludere dicitur verbi gratia, domum lusisse dicitur

Opifex, cum eam in charta delineat: & exercitia militum, quibus antequam cum hoste congregiantur, se comparant, acies efformando, irruptiones faciendo, &c. præludia militaria nuncupantur: & tornamenta, quibus equites exercitationis gratia in se se incurront, ut ad hostem excipiendum se componant, hastiludia nominantur. Ergo sapientia, & Verbum Dei ab exordio orbis conditi incarnationem suam, vitam, & mortem, quam tam serio apud nos acturus fuerat, ludere cœpit, imagines plures, ymbras, & figuræ, tanquam prælusiones quasdam iam inde præmittens. Et sane in his prælusionibus tam serius ( si licet dicere ) Filius Dei fuit, vt ipsa iam tunc peragere videretur. Propterea Ioannes dixit, *Agnus ab origine mundi occisum*: videlicet in figuris, & ænigmatibus. Hæ ludicra quædam præmeditationes, aut prælusiones erant, quibus se sapientia ad incarnationem serio perficiendam comparabat. Addit Salomon, *Ludens in orbe terrarum*. Iteratio hæc voluptatem adsignificat, quam ex his præludis captabat, nec non multitudinem eorum, quæ in dies præmittebat. Et quidem velut impatiens morarum filius, & sapientia Dei hæc præstebat. Nam ludi ad eludenda, & fallenda tempora inuenti sunt. Nescio enim quatione longa interualla temporum ludentibus sine sensu abeunt. Ergo Filius Dei, cum carne nostram suscipere impensus optaret, voluit longas seculorum moras ( si licet dicere ) ab exordio mundi ludendo fallere. Denique absolutum.

**E**t delitiae meæ esse cum filiis hominum. Tunc sane sapientia Dei nobiscum fuit, cum inter nos nata, & conuersata est, secundum illud, *Et vocabitur nomen eius Emanuel*, id est, *nobiscum Deus*. Et quidem ad eundem modum versari inter homines sua-

**Hug. Car.** uissimas delitias duxit. Hugo Cardinalis de his delitiis sic scribit, *Potius sunt ei delitiae in filiis hominum, quam in Angelis, vel in aliis creaturis à se conditis: quia de his, quæ aucupio, seu venatione capiuntur, sunt delitiae: non autem de domesticis. Angelis autem ad domesticas res pertinent, homines vero venatione predicationis, & aucupio cruci cœpit*. Sed cur inquires cruci aucupium accommodauit? Non aliam sane ob causam, nisi quia Christum in cruce pendentem cum auicula emortua componit, quæ vulgo dicitur, *Anagaza*. Solent enim venatores emortuas aliquas auiculas in sudibus præfixas inter retia, aut viscatas virgas collocare, vt ad illas eminus conspectas eius generis alia conuolent. Sunt etiam, qui ad Christi delitias referant illa verba Isaïæ septimo, *Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*. Postquam enim dixit, & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, statim adnexuit. *Butyrum, & mel comedet*. Quasi dicat, inter homines conuersari, ac degere, atque illos lucrari, mellis atque butyri loco ponet, quibus nihil est in delitiis suauius, ac dulcior: præsertim cum vtraque diluta inuicem perquiscentur. Posteriora illa verba, *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*, de experimentali scientia capienda sunt. Quasi dicat, hominem esse, & bonorum nostrorum, atque malorum fieri experimento ipso conscient, & confortem in maximis delitiis numerauit. Et quidem si vtramque creaturam, corpoream, & spiritualem contemplemur, hanc quidem Deo pro melle esse dicemus, tota enim dulcis, & suavis est: illam vero pro butyro, quod licet dulce sit, mellis tamen saporem non attingit. Ergo quemadmodum mel, & butyrum, si vtraque seorsim accipientur, dulcia quidem sunt. Si tamen vtraque per mixtionem coeant in ynum, dulcio-

**A**ra, & gratiora gustui accidere solent. Ad eundem modum licet spiritualis, & Angelica creatura Deo quidem mellis instar prædulcis sit: & corporea etiam, veluti lac, authori suo non sit insuavis: tamen homo, in quo vtraque natura spiritualis, & corporea in ynam mixtionem coierunt, nescio quæ ratione illi dulcior, atque iucundior euenit. Propterea in illo suas delitias esse fatetur, *Et delitiae meæ esse cum filiis hominum*.

*De Virgine Deipara.*

**B**Quomodo verba ista peritè Virgini accommodari debeant, non semel dixi. Sic videlicet, vt quæcumque sapientia ab æterno, vel à mundi exordio tribuuntur, hæc etiam ad Virginem in diuina præuisione ( quoad fieri possit ) accessantur. Itaque ait, *Et delectabar per singulos dies*, id est, delectationem illi afferebam. Sic sententiam istam extulerunt Septuaginta, *Ego eram, cui adgaudebat, id est, in omnibus, quæ agebat, aut creabat, ego ipsi arridebam*. Cum enim lucem, terram, cœlum, & alia, quæ condidit, bona esse decernebat, ac sibi placere significabat, ego in omnibus placebam. Ratio est in promptu, quia tota bonitas creaturarum est utilitatis bonitas, atque eatenus bona dicuntur, quatenus fini inseruiunt, ad quem Deus illas produxit. Et licet Deus sit finis ultimus, ad cuius gloriam, tanquam scopum omnia referuntur: tamen medius finis, seu non ultimus omnium aliarum creaturarum est homo. Nam propter illum cuncta efformavit Deus: illum vero sibi destinauit. Quapropter cum Deus lucem, terram, cœlum, & omnia alia creata, bona esse prædicabat

**D**Gen. i. nihil aliud sibi volebat, quæ eadem homini, propter quem condiderat, accommodata, & utilia esse. Cumque iam tunc omnes homines intueretur Deus, ante omnes, ac præ omnibus Maria illi in mentem venit: cui potissimum omnes alias creaturas inseruire viles, accommodataisque esse volebat. Atque adeo merito usurpare potest illud, *Ego eram, cui adgaudebat ipse*, id est cum mundum, & ea, quæ in eo continentur, Deus efformabat, & velut illis adgaudens, arridensque bona esse statuebat: tunc sane ego illi adgaudebam, arridebamque. Nam propterea omnes sibi, significabat, quia mihi

**E**viles, & commodas futuras esse nouerat. Cum enim me omnibus aliis hominibus præponeret, ad meam potissimum utilitatem, & commoda spectabat. Deinde quia, vt supra diximus, omnibus omnium aliarum creaturarum perfectionibus Deus Mariam cumulauit, atque adeò omnibus creaturis quodammodo constabat Virgo ( vt ex Andrea Hierosolymitano paulo ante scripsimus. ) Cum ergo creaturas omnes Deus in seipsis, atque in Maria, contemplaretur, multò magis illi in Maria, quam in seipsis placebant. Quia nimirum, quæ in seipsis nihil aliud erant, quam ipse met in Maria, Maria erant. Ergo cum omnia alia crearet Deus, recte Maria adgaudere, & arridere dicitur: nam licet illa in seipsis bona esse decerneret, in Maria longe meliora esse statuebat. Denique Petrus Damiani in sermone de Annunciatione elegantí oratione describit, qua ratione Deus sp̄reis aliis creaturis, ne dicam pret̄sū illarum, in yna Maria delitiae suas, atque voluptates posuerit, ad illa verba Cantic. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit delitie affluens, innixa super dilectum suum. Nunquid ait in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prænitatem? Nunquid in constellatione, seu scintillatione stellarum, quarum alia conuertuntur in sanguinem, alia cadunt de cælo, alia tenebris obser-*

*Isaiæ 7.  
num. 15.*

**F**Denique Petrus Damiani in sermone de Annunciatione elegantí oratione describit, qua ratione Deus sp̄reis aliis creaturis, ne dicam pret̄sū illarum, in yna Maria delitiae suas, atque voluptates posuerit, ad illa verba Cantic. 8. *Quæ est ista, quæ ascendit delitie affluens, innixa super dilectum suum. Nunquid ait in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prænitatem? Nunquid in constellatione, seu scintillatione stellarum, quarum alia conuertuntur in sanguinem, alia cadunt de cælo, alia tenebris obser-*

414

415

416

417

*Petr. Dam.*

rantur? Nunquid in aere, vel in igne, vel in ventis? Nequaquam, quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in spiritu Dominus, si verax est ille, qui curru igneo, & equis igneis est assumptus in celum. Nunquid in aquis, ubi furens, & tortuosus Leviathan memoratur, aut in terra, que sub maledicto Adae spinas emitit, & tribulos? Non est loca voluptatis, nisi uterum Virginis. Itaque soli Virginis adgaudet, sola Virgo in delitiis illi est, nimirum quia sola omnibus caret vitiis, quorum aliæ creature insimulantur. In illa nullam vnam Deus reperit prauitatem: ipsa est stella omnibus syderibus candidior, & splendidior, cuius fulgorem nullæ vnam tenebra hebetare potuerunt: in ipsa, & cum ipsa Dominus. Sic enim Angelus ad Luc. i. n. 8. illam, Dominus tecum. Nunquam serpenti locum fecit, ipsum potius obtrito capite superauit: nulli obnoxia fuit maledicto, sed potius inter mulieres benedicta. Cum igitur non solum omnes creaturarum perfectiones in Virgine concluserit Deus, sed etiam omnia illorum vitia longissime ab hac Domina nostra abesse voluerit, merito dicit, Ego eram, cui adgaudebat ipse.

418 Ludens coram eo omni tempore, eodem sensu accipienda sunt ista verba, id est, ludere illum faciens, vel ludendi illi materia exhibens. Neque id abest à lectione originali, vt initio animaduerti. Et adeū modū, quo de Christo Domino exposuimus, Virginis accommodanda sunt. Cum enim Deus Mariā definito tempore condere decreuisset, ab exordio mundi multa præluisit, multas scilicet figurās, similitudines, vmbrasque præmisit, quæ nihil aliud erant, nisi præludia quædam, quæ Deus ludendo perficiebat, vt ad præclarum illud opus serio aggrediendum sese compararet. Frustra hīc multa de figuris, atque simulachris, quæ ab ipsa mundi cōditione Virginem adumbrarunt. Frustra hīc efformationem Euæ, arcam diluuij, & testamenti templū, & alia eiusmodi innumera commemorem: quibus sanè Deus Opt. Max. ludebat, fallebatque tempus. Nam cum Mariam tandem condere impensis optarem, idque differri æterni consilij dispositio postularet, voluit tam longas moras quasi ludendo fallere.

419 Ludens in orbis terrarum. Possunt haec verba iuxta sententiam superiorum ad præquisitionem Dei referri, aut de Virgine iam in mundo agente interpretari. Ergo si de illa iam producta intelligamus, sensus erit, Ludens in orbis terrarum, id est, ludere faciens. Supra obseruavi hoc verbum ludo, in scripturis aliquando significare res sine labore, & cum voluptate agere. Sanè quæcumque Christus egit, dum vivit quæcumque passus est, nescio qua ratione dum homines alios, pro quibus sese impenderat, inspiciebat, difficultia, & ardua ipsi videbantur. Quia nimis tantum beneficium aspernati, nec gratiarū sati relatueros, nec fructibus illius bene usuros cognoverat. Ceterum quoties ad Virginem spectabat, atque illius gratum animum intuebatur, nec non se dulitatem, qua meritis ipsius vtebatur, vt eorum fructum abundantissime perciperet: id sane in causa erat, vt Christus omnia, quæ vel egit, vel passus est in mundo, ludens quodammodo ageret, id est, sine difficultate, & cum voluptate susciperet.

420 Et delitiae meæ esse cum filijs hominum, id est, illis adesse opera mea & auxilio maximarum delitiarum loco pono. Sanè Virginis Mariæ nihil post Dei visionem, & ea, quæ ad Deum spectant, iucundius, & gratius est, quæ hominibus adesse, illisque opem suam, & auxilia impendere: nam vt supra diximus, magnam gloriæ suæ partem eo ponit. Et quidem in beatitudine, quam cum coena, & opiparo con-

A uiuio non semel Christus ipse composit, contemplari possumus substantiam illius, quæ in præcipuis ferculis sita est: & accidentia, hæc sunt bellaria, & quædam delinimenta, quæ quidem nō parum symposium exornant, & laetus reddunt: hæc autem propriæ delitiae nuncupantur. Ergo Virgo sanctissima in celo agēs in lautissimo illo, ac splendidissimo beatitudinis conuiuio ferculū diuinæ visionis, & si placet, etiam dilectionis, in quo substantia beatitudinis consistit, prius accipit: non tamen propterea delitiae alias contemnit, quæ licet accidentalem gloriam afferant, tamen conuiuū illud copiosius, atque opulentius reddunt. Sed quænam ista delitiae? Et delitiae meæ (inquit) esse cum filijs hominum, id est, illis adesse ope, atque opera mea, mihi præ omnibus delitiae est. Quanti vero Virgo sanctissima eiusmodi delitiae faciat, ex eo colligere licet, quod illam jam iam celum intrantem admirati Angelorum cuncti ordines exclamarunt, Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiae affluens. Cumque possent in præcipuum conuiuū ferculū, in visionem scilicet Dei, ac dilectionem illius, ex quo Virgo sanctissima copiosius sumpsit, quam omnes in vnum coactæ creature, oculos iacere, nescio qua ratione illius quodammodo oblii, delitiae commandant, quibus Virgo vndeque circumfluebat, id est, eximam voluptatem, quam iam tunc ab initio suæ beatitudinis capiebat, bona, & auxilia hominibus impetrans a Deo, & illorum commodis prospiciens. Rursus expende ingenitem erga nos Mariæ benevolentiam, quæ nec dum prima cœli liminat rimerat, cum iam hominum felicitates illorum agebat apud Deum: ita vt Angelis iam tunc delitiae affluere videretur. Et quidem tunc maximè, cum Virgo in celum assumpta est, cuncta Ecclesia illius opem experta est, vt tradit Anonym. apud Metaphrastem de vita Deiparae, *Anonym.* qui rationem obtulit his verbis, Ut quæ iam corpore absens erat, animo se adesse hominibus comprobaret, proderetque verum esse illud; Et delitiae meæ esse cum filijs hominum. Atque Angelis ansam praberet iam tunc exclamandi, quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiae affluens?

421 XXXII. Nunc ergo filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas.

422 XXXIII. Audite disciplinam, & estote sapientes & nolite abiicere eam.

423 **N**unc ergo filij, &c. Hebraicè, omnino consonant extrema verba, & nolite abiicere eam. Hebraicè, Ne feriamini, id est, ne supplicium experiamini. Pagninus, Ne postponatis eam. Chaldaeus, Ne conculceris eam. In textu Septuaginta correctiori reliqua desiderantur. Sed tamen in Complutensi, & Regia editione exhibentur, ad hūc modum, Et beati vias meas custodientes, audite sapientiam, & sapientes estote, & ne obturamini. Omnibus his lectionibus locum facit vox originalis: quæ quidem anticipata significatione prædicta est. Significat enim irritare, abiicere, vel perfundare, penitire, vindicare, soluere, atque alia non pauca.

Sententia quidem perspicua est. Postquam enim sapientia suas laudes prosequuta est, iam nunc auditores comparat ad præcepta sua audiens arripienda, Nunc ergo filij audite me, id est, attentiores mihi aures commode, vel obaudite præceptis meis, Beati enim, qui custodiunt vias meas, id est, documenta, & monita, quæ ego trado, Audite disciplinam,

Pagnin.

424

Regin.

425

Aristot.

*& estote sapientes, Hebraicè, correptionem, id est, etiā quando seuerius vos corrīpio, & obiurgo, aude dicentem auscultare, debetis: ita enim opus est, ut sapientes euadatis, iusti videlicet, atque probi, & nō iste abycere eam, id est, correptionem meam ne cōtemnите. Hæ sunt illationes, quas colligit ex his, quæ hæc tenus sapientia de suis laudibus prædicavit. Si quid autem est variaz lectionis in extremis istis verbis, etiam appertissimum est. Quidam ergo ex Hebræo legunt, ne feriamini, id est, ne pœnas detis. Chaldaeus, ne conculcetu. Pagnin. ne postponas.*

*Hæ duæ lectiones ad sensum vulgatæ pertinent. Septuaginta, ne obturemīni, ad aures hoc referendū videatur: ne scilicet aures occludatis. Vel vniuersalis sententia est, ne aditus omnes, per quos ad animum vestrum sapientia penetrare potest, obturatis, & perstrutatis: quod non sine emphasi dictum est. Quasi dicat, ne obstrutatis aditus omnes: nam si vel unus tantum paruerit, per illum sapientia, & honestas ad animum peruadet, ac sese ad usque abundantissima cordis penetralia insinuabit. Sanè natura corpora viuentū poris constare iussit, hoc est, exiguis per omnem partem meatibus, qui multiplicem habent usum. Nam primo per exiguos illos meatus corpora exsudant, & exspirant, siquid noxiū humoris contraxerunt intus. Secundò pori deseruūt corpori ad nutritionem, ut alimentū singulis putibus applicetur: unde vegetari, & innutri possunt. Tertiò, ut spiritus à capite per omne corpus regantur, quibus interruptis accident apoplexici morbi. Quartò, ut si quid salubre exterius accedit, ut pot: medicamenta, & alia eiusmodi ad internas partes peruadere possint. Quintò, denique auctore Galeno, idē natura corpora nostra tot meatibus peruia effinxit, ut sanguis ventilaretur, atque moueretur in venis, ne si stagnaret, atque immotus hæceret, citius corrumperetur. Ait ergo sapientia, ne obturemīni, Grecè οὐ περιγένεται quo verbo usus est Galenus de Partibus, ad significandam portorum, atque meatuum obstructionem. Itaque perinde est, ac si dicat, audite sapientiam, ne similes sitis corpori obstructis meatibus obturato. Nā plurimis emolumentis vos carere necessum erit. Primò non erit copia exspirandi, & exsudandi vitia, & prauos affectus, qui velut praui humores necem animi moluntur. Secundò spirituale alimenum haud poterit per singulas partes, id est, potentias distribui: per intellectum, memoriam, voluntatem, & cæteras animi facultates. Tertiò interruptis, vel obstructis spiritibus vitalibus, id est, sanctis inspirationibus, sine quibus spiritualis vita duci non potest, accident apoplexis mystica, animo intermoriente per culpam sine villa lpe futuræ resipiscientia: sicut euenit apoplecticis. Quartò conciones, monitas salubria, correptiones, & si quod est aliud medicamenta spirituale ex his, quæ exterius exhibentur, ad intimum animum vim suam nequaquam inducent. Denique sanguis, qui cum in iecore, & corde elaberetur, honestos affectus, & qui bonique desideria significat, non ventilatur, non cietur, atque invenitur: unde fit, ut stagnans quodammodo sit, & immotus citius corrumpatur. Hinc malignæ febres, hinc immedicabiles morbi, quos corruptis, aut deficientibus voluntatis promptæ studiis, atque bonis animi propositis euenire necesse est. Quid plura: Ne obturemīni: docet etiam Aristot. ex eo in quibusdam corporibus maximam quandam duritatem spectari, quia aut nullos, aut per exiguos habet poros, seu meatus, ut videre est in adamante, færo, & alio, quæ nullis istib[us] cedunt. Itaque cum ait, Ne obturemīni, perinde est: ac si dicat, ne obstructis meatibus sic obturemīni, ut mearum correptionū,*

A & obiurgationum ictus minimè cedentes eludatis. Hæ omnia accommodate dicūtur aduersus quosdam, qui sese per omnem partem obstruunt, & conscientia, animique sui rationem nulli spiritali Patri referare volunt. Hi enim prorsus obturant se, atque illis corporibus similes sunt, quæ poris, ac meatibus carent: in quos omnia, quæ hæc tenus diximus, appositissimè cadunt.

*De Virgine Deipara.*

Locum istum (quod sciām) nullus Virginī habetens dedit, præter Ecclesiam, quæ simul cum aliis recitat, decantatque in Mariæ solemnibus.

B Possumus tamen de obsequio, & studio erga illam accipere: & imprimis de imitatione morum, quorum illa exemplar nobis extitit. Ait enim Beati, qui custodiunt vias meas, i. qui mores meos lectari, & vestigia mea premere desiderat. Tepidū sane, ne dicā frigidum omnino est quorundam deuotolorum studium, qui se Virginī obsequio addictos iactant, ex eō, quod quasdam preculas illi quotidie exsolliunt. Illius autem virtutes imitari, & mores moribus exprimere negligunt. Amor enim cum ardenter est, ad similitudinem admittitur: auxta illud vul-

C gatum axioma, quod ex Aristot.lib. 3. Ethicoru p[er]titum est: *Amor, aut similes inuenit, aut facit. Beati ergo, qui Virginem ardenter adamant, & ad similitudinem illius adspirant. Neq[ue] verò difficile admodum est eam similitudinem assequi, quod ad amore necessaria est. Nam Virgo ipsa sanctissima quoque sui studiosos experta est, ocyus ad similitudinem suam, & morum imitationem transfert. Audi bona uent. in ser. 1. de Virgine, qui habetur to. 1. operū illius: Quia igitur tota ardens fuit, omnes se amantes, eamque iungentes incendit, & sibi assimilat. Unde dicē potest similis cuidam lapidi pretiosō, qui manus se tangensis adurit. Et paucis intercalatis attexit: Nam ferrum igne non tactum, est frigidum, est durum, est rubiginosum. Est frigidum, sed dum ferro aduenit ignis, ipsum virque calefacit, ipsum in molitum verit, & si illius actio est fortis, ipsum totaliter liquefacit: eius rubiginem ex toto consumit, & in suam pulchritudinem ipsum verit, sicut ipse sensus ostendit. Tu ergo, qui habebis cor non carneum sed ferreum, nimis utique durū, si hoc igne Marie tangeris, & affectu calefcis, & compassione mollescis, & omnis peccati rubigine spoliaris, & similes illi igneus efficeris, & totus amore liquefiesis. H[ec] ille. Subdit Salomon.*

D Aristot. *Audite disciplinam, & estote sapientes. Id etiam ad exempla virtutum, quibus Virgo sanctissima omnes homines ad pietatem informauit, referendum est. Quasi dicat: Doctrinam, quam ego virtutum omnium exemplo vobis trado, hanc excipite, si sapere vultis: nullum enim fidelius, & certius exemplar post Christum hominibus propositum est ad omnem disciplinam, quam Virgo sanctissima, de qua scriptum est Cantic. 4. Collum tuum sicut turris David, que adificata est cum propugnaciliis, num. 4. ubi multi ex originibus transferunt, que adificata est ad disciplinas: adduntque turrim istam David, tam affabre per omnem strutturam exadificantam fuisse, ut peritissimi artifices eō confluenter ad discendum, ut nimirum inde transcriberet, quod alibi artificiose elaboratum esse volebant. Non aliud de Virgine iudicium ferendum est. Nam cum prima Eua, quam Deus adificauit in mulierem, ruinari exemplar fuerit, secunda Eua exadificata fuit ad disciplinas à Dco, ut nihil elaborate, & affabre bonis moribus extrahere ausi facient nobilissimi artifices i. sanctorū proceres, nisi prius in Mariam inspexerint, atque inde transcriplerint. Reète ergo Maria: Accipite disciplinam, & estote sapientes, id est, si sapere, si periti artifices euadere vultis, me, quā ad disciplinas*

E Deus

F Cant. 4. num. 4. *vbi multi ex originibus transferunt, que adificata est ad disciplinas: adduntque turrim istam David, tam affabre per omnem strutturam exadificantam fuisse, ut peritissimi artifices eō confluenter ad discendum, ut nimirum inde transcriberet, quod alibi artificiose elaboratum esse volebant. Non aliud de Virgine iudicium ferendum est. Nam cum prima Eua, quam Deus adificauit in mulierem, ruinari exemplar fuerit, secunda Eua exadificata fuit ad disciplinas à Dco, ut nihil elaborate, & affabre bonis moribus extrahere ausi facient nobilissimi artifices i. sanctorū proceres, nisi prius in Mariam inspexerint, atque inde transcriplerint. Reète ergo Maria: Accipite disciplinam, & estote sapientes, id est, si sapere, si periti artifices euadere vultis, me, quā ad disciplinas*

Bernard. Deus exaudiuit, imitari debetis. Præclare enim A Bernardus in sermone super Missus est: Mariam cogita, non recedat à corde, & ut impetreris orationis suffragium, ne deseras conuersationis exemplum.

430 Et nolite abYCere eam. Dux alia lectiones Virgini adscriptæ non iniucundam sententiam reddūt. Prior est, Ne feriamini. Quasi dicat, Virginem adamate ardenter, & imitamini studiosius, sic enim gladius Dei nunquam vos attinget. Apposite ad hanc sententiam scripsit auctor ille, quisquis est, qui habetur in homilia. Alcuin, in sermone de Natiuitate: Ecce (inquit) coram tremendo iudice afflitis peccatores, cuius manus terribilis gladium iræ sua vibrat super nos, & quis auerteret eum? Nemo sane Domina tam idoneus est, ut gladio Dominii manum pro nobis obiciat, ut tu Dei amantissima, per quam primum in terris suscepimus iustitiam, & misericordiam, &c. Obserua nunc quantum Deus detulerit Mariae brachio, cum illud pro nobis gladio diuinæ vltionis opponit. Illud enim iustitia Dei quodammodo magis veritas est, quam Patris brachium. Nam ut docet Pseudo Augustinus in ser. 6. Appendix. Cum iustitia gladium suum vibrabat contra homines, Patr. brachium, id est, filium carne induitum obiecit. Non tamen propere iustitia C Dei gladium ad ferendum extutum contraxit, aut ictum elusit: sed in ipsum Patris brachiū vulnus validè infixit. De Mariæ autem brachio, cum illud pro nobis obtendit, sic præmissus auctor: Te enim brachium, & manum extendente pro nobis, diuina vltionis gladius elevatur, & contrahitur. Posterior lectio Septua. sic habet: Et ne obturemini, id est, Virginem colite, & studete illi: aliter enim omnino obturabimini, omnibus scilicet aditibus obstruti, per quos Dei dona gratiæ, ac beneficia ad vos penetrare possint. Nam cum omnia bona per Marianam donare Deus decreuerit, quisquis illam sibi non deuinxit, omnibus bonis aditum preclusit: Ne in quem obturemini, id est, ne si Virginis Mariæ studiosi non sitis, corpori similes sitis, cuius omnes porti, & meatus obstruti sunt. Nam nec vitiosos humores exsudare, nec alimenta spiritualia per omnes partes distribuere poteritis, & reliqua, quæ supra diximus, de corpore clausis meatibus obtutato, quæ proculdubio accidunt his, qui Mariæ benevolentiam non ineunt, & eam per obsequia, & officia sibi non obstringunt. Pergo ad alia.

XXXIV. Beatus homo, qui audiit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostiæ meæ.

431 B Eatus vir, &c. Hebraicè: Beatitudines hominis bandientis me, qui vigilauerit iuxta fores meas singulis diebus, & custodierit postes ostiorum. Septuag. Vigilans ad fores meas quotidie, seruans limina meorum introitum.

Addit sapientia bene admodum, ac fœliciter agi cum illo, qui illius p̄cepta, & documenta attentius excipit: & qui summo mane ad ipsam quærendam euigilat, hoc est, qui diligentissimè illam vestigat: vel qui annos iuuentus captat, & in his sapientiæ, atque honestati vestigandæ se totum dedit. Nam adolescētia est matutinum vītæ tempus. Quod autem adnētit: & obseruat ad postes ostiæ mei, Beda, & Caietanus, postes ostiorum sapientiæ docent esse Doctores: per hos enim, quasi per limina ad sapientiam penetrant, quotquot penetrant. Concinit Hugo, qui eiusmodi Doctores haud dissimiles esse dicit Mardonio, de quo scribitur Esther secundo: Mardonius manebat ad iannam Tom. I.

Regis. Hi sunt, quibus claves sapientiæ commissæ sunt, & ianitores illius existunt, quorum est imperitos, & simplices ad penetralia illius introducere. Nec piget h̄c addere id, quod apud locup' etem autorem memini me legisse, scilicet Doctores, qui ianitores sunt sapientiæ, Ianum imitari oportere, quem à ianuis nomen accepisse, & portis claudendis, recludendis que presidere rebantur veteres. Unde Portumnus etiam appellatus est. Hunc enim bifrontem depingebant; Doctores autem bifrontes esse oportet: ita ut altera fronte, quæ à tergo sunt, respiciant, id est, præteritam suam ignorationem: altera vero intueantur partam scientiam, & doctrinam: ut ea ratione nouerint se sapientibus, & insipientibus debitores esse: sapientibus quidem, quia iam sapiunt: insipientibus vero, quia aliquando etiam despicerunt. Itaque Doctores, & Magistri sapientiæ postes sunt, & limina: imò ianitores, vel potius Iani, quorum est claves sapientiæ tenebre, & insipientes ad penetralia doctrinæ salutis inducere.

Ceterum, quod spectat ad sensum literalem, vt optime adnotat Iansenius, opus non est vestigare, quid fore, quid postes, quid ostia. Totus enim sermo tropicus est, & accuratam quandam diligentiam significat, qua sapientiæ parandæ incumbendum est. Similitudo autem ducta aliquibus videatur ab his, qui foribus Principum assident, & Regias frequentant, honores ambientes, & munera. Neque enim minorem curam sapientiæ conquirendari impendendam esse docet Salomon, quam illi in ambientibz honoribus ponunt: Iansenius metaphoram petitam voluit ab ilis, qui alterius ad domum diluculo veniunt, consilijs rogandi gratia: & tandem foribus hærent quoad responsum accepterint. Fortasse etiam similitudo de sumpta fuit ab his, qui amicarum foribus aduigilant, & liminibus affixi noctes insomnes ducent. Liberum erit tibi ex his eligere: mihi extrema accommodatio accommodata magis videtur.

### De Virgine Deipara.

Beatus homo, qui audiit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Quomodo mane, id est, ab adolescentia Virginis inseruire oporteat, supra diximus ver. 17. ad i la verba: Et quia manevigilant ad me inuenient me. Nunc quidem obseruanda est illa vox quotidie, id est, singulis diebus. Profecto ratio ipsa postulat, vt nullus omnino abeat dies, in quo speciali aliquo officio, & obsequio Virginem non colamus: in quo preces aliquas ad ipsam non fundamus. Quanta vero sit vis quotidianæ orationis quantumlibet breuioris ad Virginem habitæ, quotidianis exemplis compertum est. Tradunt Astrologi septem planetas, qui septem Hebdomadæ diebus nomen imposuerunt, ita singulis praesidere, vt in die Lunæ Luna præses sit in celo: in die Martis Mars regnet, & influxus cœlestes moderetur: & sic de alijs. Unde si quis accuratius id obseruet, facile inueniet, se esse etius quosdam singulis experiri diebus illi planetæ respondentes, qui tunc è celo imperat: ito ad hauriendos alicuius planetæ influxus, quos aliqui sibi imprimis exoptat. Docet etiā Georgius Venetus in Harmonia mundi Cantico 3. tom. 2. optimum esse crebrius versus eam cœli partem aspicere, in qua planeta versatur: sed tunc maximè, cum primò mane oritur. Nam exploratum est eam planetam in celo præesse, qui eo die cum sole proximè nascitur. Quorsum hæc? Quia ut supra diximus ex Diuo Epiphano, in sermone de Laudibus Virginis (cuius verba supra dedimus Epiphano.

ad illud: *Quando preparabat cœlos, aderam, &c.*) A Virgo Maria septem in semetipsa planetas; eorumque vires, & influxus eminētissimè claudit. Quod si ita est, fateri debemus eam singulis hebdomadæ diebus in cœlo præesse, atque influxus illius moderari. Et sanè nullus inficiabitur, si cordatus sit, se quotidie effectum aliquem è cœlo experiri, quod Virginis Deiparae acceptum referre merito debeat. Ergo qui huius Virginis quotidianos influxus, quibus nihil est salubrius, haurire vult, quotidie ad illam spectare, atque illam ardenter deprecari debet: *Beatus igitur, qui audit illam,* vel ut est in Hebræo, *beatitudines illas, & qui vigilant ad fores eius quotidie;* id est, ille omnes pariter beatitudines percipit: omnes videlicet gratias, & virtutes (hæ enim beatum reddunt hominem) qui quotidie Virginem implorat, atque omnes eius influxus in dies captat. Et sanè haud iniucundum Virginis officium ille persolueret, qui ita preces suas ad Virginem funderet, vt considerans Virginem omnium planetatum vires, & potestatem in se cohibere, per singulos hebdomadæ dies eam ab illa virtutem postularet, quæ illius diei planetæ respondet. Docent Astrologi Lunam frigore suo ad castitatem disponere. Ergo in die Lunæ à Virgine, velut à Luna quadam Archetypa, & supramundana, castitatem, & pudicitiam deprecari æquum erit. Mars fortitudinem instillat. Decebit igitur in die Martis à Virgine, ceu à quodam mystico Martisydere fortitudinem expetere. Mercurius eloquentiam, & moderandæ linguæ gratiam impendit. Neque incongruum erit in die Mercurij eam regendæ linguæ gratiæ à Virgine tanquam à quadam spirituali Mercurij stella postulare. Iupiter magnanimitatem, & sublimes quosdam impetus ad gloriam spirat. Licebit ergo die Iouisanimi magnitudinem, & sublimitatem, atque præclaros quosdam despiciens caducis, ac terrenis rebus, impetus ad cœlestia à Virgine, velut à quodam Iouis arcano sydere exorare. Lucifer, aut stella Veneris amorem effundit. Quapropter in die Veneris ardenter erga Deum, proximumque charitas à Virgine, velut à supra cœlesti Luciferi expetenda est. Saturnus prudentiam teiris afflat. Licitur in Saturni die prudentiam à Virgine, ceu à quodam candidissimo Saturni sydere deprecari addebet. Denique à Sole sapientia desuit, atque clarior rerum omnium cognitione. A Virgine autem in die Solis, id est, Domina, sapientiam veram, & divinorum cognitionem expetere oportebit. Et quidem hac ratione omnes Mariæ influxus percipiemus, & per singulos dies eam è cœlo quotidie præsidentem invocabimus. Vel aliter licet it tibi in septem Planetis septem Spiritus Sancti dona contemplari (ex Epiphanio vbi supra) & singulis hebdomadæ diebus unum aliquod à Virgine postulare. Addit Salomon.

437

Epiphani.

438

*Et obseruat ad postes osty mei.* Per postes intelligo Doctores Sanctos vbi supra, qui sicut nos ad Virginem manuducunt: atque adeo per eos, quasi per limina ad illam adire possumus. Nam dum tanta, tamque sublimia de Virgine prædicant, quanto amore à nobis prosequenda, quanto studio colenda sit, declarant. Sed tamen si lectionem Septuaginta auscultemus, alium ad sensum vocare possumus ista verba: *Et obseruat liminam eorum ingressum, aut introitum.* Triplicem quidem Virginis ingressum excogitare possumus: scilicet ingressum in Annæ vteræ in die Conceptionis: ingressum in mundum in die Nativitatis: & ingressum in cœlum in die Assumptionis. Horum ingressuum limina nihil aliud, aut decorare, aut nobilitare potuit, nisi

A gratia affluens, qua Deus Virginem præuenit. Dicit ergo Deipara beatum planè esse, qui suorum ingressuum terminos, & limina obseruat, id est, qui ita illam gratijs omnibus cumulatam in cœlum penetrasse credit, vt eadem gratia affluentem in mundum introiisse, & non sine abundantia gratia in Annæ vterum ingressam fuisse sentit: atque dum ingressus istos obseruat, & colit, ea ratione Virginis gratiam ubique fassus, eiusdem Virginis gratiam init, & benevolentiam sibi conciliat.

XXXV. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.*

**Q**ui me inuenerit, inueniet vitam. Hebr. Inueniens me inueniet vitam: Septuaginta. Egressiones meæ egressiones vita. Aquila, & Symmachus, & Theodotion consonant cum nostra. Chaldaeus etiam non dissentit.

439

*Ethauriet salutem à Domino.* Hebraicè: *Et educet voluntatem à Domino.* Pagninus: *Et educet quod voluerit à Domino.* Chaldaeus: *Et habebit beneplacitum à facie Dei.* Septuaginta: *Et præparatur voluntas à Domino.* Quam lectionem sèpius usurpauit D. August. aduersus Pelagij dogmata. Prius ergo de nostra translatione, deinde vero de lectione Se- August. ptuaginta.

Diligentiam vestigandæ sapientiæ præmio copiosissimo compensari docet Salomon: *Qui me (inquit) inuenerit, inueniet vitam, utramque scilicet spiritualem, & corpoream: adde etiam æternam.* Nam originalis habet, inueniet vitam. Hebraica vox διάν Haym semper de plurali est ertur, aut si maius de duali, nunquam de singulari. Rationem obtulit Rabi David in libro radicum, quia homo non una tantum vita prædictus est, sed tribus. Agit enim vitam rationalem, animalem, & vegetatiuam: hæ autem semper connexæ sunt. Possumus nos melius fortasse ad spiritualem intellectum id accersere, si dicamus hominem non unius tantum vitæ esse capacem, sed trium, scilicet vitæ naturalis, gratuitæ, & æternæ. Ex his vero naturalis vita, si aliae non adfint, & suppetant, vitæ nomen haud meretur, & potiori iure mors appellari debet. Propterea vita de plurali semper effertur, vt constet naturalem vitam nunquam solitariam esse posse: ita ut nomen vitæ in illam merito cadat. Ait ergo Sapientia: *Qui inuenerit me, inueniet vitam, id est, non unam tantum, sed omnes obtinebit, quas homo capere potest.* Subdit:

440

*Et hauriet salutem à Domino.* Si sonum verborum sequamur, sensus est, copiosissimam à Deo salutem percipiet. Verbum enim haurio abundantiam ad significare videtur, ducta similitudine à fonte perennes aquas effundente. Sunt qui referant ad facilitatem hoc modo dupliciter. Prior est. Ea facilitate, & mensura gratiam, & salutem à Deo per me obtinebit, qua aqua ex vberimo fonte hauritur. Posterior est eiusmodi, vt similitudo ducatur ab eo, qui calicem haurit aqua plenum. Nam verbum haurio sèpius accipitur: pro hib. *Quasi dicat, non minus prompte, & faciliter salutem assequetur à Deo, & quæ ad salutem spectant, quam calix aliquis exhibetur.* Ad hanc sententiam pertinet id, quod scripsit Dinus Bonaventura ad illa verba Ecclesiastici: *Cibam illum pane vite, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum.* Non satis (ait) duxit Ecclesiasticus, si salutem, & vitam cibi in morem à iusto percipiendam esse diceret, nisi adderet eandem per modum potus hauriendum: nam cibus quantumlibet dulcis sit, non siq[ue]

441

Bonavent.

laborē mandendo, & dentibus terendo sumitur: potus vero leniter, & sine aliquo labore percolatur. Et sane vox Hebraica, quæ subest illi verbo hauriet est p̄d Iaphēk à radice יַפְק Phuk, quod significat edere, seu extrahere, cuius loco non semel. Pagninus in sua translatione vulgatum imitatus exhibuit verbum haurio.

Si vero ad lectionem originalem spectemus, quæ habet: *Et educet benevolentiam, seu voluntatem à Domino*, facile ad superiorem sensum alliciuntur hæc verba, etiam si exponamus cum Caietano: *Quidquid voluerit, à Deo facile obtinebit*. Hæc enim sententia sic metanda est, quidquid voluerit, scilicet ad salutem pertinens, aliter vera esse non potest. Si vero interpretemur, *educet voluntatem à Domino*, id est, plane cognoscet quid Deo gratum, placidumque sit, ut exposuit Rabi Hemmanuel, sententia non est eadem, sed proxima. Si denique exponamus, legamusque, *educet benevolentiam*, id est, fauorem Dei, seu prolicet, ut habet Tigurina, sententiae penitus concinunt. Itaque levissima sunt isthæc dissidia.

Cæterum si in consilium vocemus lectionem Septuaginta, aliter de sententia verborum decernendum erit. Hi enim priora verba sic extulerunt: *Egressiones mee & egressiones vita*: quæ sic cum superioribus innodandasunt. Dixerat quidem beatos esse, qui limina ingressuum eius obseruabant: addit rationem, quia nimis per hæc limina vita salusque egreditur. Attexit, *Et preparatur voluntas à Domino*. Diuus Augustinus in libro de Gratia, & libero arbitrio: *Et in epistola 107. & Concilium Arazicanum secundum Canone quarto, D. Prosper, & Fulgentius passim interpretantur locum istum de gratia præueniente, qua Deus voluntatem nostram instruit, præmunit, & itaque ad bonum libere prosequendum: atque adeo locum istum tum h̄ic, tum alibi usurpat pro gratia contra Pelagium*. Et sane Septuaginta originalem illum lectionem, *Et educet voluntatem à Domino*, longe aliter accepisse videtur, quam recentiores Hebrei, quibus perinde fuit educere voluntatem à Domino, atque bonam boni præstandi voluntatem ab eo obtinere. Hanc enim ipse operatur in

*Paul. ad nobis secundum illud Pauli ad Philipp. 2. Deus est Philipp. 2. enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona 2. num. 13. voluntate*. Itaque non disiunnam voluntatem, bene-

443. uolentiam, aut fauorem intellexerunt Septuaginta: sed humanam à Deo præuenienti, & cooperanti gratia munitam ad bonum perficiendum. Quapropter ad hunc eundem sensum vulgata nostra lectio accersenda est: *Et hauriet salutem à Domino*, scilicet in radice præuenientis gratiæ illam à Domino percipiet.

#### De Virgine Deipara.

444. *Qui me inuenierit, inueniet vitam. Vitæ, & gratiæ inuenitrix Maria fuit. Sic enim Angelus ad illum: Inuenisti gratiam apud Deum. Neque sibi tantū illum inueniet? Sed etiam alijs. Vnde Bernardus sic suadet in sermone de Nativitate: Queramus gratiam, & per Mariam queramus, quia quod querit, inuenit, & frustrari non potest. Et Dicitus Bonaventura in Psalterio Deiparae: Inuenient (inquit) peccatores gratiam apud Deum per te inuenientem gratiæ atque salutis. Sicut ergo sanctorum quosdam inuocare solemus, cum aliquid amissimus, quia illorum ope deperdita inuenire experimento didicimus. Sic etiam cum gratiam amissimus Virgo nobis votis omnibus deprecanda est, ut per ipsam inuenire liceat. Gratia quidem difficilis admodum*

*Bernard.* *Bonau.*

A inuenit est. Solent certè qui aliquid deperditum vestigant, loca repetere, ubi se amississe meminerunt: atque eo facilius redditur inuentio: quo magis loca isthæc in promptu sunt. Sed tamen gratiæ inquirendæ longè diuersa ratio est. Nam loca omnia, in quibus illam nos amisisse meminimus, vitare omnino, aut fugere deberaus: atque eo promptior inuentio est, cum isthæc loca obliuioni tradidimus. Rursus cum gratiam in nobis ipsis amiserimus, nequaquam illam iam in nobis inuenire licet: nam postquam perdidimus, nullum initium ipsius reperiendæ in nobis relinquitur. Imo quod verius est, contraximus debitum, ac meritum nunquam recuperandi illam. Hæc omnia difficilem inuentu gratiam reddunt. Cum igitur gratiam nec in eisdem locis, in quibus illam amisimus, neque in nobis-metipsis reperire liceat, ubinam tandem inuenienda est? Sanè apud Deum. Sed quis ad illum pertingere, & gratiam ab illo exquirere possit? nullus est præter Mariam, ad quam sic Angelus Gabriel: *Inuenisti gratiam apud Deum*.

Audi Idiotam in contemplationis suæ prologo: *Inuenta Virgine Maria inueniuntur omne bonum*. At, inquires, Virgo ipsa difficultis inuentu est: nec minus fortasse, quam ipsa gratia. Absit: nam Virgine nihil ad inueniendum promptius existit, de qua apud Sapientiam cap. 6. *Facile videtur ab his, qui diligunt illam, & inueniunt ab his, qui querunt illam: & occupat, quæ se concupiscent, ut illis se prior ostendat*. Itaque cum gratia difficilis inuentu sit, nihil facilius, quam Mariam inuenire, ipsa vero inuenta continuo gratia, & omnium bonorum cumulus inuenitur. Merito igitur ait Bernardus: *Gratiam queramus, & per Mariam queramus, quia quod querit, inuenit: & frustrari non potest*. Illud vero nos ad gratiam per Mariam querendam auit, quod tradit idem Bernardus in sermone de Aqueductu: *Plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit: digna prorsus inuenire quod querit, cui propria non sufficit plenitudo: nec suo potest esse contenta bono, petit supereffluentia ad salutem universitatis*. Itaque docet tunc maximè Mariam dignam esse, ut gratiam inueniat, cum illum nobis etiam querit. Merito igitur dicit: *Qui me inuenierit, inueniet vitam*. Quia igitur ipsa inuenta vita pariter inueniti dicuntur, Bonaventura in speculo eodem modo nos ipsam affari suadet, sicut Abraham Sarum uxorem suam alloquitur est Genes. 22. *Dic obsecro, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui Virgo Maria* ( ait Genes. 22. num. 23. ) *O Sara nostra dic obsecro, quod soror nostra sis, ut propter te bene nobis sit à Deo, & ob gratiam tui vivant anima nostra in Deo. Dic (inquam) charissima Sara nostra, quod sis soror nostra, ut propter talerum sororem, Egypti, id est, Damones nos reuereantur: ut etiam propter talerum sororem Angeli nobis coniungantur, ut insuper propter talerum sororem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus nostris misereantur.*

Hæc priora verba Septuaginta aliter conuentunt: *Egressiones mee & egressiones vita*. Supra triplicem introitum Mariæ numerauimus: *in venirem Annae, in mundum, in cælum*: nunc totidem egressiones recensere licet: egressum scilicet ex nihilo ad esse, ex utero Annae in hanc lucem, ex mundo in cælum. Omnes autem istæ egressiones fuerunt egressiones vite, quia in omnibus gratia comes fuit, quæ vitam animæ impedit. Nam vita, & gratia à conceptionis ipsius articulo auspicia ducentes ad usq; Assumptionem, nouis quotidianis aduentis cumulis, & incrementis peruenierunt. Alij quidem ex nihilo ad esse egrediuntur mortui, & illos ex ventre

Damasc.

448

Matris in mundum exeentes mors comitatur & A tandem ē mundo migrantes mors excipit. Nihil horum accidit Mariæ, quæ viua concepit, vita nascitur spirituali vita gratiæ. Et tunc demum, cum naturalem mortem obiit, haud emori dicenda est, sed mortem ipsam decorasse. Accipe verba Damascen. in sermone i. de Dormit. Quocirca non temors beatam reddidit sed ipsa mortem exornasti, ut quam mortis mesticiam sustuleris, & mortem non mortem esse, sed gaudium plenum omnibus feceris. Quid verò de Mariæ obitu concipiendum sit, expōnit venusta similitudine ad hunc modum:

*Quemadmodum hic splendidissimus sol, tametsi cum à lunari corpore aliquantisper obducitur, quodammodo. B do deficere, caligineque obrui videtur, ac fulgorem suum cum tenebris commutare: non tamen à luce sua excedit: verum perennis in se lucis fontem scaturientem habet, que breui internallo accidente luna rarus emicat. Adeundem modum tu quoque fons perennis veri lumenis, &c.* Hac similitudine docuit Damasc. Virginis obitum non esse mortem omnino appellandam: sed vitam potius, breuissimo intervallo contectam; ut statim splendidius emicaret. Quanta verò fuerit huius egressionis ē mundo, & in cœlum ingressus maiestas, & pompa, C elegantissime descripsit Anselm. in libro de Excellent. Virg. cap. 6. De qua et libentius hīc aliquid adscribendum esse duxi, quia in quibusdam codicibus (nescio an mendose) legitur:

*gref-  
fiones eius egressiones glorie. Ergo cum Anselm.  
prius inquirat: cur Christus Dominus in cœlum  
ascendens Matrem etiam secum pariter non ra-  
puerit? occurrit ad hunc modum. Quomodo  
(inquit) potuisti pati te in regnum glorie tua  
remeante, illam quasi orbatam in miseriis mundi  
relinquere, ut non eam statim tecum regnaturam  
assumeres? Fortassis Domine, ne Curia tua veni-  
ret in mentem, cui potius occurrat, tibi videlicet  
Domino suo tunc regnum tuum in assumpta carne  
petenti, an ipsi Dominæ sue ipsum regnum iam suum  
materno iure effectum ascendeti. Nam ut in partes  
suo occursu diuideretur: quatenus pars sibi, &  
pars tibi in primo occurso obsequeretur, non decere  
existimo. Præsertim cum tota sit tua, totaque per te  
eadem cœlestis curia sua sit. Prudentior ergo, &  
digniori consilio usus illum praire volebas, quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo prepara-  
res, ac sic comitatus tota curia tua festinus ei occur-  
veres, eamque sublimius sicut decebat tantam Ma- E trem, ad te ipsum exaltares. En pompam, quæ  
Virginis ingressum in cœlum prosequuntur, tota  
videlicet Curia cœlestis simul cum Christo, qua  
minorem ullam tantam Matrem haud decere exi-  
stianus Anselmus.*

450

*Ethauriet salutem à Domino Verbum hauriet, à quibusdam refertur ad copiam, & affluentiam, ut supra dixi: id est, tanquam ex perenni aliquo, & plenissimo fonte copiose sumet. Et quidem hæc aptissime de Virgine enunciari possunt. Nam cum Deus omnis gratiæ fons sit, & scaturigo, Maria F Virgo aquæductus est, per quem gratia ad nos decurrit. Inde etiam eandem vitæ fontem, ac ve-  
nam compellant Bernard. & alij Patres, de qui-  
bus supra. Nam quemadmodum non tantum ipsa  
aquænaturalis scaturigo fontis nomen fert: sed  
etiam cum aqua alibi manans per ductus suos in  
vrbem deferratur, locus, vbitandē per tubulos suos  
in plateam erupit, fons appellatur. Sic etiā Deus  
fons est, & primaria gratiæ origo: sed tamen cum  
longè à nobis distaret, per Virginem, tanquam per-  
ductum ad nos gratia fluens perlata est, & ex illa  
tandem erupit: propterea fontis nomen sibi ascen-*

uit. Merito igitur dicit: *Quo me inuenierit, inueniet  
vitam, & hauriet salutem à Domino, id est, salutem  
Domino longius manantem, atque per me proximi-  
mè illatam sumere poterit: copiose scilicet, quia  
ex fonte: & facile, quia solus hauriendi labor est  
necessarius: & citius, quia fons proximus est. Nam  
de his, qui Mariam ignorant, optimè Bonau. in Bonavent.  
Psal. Longe Dominus me à nescientibus te salus. Hau-  
riendi etiam laborem adimit Bonau. in codicim Psalter.  
vbi tradit Virginem aquas vitæ ad os vsque  
perducere. Sic enim ait: *Fontem vita influis in os  
meum, ex quo viventes aque profluant, & emanant:  
quibilibet ex eo, non sicut unquam.* Vnde D. Anselm. Anselm.  
in tract. de Excellentia Virginis facilitatem, &  
promptitudinem salutis percipiendę per Mariam  
ad hunc modum extollit. *Velocior est nunnunquam  
salus memorato nomine eius, quam inuocato nomine  
Iesu unicis filiis sui.* Et id quidem non ideo sit, quod ipsa  
maior, & potentior eo sit (neque enim ille magnus est,  
& potens per eam, sed illa per ipsum.) Dicam quod  
sentio. *Filius eius Dominus est, & index omnium  
discernens merita singulorum, dum igitur ipse à quo-  
nis suo nomine inuocatus non exaudit, instè quidem  
facit: inuocato autem nomine matris, & si meritata inten-  
cantis non merentur, ut exaudiatur, Ruelus hæc faci-  
litatis optime exprimitur, si illud, Ethauriet salutem à  
Domino, perinde sit, atque illati ebibet, ut supra di-  
ximus. Et quidem Virgini adscribit Bonaventura Bonavent.  
illa verba Ecclesiastici 15. Cibavit illum pane vita Eccles. 15.  
& intellectus, & aqua sapientie salutaris posuit id num. 15.  
lam. Quibus significatur Virginem nobis salutem,  
gratiam, & honestatem non modo edendam præ-  
bere, in quo difficultatis aliquid est: sed etiam bi-  
bendam propinare. Quod videre est in quibusdam  
præcipuis Mariæ cultoribus, atque studiosis ama-  
toribus, in Bernardo, Anselmo, Damasceno, Bona-  
ventura, & alijs, quorum si vitam, & mores specte-  
mus, si facilem, & procluem a bonum honesta-  
tem, promptitudine: n: dicemus sanctos illos non tam  
comedit, quæ n haustam, ebitamque percolasse  
virtutem, & salutem.**

D e alijs lectionibus, quas ex originibus proli-  
ciunt Hebrei, atque de illarum sensu nemo infi-  
ciabitur illas Virginis congruere, ut illa, *Educet vo-  
luntatem à Domino* id est, quidquid voluerit, impe-  
trabit (ut exponit Caietanus) vel alias, quæ habet.  
*Educet benevolentiam à Domino*, id est, fauorem il-  
lius, & gratiam inibit: aut denique illa, *Educet vo-  
luntatem*, id est, quæ sit in omnibus rebus diuina  
voluntas, cognoscet, ut illam amplectatur. Hæc in-  
quam omnia magni erga Virginem studij effectus  
esse nemo ambigit.

*Septuaginta habent, Et præparatur voluntas à  
Domino, quod supra ex mente Augustini, & alio-  
rum Patrum de gratia antecedenti, aut præuenienti-  
ti capiendum esse diximus. Ad Virginem vero  
transluum sic capiendum est, scilicet illam sæpe  
nostras præuenire voluntates, & vota. Deus enim  
non spectat, sed præit gratia sua voluntatem no-  
stram: id autem, quod Deus nos antevertit, Maria  
superius debemus, quæ antequam ipsa inuocetur,  
Deum pro nobis ipsa deprecari solet. Ita docet Cö-  
cilium Bassiliense, sessione 43, de visitatione Ma-  
ritæ vbiue celebranda. In cuius (inquit) com-  
memoratione, qui tribulati sunt, Marian implorant,  
quæ gaudiiorum eiusmodi memor, ut sperandum est,  
non solum supplicant et audierit, sed si out ex sua clem-  
tentia consuevit, etiam supplicare volentium preces  
præueniet. Item Virginis adscribuntur illa verba  
Sapientiae. 6. *Praeoccupat qui se concupiscent,* Sap. 6.  
&c. id est, præuenit ope sua, & imprestatione num. 1.*

Bernard.

452

**Bonavent.** Et quidem eo modo Virginem vota, & preces nostras præcurrere solitam tatis prodit illud Euangelicum exemplum, cum innuptis *Canæ*, antequam rogaretur, filium ipsa deprecata est, ut meri inopiam nobilissimo miraculo compensaret. Vnde eleganter Bonaventura in speculo: *Compassa est verecundia eorum, antequam fuisse innocata.* Sic etiam nostræ misericordiae tangunt sepius illius benevolum animum, antequam ipsam imploremus, ut vino gratiae, & charitatis indigentes subleuet; sepius, inquam, nobis minime petentibus ipsa suggerit filio suo sic. *Vinum non habent: uti docuit Bernardus in sermone in Dominicam. i. post octauam Epiphaniæ.* Cum enim Virgo omnibus benedictionibus dulcedinis à Deo praeventam se nouerit, hinc didicit nostras etiam preces, & vota præuenire, & præcurrere.

**Bernard.**

**XXXVII. Qui autem in me peccaverit, lœdet animam suam: omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.**

**453** **Q**ui autem in me peccauerit, lœdet animam suam, Hebraicè. Et peccans in me iniurius est anima sua. Pagninus, *Spoliat animam suam.* Caietanus, *torquebit animam suam.* Chald. *disperdet animam suam.* Omnia in idem recidunt. Septuaginta, *Impie agunt in suas ipsorum animas.* Aquila, & Symmachus concinunt cum nostra: *Omnes qui oderunt me, diligunt mortem.* Translationes omnes concordant.

**454** Peccare contra Sapientiæ nihil aliud est, quam illius dogmata, & præcepta transgredi. Ergo Salomon nomine ipsius Sapientiæ ait: *Qui autem in me peccauerit, lœdet animam suam,* id est, qui præcepta mea violauerit, is quidem non me, sed suam ipsius animam lœdit, nimisculpæ vulnera. Sic Iansenius. Caietanus vero ad conscientiæ dolores, & angores refert, id est, leges meas, & documenta transgrediens lœdet, hoc est, torquebit conscientiam suam: nam quæcumque ex sua deo, cum ratione coniuncta sunt: Quapropter eius, qui à meis monitis descivit animus, culpæ & criminis sibi conscius pungitur, & discerpitur. Pagninus de spoliatione gratiæ, & bonorum omnium interpretatur: sic enim habet, *Spoliat animam suam, & similitudinem ductam putat ab eo, qui læsa maiestatis crimen admisit, qui honorum proscriptione, & spoliatione mulctatur.* Denique hi, qui legunt, *iniurius est anima sua,* sic exponunt. **E**Qui violent præcepta mea animam suam dehonestant: eam enim non satis rationalem, immo brutis ipsis assimilarem esse ostendunt, siquidem appetitu magis, quam ratione dicitur. Addo etiam animam hinc, ut sæpe alias, sumi pro vita. Itaque postquam dixit, *Qui me inuenierit, inueniet vitam, apte suæ dit:* Et qui peccauerit in me, lœdet animam suam, id est, vitæ suæ molitur damnum, & detrimentum parat, vite inquam temporali, spirituali, & æternæ. Simile est illud Tobiae II. *Qui faciunt iniquitatem, & peccatum, hostes sunt anima sua.* Quapropter accommodatè subdit.

**Tob. n. 10.** **F**Et qui me oderunt, diligunt mortem. Odio habere sapientiam est similiter dogmatum illius seueram doctrinam aduersari. Id vero proprium est transgellorum: iuxta illud Ioan. 3. *Qui male agit, odit lucem, quia nimis lux illius opera coarguit.* Igitur isti sapientiæ, lucis que osores diligunt mortem: ea enim adamant, qua præsentissimam ipsis mortem allatura sunt.

**Tom. I.**

*De Virgine Deipara.*

**A**Hec conuertenda sunt aduersus eos, qui Virginis Mariæ iniurijs sunt. Neque verò illi tantum contra Virginem peccant, qui ipsam blasphemant, aut praus dogmatibus de illius gloria, & honore aliquid detrahunt, (quemadmodum hereticorum proceres fecisse constat) sed etiam illi, qui ipsius opem affiduo non implorant. Verba sunt Bonaventuræ in speculo. *Non solum in te peccant omnes, Bernar.* *Dominæ, qui tibi iniuria irrogant, sed etiam qui te non rogan.* Si ergo de prioribus, qui se Marie aliquo modo iniurijs præbuerunt, verba ista capias, satis certum est illos, suam ipsorum animam lœdere, & neci extremæ iam esse deuotos. Quod facile comprobarti potest exemplis Heluidij, Nestorij, Coptonymi, & aliorum, qui in Virginem sordes suas, faciesque euomentes, suæ vesaniae non impares tandem aliquando pœnas dederunt. Sed his dimissis, de alijs, qui in Virginem ideo peccare dicuntur, quia ipsam non rogan, & inplorant, mihi sermo futurus est, in quo accommodatè cadit illud: *Qui autem in me peccauerit, lœdet animam suam.* Quia illud mihi exploratum est, illum, qui Virginis opem, & auxilium sibi adesse non petit, haud posselongo tempore lethalis culpæ vulnera effugere. Ratio est in promptu: quia inermis procedit, atque adeo animum gerit vulneribus expositum. Ita docuit D. Bonaventura loco supra citato. *Is, qui te non implorat (inquit) inermis cunctis hostiis suorum vulneribus patet.* Sed quid mirum, cum ipsa sit Turris illa Davidica, ex qua pendet omnis armatura fortium: *Omnis, inquam, armatura,* quia alibi arma contra vita, & tentationes induere non licet, nisi in hac turri, id est, in Virginis suffragio: atque fortissimilli, quotquot longo tempore, aut etiam tota vita lethale vulnera non acceptunt, hinc obarmati, & catafracti prodierunt. Deinde qui Virginem Mariam supplex non orat, torquebit animam suam, id est, conscientiam, ut exponit Caietanus. Quasi dicat, non effugiet conscientiæ quæstiones, & tormenta. Et quidem memini me supra dixisse ex studio, & amore erga Virginem sanctissimam, pacem, & sedatissimam quandam animi quietem proficiendi solitatem. **D**Quid enim aliud est cor conscientiæ stimulis agitatum, nisi mare quoddam vnde, ac fluctibus exstans? Hinc ergo Virgo studiose inuocata serenitatem, & quandam malaciæ similem quietem conferre solet. De illa enim accipi consueverunt illa verba Ecclæsiast. 4. *Qui illam diligit, Ecclesiastes 4:11 diligit vitam: & qui vigilauerit, ad illum amplectetur placorem illius, vbi alij vertunt, complectetur malaciam illius,* id est, quandam animi pacatissimi quietem, & tranquillo, & placido mari similem serenitatem, sublatis animi, & conscientiæ turbis. Audi Bonaventuram in speculo. *Ad te Dominæ, clamavi in angustia animæ meæ, & tu serenasti conscientiam meam.* Ergo sicut huius, qui Virginis auxilium implorant pacem animi franciscuntur: sic etiam hi, qui in illam peccant, ex eo quod opem illius non exorent, angores, & perturbationes animi sibi accersunt. Rursus aduersus illos, qui Mariæ precibus bona spiritualia parta non tueruntur, usurpare potest Virgo eandem sententiam secundum lectionem, & expositionem Pagnini. *Qui autem in me peccauerit, spoliat animam suam,* id est, quandam bonorum omnium spiritualium proscriptionem, & spoliationem incurront. Et quidem ita reor eum, qui data opera nullas ad Virginem fundit preces, nec illius virtutum patrocinio,

**C**c iii

non solum suam ipsius animam innumeris bonis spoliare, quibus Virgo sui studiosos cumulare solet, sed etiam parta iam bona diu tueri non posse, atque adeo in eorum quodammodo proscriptiōnem incidisse. Quenadī nodum enim nihil boni à Deo obtineamus nisi per Mariam; ita etiam nihil boni retinere possumus, nisi per Mariam. Ad hæc qui in Virginem peccat, non inuocans illam, *iniurias est anime sue*, ut quodam etiam legitur, & exposuisse supra monni, id est, de honestat illam, & velut rationis expertem, quodammodo ad belluinam conditionem demittit. Nihil enim hominem degenerem magis reddit, & brutis parem, quam libido, & intemperantia. Existimo autem, nullum prorsus castum, & temperantem esse posse, nisi Mariæ patrocinio utatur, atque illam cultu, & obsequio sibi deuinciat. Vnde Bonauentura in sermone supra adscripto, cum meminisset illius sententiae apud Ecclesiastem. *Cognoui quod nemo possit esse continens, nisi Deus det*, sic ad Virginem inuertit. *Cognoui quod nemo possit esse pudicus, nisi dante Deo, & Maria interueniente*. Denique *iniurias est anime sue*, sic accipi potest, ut significetur, qui Virginis opem non obsecrat, iniustiam animæ sue præstare, adeo, ut si fieri possit, anima illum

459.

Bonauent.

A coram Deo in ius vocaret, ac litem intenderet, quod ipsum innumeris bonis orballet, quæ perciperet, si Virginem assidue implorando sibi benevolam reddidisset. Extrema autem illa expositio, *ledet animam suam*, id est, vitam suam in discrimen adducit, si de spirituali vita accipiat, ex dictisliquet, quantum in discrimen illam vocent, qui Mariam fusis assidue precibus non vocant. Similiter etiam si de æterna. Succedant memoriarum verba Germani Patriarchæ, quæ alibi dedimus. *German.* *Nemo saluus, nisi per te ô sanctissima*. Adde Bo. Patriarc. nauenturam in Psalterio Virginis. *Quem vis ipse, Bonau.* *saluus erit: & à quo auertis faciem tuam, vadit in interitum*. Naturalis etiam vita, quæ hoc aëte, & spiritu continetur, diurnitatem à Virgine precibus impetrandam esse docet idem Bonauentura, quia talem ad Virginem fudit orationem, in psalterio. *Vitam, & naturalia bona conserua in nobis, & bona spiritualia per te multiplicentur*. Hinc constat, quam apte Virgini congruant extrema illa verba. *Omnes qui oderunt me, diligunt mortem*. Audi præfatum Bonauenturam. *Qui digne coluerit illam, iustificabitur, & qui neglexerit illam, morietur in peccatis suis*. Quibus verbis triplex mortem complexus est, naturalem, scilicet, culpx, & aternam.

460



## C A P V T N O N V M.

**S**APIENTIA adificavit sibi domum: excidit columnas septem. 2. Immolauit victimas suas: miscuit vinum, & proposuit mensam suam. 3. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. 4. Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est. 5. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. 6. Relinquette infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiae. 7. Qui erudit derisorum, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. 8. Noli arguere derisorum, ne oderit te. Argue sapientem, & diligit te. 9. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. 10. Principium sapientiae timor Domini, & scientia sanctorum, prudentia. 11. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitae. 12. Si sapiens fueris, tibi metipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. 13. Mulier stulta, & clamosa, plena que illecebris, & nihil omnino sciens. 14. Sedit in foribus domus sue super sellam in excelso urbis loco. 15. Ut vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. 16. Qui est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est. 17. Aquæ furtivæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior. 18. Et ignorauit quod ibi sint gigantes: & in profundis inferni coniuiae eius.

1. Sapientia edificauit sibi domum : excidit columnas septem.

**S**apientia, &c. Hebreæcē : Sapientia edificauit domum suam, columnas suas. Septuaginta, & subdidit columnas septem. Sic legit Cyprianus in Epistolam ad Cæciliū, & libro 2. aduersus Iudeos, Ambrosius lib. 1. de fide capite 7. & alibi, ut postea dicemus. Complutensis, sustulit columnas. Chaldaeus, & flatuit in ea septem columnas. Aquila, & Symmachus excidit, sicut nostra. Obseruare autem oportet, nomine domus non ædes aliquas magnas notari, sed cœnaculum, aut cœnationem : hæc enim domus acceptio est in scriptura non insolens. Canticorum. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Hebreæcē, in domum vini, id est, cœnaculum, ubi apparatus erat nuptiale Symposion. Addictam illud Ecclesiast. 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Et quidem pro luctu, & ieiunio separata à reliqua habitatione cubicula habuisse veteres omnes, id est tenebrosa, & sine luce in eum locum aliquando dicemus. Quo spectat illud 2.

Reg. lib. 2. Regum 12. vbi de David pro puerō lugente sic scribitur. Et ieiunavit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. Seorsum inquam, id est, in secessum luci deputatum. Mitto alia, quæ ibi dabimus. Ergo secessum istum appellatum exilium, domum luctus, quemadmodum cœnatio dicebatur, domus conuiuij. Itaque sensus ad hunc modum conformandus est. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Id est, longè utilius est secessum intrare luctuia que ieiunio deputatum, quam cœnaculum splendidis epulis apparatus. Accedit etiam Graecorum mos, qui cœnationes ὁρε, id est domus appellant, ut Caiacionius obseruauit de Triclinio Romano.

Loquens iste celebris est apud Patres, atque adeò in ilium varias, & dissimiles expositiones coniecerunt. Attingam omnes, sed ex illis duas, vel tres ad vnguem resecabo. Prima expositio est Hebreorum, qui locum istum de constructione templi interpretantur. Nam in templum hæc omnia quadrata evidenter. Sapientia adificauit sibi domum. Sic enim templum appellari consuevit, domus Dei, subdit, excidit columnas septem, id est, plures numerus definitus pro inde terminato. Columnarum autem ingens erat multitudo, quibus tota fere mole templi incumbebat. Addit immolauit victimas suas, propter sacrificia, misericordia, & scurilia verba miscere solent; hæc enim docet sermonis, & orationis ornatum.

Secunda interpretatio est etiam peruetus (cuius meminit Otigenes) aliorum, quidomum sapientiae vniuersam scientiarum Encyclopædiā esse voluerunt: septem vero columnas cum septem liberalibus disciplinis composuerunt. Gr. matematica, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia. Etiam huius expositionis mentio est apud Hugonem Cardinalem, qui illam ad mores non ille lepide transtulit, & in his septem disciplinis omnes fere honestatis partes complexus est. Grammaticam (inquit) non habent detractores, qui tunc barbarismos, & sollicitos (silicet dicere) committunt, cum fama, atque honoris proximorum fides aspergunt. Dialectica carent adulatores, hæc enim docet vera eloqui, ipsi vero falsis commendationibus Principum aures titillant. Rhetorica non habent hi, qui turpia, & scurilia verba miscere solent; hæc enim docet sermonis, & orationis ornatum.

tom. I.

A Arithmetica carent superbi, & fastuosi: hæc enim docet numeros constare, & coagmentare: ipsi vero singulares esse affectant, & in aliorum censem referri agi ferunt. Musicam minime norunt Schistematici, & proximorum suorum osores: hæc enim tradit harmoniam, sonorum concordiam, & concentum: illi vero discordiam adamant. Geometram ignorant diuites auari: hæc enim mensuras capandi artem tradit: auari autem, & iniusti sine mensura aliqua opes appetunt, & metas iustitiae transilientes contra hos fasque infortunas alienas irrumunt. Denique Astronomiam nesciunt luxuriosi: hæc enim contemplatur celum, & cœli motus: ipsi vero cœnum, in quo porcine (vt ita dicam) voluntantur. His autem septem columnis, velut tectum incumbit Physica, Ethica, & Metaphysica, seu Theologia, quæ similiter ad mores vocare facile est. Physicam contemplatur ens mobile: Physica ergo ignorant, qui in rebus humanis, nihil constans, & firmum, sed omnia mobilia, & irrequia esse non considerant. Ethica finem totius vitæ speculatur, hoc est beatitudinem, & virtutes, quibus finis iste capessendus est: Ethicam igitur non callent, qui in finem, in quem à Deo conditi sunt, minime insipientes, opera, & actiones suas non sicut temperant, & modulantur, vt ad finem sibi propositum pertingant. Denique Theologia Deum, & quæ Dei sunt, speculatur: quæ illos ignorare necesse est, qui Dei nunquam nescierunt. Adhuc modum structuram domus sapientiae mysticè simul, & moraliter conformant prædicti autores: sed tamen hæc minora sunt.

Tertia interpretatio domum istam, quam sapientia molitur, iusti hominis animū esse docet. Athanasius in oratione contra Arianos, ad illud, Ex Athan. Deo Deus, &c. & in disputatione contra Arrium in Niceno Concilio, Bernardus sermone 3. de Adventu Domini. Imperfetus hom. 29. in Matthæi. Bernard. D. Bonaventura in sermone de ingressu ad sapientiam. Septem vero columnas non eodem modo accommodant Bernardus, & Chrysostomus interpretantur septem dona Spiritus Sancti. Bonaventura vero septem huius domus à sapientia extructæ columnas ex illo loco Iacob. 3. elicit. Sapientia, quæ de sursum est, primum quidem publica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Itaque septem columnas sic coagmenta. Prima columnă est pudicitia in carne, secunda simplicitas in mente, tertia modestia in sermone, quarta suadibilitas in affectu, quinta liberalitas in effectu, sexta maturitas in iudicio, septima sanctitas in intentione.

Quarta expositio quæ tradit domum istam à sapientia Diuina substructam esse Ecclesiam, in Patribus non parum obvia est Aug. de Cinitate Dei lib. 17. cap. 4. & 20. & Pseudo. Augustinus in questionibus noui, & veteris testamēti, quæst. 52. August. Saloni Viénensis in mystica expositio. Greg. Saloni. lib. 12. Moral. cap. 17 Lyra hic. De septem vero columnis non eodem modo senserunt. Gregorius ipsa similitudines Ecclesias accipit, quibus vniuersalis constat: has enim septenario numero complexus est D. Ioannes Evangelista in Apocal. c. 1. Apocal. 8. 1. Ioannes septem Ecclesias. Addit rationem Gregorius. Joannes septem Ecclesias scribit, ut unam Catholicam in septiformis gratia spiritu plena im designaret: ac de his docet moraliter exponenda esse verba Iob. Columnæ taliter contrinxunt, & paudent ad nutum eius. Cum Gregorio concinit Diuus Augustinus lib. 6 citato cap. 4. vbi septem similiter accipi Ecclesias, ex quibus vniuersalis una conficiatur;

Cor. iii.

Salonius.

Gregor.  
Imperfet.

10

11

Pseudo.  
August.  
Anastas.  
Nicenus.  
Cesarius.  
Phil.Carp.  
Gregorius.

12

13

Sed aliam redditationem septenarij, quia scilicet A hic numerus plenitudinem adumbrat. Salonus in septem columnis Doctores Ecclesie contemplatus est, sic autem scribit. Columna autem domus huius sicut sancti Doctores: quae columnae bene septem esse dicuntur, quia sancti Doctores repleti sunt septiformi gratia Spiritus Sancti. Quomodo ergo excidit sapientia has columnas? Excudit sane columnas, quia mentes Prædicatorum ab amore præsentis seculi, velut à sua lapidicina separantur, & ad portandum eiusdem Ecclesiæ fabricam erexit. Eadem verba habet Divinus Gregorius Moral. 35. cap. 16. Imperfectus vero homil. 50. in cap. 24. Matthæi septem columnas, totidem Spiritus interpretatur, quibus Ecclesia Dei tutelam à Deo Optimo Maximo cōmissam esse dicit: quorum toties meminit Ioannes in sua Apocalypsi. Accedit Hugo Cardinalis, qui in septem columnis Apostolos meditatur. Sumpst autem accommodationem ex Augustino qui non semel septenarium numerum Apostol. significandos accersit propter finem trium diuinarum personarū per quatuor mundi plagas ab ipsis euulgatam. Ade de Lyram, qui septem quoque sacramenta septem columnis conferti posse docet.

Quinta expositio est ad hunc modum. Sapientia edificauit sibi domum, id est Verbum diuinum condidit sibi corpus, illadque assumpit, secundum illud, Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, id est, carnem assumens, domum veluti quandam occupauit, vt inter nos habitaret. Hanc etiam interpretationem tradidit Pseudo Augustinus in eo lib. questionum veteris, & noui testamenti, Anastasius Nicenus question. in Scripturam. qu. 4. Ambros. lib. 1 de fide capite 7. Cælarius Arelat. homil. 7. de Pascha, Philo Carpatis Episcopus in Cantica cap. 3. Diuus Gregor. Moral. 33. cap. 15. In his autem Autor questionum veteris, & noui testamenti, & Anastasius per septem columnas septem dona Spiritus Sancti accipienda esse dicunt, quæ teste Isaia cap. 11. super Christum Dominum requieuerunt.

Reliquæ sunt duæ aliæ interpretationes apud Patres vulgatissimæ, e Virgine scilicet, atque de Eucharistia, quæ quidem nescio an accèdō nodatitiae appellari debeant: ita sunt obuiæ apud sacros Doctores. Ut ergo his fundamenta substernam, germanum, & magis litteralem sensum præmittere libet. Ergo Iansenius. Caietanus, Rodolphus, & alij recentiores locum istum non de Verbo, & sapientia Patris, sed de sapientia illa communissima, & universalissima, quæ creatam, & increata completitur, edificendum esse docent. Neque frustra in originibus legi volunt, sapientia, de plurali, vt significaretur utramque velut in unam coalescente opus istud molitam esse. Sed tamen si inquiras, quare ratione nestantur hæc cum antecedentibus, & cum sequentibus assuantur. Occurrunt Caietanus, & Iansenius, supra quidem cap. 7. à Salomone inductam fuisse meretricem, quæ inter alia lenocinia, quibus iuniorum allestant, conuiuum instruxisse dicitur. Ergo vt Salomon iuuenem à meretrice auocatum ad studium sapientiæ transferat, addit sapientiam exædificasse domum, & laetum ibi conuiuum suis amatoribus exhibuisse.

Non displaceat omnino tamen, vt dicam, quod sentio, hæc concordiam nisi sera videtur, & longius ascita, atque adeò non omnino perplacet. Rodolphus alter coagmentat: ait enim sapientiam hæc in superiori capite commemorasse conditionem mundi, quæ opera illius perfecta fuit: iam veronunc Ecclesiæ constructionem aggredi, per

quam mundus instauratus est, & hanc permagnæ cuiusdam domus edificationem adumbrare. Ceterum hæc concatenatio accommodatitij magis, quam literalibus interpretationibus deseruit.

Quapropter, vt veram conexiom, & genitrix huius loci interpretationem auctoriter, præmittendum est apud Hebreos in vsu fuisse, vt conuiua problematis, enigmatibus, & acutis sententiis moralibus condirent. De quo vsu multis egimus in caput 8. Cantic. ad illa verba. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito. Imbuit etiam hæc consuetudo tam Grecos, tam Latinos. Athenæus sic ait. Insita à natura omnibus hominibus sciens & cupiditas efficit, vt etiam inter epulas aliquid aut docerent, aut dicerent libenter, aut didicisse ostenderent. Hæc ille qui maximam lib. 10. partem in conuiualibus gryphis, aut definendis, aut declarandis ponit. Accedit Plutarchus, qui in libro Symposiacon multis argumentis euicit inter epulas esse philosophandum. Item Platonis inter dialogus de amore in conuiuo disceptatus fingitur, vnde conuiuij nomen tulit. Subiicio verba Macrobij elegantissima. Si Philosophia (inquit) à conuiuiis exulauit, procul inde faceant, & alumna eius, honestatem dico, ac modestiam, nec minus, cum sobrietate pietatem. Quam harum dixerim minus venerabilem: Ita sit, vt ab eiusmodi cætibus relegatus matronarum talium casu, libertatem conuiuorum soli cœcubinis, id est, viciis, & criminibus addiccat. Mitto Xenophonem, & alios, & instar omnium Eccles. c. 32. sit locus Ecclesiastici insignis cap. 32. in quo modis traditur, atque ordo prescribitur in his disceptationibus seruandus. Loquere maior natus, decet enim te primum verbum diligenter scientiam, & non impedias musicam: ubi non est auditus, non effandas sermonem, & importunè noli extolls in sapientiam. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio musicorum in conuiuio vini. Auditacens, & preuererentia accedes tibi bona gratia. Adolescens, loquere in tua causa vix, in multis esto quasi in scius, & audita cens, simul, & querens: in medio magnatorum non presumas, & ubi sunt senes, ne multū loquaris. Hæc Iesu Syrach methodum disputandi, docendi in conuiuijs tradens (de his enim agit per totum caput) cuius verba perspicua cum sint, non indigent interpretis opera. Hac de re plura dicimus, infra cap. 23. ad illa verba: Ne comedas cum homine inuidiæ, neque desideres cibos eius, quia insititudinem aridi, & coniectoris aestimat, quod ignorat. Cibos, quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.

Vbi docet apud inuidia laborantem hominem non esse epulandum, quia videlicet, is quantumlibet problemata inter pocula proposita, & gryphos non calleat, omnia arioli in modum sibi cognita, & explorata esse venditat. Tu vero (inquit) eruditos sermones tuos, id est, sententias, & labyrinthos, quos ad conuiuum attulisti, perditum ibis, id est, nihil præmij, aut honoris seres. Et quidem hæc sententia proponi consuenerunt, vel inter epulas, vel statim ab epulis, in quibus duplex usus erat, vt tradit Microbius. Prior, vt vini, & epularum libertas compesceretur: posterior autem quia (vt experientia compertum est) post cœnam, cum animus hilariter est, iucundius hauritur, atque suauius animo hæret doctrina. Quapropter Christus Dominus hanc occasionem captans post cœnam extremam per longum sermonem ad discipulos habuit, vt est apud Ioannem cap. 14, atque de his omnibus edocuit, quæ ipsorum animis hæcere, & altius insigci desiderabat. Denique triplici sermonum, aut sententiarum genere cœnæ conditi con-

14

Cant. 8.  
num. 2.

Athen.

15

16

17

18.

sueuerunt : scilicet moralibus præceptis , acutis ,  
salsisque sententiis , & gryphis , seu ænigmatibus .  
Morales , grauesque sententias , & dicere , & au-  
ditæ in conuiuo suader Ecclesiasticus loco citato ;  
& verbis supra adscriptis . De acutis , salsisque di-  
ctis accipiens est Salomon infra cap . 13 . cum ait :  
*Perdes pulchros sermones tuos .* Ac demum ænig-  
mata in epulis edifferenda proponi testatur illud  
problema , seu gryphus , quem Sanson Iud . 14 . Phi-  
listæ obiecit intra septem conuiuij dies differen-  
dum , *De comedente euixit cibis , & de forti egresso  
est dulcedo .* Sed de his vide plura in Isagoge hu-  
ius libri .

Iud . 14  
num . 33 .

19 His prælibatis Salomon in hoc libro sapientiam ,  
quam hactenus in superioribus capitibus tot lau-  
dibus prosequutus est , loquenter inducit . Si enim  
seriem totius libri spectes , in hoc capite sermonem  
orditur sapientia , & ad finem usque libri perducit .  
Ergo ut prosopopœiam venustius Salomon con-  
diret , addit illam sermonem orsam fuisse , nimis  
in triclinio , & lautissimo conuiuo , ideo præmit-  
ti . *Sapientia edificauit sibi domum , excidit columnas  
septem .* Quæ verba statim expendat . Effecit autem  
hoc accommodatissime ad ipsam materiam . Cum  
enim totus liber iste constet moralibus præceptis ,  
& acutis sententiis , & quibusdam etiam gryphis ,  
ænigmatibus , aptissime induxit sapientiam in  
conuiuo eloquentem , ubi eius generis sermones ,  
& sententias conniuæ miscere consueuerunt , ut  
supra dixi . Tum etiam ut doceat aptissimas esse  
eiusmodi sententias atque problemata , ut in cœ-  
niis à sapientibus promerentur , ac disceptarentur  
iuxta morem illius temporis . Denique , ut signifi-  
caret in eundem ab auditoribus velut inter epu-  
las accipiendas esse . Ex quo fit in sensu literali non  
admodum laborandum de accō . nodandis domo ,  
columnis , vino , & alijs , hæc enim ad amplificatio-  
nem prosopopœiæ dicta sunt , nec profundiorem  
fensem habent . Ait ergo ;

20 *Sapientia edificauit sibi domum .* Non intelligo D  
ædes ingentes , aut superba palatia , sed cœnacu-  
lum , seu triclinium , quod domus nomine notari  
iam inde supra multis exemplis suasi . *Excidit co-  
lumnas septem , id est , plures , numerus definitus pro  
indefinito .* Sed abest inquires hoc ab structura cœ-  
naculi : minime vero , ino p̄cipua structuræ  
pañ in cœnaculo erant columnarum ordines . Plau-  
tus quidem cum triclinium comparari , & extrui  
ad cœnam iubet , ait .

Plautus .

Tunenal .

Esther . 1 .  
ca . num . 6 .

*In suis columnis dñe jice operas aranearum ?*  
*In suis in splendorem dari bullas t . as foribus noſtris .*  
Et luuenalis satyra 14 .  
*Hospite venturo cessabit nemo tñorum .*  
*Vete pavimentum , nitidus ostende columnas ,*  
*Arida cum tota descendat aranca tela .*  
*Hic lauerit argentum , vas a aspera tergeat alter .*  
Sed quorsum in cœnationibus inquires colutti-  
næ ? Profecto hæc mea quidem sententia ex qua-  
tuor cœnaculateribus allergebant , indeque au-  
læum iuspendebatur ad mensam tegendam , ne  
quid pulueris , aut sordium super epulas incideret .  
Suader hoc locus insignis Esther . 1 . ubi scriptura  
cœnationes describens , in quibus Assuetus magni-  
ficum illud conuiuum exhibuit , sic addit : *Et pen-  
debant ex omni parte tentoria aerij coloris , & carba-  
fini , & ratiophini , sustenta funibus byſinis , atque  
purpureis , qui eburneis circulis inserti erant , &  
columnis marmoreis sulciebantur .* Quid apertius ? Sed  
tamen accipietionem Sept . quæ verbum ex  
verbo expressum sic haber . Byſinis , & carbafinis  
extensis insuper funibus byſinis , & purpureis super  
enbos aereos , argenteos , super columnas parias , & la-

A pides . Et quidem ad eiusmodi tentoria , seu ex-  
tentæ desupra vela respexisse videtur Horat . lib . 2 .  
satyræ 8 . cum ait .

*Interea suspensa granis aula ea ruinas*

Horat .

*In patinam fecere , trahentia pulueris atria .**Quantum non Aquilo Campanis excitat agris .*Doctorum  
Eccles .  
partes .

Ergo cum Caiet . Iansen . Hug . & alij , in his co-  
lumnis , quibus sapientia cœnaculum extructum  
fuisse dicitur . Doctores sacros meditentur , hinc sa-  
ne elicere licet , quænam illorum partes sint : non  
enim solum ad ipsas pertinet , domum , hoc est , tri-  
clinium sustinere sapientia , & fulcire , sed etiam  
velut passis velis prohibere , ne quid sordium , aut  
pulueris in epulas sapientia . j . in doctrinam inci-  
dat , vt nimirum doctrina pura , sana , & o . uni labi  
immunis semper persecuet . Ad hæc , si domus hic  
à sapientia exædificata animus est iusti hominis ,  
hæc quidem aptissimè cum cœnaculo , & triclinio  
comparatur .

Nam cœnationes quidem triclinia dicta sunt ,  
quia plerumque tribus lectis constabant , totidem ,  
aut plures conuiuas singulis capientibus (veteres  
enim discumbentes cœnabant ) Quibus lectis tri-  
plex animi potentia , intellectus , memoria , & vo-  
luntas aptissimè adumbratur , in quibus tot con-  
uiuæ ad epulas sapientia degustandas discumbunt ,  
quotactus , vel quot habitus boni ex illius præcep-  
tis , & dogmatibus assiduo aluntur . Nec abit ab  
hac mea meditatione D . Laurent . Iust . qui ad illa  
verba cap . 15 . *Secura mens iuge conuiuum , omnes*  
mensæ conuiuas conscientia bona alia , atque alia  
iucundissima ferula ministrante , & iugem , & si-  
ne intermissione aliqua cœnam exhibente . *Quid*  
plura ? Subijcam duas alias expositiones extremas  
de Euchar . & Virgine .

24

Verba ista de Eucharistiæ institutione capiunt Cyprian .  
multi Patres Cyp . in Epist . ad Cæciliū de Sacram . Ambros .  
altaris , & l . 2 . testimoniorū contra Iudeos . Ambr . Chrysost .  
lib . 4 . de fide cap . 7 . Chrysost hom . in Psal . 22 . Athan .  
Anast . Nœn . qu . 40 . D . Thom . in opusc . de Sa-  
cramento , Beda , & Hugo in hunc locum , & alij  
plures . Hæc vero interpretatio postulat , vt nomi-  
ne domus , seu cœnaculi , Ecclesiam accipiamus : in  
hac enim Christus Eucharistiæ conuiuum lautis-  
simum quotidie celebrat . Itaque ait : *Sapientia  
edificauit sibi domum , id est , Christus extruxit Ec-  
clesiam , velut cœnaculum , aut triclinium , cui sa-  
ne nomen hoc propter fidem Trinitatis , ad quam  
vocatur , & in qua initiatur , aptissime quadrat ,*  
Vel aliter . Triclinium est , quia tres cohibet lectos ,  
in quibus sacratissimæ huic mensæ triple quoque  
hominum genus accumbit , quos enumerat D .  
Thom . in eo opusc . de Sacram . scilicet , digni , in-  
digni , & non digni . Dicuntur autem non digni , qui  
nullius lethalis culpæ sibi conscijs accedunt , tamen  
re ipsa culpa non vacant , in quibus (ex mente D .  
Thomæ sacramentum peccati maculam eluit per  
accidens . Ad hæc si D . Thomam per totum illud  
opusculum legas , facile cognoscet omnia , quæ ad  
hoc augustinum sacramentum pertinet , per ter-  
narium numerum partiri . Ibi enim tres institutio-  
nis fines enumeraunt , & singulos fines tribus parti-  
bus constare ostendit : & tribus maxime rebus sa-  
cificium istud antiquis sacrificiis antecellere  
docet . Tres rationes addit , ob quas se Deus  
in cibum impendit : & in ipsa donatione tria  
contemplatur : & cur potissimum in specie  
panis semetipsum obtulerit , tres assignat cau-  
sus : & tres , insuper adnectit , ob quas non in alio  
pane , quam triticeo . Triadeinde huius sacramenti  
mirabilia commemorat , & singula tribus aliis co-

25

26

27 stare dicit. Tria ad præparationem necessaria, & A hæc quoque tria nouis ternariis concludit: triplicem manducandimodum excogitat, & in singulis modistres quoque constituit differencias. Item fructuū tria recenset quaternaria, & principales effectus tres esse dicit, tribusque nominibus principalibus censeri affirmat: denique potum sanguinis Christi ternario quoque mensus est. Hæc omnia felicissimè prosequutus est D. Thom. in eo tractatu, ex quibus constat, quam apte conuiuum istud sacro sanctum in triclinio exhibitum prædicatorum, hoc est, in quadam plurimorum ternariorum complexione. Optimè igitur Salom. *Sapientia adificauit sibi domum*: id est, triclinium. Attexit;

Excudit columnas septem. Non inepte sacros doctores intelligas, qui tanquam columnæ hinc inde in hac prægrandi totius Ecclesiæ cœnatione, velut extento velo Catholica doctrinæ, prohibent, ne quid sordium ab Hereticorum erroribus in ambrosiam istam, & Angelorum cibum decidere possit.

Denique secundum Athanasium loco citato domus hæc, seu cœnatio à Christo Domino æterni Patris sapientia exædificata, est anima dignè communicantis. Hanc etiam triclinium appellare licet, id est, tribus lectis ad discumbendum instructum cœnaculum propter tres animi potentias: memoriam scilicet, intellectum, & voluntatem, in quibus tres potissimum coniuix, velut accumbentes iucundissimè exsiantur: in intellectu fides, in voluntate charitas in memoria gratitudo, seu gratiarum actio: hæc enim memoris animi effectus est. Et quidem tres istos coniuiales lectos hinc inde circa sacrammensam in animi cœnatione describit Regius vates in Psalm. 110. scilicet intellectum, memoriam, voluntatem. Sic enim ait. *Memoria fecit mirabilem suorum misericors, & misericorditer Dominus: scilicet dedit timentibus se.* Et mensa. Præmisserat autem: *Confiteor tibi Domine in toto cordo meo.*

Vbi alij legunt gratias ago. ( Id enim significare consuevit verbum confiteri in scriptura. Matth. ca. 11. Hic est primus coniuua, gratiarum actio assidens in memoria. Addit deinde. *Initium sapientiae timor Domini.* Vbi August. filiale illum intelligit timorem, qui non distinguitur à charitate. Hic est secundus coniuua, scilicet charitas in voluntatis lecto discumbens. Absolutus intellectus bonus omnibus facientibus eum. Hier. doctrina bona: fidem intelligo, quæ in intellectu occumbens, tertius coniuua est. Omnes autem ex hoc cœlesti cibo, & angelorum pane iucundissime reficiuntur.

Quid plura? Excudit columnas septem. Vel cum præmissis Patribus intelligo septiformem Spiritus S. gratiam, qua animus ad factam synaxim digne accendentis fulcitur. Vel certe reliquas omnes virtutes, quæ cum à robore nomen virtutis sibi adscierint, non inepte columnis conferuntur, quæ animum Eucharistiam digne sumentis, tanquam splendidissimum quoddam cœnaculum non parum exornant, & velut appenso velo contingunt, ne quid sordium ex aduersis sibi vitis in cœlestem illam ambrosiam decidat. Licebit etiam tibi eiusmodi alia excogitare.

### De Virgine Deipara.

30 Extrema huius loci interpretatio pertinet ad Virginem Deiparā, quæ nulla Patribus solemnis est. Illam tradit D. August. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 20 & Pseud. August. loco cit. Bernard. in serm. 9. ex patruis. Athanas. in orat. contra Arian. Ambros.

lib. 2. de Spiritu S. cap. 8. D. Ignatius in Epistolam ad Philipp. Hieronym. in cap. 7. Isaæ. Et in Epist. de Virginis Assumptione, & alibi. Idiotain contemplatione Virginis D. Ildeph. in lib. de Virginis. & partur. Deiparā, & alij passim, quos longum sane esset enumerando percensere. Omnes autem conspirant, dominum istam, quam sapientia substruxit, aut Mariam esse, aut Mariae uterum: id que satis adumbrari illis verbis loati. I. Et verbum caro factum est, & habitans in nobis: id est, dominum captans uterum Mariae, cœpit quidem inter nos degere, & nobiscum habitare. Ergo si verba capiamus, ut sonant, & in domo non aliud, quam domum mediternur, nemo sane Marianæ domus augustam magnitudinem aequi poterit. Nihil profecto excellentius, aut celius de illa prædicari poterit quam id, quod verba ipsa enunciant Sapientia adificauit. Et non alij adificauit, sed sibi domum. Si Rex alij opulentissimus ædem molliatur suis sumptibus, ad regiam majestatem pertinet ut affabre, & artificiose structura conformetur, etiam si ædes illa seruorum habitationi, & vivis addicenda sit. Cæterum cum sibi ipsi palatii adificat, tunc quidem sumptus maiores, & structura augustior esse solet. Sapientia igitur ex adificauit domum quandam seruis suis, id est, hominibus: mundum scilicet, & hanc rerum universitatem. Perde quæ amplam, augustamque domum ignobilis seruo ad habitandum Sapientia Dei addixerit. Considera terræ paumentum tot graminibus, arbustis, & floribus vestitum, tot preciosis lapidibus tessellatum. Solspice colorum concamationes, & sublimes fornices syderibus distinctos. Contemplate etiam quæ lauta, splendidaque suppellectilis domum istam ornauit. Si ergo sapientia diuina a domum cuidam seruo constituens tantopere magnificentiam suam ostentauit, tantam molem condidit, tantam copiarum suarum vim profudit: quid illam præstis putes cum non seruo, sed sibi ipsi domum augustam & palatum opulentissimum moliri agressus est? Sat est dicere sapientia exædificasse sibi domum. Proh Deum immortalem! quantam humilitatem pro fundamento ieicit? Quos pretites ex Virginis frido marmore erexit? Quas virtutum omnium columnas, quæ sublimes, quæ pulchras cœlestis conuersationis concamationes, quantam quamque variam, & dissimilem gratiarum omnium suppellectilem cumulavit? Pergo ad alia.

De primæ fœminæ conditione Genes. 2. sic habemus. Et adificauit Dominus eostam, quam tulerat de Adam, mulierem. Vbi mulieris formatio domus exædificationi comparatur. Obtulit nobis rationem D. Ambros. in Hexameron his verbis. Bene adificauit dixi, vbi de mulieris creatione loquebatur. Quia in viro, & muliere domus videtur plena quedam esse perfectio. Qui sine uxore est, quasi sine domo sit, sic habetur: sicut enim vir publicis officijs, ita etiam mulier domesticis ministeriis habilius estimatur: quibus verbis duplice rationem complexus est. Quia quemadmodum ciuitas formaliter & materialiter accipitur: formaliter autem accipitur, & significat ciuitum cœtum, materialiter, ædium plurimarum cœuentum: sic etiam domus formaliter sumpta incolas sonat: materialiter vero tecum ipsum ad incolendum idoneum. Ait igitur Ambros. si priori modo accipiatur domus, hæc quidem iuxta Oeconomicæ principia viro, & fœmina constat, itaque vir solus domum non perficit. Quapropter accommodatæ Spiritus Sanctus in concione mulieris usurpauit illud verbum adificauit, quia mulierem post Ada-

August.  
Bernard.  
Athani.  
Ambros.  
D. Ignat.  
Hieron. m.  
Idota.  
Ildiphons.  
Joan. I. ca.  
num. 14.

31  
32  
33

Genes. 2. c.  
num. 2.

34

Psal. 110.  
num. 14.

29

Matth.  
cap. 12. n. 25.  
August.  
Hieronym.

35  
Petri. 1. c. 2.  
num. 5.

mum producens, œconomicam domum absolut. A Si vero domus capiatur posteriori modo materialiter vxor apte etiam ædificata dicitur ( inquit Ambros. ) qui vxore caret, ad instar & eius, qui domum non habet, ob rationem ibi adscriptam. Igitur ad eundem modum Ecclesiam istam, quæ domus Dei appellatur, & formaliter, & materialiter accipere possumus : materialiter quidem Ecclesia sunt fideles omnes ( ex his enim lapidibus ipsa constructa dicitur 1. Petri 2. Es ipsi tanquam lapides vni super adiunctam domus spiritualis ) formaliter maliter domum istam vit & mulier, & Christus, & Maria perficiunt, & œconomicè constituunt.

Itaque id interest inter Mariam, & Christum ex una parte, & reliquos fideles ex alia, quod huius materialis domum, veluti lapides, & ligna construunt ; Iesus vero, & Maria formalem domum absoluunt, tanquam incolæ, vir, & mulier œconomicam domum componentes : atque adeo rectè in Mariam quadrant ista verba, *Sapientia edificauit domum sibi.* Quid si domus materialiter accipiat, profecto aptissime etiam de Maria dictum est, *Sapientia edificauit domum :* qui antequam verbum diuinum fœminam istam nactus esset, erat quippe velut hospes domo carens. At inquires in mundi istius vastissima moles erat satis ampla, & augusta illius domus ? Minimè vero. Quamvis enim ingens sit domus ista, nihilominus tamen illi, quæ est eius immensa magnitudo, pro tugurio, & hospitis hominis diuersorio fuit ab initio : propterea de exædificanda extollendaque sibi domo rursus agit. *Sapientia edificauit sibi domum :* id est, Mariam. Rursus dices, Verbum diuinum in Patris sinu ab æterno fuisse, quia nulla vel amplior, vel augustior ad habitandum domus excogitari potest. Inde ex eo contemplari licet, quām magna, quam splendidia, & augusta domus sit Maria : Verbum enim diuinum, & sapientia Dei, quæ in Patris æterni sinu, velut in sibi naturali domo à seculo perstitit, nihilominus tamen ad instar hospitis, & propria domo parentis hanc ædem sibi construere molitur. *Sapientia edificauit sibi domum :* nimis Mariam, non sane, quia Maria sit nobilior, aut splendidior domus : sed quia cum ex illa domo proficiisci oporteret Dei Filium ( non ita quidem, ut illam desereret, sed tamen ita ut vere exire, mitti, & proficiisci videretur ) ad hanc dominum, scilicet ad Mariam se recepit. Illud vero magnopere dominum istam Dei commendat, quod ex priori villa exenti Filio nec patua, nec angusta, nec indigna posterior ista visa est. Quid plura ?

Bonavent.

Quia domus hæc, quam sapientia sibi condidit, via est, rationalis, & libera : ita diuinæ potestati suberat, ut quædam veluti conclauiæ, & quidem suprema libera essent, & immunia, scilicet intellectus, & voluntas, in his enim tota libertas inest : has ( liceat ita loqui ) Deus non occupat, sed conductit. Itaque in Virgine, quæ dominus Dei dicitur, duo fuerunt veluti eiusdem ædis partes, venter, & voluntas, ut cum D. Bonau. loquar. Priorem, scilicet ventrem tanquam Dominus occupatit : nam concipere Deum opus fuit naturæ, non liberum : posteriore, scilicet voluntatem, & mentem, tanquam hospes conductit. Voluntas enim cum libera sit, atque adeo sui iuris, & immunis, Deo sponte, atque libere committitur. Quidammodum enim princeps aliquis, cui dominus alicuius dimidia pars in Curia ( quæ iure communis Regini imperio subest ) eiusdem decreto adscripta est, non satis id dicit, sed dimidiat aliam partem immunitam, ac liberam à domino suo conductit, inde decorum ratus cum alio domū vnicam partiri. Sic etiam diuinæ sapien-

tia, ac Dei Verbum, cui ex Patris præscripto dimidia Marianæ domus pars, id est, venter ad incolendum adiudicata erat, priusquam istam occuparet, dimidiat aleram partem, id est, voluntatem, mentemque conductit, atque illam inhabitavit : turpe videlicet putans, si dominum unam, etiæ magnam, integrum solus non incoleret. Hoc sibi voluit Bonavent. cum ait: *Non solum ventrem, sed etiam mentem Mariæ diuinæ sapientia cœpit, ut integrum dominans Dominus obtineret. Ideo dictum est ad illam ; Dominus tecum in mente, tecum in ventre, nihil tui vacat, omne conclave implevit.* Et quidè propter eam suæ domus partem, quam Virgo Dei Filio elocavit, quantam pensionem acceperit, eleganti oratione complexus est D. Chrysolog. serm. 141. *Quan-*  
*tus sit Deus satis ignorat, quoniam Virginis mentem non stupet, animum non miratur : paucus cœlum, tremunt Angeli, natura non sufficit, & una puerilla sic Deum in sui pectoris caput recipit, oblectat hospitio, ut pacem terræ, cœlum gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœlestibus parentelam, ipsius Dei cum carne commercium pro ipsa domus exigat pensionem,*  
*ut impleatur illud Prophæta : Ecce hæreditas Domini Filii, merces fructus ventris : id est, merces, & pension Filii ventre, ac mente suscepti est hæreditas Domini, quæ homines Virginis beneficio adire jā licet.*

Quod si nomine domus cœnationem, aut triclinium capiamus, ut supra docui, sane haud inepite Virginis id nominis accommodatur. D. Bonau. in psalt. canticum imitatus, quod August. & Ambr.

Bonau.

panixerunt, quod incipit, *Te Deum laudamus :* sic

Rupert,

habet. *Tu sponsa & mater Regis æterni, tu templum & sacrarium Spiritus Sancti, totius beatissimæ Trinitatis nobile triclinium :* id est cœnaculum splendidum tribus etiæ instructum, in quibus tota Trinitas lautissime epulatur, & iucundissime decumbit. Ru-

pertus ad illa verba Apocalypsis; *Intrabo ad illum,*

Apocal.

*& cœnabem cum illo :* Deum tunc in homine cœnare, & laetus epulari docet, cum animus nullius sibi delicti conscius est. Nam verba illa Salomonis: *secura mens iage conuiuum,* non modo significant conuiuum ipsummet homini exhibitum, sed etiam Deo. Ambrosius tunc Deum nobiscum cœnare splendide, atque opiparè tradit, cum de nostris profectibus gaudet. Merito igitur dicemus totam Trinitatem nullibi splendidius, nec laetus cœnare atque epulari, quæ in Virginis triclinio, cū nulla mens purior, & candiolor: nullius maiores, ac faciliores in virtute profectus fuerint vñquā. Sed quinam inquietes, sunt lecti illi, in quibus Trinitas decubuit? Ber-

nardus triplicem rerum ternarii in Virgine maxi-

mè spectabile esse docet, in ser. quodam ex parvulis. Primus est memoria, intellectus & voluntas, tres nimis animæ potentia Deo sepe affitæ. Secundus fides, spes, caritas. Tertius Virginitas, humilitas & obedientia. Trinitas enim in ipsam habitas atq; ipsa teplens, præcipuas illus dotes ternario mensus est:

Apocal.

*vnde totius Trinitatis Triclinium non immixto appellatur. Sed enim quia in Trinitate Patri memoria trahitur, intellectus Filio, & voluntas Spiritui Sancto : cū audis Mariam esse Triados nobile, splen-*

Apocal.

*didumq; triclinium, sic huius triclinij tres lectos distribue, memoriam videlicet, intellectum, & voluntatem : vt memoria Patrii, intellectus Filio, voluntas Spiritui sancto discubitum præbeat. Pater utique delitos ediscumbebat in memoria Mariæ. Nam*

Apocal.

*cum Pater in primis memoria gaudeat, nullaque memoria post illam diuinam tenacior boni, nulla locupletior extiterit, quam Mariæ, libertissimè in illa quiescit. Itaq; cū Pater si à sua ipsius memoria*

Apocal.

*vel demigrans memoriam aliquam ad extra inquirat, in qua desiderat, nulla gratior, aut iucundior*

illi in partis creaturis evenire potest, quam Mariæ memoria, nulla etiam suæ memoriarum conformior. Nam cum Patris memoria tota ad Filium spectet, & in illo defixa sit (Filius enim ex Patris secunda memoria procedere dicitur:) sicut etiam memoria Mariæ eidem Filio, quem cum Patre communem habuit semper inhærebat, & tenacissimè affixa erat. Rursus Filius in intellectu Mariæ eadem ratione suauissimè accumbebat. Nācum Filius in intellectu in primis latetatur, nullusque post illum diuinum diuiniores, ac secretiores alsequitur fuerit, quam intellectus Mariæ, si à suo ipius intellectu ad alium extra se positum filius sese recipiat, nullus illi iucundior esse potest, quam Mariæ, in quo otiari, & requiescere possit: nullus item suo intellectu conformior. Nam cum intellectus filii totus ad Patrem spectet, cuius figuram, & imaginem in semetipso exprimit, tanquam Verbum, & expressa imago illius: sic etiam Mariæ intellectus totus aeterno Patri velut adductus erat, totus ab illo pendebat, & rerum imagines ab illo excipiebat. Et quidem ad hunc sensum allicit D. Athanasius in serm. de Annunciatione ad illa verba. *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi: id est, adumbrabit.* Quasi dicat, Pater aeternus (is enim Altissimus appellatur ex multorum Patrum sententia) in tuamente formam describet, & imaginem depingethius mysterij, quod in se perficere aggreditur. Itaque Pater, qui informat intellectum Filii, & imaginem sui in illo imprimit, is etiam intellectum Mariæ informare dicitur. Hinc sane nata communis illa apud Patres loquutio, qui assertunt Verbum diuinum non solum ventrē, sed etiā mentem Virginis occupasse. Denique Spiritus Sanctus in voluntate Virginis gratissimum accubitum natus est. Nam cum voluntas illi adiudicetur, nulla que voluntas Dei amantior post Christum vñquam fuerit, quam Mariæ: & Spiritus Sanctus à sua ipsius voluntate ad aliam extra se migrare velit, nulla iucundior aut dulcior accidere potest quam Mariæ, in qua ipse feriari & quietem capere possit, quia nulla suæ voluntati magis consona. Nam sicut Spiritus Sanctus ex sua proprietate personali amor est, & ardor: sic etiam Virginem propter eximiam suam erga Deum dilectionem idem Spiritus sanctus non semel dilectionis, charitatis, & amoris nomine insigniuit in Cant. Vbi enim noster interpres conuerit dilectam, aut charissimam, Septuag. & originalis sepius habent dilectionem, charitatem, vel amorem. Merito ergo Bonau. Mariam totius Trinitatis triclinium appellavit, cuius animus tripliciter erat lecto splendidissimo instructus: memoria videlicet, intellectu, & voluntate, mollissimè comparatis, ut gratissimum, ac iucundissimum Patri, Filio, & Spiritui Sancto decubitum præberent. Itaque diuina essentia, quæ in tribus personis ad intra, quasi in quodam triclinio per identitatem accumbit, deliciissime, & suauissimè sui ipsius contemplatione epulatur, nullibi ad extra deliciosius, aut iucundius quiescit, atque vescitur, quam in Virginis memoria, intellectu, voluntate, velut in laudissimo triclinio. Addit:

*Excidit columnas septem. De septem columnis non idem iudicium Patres tulerunt, qui locum istū de Virgine interpretātūr. Idiotā in contemplatione Virginis septiformem Spiritus sancti gratiam intelligit, sic enim ait. Septem columnæ, quibus firma semper steristi, sunt septem dona Spiritus sancti, quæ requieuerunt in te, & nunquam te deseruerunt, per quæ steristi firmiter, & perseveranter in omni virute.* Bern. septem columnas in anima Virginis aliter coagmentat in serm. illo 9. ex paruis: tres nimis rū-

A ex tribus Trinitatis personis conficit, quatuor autē ex quatuor Cardineis virtutibus. Sic enim ait. Ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem: quaternarius pertinet ad mores, propter quatuor principales virtutes. Quod autem in beata Virgine tota Trinitas fuerit, fuerit inquam per presentiam maiestatis, ubi filius erat per susceptionem humanitatis, testatur nuncius celestis, qui ei arcana mysteria referans ait, *An e gratia plena Dominus tecum.* Et post pauca. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & quod nasceretur ex te sanctum, &c.* Ecce habes Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Deinde vero Cardineas virtutes, fortitudinem, temperantiam, iustitiam, & prudentiam in Virgine viguisse longiori sermone confirmat. Quid igitur hac Virginea domo sublimius, aut fortius, quam tres diuinæ personæ, tanquam columnæ fulciebant? *Quod si ex columnis edificij, & fastigij molem, quæ desuper incumbit, metiri licet, quam virtutum molem, quantum gratiarum omnium fastigium illud fuisse dicemus; quod tam validæ, ac robustæ columnæ sustinebant.* Et quidem si domum istam cœnaculum fuisse dicamus, succedit memorie columnas in cœnacionibus ad velum desuper expandendum, & triclinium tegendum, ne quid sordium in mensam incideret, erigi solitas, ut supra obseruaui. *Quod vere Trinitas præstit in maria iuxta illud. Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quorsum? Sicut et in conceptum illum nihil sordidum, nihil impurum incideret. Illud autem obumbrabit tibi dictum fuisse ducta similitudine à velo, quo sponsus sponsam obnubere solebat, iam inde superiori capite docuimus.

Hugo Cardinalis aliter septem columnas istas conformat: desumit autem illas ex eo loco Iacob. 3, 3. *Sapientia quæ de sursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena fætibus bonis, judicans sine simulatione.* Et ex Luca c. 1. numerat autē columnas ad hunc modū. Prima columna est pudicitia, quæ notauit illis verbis, *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.* Secunda, pax, & concordia, quæ sane innuitur illis, *Desponsatam viro, cui nomen erat Joseph: id est, cōcordi sociati cōiugio, Tertia suadibilitas: ad quæ pertinet attenta cogitatio eorum; quæ ad suadendum dicuntur: significantur autem illis verbis. Cogitabat qualis esset ista salutario.* Quarta modestia: addit enim, *Turbata est in sermone.* Et deinde: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quod ex verecundia, modestia, decentia morum ortum fuit. Quinta, *Judicium sine simulatione: tunc nimis cum nor. simulatè, ac fictè, sed sincere, & candide dixit: Ecce ancilla Domini. Sexta, Consensus facilis: ad quem spectat illud: Fiat mihi secundum verbum tuum.* Septima, *Plenitudo misericordia: quæ vel ad gratias plenitudinem, quæ à Deo misericorditer Virgini donata fuit (vnde est illud gratia plena,)* vel certe ad misericordiam pertinet, quæ statim à conceptu Virginis eam mentem immisit, ut Cognatam inuiseret, atque illi per tres omnino menses inserueret. Rursus Hugo alium septem columnarum censem init totidem Mariæ virtutes eximias enumerans, quas demum disticho sic complexus est.

*Casta, tacens, residens, operans, humilis, pia, prudens.*

*Hoc septiformi munere Virgo imitat.*

Addit Rupertus, qui in septem columnis eximias Mariæ virtutes etiam contemplatus est, columnis quidem merito confessi, propter inconcussam firmitatem, stabilitatemque, in alijs enim omnibus virtutes, aut subtute cadunt, aut concusse inquit:

in Vir-

43.

Athan.  
Luc. c. 1.  
num. 35.

44

Bonav.

45

46

Bernard.

47

48

49

50

P. 44  
n. 10.  
Chrysost.

in Virgine autem columnarum in morem immota persistenterunt. Liceat hunc ad sensum vocare illa verba Ps. 44. *Astitit Regina à dextris tuis*: ubi quemadmodum obseruauit Chrysost. Græcè pro verbo *astitit*, quidam legerunt *stabilitas*: id est, columna. Quid sic efferendum est. Columnarum ad instar stetit erecta. Nec mirum cum tot Virgini inessent validæ, robustæque virtutes, quæ illam velut columnæ firmissimæ fulciebant.

II. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.

51  
Caiet.

Cyprian.  
Amb.

Tertul.

52

**I**mmolauit victimas suas. Hebr. *Victimam suam*, de singulari. Caietanus ita extulit, *Lanauit lationem*. Septuag. *Mactauit hostias suas*: D. Cyprianus, & S. Ambrosius in Psal. 118. *Interfecit suas hostias*. Idem autem Ambrosius in lib. 1. de fide cap. 7. abstinet à verbo *mactauit*, & ait. *Inter suas hostias miscuit vinum suum*. Sed eum locum mendo non carere suadet censura Scholiastis Bibliorum Septuaginta. Tertullianus etiam non omnino emendatus videtur in libro aduersus Gnosticos, vñilegit: *Sophia ingulanit filios suos*.

*Miscuit vinum* Caiet. transtulit *colauit vinum suum*: rationem vero huius translationis obtulit, quod hæc similitudo splendidissimo conuiuio minus digna videretur. Nam in lautissimi epulis vinum non mixtum, sed merum solet exhiberi: atque adeo accommodatius dici colatum, id est, defæcatum, & depuratum, vel ex доло iam per suas stillas de promptum, ut vini præparatio perfecta, & in promptu describatur. Sed tamen nescio, cur Caiet. tam sollicitus de splendorе, & lautitia istius conuiuij non minuit temperantia, ad quam sapientiam imprimis spectare decebat. Præferenda est igitur nostra lectio, quæ & ipsis primitiis, atque aliis etiam interpretationibus magis concors est: Septuag. enim habent. *Miscuit in cratere vinum suum*. Consonat Chaldæus, & alij.

*Proposuit mensam suam*. Hebra. *disposuit*. Sic Aquila. Septuag. *parauit*. Symmach. *apposuit* Thodot. *stipauit*.

*Immolauit victimas suas*. Ex Patribus, quidomum istam, quam sapientia sibi construxit, Ecclesiam interpretatis sunt, alij aliter de victimis, de vino, & mensa senserunt. Primo August. lib. 47. de ciuit. De c. 20. Anastas. Nizenus in c. 40. victimas, quas sapientia immolauit Martyres esse affirmat, quos sibi ipsi Deus quodammodo victimauit. Secundus D. Greg. Magnus Moral. lib. 26. c. 27. quem secuti sunt Beda, Lyra, & alij minores, in his victimis ipsam metu Christi passiones contemplantur. *Victimas immolauit* (inquit Greg.) seipsum offerendo pro nobis. Sed cur non potius victimam dixit? Occurrit Lyra, quia Christi immolatio ad instar omnium hostiarum obtinuit. Alter Beda, quia multas sustinuit passiones, & cruciatus, quorum unusquisque ad ipsum mactandum satis erat. Tertio, Hugo non ipsam Christi passionem, sed eius preludia victimas dici putauit. Hæc certe accommodatitia sunt.

Cæterum si ad litteram species, cum supra docuerim hinc describi cænaculum, & conuiuū lauit in eo exhibitum, sensus aliter confirmandus est. Caiet. existimat aptius legi posse *Lanauit lationem suam*: quo significetur plurima ad instituendum conuiuū animalia, mansueta, effera, & altilia occisa fuisse, ad eum modum, qui in Euangeliō homo ille, qui fecit cœnam magnam, & conuiuas ad illam multos accerserat, addidit:

tom. I.

A *Tauri mei & altilia occisa sunt*. A Caiet. non ab ludit Iansen. Sed tamen non audiendi, admittunt enim nostro textui fidem, & ipsi sententiae non minimam venustatem. Quapropter memoria repetenda sunt, quæ supra tradidi cap. 7. ad illa verba: *Victimas pro salute denoui, hodie reddidi vota mea*: ubi multis ostendi Iudeos, imo etiam Gentiles eo die lautissima conuiua amicis, & proximis offerre solitos, quo victimas immolauerant. Nam victimæ parvam partem auferebat Sacerdos reliquam immolans referebat domum, vt ex illa ipsi domestici, atque amici epularentur. Frusta hic repetam, quæ ibi accuratius adscripti. Aptissimum igitur Salomon, & secundum sapientia mores, & ingenium dixit. *Immolauit victimas suas*: tum ut significaret splendidum valde, atque opiparum fore conuiuum: tum etiam ut notaret paraticonuij occasionem piam esse, ac religiosam. Nimur ex ingenti victimatione in cultum Dei mactata.

B *Miscuit vinum*. D. Gregor. ubi supra, *Miscuit (inquit) vinum suum*: præceptorum suorum poculum ex narratione historica, & intelligentia spirituali contemporans. Anast. Nizen. vt qui suam inquit diuinitatem carni vnicrit, tanquam vinum merum aqua diluens. Cæsar. Arelatenſ. hom. 7. de Paschate, ex Iudeis, tanquam ex mero, & gentibus, velut ex aqua vnam Ecclesiam temperatam significari dicit. Vel aliter, dictum putat in figura vini, & aquæ, quæ veteri Ecclesiæ instituto, Christi exemplo, fortasse etiam & præcepto permiscentur ad consecrationem. August. supra, Cypria. & Chrysost. locis citatis. Hieron. in c. 55. Ilaiz, Bonau. de septem donis Spiritus Sancti cap. 1. ipsum sanguinem Christi sub vini speciebus significatum fuisse autumant. Hic nucleus.

C *Sitamen corticem literæ attendas, miscuisse vinum sapientia dicitur*, id est vinum aquæ dilutum apparasse, sic enim postulabat ipsa temperantia. Cum enim sapientia ad id euocaret conuiuas, vt illis suas dictaret sententias, & gryphos, & ænigmata aperiret (vt supra docui) sobrium valde potum esse oportebat, ita ut exhilararet, non tamen eriperet, mentem, atque consilium. Quod autem Caiet. ait de vini colatione, aut defæcatione, quo meraciam vini defendat, non est ad rem, vt supra docui.

D *Et proposuit mensam*. Diuus Gregorius in præmissis locis sacram scripturam interpretatur. Quæ fessos (inquit ad se, atque à seculi oneribus venientes pane verbi refecit. Accinit Beda, qui eadem verba transcriptis, & Hugo Cardinalis. Addit præterea Hugo per hanc mensam beatitudinem significari, Luca. 22. mensam videlicet æternæ refectionis, de qua Luc. 22. n. 29. 22. Christus Dominus ait: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater regnum, vtedatis, & bibatis super mensam meam, in regno meo*. Diuus autem Anastasius Nizenus. Et parauit (inquit) mensam suam scilicet Trinitatis cognitionem. Quod (nifallor) dictum, quia apud veteres mensæ plerunque tripodes erant, vt docet Ciaconius de Triclinio Romano. Huc spectavit Horat. cum ait.

E *Modo sit mihi mensa triplex. Et.*  
*Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus*  
*Quamus crassa posset.*

Ergo ad tripodem spectans Anastasius Trinitatis agnitionem in hac mensa contemplatus D. Aug. ubi supra. Cyprianus, & Chrysostom. altare intelligunt, in quo Christi corpus consecratur, atque edendum proponitur. Hic spiritus.

F *Cæterum secundum literam mensa significat id, quod sonat. Dicit autem hanc apparatam, &*

Dd

Matt. c. 23  
n. 4.

56  
Gregor.  
Nizen.  
Cæsar.  
Arelatenſ.

August.

57

58

Anast.

59

60

conuiuum iam expeditum, & in promptu esse significat. Euocat enim illos, ut dici solet vulgo *imessa puesta*. De veteri luxu in mensis tricliniorum postea aliquid subiiciam. Quod si queras, an hæc tria, immolatae victimæ, vinum mixtum, & expedita iam mensa aliquid sacramentus, & specialius secundum literam adsignificant, Respondeo hæc tantum ad amplificationem Ethopeiæ dictæ fuisse à Salomone, ut sapientiam in conuiuio verba facientem induceret, quemadmodum materia ipsa postulabat, ut supra dixi, non locum solum, sed etiam epulas ipsas descripsit eo modo, quo sapientiam ipsam magis decere estimauit. Propterea piam, & religiosam exhibendi conuiuij occasionem, scilicet victimatum immolationem illi adscripsit, merum sobriæ temperaturæ, & mensam studiosè paratam illi dedit. Quapropter si quid moris ex litera traherelicit illud est, quomodo conuiuij tempestiuè, & sapienter, & sobriè exhibenda sint. Sed tamen hæc primum de Eucharistia, deinde de Virgine expendamus.

61

## De Eucharistia.

*Immolauit victimas suas.* Sane ordo describitur, per quem Deus ad Eucharistiam tandem conficiendam venit, præmisit enim Deus plures victimas, & libamina in veteri testamento, quibus hoc incruentum sacrificium adumbrabatur. Et quidem si quid honoris, si quid authoritatis fuit in antiquis hostiis, non aliunde id sibi asciuerunt, nisi ex eo, quod umbrae quædam, & imagines erant huins venerabilis sacrificij. Attigit hoc eleganti similitudine Chryso. ho. ad Neophyt. vbi sic ait. *Quid agis Moyses sanguinis ovis rationabilem hominem liberare consuevit? Valde (inquit) non eo, quod sanguis est, sed eo, quia domini sanguinis per eum demonstratur exemplum.* Nam sicut regnantium statua, quæ sine anima sunt, atq; sermone, nonnunquam ad se configentibus hominibus anima atque ratione decoratis subuenire consueverunt, non quia sunt esse confite, sed quia recincent imaginem Principalem. Ita & sanguis, ille qui in rationabilis fuit, animos habentes homines liberavit: non quia sanguis fuit, sed quia huius sanguinis ostendebat aduentum. Accedat Aug. qui hunc ipsum locum lance iudicij sui examinans, lib. 17. de ciuit. Deic. 20. qua ratione Eucharistia ad instar victimarum omnium fuerit declarathis verbis. *Id sacrificium succedit omnibus illis sacrificijs veteris testamenti, que im nolabantur in umbra futuri.*

August.  
26

*Ps. 39. n. 2.* per quod etiam vocem illam, in Psalm. 39. eiusdem Medicatoris per Prophetam loquentis agnoscimus, sacrificium, & oblationem nolueristi; Corpus autem perfecisti mihi, quia pro illis omnibus oblationibus corpus eius offertur, & participantibus monstratur. Et quidem in sacrificio isto sacratissimo absoluendo sequutus est Christus veterum hostiarum morem. Sicut enim ex cæli animantis carnibus conuiua parabantur, & partem sacerdos auferebat, partem laicus repartabat in epulas: Sic etiam Christus Dominus in cruenti sacrificij totam rem ita peragivolvit, ut & corpus ipsius vere Patri immolaretur, & mactaretur: nimirum per verba consecrationis, quasi per gladium, quæ sanguinem Christi sub speciebus vini, & carnem sub speciebus panis utriusque substantiæ loco subrogant, ut ex eodem lauacrum fidelibus offerretur conuiuum, in quo non partem sacerdos, & laicus item partem: sed integrum victimam unus, & alter auferret. Id autem sibi voluit Augustin. cum ait: *Quia pro*

A illis omnibus oblationibus, & corpus illius offertur, & participantibus ministratur. Subdit:

*Misericordia vinum.* Illud inquisendum, cu<sup>m</sup> Eucharistia hic non cum meraci vino, sed cum mixto componitur? Cæsarius Arelat. ut supra adnotauimus, illud innui dicit. Nimirum in calice ante consecrationem aquam vino infundi ex Christi exemplo, & Ecclesiæ vsu ad Christi, populique concordiam adumbrandam, quam sacramentum istud conciliat, & astringit. Veruntamen ut ex corice literæ ad nucleum pertingamus, si quidem iuxta literam hæc vini, & aquæ permixtio ad significandam conuiij à sapientia comparati sobrietatem spectat: eodem modo ad spiritualem sensum euocata sobrietatem cœlestis conuiuij innuere putanda est. Primo quia docuit August. loco citato, Eucharistia cum temperatis, & tempestiis epulis comparatur. Est enim (inquit) *Cibus, potusq; ad vitā.* Quasi diceret: intemperans, atque intemperitia saturatio vitam atque salutem lædere solet: temperata vero, & tempestiua illam conseruat, & tueretur. Cum igitur Eucharistia sit conuiuum, vitam salutemque adducens animo, sane cum tempestiis, atque sobriis epulis conferri debet. Et quidem ad id pertinere docet August.

C illa verba Eccles. 10. *Væ terra, cuius Rex adolescentis, & Principes uimane comedunt. Beata terra, cuius Rex tuus filius ingenuorum, & Principes tui in tempore comedunt in fortitudine, & non in confusione.* Sic extulit August. hunc locum: addit *Agust.* vero adolescentulum illum Regem esse Diabolum: Christum autem filium ingenuorum Patriarcharum videlicet secundum carnem, & Dei secundum vtra nque naturam. Ilius igitur Principes manu, id est, intempestiū, atque intemperanter comedunt. Nam matutina saturatio cotimuni medicotum calculo imprimit vitam, & salutem lædere solet. Quasi dicat, voluptates, delicias, atque alias saeculi bona, dum captant, haud dissimiles sunt his, qui manu exsaturantur. Sicut enim matutina ebrietas vitæ atque salutis documentum assert: sic etiam delitiae, atque voluptates, & bona isthæ caduca vitam labefactant. Sed cur hæc manu sumi dicuntur? Qui hoc capiunt (inquit Aug.) manu dicuntur manducare, id est, ante horam congruam. Quia non expectant opportunitam, quæ vera est in futuro sæculo felicitatem, festinâter beari huius saeculi voluptatibus cupientes. At vero Principes supremo Regi Christo addicti in tempore comedunt, id est, Eucharistia conuiuum dignè sumentes, similes sunt illis, qui tempestiū, & sobrie comedunt, quibus esca potusque salubris, & vita asseruandæ proficia. Ideo addit in fortitudine, & non in confusione, id est, hi sunt, qui vires, & robur non labefactant, sed tueruntur, & conseruant. Sed cur etiæ est cibum, qui capiunt in tempore suo, illum edere dicuntur? Sane quis hæc vita est huiuscibi sumendi tempestiua occasio: est quippe tanquam viaticum ad aliam, ad usque tempus, quo extrema illa cœna capienda est, qua nuptiæ agni celebrantur in cœlo.

E Insuper addo sacramentum hoc cum vino mixto componi, quia vinum aqua dilutum modica, ut author est Cornel. Celsus lib. 1. de Med. c. 4. ex Hypocr. & Galeno, cordi succurrat, & minime caput tentat. Et quidem succurrat cordi lœge melius, quæ vinū merum: nā dilutū faciliter decoquitur, & ad cor defertur quæ merū. Sane delitiae atq; voluptates huius saeculi vino mero persimiles sunt: cordi enim minime succurrunt, neque illud lætitiant & tamē caput tentat, & ebrietate adducunt: præsertim si ad ipsarum deliciarum minus validam vim accedat infirmitas eorum, qui eiusmodi

64

65

66

67

Isaias.  
c. 1. n. 5.  
68

69

70  
Hypocr.

71

72  
Chrysost.  
P. 22. n. 5.

73

vinum sitivit. Si enim ita accidat, ut alicuius caput debile sit, & cor omnino affectum, huic sane vinum merum nocumentum plurimum afferre necesse est: nam cum per se minus possit ad cor exhilarandum, accedente cordis pathia, seu affectione, nihil omnino praestabit. Deinde cum ad caput tentandum per semetipsum plus valeat, si adsit debilitas capitis, maiori profecto vi illud petet, ac feriet. Isaias igitur de his, qui voluptates, & delinimenta mundi sectantur, ita ait: *Omnecaput dolens, et omne cor mœrens*: id est, caput debile, & cor affectum. Alter Eucharistia, quæ cum vino mixto, & diluto comparatur: hæc enim & cordi iucundius succurrerit illud exhilarando, & caput nullo modo tentat, præsertim quia supra innatam illius vim accedit firmitas, & valetudo eorum, qui eiusdem participes sint. Si enim contra ita accidat, ut alicui cor hilare sit, & caput robustum, huic sane vinum dilutum emolumenti plurimum afferat necesse est. Nam cum ipsum vinum per se plus possit ad cor hilaritate afficiendum: & cor bene affectum, & lætum sit, lætitiam supra modum cumulabit. Item cum caput robustum omnino sit, vinumque de se ad illud tantundem non adspiret, calore vini amplius roboretur. Ergo cum ad hoc sacramentum semper in gratia accedendum sit, inde sit, ut fideles, & lætum cor ad illud affirant, propter conscientiam peccati immunem (iuxta illud: *secura mens inge conuinium*). Et alibi. *Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostræ* caput etiæ robustum propter solidam huius sacramenti fidem. Quapropter cordis lætitiam, & capitis robustam nobili potu cumulari valde necesse est.

Ad hæc Galenus, & Hypocr. apud eundem Celsum suadent vini diluti potum præstantissima quadam ratione expedire. Hypocr. verba hæc sunt in libro de diæta. *Bibere huic aſſiduo vinum dilutum leue quam aquam magis expedit*, ut cum caput grauius effe coperit, sit quo confugiat: quod perinde est, ac si dicat ex vino, & aqua dilutis optimum esse D potum. Nam si forte aliquando ob infirmitatem aqua profutura est, longe melius illam sine offensione tolerat, qui vinum aqua dilutum haurire assuevit quam qui vinum merum, minus enim distat. Si item aliquando propter stomachi pathemata, vel dolores vinum meracius illi auxilio futurum esse creditur, id etiam sine offensione sustinere potest. Quorsum hæc? Sane aquæ tribulationes ad significat iuxta illud: *Intrauerunt aquæ usque ad animam meam*: vinum merum prosperitatem huins vitæ, iuxta illud: *Et vino torcularia tuare redundabūt*. Expeditergo valde, ut fideles huic vino mixto, atque diluto Eucharistæ assuecant plurimum, ut cum opus fuerit, & ita decreuerit Deus, ut aqua tribulationum potentur, illam melius, & sine offensione animi tolerare possint. At rursus cum vinum prosperæ, & secundæ fortunæ illis haurié dum præbuerit Deus, quia ita illis auxilio futurum putat, paratione absque detimento sustinere valeant. Addit:

*Et proposuit mensam suam*. Mensam istam aram esse diximus, in qua Christus immolatur. De hac mensa accipi iubet Chrysostom. in hunc locum illa verba Psal. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulantem*. Addit autem Chrysost. *Qui sunt isti, qui nos tribulant?* suggestiones, Finimici, tribulationes, onpiditatem, delectationes, sæculi honores. Isti tribulant quia eiusmodi, qui ita viuunt tribulationes carnis habent. Sed veniunt ad mensam potenter considerantes ea, quæ apponuntur ei accipere cù timore, & tremore, & tribulationes efficiuntur consolationes. Addit vero rationem optimam. Auferuntur tom. I.

*ea, que sunt carnis infunduntur ea, que sunt spiritus*, & ex mensa preparata proficiunt contra eos, qui tribulant eos. Huius mensæ umbra fuit peruetus illa propositionis mensa, quam Deus affabre componendam Moysi commisit hisce verbis. *Facies mensam de lignis setim habentē duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & semissem, & in aurabis eam auro purissimo*: faciesque illi labium aureum per circumatum, & ipsi labio coronam interasile, altam quatuor digitis, & super istam alteram coronam aureolam. Hæc erat mensæ strætura. Cumque locus iste, ubi sapientia se mensam suam proposuisse dicit, postulet, ut aliquid de mensarum gloria, & luxu dicamus: libet expendere verba Exodi atque in illa quidquid hac de re colligere potui, conjectare. *Facies mensam de lignis setim*: aliqui cedros interpretantur, alij Cytrós; utraque arbor imputribilis. Septuag. habent: *De lignis imputribilibus*. Mensas autem Cytrias in pretio olim fuisse suadent verba Plini lib. 13, cap. 15. *Athlas, mons pecu-* *liari predictus filua*. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cytri, & mensarum insania, scilicet ex cytro confectarum. *Quo spectauit Martialis*, cum ait.

*Accipe felicis Athlantica munera sylva,* *Martialis*  
*Aurea qui dederit dona, minoradabit.*

Alibi Mensam inducit loquentem.

*Non sum Crispus quidem, nec sylva filia Mauritania;*  
*Sed norunt lautas, & mea lingua dapes.*

Audi rursus Plinium. *Anchoriarus* (inquit) mons vocatur citerioris Mauritaniae, qui laudatissimum cyrum dedit, iam exhaustus mensis. De pretio autem Cytriarum mensarum multa habet in eo c. 15.

Quod ve dibi tradit de Ciberonis mensa, & que illius estimatione, attigit etiam Tertullianus in l. de Pallio: ubi sic ait. *Adigo cauterem ambitioni, qua Tertullianus*, *Marcus Tullius, quingentis millibus nummum orbem Cytri emit, quibus tantum Asinus Gallus pro mensa Mauritiana numerat. En quantis facultatisbus asti-*

*mase et ligneas maculas. Audi etiam Senecam in lib.*

12. de benef. cap. 10. *Video isthic mensas, & estimatum lignum Senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in senectute plures nodos arboris infelicitas torset. Erat autem Senatoris census post Augustum duodecies festerum.*

*Cytriarum autem mensarum, quas tanto in pretio*

*fuisse constat, elegantia in quo posita esset, docet Plinius ibidem. Præcipuas in vena crissis vel in vertice varijs: illud oblongo euenit discrus. Ideoque*

*Plinius appellavit hoc intorto, & idiotales Panthe-*

*Tygrinae vocantur (nimurum quod referant horum ani-*

*mantium maculas) sunt et undarim crispa majoris*

*gratia, si Pauorum caudæ oculos imitantur. Atque*

*alia eiusmodi attingit. Itaque ex his constat Cytri*

*materiem ad mensas concinnandas reliquis ante-*

*positam: tum etiam mensarum ad Triclinia insti-*

*tuenda magnam rationem habitam. Sed tamen an-*

*ligna Setim, seu imputribilia Cytria sunt, an Ced-*

*drina decernere oportet; Imprimis illud mihi co-*

*perpetum est illas mensas, quas tanti veteres fecerunt;*

*non ex Cytro vulgati confectaras fuisse, ex illa, in-*

*quam, quæ medica fert mala: sed ex aliqua alia ar-*

*bore insolenti, & minus obvia. Nam Plinius*

*eiusmodi Cytrós describens tradit similes esse*

*cupresso fœminæ sylvestri folio, odore, caudice:*

*hæc vero longè distant à vulgati Cytro. Rursus*

*existimo Cyrum istam insolentem non esse*

*communem cedrum, huius enim magnus pro-*

*uentus in Syria, Phœnicia, & allis plagiis,*

*nec tam insana estimatio.*

*Nihilominus tamen Cytrus arbor illa nobis-*

*lissima Cedrus etiam appellari consuevit. Nec*

*mirum cum apud Dionem etiam Cytrus nostra*

D d ij

vulgaris cedrus appelleatur, & illius item mala, porta cedria. Vnde carpendus est mea sententia T. Vrbinus in triclinio Romano, qui in locis præmis-  
sis Plinij pro cedro cytrum conuertit. *Confines ei  
Mauri quibus plurima arbor citri.* Sic ipse restituit,  
cum omnes codices habeant Cedri: & infra. *Qui  
laudatissimum dedit Cyrum.* Vbi omnes similiter  
editiones habent cedrum. Quapropter cum audis  
arcam, mensam, & alia quædam templi vasa ex li-  
gnis Sethim confecta esse, nequaquam communem  
aliam cedrum intelligere debes. Haec enim  
Hebr. 11. Erez: atque alijs etiam nominibus no-  
tatur: sed electissimam illam, & nobilissimam, ex B  
qua mensæ elegantissimæ, ac pretiosissimæ con-  
cinnati consuerunt. Haec enim nobilitate  
præstare suadent verba Martialis in liuidum.

*Plorat Heros quoties maculos apocula myrræ.*

*Inspicit, aut pueros, nobilissime cistrum.*

Hæc de materia mensæ propositionis. Subdit. *Et  
inaurabis eam auro purissimo,* non ita quidé, vt ma-  
teries tota laminis aureis coniecta esset, vt nihil  
citram materię appareret: frustra enim tam nobi-  
le lignum ad illam compingendam assumptum es-  
set, cum præsertim eius ligni præmium aurum ipsum  
superaret, vt constat ex illo Martialis carmine  
supra adscripto.

*Accipe felicis Atlantica munera sylue,*

*Aurea qui dederit dona, minora dabit.*

Adde Plinium in eo loco. *Quas, inquit (supple  
mensas) fæminæ vtris contra margaritas regerunt.*  
Id est, exprobant, quod scilicet tanti illis stet, quæ-  
ti iplis margaritæ constant. Et quidem ita videtur  
tradere Iosephus, qui in lib. 3. antiquit. cap. 7. scribit:  
*Lorica aureareticulata contestam, id est, retis in mo-  
rem compacta per cuius maculas materies se pro-  
debat.* Mensas autem laminis aureis ad eum mo-  
dum incrustari, vt accidit etiam hodie tradit Vir-  
gil. Aeneid. 7.

*Et violare manu, malisque audacibus orbam*

*Fatalis crux.*

*Faciesque illi labium aureum per circuitum.*

Hoc est limbum per ambitum, qui extreos men-  
sa canthos, seu tabulæ crassitudinem includeret.  
Quod optimè expressit translatio Septuaginta  
correctior. *Et facies ei tortilia cymacia aurea in  
circitu.* Est autem Cymacium in columnis supre-  
ma pars Epystilij, id est capituli, quod quasdam pri-  
iecturas habet, quas Græci διπλεῖς appellant.  
Sic Vitruvius. Sumpit interpres eam vocem ex  
Iosepho, qui in descriptione mensæ ita scribit.  
*Mensa quidem coronam quadrantalem consecerunt:*  
*Cymacia autem tortilia quibus inerant sculptura, &c.*  
Hispanæ ad hunc modum effere licet. Cogitas los  
cantes demea con un friso de oro en torno, que sobre-  
sal gaen forma cornis. Complutensi. & Regia aliter  
conuerterunt: *Facies ei vertibiles undulas aureas in  
circitu.* Cui translationi ansam præbuit vox Kypria,  
quæ vndametiam ad significat. Sed tamen ad  
eundem sensum allicienda sunt.

*Et ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor  
digitis.* Hebr. ad verbum, *Facies ei clausuram pal-  
mi.* Pro palmo autem est Topah, quæ vox paupium F  
quandam mensuram ad significat. Noster inter-  
pres palnum plerumque conuertit. Neque id dis-  
fidet à semetipso. Nam palmus apud antiquos  
quatuor digitorum mensura fuit vt alibi docuimus.  
Septuag. habent. σταύρον παλαιόν. Complutensis  
conuerterunt. Coronam pugilis. Codex Sixtinus ac-  
commodatius transluit. *Et facies ei coronam palmi in  
circitu.* Non enim duxit vocem παλαιόν à παλαιόν,  
id est, Luctator, aut pugil, sed παλαιόν, & id est,  
palmus, seu quadrantale. Significat autem quantū

est spatium in manu plana, inter pollicem, minimumq;  
digiti. Itaq; omnino concinuit cum nostra lectione.  
Sed quoctum mensæ addita fuerit corona, ista seu  
potius coronis, exprimit vox originalis, quæ pro-  
priè clausuram ad significat. Ideo enim per circuitum  
hæc coronis mensam ambiebat, vt clauderet in  
gyrum panes, ne deciderent. Neque vero deerat  
etiam coronis isthæc tricliniaribus mensis. Nam  
Scœula in l. qui vxore. ff. de auro, & argento leg.  
cum dixisset: Perueniamus ad gemmas inclusas ar-  
gento, auróque brevi in stertitio sic asserit. Sed &  
in coronis mensatum gemmæ coronis cedent, & hæc  
mensis. Sed quid sibi vult vox illa interrasilis. No-  
ster Riberalib. 2. de fabrica templi c. 4. dictam exi-  
stimat ad significandum, quod sculpturæ haberet Riber. 3;  
aliquas, media vero spatha plena. Interrasa scilicet,  
id est, per interstitia quædam rasa, & lœuis, reliqua  
sui partea aspera, & cælata. Millem tamen ea voce  
significari coronam illam à superiori parte rasam  
omnino esse, & æquabilem non erectis radiis, vt  
supra illam alia aureola corona insisteret. de qua  
infra dicit. Et super illam alteram coronam aureolam.

At inquies mensam propositionis cum aliis men-  
sistricliniaribus immicerit? Minime vero.  
Nam Iosephus in lib. 3. antiquitat. cap. 7. scribit. In  
fano autem mensam collocavit Moses, Delphicus nō  
ab similem. Nec vero Delphicas mensas illas intel-  
lico, quæ in templo Delphico erant, sed eas, in  
quibus pocula exponebantur. Lege Cœlium lectio-  
num antiquarum lib. 8. c. 6. ex quo transluit Vr-  
binus in suam appendicem de Triclinio. Et quidé  
eiusmodi mensa, seu abaci figura, & materia haud  
disparès erant ab aliis. Agjetius existimat Delphi-  
cas appellari, quasi adelphicas ab ἀδελφοῖς. Quia  
videlicet in his paria cum paribus, vel ii manus,  
germana cum germanis componebantur, iuxta  
illud Tullij: Et scyphorum comparia plura. Adde  
Varronem l. 8. Sic abacum argento ornari videmus,  
vt alia paria sint, alia diffaria. Alij Delphicas dici  
malunt, quia tripodes erant, & forma reliqua Del-  
phicas referebant. Quod si ita se res habeat, con-  
stat in de mensa propositionis tripodem fuisse.  
Pedum vero formam, qualis esset, tradit Aristoteles  
l. 10. de Sepiuag. interpretibus. At pedes in lilio-  
rum figuræ expolierat artificis manus, quæ repandis  
in ipso vertice folijs mensam sustinerent, erecti intrin-  
secus ad affectum fondibus. Pedes autem hi in pauci-  
mento firmabantur. Ioseph. autem id ipsum tradidit  
ad hunc modum. Pedum autem capitella litorum si-  
militudinem referebant, folijs sub mensa reflectenti-  
bus, cum germe aliquo rectum videretur.

Ad hunc modum Deus Moysi præcepit men-  
sa propositionis concinnare. Ceterum deinde  
Salomon seruans formam à Deo præscriptā, multa  
illi ad decorum addidit. Nam præter eximias cæla-  
turæ, gemmas, & alia ad ornatum spectantia ab in-  
feriori parte limbi, seu labij, coronam aijam sub-  
iecit deorsum pendentem, de qua sic Iosephus.  
Huic subiecta erat corona per circuitum omne genus  
fructuum representans dependentibus racemis, & spi-  
cis emergentibus, & malis puricisis inservi, quæ omnia  
constabant ex labillis colorē fructuum natuum re-  
ferentibus, & auro circum totam mensam reunitis.  
Hoc effectus naturæ emula. In ipso prætereā  
mensæ virbilio erat elegans meander, de quo  
sic item Iosephus. In mensa autem sculpta erat  
meander magni pretij, gemmis per medium tan-  
quam stellis variegatus. Vide alia ibi. Illud tan-  
tum obserua, utramque faciem sic conformatam  
fuisse, vt quanquam vetteretur mensa, eandem  
omnino speciem, & pari cælatura elaboratam  
ostentaret.

87 Hæc de mensa propositionis ideo hic tradidi, nam quæcumque de aliis mensis tricliniaribus occurserant, illa ad huius mensæ declarationem non parum facere existimabam. Tum etiam quia illa verba, *Proposuit mensam suam*, ita suadebant, ut de mensa propositionis aliquid diceremus. Denique quia siue hæc verba de sacramento altaris, siue de Virgine accipiamus, huius mensæ partes, & formam sensuum spiritualium, atque mortalium vberem copiam suppeditant. Quos tute tibi, cum opus fuerit, ad rem tuam conformare poteris. Ego vero studiosus compendij omitto.

## De Virgine Deipara.

88 Cum supra docuerim Deiparam ex multorum Patrum sententia esse domum illam, seu cænationem, quam Sapientia diuina sibi substruxit, reliquum est, ut verba etiam hæc eidem adscribamus. *Immolauit victimas suas*. Duas quidem victimas Virgo Maria mactauit. & immolauit: filium videlicet suum (quem Deo pro hominibus obtulisse, & sacrificasse multis docui supra cap. 8. ad illa verba. *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso*. Vbi ex doctrina Patrum multa in hac sententiam conieci,) & semetipsam. O! quam rationem non modo martitem, sed supra martyres omnes esse decreuimus, in eodem capite ad illa verba: *Mea est fortitudo, vbi illam animo, & corde maiores cruciatus perpessam fuisse diximus, quam omnes pariter martyres exantlarunt*. Quapropter hunc ad sensum vocare licet lectionem illam Tertul. aduersus Gnosticos supra adscriptam: *Sapientia ingulauit, aut mactauit filios suos*. Virgo enim Deipara duos liberos suos Deo mactauit, atq; immolauit, scilicet Christum filium suum, quem Deo pro redemptione mundi ab ipsa litatum fuisse iam præmisimus: & suum ipsius cor, seu animam quam filiam alteram appellare licet. Sic Chrysoft. docuit filiam Iephte esse cuiusque animam, quam Deo D mactare, & victimare docuimus per fidem. Vide multa citatis locis.

90 *Iudephon.* Misericordia vnum suum. Diu. Ildephons. hanc vini mistionem in utero Virginis, ceu in aureo cratero perfectam fuisse docet sermone de Assumptione, id est, ad illa verba Cantic. 7. *Vmbilicus tuus crater tornatilis non indigens poculu*. Eo scilicet, quod inerum diuinitatis, humanitatis aquæ se se inconfuse admiscuit, per quam mixtionem non in unam substantiam transiuit, sed duplum, diuinam & humanam arctissimo vinculo sociauit. Sane Virginis alius crater fuit, atque scyphus aureus, qui nobis Deum propinavit, non merum, vti olim fuit, cum capita inuadebat, soluebat menbra, & homines sternebat solo: sed humanitatis aqua dilutum, securum videlicet, atque lene: iuxta illud Poëta Tibulli.

*Mixta que securo est sobria lymphamero.*

91 Accipe non illepidam noui, sed locupletis authentis meditationem. Permittere autem oportet omnem amicitias, & paces vino confirmari solitas, quod ita fieri consuevit. Qui in gratiam redibant, scyphū mixto vino plenum inuicē dabant, & eo ritu initā gratiam sanctiebant. Ad hæc cū multi in idem consiliū conspirabant, aut coniurabant, (vt docet Tertullianus in Apologetico contra Gentes) societas, seu sodalitas hausto ex eodem calice vino roborabatur. Vinum autem mixtū propterea in his partibus adhiberi solebat: tam quia illa permixtio dissimilium liquorū, dissimilium quoque voluntatum nexus adiunxit: tū eriam ne vini meracia caput tentaret, & consiliū eriperet, quod in pactis, & tom. I.

A fœderibus percutiendis in primis necessarium est. Ergo Virginis alius crater est mixto plenus, aptissimus sane ad sodalitia, & societas stabiliendas, quarum innumeræ eius nominis nuncupatas hodie videmus in quibus multi quamvis dissimiles, ac moribus dissidentes, postquam ex illo calice degustarunt, in eandem voluntatem, animumque cōspirant, vel si mauis coniurant, quia non immerito eiusmodi sodalitia, seu societas, Virginis consecratae coniurationes dicemus ad cœlum debelandum euocatas, iuxta illud: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Vel ad impiorum tempore publicam euertendam, qui implacabile semper bellum mouent. Illud præterea antiquissima totius Ecclesiæ persuasione concreditum est, in maximis illis dissidiis, cum Græci in Latinos incurruunt, cum Antipapæ Ecclesiam distrahant, cū schismata eiudem partes dissociant, ut pax, & concordia redeat Virginem in primis esse inuocandam.

C Ita tradit Conciliū Basiliense, sess. 43. vbi ita scribitur: *Cuivque sint ubique divisiones, & bella perhui mani generis hostem introducta rigeant, ut ipsa etiam Ecclesia militans non mediocribus agitetur procellis: dignum esse iudicauit, ut solemnitatem hanc, &c. Vt honorata in hac solemnitate per pias, & denotatas fidem mentes mater gratia pacē, & unitatem fidelibus largiatur. Similia verba habet Ioannes Constantinopolitanus ad Hormisdam Papam, in to. I. epistolarum Pontificum. Et Constantinopolitana Synodus in epistola ad eundem Hormisdam. Ecce (inquit) intercessione sanctissime Virginis olim que fuerant membra diuisa, per Spiritus Sancti gratiam ad unitatem, & charitatem perfectam sunt redacta. Et in epistola Epiphanij Constantinopolitanus Archiepisc. ad eundem Hormisdam circa finem, sic habetur. Nullo modo iam licebit sanctam Dei dilacerari Ecclesiam per intercessiones sanctæ & religiosæ Dei genitricis Virginis Marie. Et rursus in alia epistola: Oret igitur vestra sanctitas, ut intercessionsibus Domine nostræ sanctæ gloriose Virginis Marie, omnia ad unitatem indiuisam conueniant, & fundamentum Catholicæ fidei conformetur per omnia. Itaque ex his constituit Virginis opera unitatem, & concordiam Ecclesiæ constabili, sectiones & schismata arceri, & amoliri. Est quippe calix, seu crater, vbi Deus viuum suum misit, ut fidèles ex illo libantes nexus inseparabili sociarentur. Quam societatem longè melius adumbrat illa tam dissimilium naturarum in una hypostasi copulatio, & coniunctio in Virginis utero, velut in cratero perfecta, & ab ipissima Virginie nobis propinata, quam meri & aquæ permixtio, qua in suis pactionibus veteres utebantur. Quonodo enim id non cogat voluntatem, quantum quis dissidentem cum proximi voluntate copulare, si quis mente illud Maria propinante ebibat: quod scilicet Deum tam disparest, tamque dissimiles naturas diuinam, & humanam tam fortis vinculo adiunxit nostræ salutis gratia. Vnde Petrus Damiani in serm. 3. de Natiuit. sic ait: *Per Euam Petr. Dam. potus mortuus porrigitur, per Mariam vita, & pacis poculum exhibetur.**

F *Proposuit mensam suam.* Hanc mensam cognitionem Trinitatis esse suprà docuimus ex Anatasio Nizeno. Et paraut (inquit) mensam suam, scilicet Trinitatis cognitionem, quæ in mensa tripede adumbratur. Hanc vero nullibi melius, quam in Virginis anima, veluti in triclinio Deus locauit, quia in Trinitatis cognitione nullius mens tantum progressa est. Sest audiendus est D. Epiphanius in sermone de laudibus Virginis: *Ipsa Epiphanius est (inquit) fidei mensa intellectualis, quæ vita panem*

mundo suppeditabit. Et post pauca: *Locuples est charissima, & veritatis plena, mensa virginea optimis quibusque cibis abundans, quibus terra fruatur. O candelabrum Virginum, &c.* Ex quibus constat Epiphanius item esse Mariam cum mensa propositionis conferre, ex cuius structura multa sane Deiparae non inuenustè per similitudinem adaptari possunt. Pauca subscribam, ut viam ad plura prædoceam. Mensa illa constabat nobilissima non vulgaris cedri, sed cytri materie, cuius tabulas ad mensam concinnandas assumi supra docui. Sane cedrus degener quilibet propter incorruptionem com. nunem virginitatem adumbrat. At cytrus illa ingenua nobilissimam, & generosissimam virginitatis speciem innuit: eam scilicet, quam nec conceptio, nec partus violare potuerunt. Sed ut in virginitate perfemus, eam sane in mensa illius pedibus contemplari licet, quos supra litorum specimen referre dixi, & paumento omnes insisterem. Sic enī ait Aristæas: *Et pedes isti in paumento firmabantur. Virginitatem enim, quam lilia notant stabilitate, & firmitate, humilitas donavit in Matia.* Vnde Bernardus in serm. i. de Annuntiat. Quæ est virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo: tam humili, ut desponsata sit fabro: *Pulchra permixtio virginitatis, & humilitatis.* Nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Cum vero pedes tres fuisse supra tradidit, planè innuitur Mariam tripli virginitatis prærogativa insigniri. Virgo enim fuit ante partum, & in partu, & post partum. Accedit pedes huius mensæ ab inferiori parte bouinas plantas retulisse. Sic colligitur ex Aristæa suprà, & vulgate hoc fuit in tricliniis mensis. Hinc est illud Martialis.

*Grandia taurorum portant qui corpora queris:  
An Lybicas possint sustinuisse trabes?*

Vide Plinius lib. 12. cap. 5. Et quidem tarda bouis planta maturitatem prudentie ad significat. In de familiare illud prouerbiū: *Bouino pede agere.* Virgo lilia super plantas bouinas virginitatem cum prudentia coniunctam: Deiparam vero inter prudentes virgines principatum tenere iam inde supra multis rationibus decreuimus ad illa verba: *Mea est prudentia,* cap. 8.

Quod autem auto recta erat, ita tamen ut inter auriculae cytri macule apparerent, pertinet ad charitatem, per quam magis, ac magis virginitas se probebat. Item triplex ille auti ornatus, qui mensam per gyrum ambiebat: scilicet limbus, corona interrasilis, & altera corona aureola, tres charitatis ordinatae partes adumbrat: erga se, erga proximum, erga Deum. Ad hunc modum tute alia poteris accommodare, quibus ne longus sim, supercedere decreui. Denique attexere libet scholion satis pulchrum Andreæ Episcopi Cretensis, quod in hunc locum coniecit in altera homilia de Dormitione Virginis, vbi sic habet: *Nos ad hoc spiritale conuocat verborum coniuicium, que est Verbi mater secundum carnem. Proponuntur autem hodie hec vere, ac mysticæ epule, & verborum argumentum diuinis abundans mysteriis.* Harum ego sum hodie epularum coniuicior, qui sum hospes, & peregrinus expofitor sublimium spectaculorum. Nemo autem inueniens ad nostram humilitatem, & abiectionem, renuat coniuicium. Non enim à nobis, sed ab ipsa Deipara, sunt diuinarum tuarum contemplationum mysticae paratae narrationes. Quarum quoniam plena est mensa, spirituales inuitans coniuicias, eamus conuenienter dignitate spiritus, ad profunda spiritus. Iam enim sapientiam, que ipsam sapientiam secundum carnem genuit, apposite imitans, cum totam seipsam tan-

quam mensam mysticam, cœlestemque parauerit, eos, qui mente sunt in diuinis imitari mysteriis, benignè inuitat ad coniuicium, non ultimas mactans, aut crateri liquores infundens: cuiusmodi fuerunt olim beatæ ille victimæ, & crater ille, qui beatum illud & a Deo perfectum nectar suscepit. Sed suorum mysteriorum illa planè admirabilia, & diuina re vera spectacula. Ad quæ quidem maxime eos, qui sunt congregati, inuitans festi Domina, sapientiae quidem domum quamcumque sit, huic nobis ex seipso ostendit. Ostendit autem Iam quoque sanctissimam mensam, ut pote quæ ipsum rotum viuiscum panem Dominum nostrum Iesum, quæ est vita eterna, quæ creatam continet naturam ex fermento. Adamica conspersonis panem factum, in utero gestauit Economicæ: qui eos, qui sancte ad eum accedunt, reducit ad uitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos. Quo quidem modo eos quoque expugnat, & reddit immortales, qui participatione nouæ illius, & pulchritudinis communionis ei coniunguntur, fiuntque familiares. Quæ autem suis ematoribus in coniuicia apponit, haec sunt aperte, per quæ vita illa constat excelsus, & ineffabilis, quæ nibilex iis, quæ considerantur in natura, est excelsius: per quam is, qui omnem superat Theologiam, per arcanam exinanitionem, hominis, cuius curam gerebat, flexus misericordia ut qui uniuersa produxerit, se consilio demisit ad nostram usque mendicitatem, & implicatus fuit in nostra conspersona, & similiter atque nos, fuit particeps carnis, & sanguinis.

### III. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.

**M**isit ancillas suas. Hebr. Puellas suas. Septuag. Scenos suos: Aquila, Symmachus, & Theodosius: Puellas, ancillas, adolescentulas.

**D**Ut vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Hebrew: Vocabit super alas excelsorum ciuitatis. Id est, super editissima loca. Caietanus conuertit: super numeros excelsorum. Septuaginta: Cum excelsa prædicatione conuocabit ad craterem dicens.

**E**Præmittere licet accommodatias huius loci expositiones. Primo D. Gregorius Magnus locis citatis per eiusmodi ancillas Apostolos accipit, quos ancillas dici voluit propter infirmitatem, quam initio præ se tulerunt. Concepit Beda, & Hugo, sed tamen Beda ancillas propterea dictas voluit: quia despctos, & humiles elegit. Nec immrito ancillæ nomen illi exprobare in infirmitate licet, quem vnius ancillulæ vox, & assertio apud dominum Pontificis, tam validè concussit. Hugo plures rationes attexit: nimurum, quia humiles erant in oculis suis, viles & despicibilis in oculis mundi: solliciti de lucro domini sui: molles & tractabiles ad infirmitatem proximi reueandam: ac de his ancillis accipi posse docet illa verba Job 40. Nunquid illudes ei, quasi ani, & ligabis Job 40. eum ancillis tuis.

**F**Secunda interpretatione nomine sapientiae intelligit supremam scientiarum omnium, scilicet Theologiam, cui omnes aliæ scientiæ inferiores, velut ancillæ, & pedes sequuntur.

Tertia est Caietani, qui per ancillas intelligit virtutes omnes, quæ diuinæ sapientiæ obsequuntur, & homines ad cœlestia euocant.

Quarta est recentiorum, qui ancillatum nomine Angelos concipiunt: Omnes enim sunt administratorij Spiritus propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Haec de ancillis.

Sententiam autem noui eodem modo confor-

101

102

Gregor.

num. 24.

103

mant interpretes. Hugo ancillas istas missas esse dicit, ut vocarent homines ad arcem, & ad mœnia: quia nimis ubi conuiuum apparatus esset. Consonat Beda, nec dissonant Ianseniūs, Arborēns, & Lyra. Sed quorsum ad arcem, & mœnia accessuntur: hic enim locus pugnæ aptus: epulis vero, & conuiuio ineptus omnino est. Respondere quis posset olim in vsu fuisse quædam conuiua militaria, quibus Imperator duces suos, proximè ante congressum excipiebat in ipsis castris, vel in arce, ut eos sibi amplius deuinciret, & belli committendi rationem eisdem aperiret. Horum conuiuorum metuit Alexander in genialibus. Neque ab his abludit Isaías cap. 21. cum bellum iam iam proximè committendum num. 5. describens, ait: Pone mensam, contemplare in specula comedentes, exhibentes, surgite Principes, arripi clypeum. Hinc etiam est illud Psalm. 22. Parasti in num. 5. conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Id est, ut inde paetus aduersus hostes meos fortius pugnarem sub tanto Imperatore. Ergo secundum hanc interpretationem dicimus Salomonem sic sapientiæ conuiuum dedisse, ut illud militare esset: ex his nimis, quæ in arce, & castris proximè ante prælium ducibus exhibebant Imperatores. Ut ea ratione innuerent se illos vocare, quorum statim intererat à mensa ad arma capessenda venire contra animi perturbationes, atque alios hostes internos, vel externos. Nos displices sane hæc interpretatione, quæ sicut à me explicata est, atque expensa, emphasis plurimum, & venustatis etiam non parum habete videtur.

Cæterum aliter verba nostra esse crediderim, scilicet ad hunc modum: Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia, &c. Misit scilicet illas ad arcem, & ad mœnia, ut inde clamore magno conuiuas accirent. Suadent hanc expositionem translatio Septuaginta, Chaldaica, originalis, & aliæ, quas supra adscripti: atque adeò illa verba, D ut vocarent, duplii commate claudenda sunt. Et quidem ancillas misse dicitur accommodate, quia ita prosopopœiæ propositæ conueniebat: nam cum sapientia sub mulieris persona inducatur, melius illi ancillæ, & pedissequæ, quam serui tribuantur. Quamvis non desint, qui vñostram lectiōnem cum Septuaginta interpretatione in concordiam adducant, volunt femininum genus (ut aliæ solemine est Hebreis) promulgatio acceptum esse: atque adeò ancillas pro seruis captandas. Non repugno. Nam si sapientiæ comitatus ad illam stipendam quereretur: ancillas, & pedissequas illi conuenire omnino annuerem: tamen ad euocandos ex arcibus, & mœniis conuiuas accommodatiores sunt serui. Id vero in more positum fuisse, ut conuiuæ per seruos conuocarentur, suader homo ille Euangelicus, qui fecit cœnam magnam, & hora cœnæ misit seruos suos, ut vocarent invitatos ad epulum nocturnale, Luca 14. Sed cur inquires ad mœnia mittit, & ad arcem, & non potius ad domos eorum? Occurrit Rodolphus, quia est vniuersalis euocatio omnium: ideo ex locis publicis, atque editissimis magno clamore de F nuntiata dicitur, iuxta illud: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, &c.

Caietanus patrum solidè cum legisset, Et vocavit super humeros excelsum ciuitatis, atque per ancillas, virtutes accepisset, quæ omnes diuinæ sapientiæ obsequuntur, sic afferit. Metaphora est significans, quod virtutes missæ à sapientia officium vocandi exercent, non predicant, non scriptæ, sed imagis portatæ super humeros hominum, hoc est, sustentatæ fractis viribus, ac labore, quemadmodum

Alex. ab  
Alexand.  
Isai. ca. 21.  
num. 5.

Psalm. 22.  
num. 5.

105  
106  
107

Luc. c. 14.  
num. 23.

108

Tom. 1.

A ea, quæ super humeros portantur. Et paucis intercalatis addit: per excelsiorum ciuitatis, non celsos virtute, & meritis: sed celsos statu, conditione, & officio intelligi debere. Hic enim exemplo suo reliquos excitare debent. Caietani meditatio spiritualis est nam si litteram spectemus, humeri, seu alæ excelsorum ciuitatis appellantur loca vrbis editiora per metaphoram. Quod si spiritualis sensum sectemur, eundem plane ex nostra lectione decerpere possumus, quem Caietanus hausit ex sua. Tunc enim dicemus ancillas sapientiæ, id est, virtutes, arcæ, mœnia, colles, & editissima vrbis loca condescendere ad alios euocandos, cum eos, qui sublimes sunt prælatione, & muneribus incidunt, atque illorum exemplo docent, atque deprædicant. Tamen si litteræ omnino adhæreamus, dicemus Salomonem cœptam pro se popœiam vrgere, qui ut sapientiam in conuiuio ad conuiuas verba facientem inducat, omnem instruendarum epularum, & in uitationis rationem absoluit.

Quod si verba ista ad Eucharistia cœnam, & occidente conuiuum referamus, licebit ad hunc modum accommodatione ordiri. Misit ancillas suas, id est: Sapientia diuina, ad in uitandos homines ad sui corporis, & sanguinis cœnam misit Apostolos, Prædicatores, & Doctores, ut dicentes scilicet Christi nomine: Omnia sunt parata, venite ad cœnam. Sic D. Augustinus suprà, & alij. Equum etiam Augusti, erit afferere ancillas istas esse gratiam, & virtutes omnes infusas secundum expositionem Caietani, quas Deus semper præmittit, vel potius immittit in animam dignè communicantis, ut ipsam proximè, tanquam extremadispositio hora cœnæ ad diuinæ estæ epulas euocent. Aut si maius, per eiusmodi ancillas accipe scientias omnes: nam intellectu per fidem huius Sacramenti captiuato, omnes pariter scientiæ eandem captiuitatem subeunt, & velut mancipia fidei ancillantur: postquam vero fidei ita subditæ sunt, non immerto dicemus per illas ad cœnam conuiuas in uitari, & acciri: non quia ipse huius mysterij cognitionem evidentem sequitur: sed quia dum illud rationi nullo modo repugnat, voluntatem nostram, & intellectum per fidei tenebras, quasi prælatæ face perducunt. Dixi autem prælatæ face, quia serui ad epulas proxima hora cœnæ vocantes, ex veteri consuetudine lucernas præferebant conuiuis cunctibus, ac redentibus: nam lautissima, splendida que conuiua noctu peragi consueverunt (ut aliæ docui Canticor cap. 2). Quod autem isthæc ancillæ ad mœnia, & arcem ciuitatis emittuntur, ut inde conuiuas sublimi voce prouocent, dicemus: quidè scientias istas in doctoribus Ecclesiæ, tanquam in arcibus id clamare: hi enim sunt, qui docent nihil tradi in hoc mysterio, quod rationi aliquo modo aduersetur, vel obsistat. Sed prior altera expositione melius huic tropologiæ inseruit: si nimis dicas ab his ancillis conuiuas vocari ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, nimis ad epulas, & conuiuia castrense, quasi statim à conuiuio ad arma eundum sit. Iuxta illud Isaïæ: Pone mensam, contemplare in Isai. ca. 21. specula comedentes, & bibentes, surgite Principes, & arripi clypeum. Nec non illud: Parasti in conspecie F etiæ mensam aduersus eos, qui tribulant me. Nam quicunque conuiuio celesti presentantur, statimarma capessere, & animi perturbationes, aliosque hostes debellare debent. Ad hanc sententiam allici potest id, quod supra diximus de propositionis mœsi, quæ huius sacramenti umbra fuit. Nam inter alia, quæ ad illius structuram pertinebant, numeratur Corona interrasilis, pro qua Septuaginta secundum lectionem Complutensis, & Regiæ, habent

110

111

112

113

114

Dd iii

*Coronam pugilis*, quæ illam mensam per gyrum ambiebat, & super quam erat corona alia aureola, id est, Regia. Quorsum hæc? Sanè ut constet illum, qui cœlesti pane vicitat, primo pugilis coronam assequi, quæ pugnando comparatur: sed tunc demum regiam nancisci aureolam: nam subiugatis hostibus pacatissimum sui ipsius imperium indiscit. Sic accipe ista verba, ut vocarent ad mœnia, & ad arcem ciuitatis. Mœnia pugnatoribus, ac bellatoribus conueniunt: arx vero, & palatum Regem decet. Ergo ad mœnia, & ad arcem vocantur, id est, ad pugnam, & ad regnum. Mitto alia.

*De Virgine Deipara.*

114

Hactenus Virginem Deiparam per domum, seu triclinium intelleximus, & in eadem columnas, epulas, mixtum vinum, & mensam contemplafsumus. Si ergo cum superioribus concinno loquamur, hæc verba sic accipere debemus, ut sapientia diuina per suas ancillas animas euocet ad hoc conuiuio, quod in Virgine cunctis exhibetur. Quapropter si nomine coniuncti in Virgine Maria, velut in triclinio exhibiti, mysterium Incarnationis accipiamus iuxta ea, quæ supra diximus: sanc ad id conuiuum omnes accessuntur per ancillas, per A. apostolos, per Prophetas, per Doctores. Hæc enim est cena nuptialis, quam Christus describit Matthæi 22. ab illis verbis, *Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias.* Quibus quidem illud mandatum denuntiandum dederat: *Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & alilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.*

Matth. 22.

Sed tamen addo ab alijs sic Virg'ni tradi verba ista, ut ipsamet ancillas suas ad conuiuas euocandos mittat. Sed quænam isthæ-ancillæ? D. Bonaventura in speculo aticillas Virginis esse docet omnes animas illius obsequio imprimis mancipatas, & addictas, de quibus sic: *Ancilla Domine Maria est qualibet anima fidelis illi deuota, immo etiam Ecclesia uniuersalis, Oculi huius ancille in manibus Domine sue semper debent esse, quia oculi omnium nostrum ad manus Marie semper debent respicer, ut per manus eius, aliquid boni accipiamus, & per manus eius, quidquid boni agimus, Domino offeramus.* Per manus enim huius Domina habemus, quidquid possidemas, testante Beato Bernardo. Nihil nos Deus habere voluit, quod per Marie manus non transiret, & rursus alibi: *Modicum illud, quod offere desideras, gratissimus illis, & omni acceptione dignissimus Maria manibus tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Hæc ills. Et sanè illud est omnino ancillæ proprium. *Venire per manus de seu ama,* ut vulgo dicitur. Sed tamen ille verba Psalmi 122. ad quæ Bonanent. respexit, aliter alij edisserunt: *Oculi ancille in manibus Domine sue, id est, ancilla manus Domine sue intuetur: at si illam non desiderem, sed diligentem, & operosam conspexerit, illam imitari studet: si autem socordem, & inertem viderit, simili etiam inertia, & socordia seluitur.*

Psal. 122.  
num. 2.

Ergo illæ animæ Virginis ancillæ dicentur, quæ illius manus intuentur, quæ studium illius, & incessabiles operas imitantur. Hinc enim benenentiæ erga Deiparam præcipuam partem esse alibi docuimus. Item: *Oculatas manus habeo, dixit Mercenarius apud Poëtam.* Id est, oculos habeo in manibus. Hæc enim, quod vident, credunt, Quibus verbis significavit non nisi accepta prius mercede, & pretio aliquod se unquam facturum. Non ita quidem animæ illius Virginis studiosissimæ ancillæ: hæc enim oculos non in saismet habent manibus,

A illi pro accepta mercede inseruientes, sed in manibus Dominæ suæ, hoc est, illam ardentissime amatæ, & illi studiosæ admodum obseruantes, de mercede autem minime sollicitæ, sed mercedem hanc manibus, id est, liberalitatì Virginis totam fidentes, & committentes. Optimum sane consilium, ut quemadmodum quidam magnis Principibus ita inseruiunt, ut operas suas mercede, & pretio aliquo non conducant, sed totosse liberalitatì, & munificientiæ Principum committant, & dedant: sic etiam Virginis non ita obsequiamur, & obseruamus, ut mercedem prius aliquam taxemus, non amplius obtemperaturi, nisi hæc in dies conferatur: sed totos nos libertati, atque beneficentie illustradamus: sic enim beneficam magis experiemur. Id sibi vult illud: *Oculi ancille in manibus Domine sue, in libertate illius, & beneficentia intuentes.* At inquires, quomodo eiusmodi ancillas, id est, tam studiosas, & addictas sibi animas virgo nocta est? Occurrit D. Ildephonſus in lib. de Parturit. V. quia ex quo Virgo respondit Angelo: *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum, promeruit, ut omnes animæ fideles illi ancillarentur studiosa quadam seruitute.*

C His præmissis (quibus hactenus quæ sint Virginis ancillæ, decreuimus) addo totam Virginis vita in laudissimum quoddam epulum esse, ubi virtutes eius suauissimæ pro dulcissimis ferculis sunt. Succedant memoriz Andrea Cretensis Verba in ea homilia de dormitione Virginis, ubi Mariam mensam appellat incundissimas, ac verissimas epulas suis amatoribus exhibentem. Ita enim fatur: *In hac mensa proponuntur vera, ac mystica epula, &c.* Sed pende illud *vera epula*, ita enim videntur dictæ contradubias: Nam olim *epula*, aut *cena dubia*, adagij loco circunferebatur, tunc nimitem cum inter fercula vera, & esculenta permixta erant alia adumbrata, & facta, ut non satis quis decerneret, in quem potissimum manum mitteret. Sic autem exponi volunt illa verba Terentij.

Ildephonſ.

120

*Cena dubia apponitur. Quid isthuc verbis est?*  
*Vbi tu dubites, quid sumas potissimum.*

Terent.

D Alij rursus malunt cœnam dubiam olim appellatæ, quæ non caret suspicione veneni in aliquo ex ferculis diluti. Hinc dubitatio, à quo maxime abstinentum foret. Mitto alias expositiones eius prouerbij. Est igitur vita Deiparæ vera, & minime dubia cena, vera ac minime dubia epula: nam in alijs sanctis fortasse aliquod fuit non omnino solidum virtutis opus, sed hypocriticum, & fictum, seu adumbratum: in Virginie autem nihil horum, omnia vera, germana, & esculenta. Item in sanctis alijs, cum peccatis omnino non caruerint, & culpis saltem levioribus: certè eorum vita non tota, (ut ita dicam) deuoranda est. Haud enim caret suspicione veneni: (nam quælibet etiam minima culpa veneni instar obtinet) unde *cena dubia* appellari merito posset. At vero Deiparæ tota vita iucundissimum animis conuiuio prestat, & cœnam veram, id est, minime dubiam. Nam cum Virgo peccati, & culpe expers omnino fuerit, tota illius vita, atque omnes illius mores, & actiones esculentes sunt, omnesque absque illa venenis suspicione deuorari possunt.

E Iugo ad iucundissimum istud Marianæ vitæ epulum tanto virtutum splendore, & apparatu instrutum inuitant ancillæ istæ, quas premisimus, id est, animæ Virginis studiosissimæ, atque illius obsequio mancipatæ, tum exemplo, tum verbo. Euocent autem admœnia, & ad arcem, hoc est ad castrense conuiuio iuxta priorem expositionem. Nam illos, quicunque aliquidex Virginis moribus

123

Teren.

trahere, & haurire volunt, à conuiuio ad pugnam, & arma venire necesse est, ut carnem, atque omnes carnis appetitiones sub iugum mittant. Hęc enim est (ut ita dicam) prima lex, quam deuotio, & studium erga Virginem indicit, ut caro, atque motus illius debellentur, ac perdomentur. Et quidem non solum ad mēnia: sed etiam ad arcem, id est, ad regiam, & palatium vocantur. Quia quilibet Virginis studiosus amator subiugata carne spiritus tandem à mēnibus, id est, à pugna migrat in arcē, & regiam, hoc est, tanquam Rex pacatis hostibus regnat, atque imperat. Vel aliter ancillæ isthac mittuntur, ut ex arce, atque mēnibus euocent coniuas: nimirum exemplo vita sublimioris, atque altioris. Denique ancillæ Deiparæ, eiusque pendisse, teste Bonavent. sunt Angelica, & humana natura vbi supra. Et actio, & contemplatio, ut tradidit Petrus Damianus in sermone de Assumptione, quas ad umbrauerunt duę illas famulæ, seu pedisfæque Hester Regine, ex quibus alteri delitosè ini- 15. num. 7. tebatur, altera verò defluentia in humum vestimenta colligebat. cap. 15. De his vero tutetibi alia hunc ad modum ex cogitare poteris. Satis enim duxi scopum destinasse. Nam spiritualium sensuum se- ges immensa est.

124 Bonanent.

Petr. Da.

Hester ca.

## IV. Si quis parvulus veniat ad me: &amp; insipientibus loquuta est.

## V. Venite, comedite panem meum, &amp; bibite vinum, quod misericordia vobis.

125

**S**i quis parvulus veniat ad me. Hebraicè: *Qui si quis simplex declinet huc. Septuag. Qui quis est insipientis, declinet ad me.* Symmachus *Parvulum conuertit.*

*Et insipientibus loquuta est. Hebraicè: Et carenti corde dixit. Septuaginta: Et carentibus sensu dixit.*

126

*Venite, comedite panem meum. Septuag. Venite, edite de panibus meis, reliqua consonant.*

Math. II. num. 25.

Hieron.

Gaudent.

127

Initio constituere oportet, quinam isti parvuli, atque insipientes, ad quos sapientia per suas ancillas dat verba Diuus Gregorius Mor. 41. cap. 17. humiles intelligit, inanis sapientia fastu minime tumidos: quem sectatis sunt Beda, Hugo, Rodolphus, & alij. Confirmant, quia sapientia arcana, non nisi parvulus ferantur, teste Christo Domino, cū ait: *Confiteor tibi Pater Domine cali & terra, qui abscondisti hec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.* D. Hieronymus in cap. 35. Isaiae, stultos omnino, ac vecordes intelligit, qui ex ignoratione transgrediuntur. Diuus Gaudentius in serm. 19. ad Neophytes, peccatores interpretatur, qui passim in scriptura stulti, & parvulino minantur: cui subscribit Iansenius. Caetanus vero hos, atque illos complexus est. Parvuli enim (inquit) appellantur illi, qui non ex depravata voluntate, sed ex ignorantie boni labuntur. Insipientes vero, seu carentes corde (ut est in primitiis) qui cum satis nouerint ea, quæ bona, & honesta sunt, ex prauo affectu delinquunt. Nullius autem meminit adolescentium, atque iuniorum: sed certe illi minime excludendi sunt: nam ad illos potissimum orationem habet Salomon in hoc loco. Quapropter ego ita reor Salomonis verba ista partienda esse, ut illud, *Si quis parvulos, ad iuniores, & natu minores referantur, illud vero, & insipientibus, seu carentibus corde imperitis, & ignarisi donetur.*

128

Ergo Salomon, quid per illas ancillas suas denun-

A ciauerit, quosque ascuerit coniuas exponit. Et quidem nūc facile intelligesid, quod supra diximus, sapientiam in conuiuio prōpterea induci, ut ibi ex more coniuas documentis suis informaret. Quod satis prodit ipsa coniuuarum conditio: non enim famelici, aut victus penuria oppressi, sed inexperti iuuenes, ignari item, & vecordes compellantur. Ad hos igitur sermo: sed quis sermo? *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum meum, quod misericordia vobis.* Caietanus si i similis hic etiam contuertendum putat, *colani vobis.* Sed iam inde supra rationem eius euertimus vers. 2. qua in hunc etiam locum transferenda est. Et quidem si literæ adhæreamus, nihil hic peculiaris sententiæ latet, sed tantum prosopopœia decurrit: nomine autem panis, & vini omnes alias conuiuij lauitias, & fercula sapientia significauit per synecdochen, accepta parte pro toto: nam supra se viettas matasse dixerat. Vnde inepte quidem sobrietatem sapientiæ hic expendunt, quasi ex vino, & panem tantum conuiuium instruxerit suum.

Sed tamen si ad sensus spirituales ista verba accersamus, possunt quidem de Eucharistia, & de Virgine interpretari. De Eucharistia exponunt Diuus Gregorius, Hieronymus, & Gaudentius, vbi supra.

Beda, Hugo, Rodolphus. Sed alios vincit Aquinas, qui totum opusculum de Sacramento altaris super

ista verba contexuit. Vocantur ergo iuuniores, & imperiti ad conuiuio Eucharisticū, in ipso enim traditur panis vita, & intellectus. Iuuenes quidem vita indigent, & intellectus vita scilicet, ne matruis decendant, & intellectu, ut ignorantia exuant, quam rerum insolentia conciliat. Salutare igitur illis erit eo pane assidue vesci, qui vitam, intellectum que accipientibus præstat. Non enim solum spiritali vitam affert iste panis, sed etiam dignè assumptus corpoream vitam, intellectum, & valetudinem tuetur, ut docuit Chrysostomus, atque alij Patres ad illa verba Pauli contraindigne communicantes i. ad Corinth. II. *Propterea in vobis multi imbecilles, & dormient multi.* Profecto salubread. c. 11. modum adolescentibus est, Eucharistia crebrius refici. Nam Job 39. Deus Aquilinorum pullorum ingenuitatem commendans ait. *Pulli eius lambunt sanguinem, Sanè Aquilarum genus potus expers, vi docet Aristoteles, sed pro potu sanguinem ex fugi, pulli autem nec rostro, nec vnguis pre- das dilacerare valent, suetu sanguinis aluntur.* Et quidem in primitiis est sorbent sanguinem: hic autem cibus in causa est, ut pullum animosi euadat ad inuadendas deinde prædas, tam præpetes ad volandum, tam acres ad audendum, tam generosis denique moribus, ut tradit Conradus in Aquila. *Conradus* Nam cum aliis mores, & ingenium ex cibi natura, & qualitatibus semper pendeant, sed tum maxime in tenera aetate, cum cibis mores, & ingenium deuorantur. Ergo, ut iuuenis iam inde à sua pueritia ingenuos mores trahat, ut pulli instar Aquilini animosus ad inuadendas resarduas, abiecit timore: velox ad res exequendas deposita cordia: acris ad videndum, & intelligendum dimisit. Ignoratione fiat hoc præstantissimo vtatur cibo, sanguine, & corpore Christi à pueri alatus, ut cibus iste celestis, tunc cum mollior est, lentiorque natura, illi bonos imprimit, & infundat. Ad hæc in Psalm. 127. de pueris, atque iunioribus ad mensam Christi accedentibus sic Psaltes: *Filij tui, sicut nouelle oliuarum in circuitu mensa tua.* Sed etiā nouellis oliuarum plantationibus comparantur? Profecto constat oliuam inter alias arbores diutissime vivere, & non nisi post longa secula inter- *Plinius* mori. Ita docent Plinius, Aristot. & alij, est etiam *Aristot.*

129

130

Job 36. num. 30.

Ariif.

131

Ps. 127. 3.

Sara

Christi

accidentibus sic

Psaltes

Filij tui,

sicut

nouelle

oliuarum

in circuitu

mensa tua.

Sed etiā

nouellis

oliuarum

plantationibus

comparantur?

Profecto

constat

oliuam

inter

alias

arbores

diu-

tissime

vivere,

&amp; non nisi

post

longa

secula

inter-

mori.

Ita docent

Plinius,

Aristot.

&amp; alij, est etiam

Aristot.

ly. nobilum sapientia, & prudentia. Ideo sapientes A olua coronabantur. Si vero rationem inquiras, vaicam apud autores symbolorum legere licet, scilicet quia nequaquam in singulos annos fructu oneratur, sed altero quidem fructum copiosè affert: altero vero otiorum, & feriatur, hæc autem est illivitæ longioris præcipua causa: nam his ferijs id obtinet, vt vittas illius non exhauiatur. Itaque in olua vitam diuturnam, & sapientiam contemplabantur veteres. Ergo pueri, & iuuenes nouellis oluis in circuitu mensæ Domini propterea componuntur, quia ex illo cœlesti, & diuinissimo cibo, vita diuturnitatem, & sapientiam feliciter trahunt, quæ pueris in primis necessaria sunt. Rursus ut constet oportere plurimum, iuniores à pueris cœlesti pani assuescere, audiendus est Diuus Gaudentius vbi supra, qui cum omnes ad communio- nem excitaret, pueros quidem ita alloquitur. *Con-*

*tendite pulli generosi ad sacram offam, in qua est vi-*  
ta, & ex cœlesti illo cibo mica non cadat.

Itaque ea auditate ad Eucharistiam iuuenes ferendos esse docet Gaudentius, quæ pulli famelici ad obiectam sibi offulam conuolant, cum omnes cibo inhiantes ruant pariter, & alij super alios deuoluuntur: at vbi ex manu frustulum rapuerunt, decedunt, ac seorsum comminutum deuorant. Sed cur tanta auditate cibus iste querendus est à pueris? Quia in ipso vita est, inquit Gaudentius. Addit vero, & ex cœlesti illo cibo micanon cadat.

Nota est veterum consuetudo, qui (vt tradit Tullius in lib. 1. de diuinatione) ex pullis cibum capientibus augurium capte solebant. Tunc vero felicissimum omen dari putabant, cum pulli in officiis ruentes tam audie sumebant, vt ne mica quidem ex illorum rostro cadens terram feriret. Si enim decidisset, & pavimentum attigisset, tripodium, vel si maius, terripium appellabant, & tanquam malum, inauspicatumque omen auertebant. Hæc sane superstitiosa, & vanæ: illud verius, ac certius optimum omne D felicitatis dati reipublicæ Christianæ, cum pueri, tanquam pulli generosi ad sacram offam alacres feruntur: cum ita dignè sumunt, vt nec mica quidecum illius in tertam decidat, id est, nulla communio sine fructu abeat, nulla sine magno spiritus emolumento prætereat. Vnde nūquam satis probare potui quorundam sententiam, qui consultius ducunt pueros à sacra Synaxi diutius contineri.

Nam infantibus olim datam fuisse constat ex Chrysostomo, & alijs Patribus: & atq[ue] ad communionem nullas alias metas præfixit Ecclesia, nisi illas, in quibus consilij, & rationis satis suppetit, ad intelligendum quid capiant: iudicij vero ma- turitatem non postulauit. Vnde sapientia ad cœleste coniuinium paruulos accersit. *Si quis parvulus* *veniat ad me.*

*Et insipientibus loquuntæst.* Vocat etiam ignorantes, & imperitos, vt scilicet ignorantia exuantur simul cum his cœlestibus epulis Doctorē deuorant, qui mentes illorum diuinarum rerum cognitione illustrat Iœl. 2. *Exultate, & letamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem iustitiae.* Septuaginta habent, *escas iustitiae:* quæ ver- F bade Eucharistia interpretatur Cyrilus, Hieronymus, & alij. Itaque pro doctore escae restituuntur, & vicissim pro esca Doctor: quia nimis istiusmodi epulæ Doctorem exhibit, qui animu interius edocet & informat, vt deposita ignoratione homo sapere incipiat. Quod si pro insipientibus legas, carentes corde, vel indigentes, intellectu, (vt habent Septuaginta) Hieronymus eos corde, & intellectu egere docet, in quibus appetitus viget, & robustus est: ratio vero infirmior, ita vt appeti-

tum coercere satis non possit. Est quippe (inquit ad Rom. Hieronymus) duplex in homine lex, alia carnis, 7. num. 23. alia spiritus, iuxta illud Pauli: *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Appetitus vero tunc vigeret dicitur, cum lex carnis seruat, lex vero mentis contemnitur. Homo ergo, in quo lex carnis appetitu regente viget, & lex mentis spiritu deturbato iacet, potenti quodam legislatore indiget, qui abrogata carnis, & membrorum lege, appetitum à regno deturbet, & lege mentis cōstabilita, & formata, spiritui imperium addicat: sed quis iste legislator? Vtique Christus in Eucharistia. Num pro illis verbis Septuaginta. *Quia dedit vobis escas iustitiae.* Origines habent, *Quia dedit vobis legislatorem iustitiae.* Itaque in his lacratoriis es- cis legislator Christus animum penetrat, & tanquam summus Imperator leges abrogat, rogatque: legē quidem membrorum, & carnis, deiectione appetitu, abrogat: & mentis legem, spiritu confirmato, rogat, stabilitque. Merito igitur sapientia ad conui- nium cœlestis, quod tantis sumptibus instruxit, insipientes, id est, ignoratos euocat, seu indigentes corde, & intellectu, eos nimis, in quibus appetitus viget, & ratio iacet. Hec, quæ magis ad literam ac- cedere videntur, expendi: nam si quis velit vocari ad hanc mensam, *nomine paruolorum humiles, & nomine insipientum eos,* qui per fidem, intellectum scientiamque captiuant, & alia his similia communiisci poterit: nam rem immensi negotij suscep- sem, si oronia sine delectu p̄fensitareim.

*Venite, comedite panem meum, &c.* Super hęc extrema verbi integrum de Sacramento altaris opusculum condidit D. Thom. vbi felicissime attingit rationes, ob quias corpus sub speciebus panis, & sanguinem sub speciebus vini Christus obtulit, quæ quidem inde peti possant. Cur item vino mixto comparetur hoc Sacramentum, iam docui supra vers. 2. Q[uod] si alicuiariserit lectio Caietani quæ s̄ichabat. *Bibite vinum, quod colavi vobis,* id est, defœcavi, seu depuravi ex colatis facibus: crediderim eo vino percolato significari vinum amoris, & dilectionis. Nam cum duplex sit vinū, amoris aliud, & aliud iræ, sane vinum iræ Dei fœcibus plenum est. Vnde David Psalm. 74 *Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Et inclinatis ex hoc in num. 9. hoc. Verumtamen fex eius non est exinanita. Bibent omnes peccatores terra. Dicitur autem fæcibus plenum, quia fæces subsident, & ad fundum vasis demittuntur, ex quo fit, vt extremus haustus feculentis vini difficilior, & molestior sit. Sic etiam igit̄ Dei calix sceleratis hominibus propinatus priores quidem haustus non ita molestos habet, cum supplicia immittit in hac vita: at vero extremus illi haustus ex subsidentibus fæcibus, id est, ex pœnis, quæ post mortem ex soluenda supersunt, quia nimis eternam illis damnationem exsorbendam præbet, is quidem molestissimus, ac difficultissimus. Ut ergo vinum istud amoris, ac dilectionis esse ostendat, ait: *Bibite vinum, quod colavi vobis,* aut defœcavi, cuius extremus haustus nihil gratior, ac iucundior est, quam primus: imo post quam quis calicem exhausit, tam dulces, volupesque habet fines, vt sponsa de hoc vino Cantic. 7. sic addiderit: *Dignum dilectio Cant. 7. meo ad portam m, & dentibus illius ad ruminandum, num. 9.* id est, regulandum, &c.

### De Virgine Deipara.

Siquidem iuxta eā, quæ superiori versu diximus, per coniuinium istud, ad quod paruuli & insipientes euocantur vitam Virginis capiamus, atque eius mores accommodati valde sunt conuiuez. Nam si

Luc. 14.  
num. 10.

humiles accipiamus & qui inanis sapientia fastum A depositerunt hi, quidem sunt, qui in eo Symposium, tam loco, quam ferculis preferuntur. Sicut enim ad illum, qui extremo in loco recumbit in conuiuio, ex Christi documento dicitur: *Anicē ascende superius. Luc. 14. & loco, & ferculis honestatur: sic etiam in coniuicio lautissimo, quod ex Virginis vita, & vii tutibus instruitur, qui nouissimum locum per animi sui deiectionem occupant, hi quidem reliquis preferuntur.* Nam Virgo humiliis humiles adiunxit, humiliis amplectitur; atque adeo qui humilitatem colunt, illius virtutes copiosius gustant, & quasi decoctas in suos mores transferunt.

Quod si per parvulos intelligas minores natu, iam inde supra docui præ ceteris à Virgine foueri & adamari, c. 8. num. 17. ad illa verba, *Qui mane vigilant ad me, iuuent me. Si imperitos, & ignoratos, illos etiam sapiens Virgo edocendos, & erudiendos libenter suscipit.* Et sane inter alia, quæ nomen Mariæ ad significat, *doctrrix etiam, & illuminatrix interpretatur, nimirum imperitorum, & ignorantium.*

141

*Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miseri vobis.* Quomodo vinum diuinitatis in Mariæ vtero, velut in cratera aqua humanitatis dilutum fuerit, supra docui vers. 2. nunc videndum, qua ratione panis ab eadem consecutus. Christus enim semetipsum vitæ panem iterum, atque iterum appellauit, Ioan. 6. *Ego sum panis vite, & rursus, Ego sum panis, qui de cœlo descendit.* Ut ergo constet Virginem iure optimo hunc panem suum vocare, cum dicit: *Venite, comedite panem meum: premitendum est ex Patribus plures ita loqui, ut Virgini tribuant, atque acceptum referant istum panem.*

Ioan. 6.  
num. 59.August.  
Epiph.

Pet. Dam.

142

*In serm. de Annunc. Laetitia (inquit) o Virgo panem nostrum, Epiph. Cibum intellectualis, vbi decoctus, & mensa appellat, vbi nobis exhibitus est in serm. de laudibus Virginis. Petrus Damianus in sermone de Nativitate Virginis, in magnis beneficijs, quibus nos sibi deuinxit Vitæ sanctissima, ponit, quod panem cœlestem ipsa nobis dedit. Sic enim habet: Hic dilectissimi fratres, hic rogo perpendite, quam debitores simus huic Beatissime Dei genitrici, quantasque illi post Dominum gratias agere debeamus: illud sequidem corpus, quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fouet, quod fascijs cinctum, quod maternatur antriuit, nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in sacramento nostro redemptionis haurimus. In par est illi omne humanae lingua prædonium, quæ de intemperat. & carnis sua visceribus cibum nobis posuit animarum, eum videlicet, qui de semetipso per liber, ego sum panis vnuus, qui de cœlo descendit. Hæc ille, & similia occurunt apud alios Patres. Illud tamen discutiendum est, cur Virginis donatio istius panis adscribitur?* Dices carneris illam, & corpus, quod nobis sub speciebus panis offertur, ab illa genitam fuisse. Non inficior, sed tamen id conficit, & suadet, ut Virginis acceptum effaramus, quod Christus natus sit: quod autem Sacramento contectus, non ita, hoc enim posterius non est connexum necessario cum priori: Potuit enim Christus nasci, & minime consecrari: atque adeo solius Christi videtur istud beneficium, non autem Mariæ: & tamen dicit Petr. Damian. deuinctos nos esse Mariæ, & gratias eidem pendere debete propter hoc donum. Et multi alij docent illud Virginis adscribendum esse: & per Salomonem ipsa ait. *Venite, comedite panem meam.* Ed libentius huic difficultati occurro, quia ex illa non minima Virginis Deiparae laus acribat. Primo haec dubitationem soluit quodammodo sanctissimi Ignatii Patris nostri pia, & in Mariam re-

143

B. Ignat.

ligiosa meditatio, qui in codice quodam, in quem beneficia à Deo accepta, & illustrationes menti inditas de more coniiciebat: inter alia scripsit se aliquando hac consideratione imprimis delinatum. Cogitabat enim filium, & matrem unam esse carnem, & sanguinem, aut certè filium esse quandam matris portionem (sic enim tradidit Aristot. *Aristot.* Ethic. 5. cap. 4. *Eft* (inquit) *filius pars ipsius Patris, vel Matri, & Magnorum Moral lib. x. c. 34. Nam quemadmodum membrum parentis est filius, imo idem cum ipso.* Hinc vero eliciebat se in Eucharistia non solum, sed etiam Mariæ carnem, sanguinemque, vel certè magnam, imo præcipuan Mariæ partem suscipere. Nam si una filij, matrisque caro, & unus sanguis: qui filij carnem sanguinemque sumit, matris etiam carnem sumat necesse est. Et si filius parentis suæ pars, aut membrum est: qui filium deuorat, parentis quoque sua partem deuorat. Hinc vero fieri aiebat, ut quicunque dignè corpore, & sanguine Christi reficiuntur, non solum una cum Christo Domino caro fiant, sed etiam in unam cum Virginie carnem migrant. Nam quæ sunt vni tertio identica, inter se quoque identitatem contrahunt: Virgo est una cum Christo caro, & nos item. Ergo cum Virginie etiam carne communicamus. Ex hac vero meditatio ne Ignatij animus incredibilem voluptatem hauriebat. Et sane ob hanc solum rationem iure optimo Virgo patre suum appellare potest Eucharistiam. Quia nimirum ita Christi corpus, & sanguinem continet, ut modo iam insinuato Deiparae carnem, & sanguinem quodammodo etiam includat.

Vtterius dico Eucharistiam considerati quidem posse, in ipsa consecratione, tunc cum primo à Christo peracta est, & sacerdotibus simili modo consecrandi facta potestas: aut in ipsa sumptione, tunc scilicet cum à fidelibus percipitur. Ergo si ad consecrationem primam spectemus, debeimus illam Mariæ. Primo, quia ut docet D. Thomas in opusculo de Sacramento altaris, hoc Sacramentum est diuinæ donationis complementum. Nam cum Pater Filium suum hominibus donare decreuisset, Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret:* & filius similiter semetipsum hominibus, & pro hominibus tradere vellet: ut Patris donatio, & filij traditio perfecta esset, hoc Sacramentum consecrit, in quo Christus Dominus perfectissime donatur hominibus, & offertur etiam pro illis: est enim Sacramentum, & sacrificium. Reuocanda ergo sunt in memoriam ea, quæ supra cap. 8. vers. 19. docuimus, vbi ex Patrum doctrina non modo à Patre, sed etiam à Maria Virginie donationem filij profectam esse diximus. Nam Virgo Patris voluntati omnino concors nobis etiam donauit filium suum, qui vere fuuerat, & sub patria illius potestate. Rursus cum filij sui voluntate consentiens, qui se pro cunctis offerte etiam voluit, eundem etiam obtulit pro cunctis. Quam doctrinam pluribus & argumētis, & Patrum testimonij constabilitam ibi dedimus, & ex posuimus. Ergo quæ admodum voluntas Virginis ad donationem eternæ Patris sponte accedens satis fuit, ut ipsa filium, quem cum Patre æternō communè sottita fuerat, nobis donasse diceretur: & eadem etiam ad filij oblationē libenter assentiens satis fuit, ut illum pro cunctis obtulisse, & sacrificasse dicamus. Ex eo nimirum, quia Christus, qui etat donum, & hostia, filius illius erat, atque adeo aliquid eius proprium, quod nulli alteri creaturæ conuenire potest. Ad eundem modum, cum voluntas Virginis ad consecrationem Eucharistie cum filij sui voluntate conspirauerit, & filio sele ad eum modum in cibum, po-

145

147

148



Epiphan.

149

150

Ambr.  
D. Thom.

151

152

tumque donanti, & efferenti assenserit (quod ita A cuenisse certum est) satis profecto id esse debet, ut ab illa panem cœlestem nobis donatum, & pro nobis oblati omnino dicamus, & alleucremus: quia hostia, & donum, quod sub speciebus panis & vini nobis confertur, id est, Christi Domini corpus, & sanguis, vere illius esse, & ad illam pertinere fatemur. Quapropter cum accesserit voluntas spontanea, & libera donationi, & oblationi eius, quod suū erat, nihil sane deest, vt perfectissimè donasse, & obtulisse dicatur. Hanc sane rationem attigisse videtur D. Epiph. in serm. de laudibus Virginis, vbi sic habet: *Virginem appello velut sacerdotem pariter, & altare, que quidem mensam ferens dedit nobis cœlestem panem in remissionem peccatorum.* Quid il- lustrius, aut dici, aut excogitari poterat? Virginem in donatione, & oblatione cœlestis panis, velut sacerdotem fuisse dicit, quod non alia ratione verum est, nisi quia cum filio pariter donauit, atque obtulit Sacramentum, simul sacrificiumque conficiens. Ita enim dectuit, vt qui primæ donationi interfuerat, & cum Patre, & Filio donasse, & obtulisse dicebatur, consummationi, & complemento donationis, & oblationis ita interesse, vt cum filio similiter donare, & offerre omnino diceretur. Sed de hac re vberius diximus in cap. 5. Cantic. vers. 1,

Tertio, ob aliam rationem hoc sacrificium, Sacramentumque Virginis debemus, in prima eiusdem consecratione perstando: quia Patres modum tradentes, quo sanguis, & corpus Christi sub speciebus panis, & vini constituitur, ad eum modū fieri dicunt, quod idem Christus Spiritus sancti obumbratione in Virginis vtero, ac purissimis visceribus genitus est. Ita docet Diuus Ambrosius lib. 4. de Sacramentis, cap. 4. sed elegantissimè D. Thomas in opuscul. de Sacrament. altaris cap. 13. *Quomodo fit hoc (ait Virgo) quoniam virum non cognoscet?* Respondit autem Angelus: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & ipse faciet.* Et tu queris, quomodo panis fiat corpus Christi. & ego dico tibi: *Spiritus Sanctus superueniet, & virius Altissimi obumbrat,* & quod ibi conficitur sub speciebus, est corpus Christi, &c. Ad hunc etiam modum loquuti sunt ex Patribus alijs. Hinc ratio fluit, quæ non parum (me iudice) permouit Christum ad Sacramentum istud condendum. Tantoperè arrisit Christo modus ille, quo incarnatione in Virginis vtero perfecta est, & Verbum Dei Virgis alio teatum tantum sibi placuit, vt eiusdem repetendi, atque iterandi nouam rationem excogitauerit. Nimirum semet ipsum Spiritus Sancti opera sub speciebus panis, & vini denuo contingens, ad eum modum, quo in Mariæ visceribus tectus, & clausus olim fuerat. Cum enim præcipua, & nobilissima Christi opera fuerint incarnatione, & mors, utriusque similitudinem, & perfectam imaginem in hoc uno Sacramento exhibere voluit. Nam corpus, sanguinemque secundum verborum vim secludens, ac separans mortem ad umbravit: ac se totum sub speciebus illius concludens incarnationem retulit, per quam in Virginis alio per nouem menses delituit. Et quidem Christum in Mariæ vtero delitescentem, sui ipsius sub speciebus panis absconditi imaginem præbere sati edocet Iodoci Clichtouei elegans de Ioanne Baptista meditatio in sermone de Visitatione, vbi tradit ipsum primum indixisse modum, & rationem, qua Christus in Eucharistia conceptus colendus, & celebrandus est: tunc nimirum, cum in matris suæ alio exilijs, & latabundus gestij, venerans Christum præsentem, sed Mariæ vtero teatum, & ipse teatus, & inclusus. Vbi plane tradit Christum in vtero Mariæ conclusum sui ip-

sus sub speciebus Sacramentalibus delitescentis imaginem retulisse.

Quarto, alio modo virgo huius Sacramenti nobis auxtrix fuit, quia non modo Christus sub speciebus constitutus imitatur seipsum Virginis visceribus inclusum; sed etiam qui dignè sumit, & in D. Thom. viscera sua transmittit, haud dissimilis est Virginis Petri. Da. eundem vtero suo gestanti. Ita docuit idem Diuus Thomas in illo opusculo. Et Petrus Damianus in serm. illo de Natiuit. sic ait. *Mirabile quidem fuit Christum concipi in vtero carnis, sed non est inferius, si deferatur in ergastulo pectoris. Iam intelligis, quod tendam.* Profecto tantopere Christo Domino placuit primum illud hospitium, quo in Virginis vtero exceptus initio fuit, vti cum iam inde postea maior natu non liceret iterato in ventrem mattis introire, & renasci, excogitauerit modum, quo iterum primam illam domum (scilicet Mariæ viscera) posset repetere, ita vt virætate proiectus eadem ingredieretur viscera, & in eisdem hospitaretur, quemadmodum puer olim ingressus fuerat: & id quidem toties, quoties virgo Eucharistiam sumeret (sumebat autem quotidie secundum morem Ecclesiæ primitiæ, vt docet Anonymus apud Metaphrast. vbi sic ait. *Ad dinina mysteria quotidie accedebat, & filij corpus, quod prius in vtero gestauerat, sape visceribus inferebat.*) Et sane ita coniecture, & suspicari licet, Christum Dominum cupidissime B. Virginis viscera sanctissima ingredi solitum, quoties illa communicabat: quia cum experimen- to didicisset, per nouem menses castissimorum viscerum puritatem, internæ domus lautissimam suppellectilem, & splendidissimum apparatus, cupi- dus tanti hospitij repetendi veterem libentius reuisebat locum & domicilium. Addo etiam ad solati- tum istud capiendum Christum Eucharistiam cōsecrasse. Illud enim mihi exploratum est, quod li- cet Eucharistiam (vt tradunt communiter Patres ad illa verba Matth. vlt. *Ego autem vobis sum, Matt. vlt. usque ad consummationem sæculi*) ideo Christus in- stituerit, vt iui absentis desiderium in animis fide- lium leniret: sed tamen ante omnes alios, & præ omnibus propter Mariam institutum fuisse: vt sci- licet illa post Christi passionem moras suæ beatitudinis hac esca confirmata facilius ferre posset: & vti Christus illa, quæ olim adeo complacuerant viscera, sape, ac saepius repeteret ac reuiseret. Addo etiam ideo Christum libenter quoque in hoc Sa- cramento viscera dignè communicantium ingredi, quia ex doctrina Patrum ingressus iste similitudi- dinem quandam præfert illius, quo prius in vte- rum virginis se immisit. Itaque in consecratione panis, & vini, memoriam sc̄æ passionis recolere Christo volupe, ac iucundum est: at in communica- tione fidelium memoriam sui conceptus in vte- rum virginis retractare, aut repeteret pergratum illi accidit. Igitur ob istam causam à Virgine Maria nobis panem cœlestem donatum affirmare possumus, quatenus scilicet propter ipsam potissimum consecratus, & oblatus fuit.

Denique non solum existimo Deiparæ eam do- nationem aliquo modo adscribendam esse, per quæ cœlestis iste panis nobis impertitus est, & pro nobis oblatus: sed etiam eiusdem sumendi nobis cau- sam quotidie existere, quatenus suis precibus ho- minibus impetrat gratiam, qua excitantur, quot- quot dignè ad communionem accedunt. Ita enim decebat, vt quemadmodum Eua prior ad vetiti, mortiferique fructus esum virum permouit: ita etiam posterior ad panem vita edendum impelle- ret. Accipe verba Petri Damiani vbi supra. *Cibam Perr. Da. Ena tradidit (ita lego non comedis, sic enim locum istum*

istum restitutum in veteri codice legi) per quam nos  
eterni conuiuij famam multauit. Cibum Maria dedit,  
qui nobis cœlestis conuiuij aditum patefecit. Sicut  
Euatradidit, sic Maria dedit: illa quidem tradidit  
se dicitur, quia viro sua sit, ut comedere. Parier-  
goratione panem viuum nobis à Virgine donatum  
dicemus, quia ipsa excitat nos impellitque ad illum  
aude comedendum. Et quidem id sibi volunt ista  
verba, *Venire, comedite panem meum, & bibite vi-*  
*num, quod misci vobis.* Quæ cum ex Virginis per-  
sona pronuncientur, significant quidem ad ipsam  
spectare huius panis, vinique cœlestis sumendi de-  
siderium fidelibus immittere, vocando, & exci-  
tando, hoc est, precibus suis gratiam exorando,  
qua vocantur, & excitantur. Addo etiam istius  
cibi salutiferi sumptionem iucundissimam reddi  
in his, qui Virginis Mariæ studiosi sunt. Sic enim  
accipio illa verba Cantic. 5. vbi sponsus cœlestis,  
id est, Christus ex nomine membrorum suorum,  
quæ hoc cœlesti Sacramento reficiuntur (vt con-  
templatur Theodoretus) ait, *Comedi fauum cum*  
*melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* Septuaginta,  
*Comedi panem cum melle meo.* Quodnam mel istud,  
atque lac? Nouus author, sed locuples lac suum in-  
quit non potest aliud appellari, nisi illud, quod ex  
matris suæ hausit vberibus, cuius exsugendi copiam  
facit his, qui Virginem ardenter studio ample-  
ctuntur, & eam parentis charissimæ loco habent.  
Testis Bernardus, cuius in os suorum vberum stil-  
licidia Virgo influxit. Nam quod exteriori illa,  
& corporeæ visione semel exhibitum est Bernardo,  
id ipsum interiori, & spirituali operatione omni-  
bus suis studiosis semper Deiparam exhibere cer-  
tum est. Norunt ipsi, qui nihil esse magis vel mel-  
litum, vel lacteum experimento didicere runt his de-  
litiis, quibus Virgo sibi chariores animas delinire  
solet. Ergo Christus Dominus de his agens, qui  
cum assidua frequentatione sui Sacramenti stu-  
dium erga matrem suam copulant, *In hi* (inquit)  
*comedi panem meum cum melle meo, & bibi vinum*  
*cum lacte meo.* Quia hi sunt, qui iucundius, & de-  
litosius hoc Sacramento vescuntur, hi suauius epul-  
lantur: quia panis cœlestis cum mellita illa suau-  
tate, quæ de Virginis benevolentia fluit, & vinum  
sacrum post lac, quo Virgo sibi chariores alit, iu-  
cundissima, & dulcissima accident. Et quidem  
cum in omnibus, qui hoc Sacramento dignè ves-  
cuntur, Christus vesci dicatur, libentius tamen in  
his comedere, & bibere dicitur, *Comedi panem cum*  
*melle meo, &c.* Quia duplex cibus Christo Domi-  
no præceteris gravior fuit, atque suauior: dum vi-  
xit scilicet, lac, quod è matris visceribus primo  
hausit: & panem, vinumque consecratum, quod  
denique ad certissimam mortem iturus sumpsit.  
Cum ergo ex sententia Augustini Christus Domi-  
nus, quæ libentius in semetipso gessit, in fidelibus  
suis eadem libentius etiam præstet, inde fit, ut iu-  
cundius in supradictis pascatur: quia duos ante  
aliòs sibi suauissimos cibos, in illis quodammodo  
repetit, ac regustat: scilicet lac parentis suæ, & vi-  
num à se consecratum. Hactenus de Virgine Dei-  
para, de qua superioris capitï maximam partem,  
& huius non minimam interpretari libuit. Primo,  
quia ita suadebat multorum Patrum usus. Secundo,  
ne deesse Verbi diuini præconib. qui ex his verbis  
laudes Deiparæ petere consueuerunt. Denique ut  
xenium hoc parvulum ingeniali mei tantæ parenti  
consecarem. Utinam ipsa boni consulat. Qua-  
propter si tibi longior iusto vius sum, bonitu quo-  
que consulas, precor.

Tom. I.

158

Cant. 5.  
num. 1.

159

160

August.

161

A

VI. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate  
per vias prudentiae.

**R**elinquite infantiam, & viuite. Hebraicè, Re-  
linquite, simplices, seu imperitos, & viuite. In-  
pte conuertit Rodolphus, Relinquite imperiti, &  
viuite. Chaldaeus, Dimitte à vobis insipientes indi-  
gentiam intellectus vestri, & viuite. Septuaginta  
paulò aliter, Derelinquite stultitiam, ut in aeternum  
regnet. Sic habet textus correctior. Tamen Com-  
plut. & Regia aliter extulerunt, Relinquite insipientiam,  
& viuetis, & querite prudentiam, ut viuatis.  
Sed tamen D. Cyprianus in eo loco lib. 2. contra Cyprian.  
Iudeos omnino abstinet ab illis verbis, & viuetis:  
sed sincere legit, Relinquite insipientiam, & querite  
sapientiam. Et ambulate per vias prudentiae. He-  
braicè, & dirigite. Septuaginta, Et querite pru-  
dentiam, & corrigite in scientia intelligentiam. D.  
Cyprianus vbi supra, Et corrigite scientiam, & intel-  
ligentiam. Aquila, & Symmachus, Recte ite in via  
intelligentiae.

**C** Verba ista perspicua sunt: continent autem ex-  
tremam partem illius mandati, quod sapientia an-  
cillis suis denuncianduni dedit. Significant verò  
conuiuas non modo ad epulas invitare, ut famem  
depellant: sed etiam ad ea documenta, & præcep-  
ta exaudienda, quibus stultitiam, & insipientiam  
deponere possint. Nam enim præmissi Salomonis  
mentem eam esse, ut sapientiam in conuiuio lo-  
quentem, & docentem inducat: sic enim postula-  
bat natura ipsius doctrine, & documentorum ra-  
tio haud dissimilium his, quæ inter epulas iactari,  
& agitari eo tempore consueuerunt. Itaque ait,  
Relinquite infantiam: Repetendum est etiam hic  
illud, *Venite, quasi dicat, Venite, & relinquite in-*  
*fantiam,* id est, accedite ad hoc conuiuium sapien-  
tiae, in quo non solum famem epulatum multitudi-  
nem, sed imperitiam, & iuueniles mores per sa-  
pientiæ documenta, & præcepta deponere licebit.  
Iuniores quidem ad has epulas euocari, & imperi-  
tos supra docui. Ergo ad iuniores ait, Relinquite  
infantiam, id est, abiicite pueriles mores, & viuite,  
nimis humanam, & rationalem vitam agite;  
nam pueri, & iuniores quamdiu appetitu ducuntur,  
**D** & rationi minime obtemperant, vitam pecudibus  
similem agunt, & necdum humanam, & rationalem  
vitam ducunt. Ideo præcipit, ut abiecta infantia  
vitiant, id est, cum ratione concordem vitam tran-  
sigant. Ad imperitos verò sic fatur, Et ambulate per  
vias prudentiae, id est, obauditis sapientiæ monitis  
ac præceptionibus, vias prudentiae ingredi licebit.  
Hic est germanus huius loci intellectus.

Chaldaeus habet, *Dimitte insipientes indigen-*  
*tiam intellectus vestri, & viuite,* qui priora ista ver-  
ba non ad pueros, & natu minores, sed ad ignaros,  
**F** & ad eos, qui ob mentis inopiam desipiunt, referre  
videtur: quibus fraudent, ut abiecta ignorantia vi-  
uere incipient. Et quidem apte. Nam vt ait Sene-  
ca in Prouerbiis, *Tolerabilior pena est vivere non*  
*posse, quam scire non posse.* Ergo ignoratio moris est  
ipsa morte peior, ac molestior: atque adeo qui in-  
sipientiam dimisit, is quidem viuere orsus est, cum  
ante miserandum in modum enectus iaceret. Vnde  
merito sapientiam ipsius animæ animam esse do-  
cuit Demonactus apud Antonium in Melissa, qua  
quicunque indiger, inanimis est, & vita caret.

Septuaginta secundum lectionem correctionis  
textus Sixtiani, ac tam aeternam, & beatitudinem  
sic contulerunt. Sic enim habent, Relinquite stul-  
titiam, ut in aeternum regnet, id est, ut regni

164

Seneca.

Antonius.

Ee

eterni consortes sis. Et posteriora verba extulerunt, *Quarite prudentiam, & corrigite in scientia intelligentiam.* Quis hoc in loco (ut saepè alias solent) totam vim primitui verbi Hebraici exhausterunt. Cum enim significet incidere, & dirigere, seu corriger, utramque significationem sua translatione expresserunt. Sed quid sibi vult illud, *reprobatur.*

Hoc verbum ad ædificia translatum significat eadrigere, & ad perpendiculum componere. Itaque ait, *corrigite in scientia intelligentiam.* Nominis scientiae prudentiam intelligo, quæ ad instar obtinet perpendiculi, per quod mensuranda, & corrienda sunt ea, quæ virtutes ædificant, ne qua parte ædificium declinans nutet. *Quod* perinde est, ac si dicat. Præcepta sapientiae excipite: sic enim fieri, ut prudentiam assequamini, atque adhibito prudentiae perpendiculo, ac regula, intelligentiam, hoc est virtutem à rectitudine sua deflectere nunquam pati amini, aut iam deflectentem rectitudini donare, & restituere possitis. *Scientia* (inquit Paulus) *inflat, charitas autem ædificat.* 1. Cor. 8. n. 1.

August.

Vnde August. in serm. 73. de verbis Domini, *scientia* (inquit) *inflat, si levius est: ædificat, si solida est.*

167 Et quidem ita credendum est scientiam solidam, quæ est cognitio veri boni charitati ædificanti pro solidi perpendiculo, ac regula rectissima esse, ne quid in structura virtutum, quam ipsa charitas molitur, & fabricat, vitij, aut declinationis eveniat. Cæterom si genuina verbi *reprobatio* significatio, & magis authoribus familiariis eratur, aliquid ex votis, & ex animi sententia confidere propriè sonat. Itaque licet ita vertere, *In sententia ex animi vestri sententia facite intelligentiam*, id est facietis. Et quidem id tribuit cognitione & scientia, ut ex votis bona, & honesta peragere possimus. Nam qui scientia carent, etiam si bona & honesta præstent, cum bonitatis, & honestatis sibi conscijs satis non sint, & quid bonum, quid malum omnino non decernant, non omnino iucunde, & ex animi sententia operantur: tunc enim cum honeste faciunt, animus timore turpitudinis non vacat. Contra vero: qui cognitionem boni, & mali adepti sunt, in scientia sua cum summa voluptate, & ex animi sententia perficiunt intelligentiam, id est, virtutem, & honestatem, animus enim æqui, & recti conscientia, quæ bona, & honesta sunt à turpibus secludens, tunc cum bona, & honesta perficit, incundissime, & ex votis agit.

169 Sed tamen noster Interpres conuertit, *Ambulare per vias prudentiae.* Hebreæ habent *dirigite*, cuius vim expresserunt Symmachus, & Aquila, *Rectitate in via intelligentiae*, id est, si mea documenta, & præcepta tenueritis, te etià pergeris in via virtutis. Hanc etiam itineris rectitudinem ab erroribus immunem parit cognitione boni: nam si hæc absit, animus saepè in ipso itinere, non satis decernit, quam se in viam det, & saepius anfractus, nonnunquam etiam errores sequitur. Optime enim ait Demonaetus, apud Antonium in Melis lib. 1. serm. 70. *Vi peregrini in vijs, scilicet insipientes in rebus aberrant.*

**VII.** *Qui erudit derisorum, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat.*

170 **Q**VI erudit derisorum, ipse iniuriam sibi facit. Hebraicè, *Qui corripit derisorum, accipit sibi ignominiam.* Septuaginta, *Qui erudit malos, accipit sibi ignominiam.*

*Et qui arguit impium.* Hebr. *Et qui increpat impium, maculam eius.* Caret autem verbo. Caïetanus pu-

**A**t ad scribendum verbum, *multiplicat*, id est, nouæ illi culpe author est. Sic enim accidere solet impiis, qui dum iram contra suos animadversores concipiunt, atque euomunt, nouis se obstringunt crimini bus. Hælit Caïetanus Chaldaeo, qui sic transtulit, *Et correptione impij macula est ipsi.* Nimirus ipsi impio, qui corripitur, cui noui criminis maculâ obiurgatio apergit, vel impius cum corripitur, labem sibi inuri putat, id est, infamia nota: non sic iustus. Cæterum præferenda omnino est nostra lectio. Nam illa verba, *maculâ eius*, referenda utique sunt ad verbum superius hoc modo, *Qui erudit derisorum, accipit sibi ignominiam, & qui arguit impium maculam eius:* supple accipit similiter sibi. Eum sensum reddit translatio Septuaginta, *Et arguens impium maculauit seipsum,* in quibusdā codicibus adduntur hæc verba, *Correptiones enim impij liuores sibi:* quæ in textu Græco desiderantur, & fortasse ab aliquo adscripta sunt, ad exponenda illa priora, *& depellam eorum obscuritatem.* Hebraicè pro macula est *מַמְלָא Mam*, labes & sordes significat, & si quidem fluat à radice *מַמְלָא Mam*, id est, contemptus, despexit: contemptum, despicumque sonat.

Ergo quod ad cōexionem huius sententiae cum superioribus spectat Beda, quem sequutus est Caïetanus, Rodolphus, & alij. Sic habet, *Quasi interrogares, cur sapientia præ cæteris ad suas epulas inuitat paruulos, & insipientes ideo, inquit, feci, quia frustra laborat, qui verbum sapientia inculcare nititur ei, qui audire contemnit sapientiem se doctore, & materem existere credens.* Ex quibus verbis constat derisorum hic appellari tumidum fastu hominem, qui sapientiam illam, quæ inflat (iuxta Paulum) adeptus reliquos præ se deridet, ac despicit. Rursus *impius* appellatur, qui non ex ignorantia, sed ex prauitate animi trahitur, & in malitia pertinax est: ex quo fit, ut derisor paruulo, & impius insipienti, & ignorantie oppositi videantur: Itaque ait, *Qui erudit derisorum, iniuriam sibi facit.* Loquitur Salomon nomine sapientiae: & perinde est, ac si dicat. Propterea paruulos inuitatū, & accerfatum misi (nimurum humiles, atque iuiores, ex quibus illi faciles, & lenti, hi noni, atque recentes sunt) quia apti mihi videbantur ad mea monita excipienda. Nam qui derisorum hominem, id est, vana sapientia tumidum, & reliquos præ se despicientem erudiendum, & informandum suscipit, iniuriam sibi ipse interrogat, id est, ipse sibi plurimarum iniuriarum author est, quibus ab homine eiusmodi doctrinæ, & correptionis contemptore afficieum necesse est. Exemplo sit ille alius Ioannis Euangelistæ derisor, & exhortationi illius cōtemptor, de quo in epist. 3. Catholica sic ait, *Scripsisse forsitan Ecclesia: sed tu, qui amat primatum gemitus, Diotrepheus non recipit nos, verbu maligno garriens in nos.* Diotrepheus autem à Ioanne appellatur tumidus iste Sycophanta, ut quidam volunt, non quia eo nomine censeretur, sed quia moris erat superbos homines, & fastutigetes, *Diotrephas*, id est, *Iouanuarii*, appellare, quo se tanquam Heroes iros ac diuinos Semideos æstimare videretur. Est que 16 semel Regum Epitheton apud Homerum. Hic ergo superbia tumens doctrinam, & epistolas Ioann. & monita eius salubria refutabat: nec refutabat solum, sed malignis verbis in illum garribat, id est, probris in illum iactatis eundem deridebat, illudebatque. Merito ergo sapientia, *Qui arguit derisorum, ipse iniuriam sibi facit*, id est, sibi probra, & contumelias creat eius, quem inculsat, & carpit. Aliter exponi potest illud *iniuriam sibi facit*, id est, ipsem sibi iniuriosus est, quia cum commonefaciens, in quo nulla subest spes perfectus, hominis perdentis operas contumeliam,

171

**D** *io* appellatur, qui non ex ignorantia, sed ex prauitate animi trahitur, & in malitia pertinax est: ex quo fit, ut derisor paruulo, & impius insipienti, & ignorantie oppositi videantur: Itaque ait, *Qui erudit derisorum, iniuriam sibi facit.* Loquitur Salomon nomine sapientiae: & perinde est, ac si dicat. Propterea paruulos inuitatū, & accerfatum misi (nimurum humiles, atque iuiores, ex quibus illi faciles, & lenti, hi noni, atque recentes sunt) quia apti mihi videbantur ad mea monita excipienda. Nam qui derisorum hominem, id est, vana sapientia tumidum, & reliquos præ se despicientem erudiendum, & in-

**E** formandum suscipit, iniuriam sibi ipse interrogat, id est, ipse sibi plurimarum iniuriarum author est, quibus ab homine eiusmodi doctrinæ, & correptionis contemptore afficieum necesse est. Exemplo sit ille alius Ioannis Euangelistæ derisor, & exhortationi illius cōtemptor, de quo in epist. 3. Catholica sic ait, *Scripsisse forsitan Ecclesia: sed tu, qui amat primatum gemitus, Diotrepheus non recipit nos, verbu maligno garriens in nos.* Diotrepheus autem à Ioanne appellatur tumidus iste Sycophanta, ut quidam volunt, non quia eo nomine censeretur, sed quia moris erat superbos homines, & fastutigetes, *Diotrephas*, id est, *Iouanuarii*, appellare, quo se tanquam Heroes iros ac diuinos Semideos æstimare videretur. Est que 16 semel Regum Epitheton apud Homerum. Hic ergo superbia tumens doctrinam, & epistolas Ioann. & monita eius salubria refutabat: nec refutabat solum, sed malignis verbis in illum garribat, id est, probris in illum iactatis eundem deridebat, illudebatque. Merito ergo sapientia, *Qui arguit derisorum, ipse iniuriam sibi facit*, id est, sibi probra, & contumelias creat eius, quem inculsat, & carpit. Aliter exponi potest illud *iniuriam sibi facit*, id est, ipsem sibi iniuriosus est, quia cum commonefaciens, in quo nulla subest spes perfectus, hominis perdentis operas contumeliam,

Ioann. ep. num. 9.

**F** *io* appellatur, qui non ex ignorantia, sed ex prauitate animi trahitur, & in malitia pertinax est: ex quo fit, ut derisor paruulo, & impius insipienti, & ignorantie oppositi videantur: Itaque ait, *Qui erudit derisorum, ipse iniuriam sibi facit*, id est, sibi probra, & contumelias creat eius, quem inculsat, & carpit. Aliter exponi potest illud *iniuriam sibi facit*, id est, ipsem sibi iniuriosus est, quia cum commonefaciens, in quo nulla subest spes perfectus, hominis perdentis operas contumeliam,

172

**Homer.**

173

174

*August.* & iniuriam sibi accersit. Vel facit iniuriam, quia **A** vt ait Augustinus in lib. 2. de doctrina Christiana, *Merces doctoris est profectus auditoris.* Vnde, qui audit salubria monita, nec inde haurit profectum. Doctorem suum mercede sibi debita priuat, atque adeo illi iniurius est. Ille igitur, qui aliquem absque ulla spe profectus monet, atque edocet, sibi ipsi iniuriam, seu iniustitiam irrogat: non aliter, atque ille, qui operas suas alicui locaret, à quo scuerit nullam se mercedem reportaturum esse. Addit:

**175** *Et qui arguit impium, sibi maculam generat.* Impius opponitur insipientibus (vt supra obseruauit.) Itaque sapientia ait, ideo libenter insipientes, & qui ex ignorantia committunt, per pueras, seu ancillas euocatum misi: non autem impium, id est, eum, qui depravato animo sciens, & volens perpetrat mala: quia qui eiusmodi hominem condonat, sibi ipsi maculam aspergit. Nam monitor, aut correptor ab impiis, & pertinaci homine contumelias, & probra pro gratia reportare solet, quibus offensus docto rabe, atque dedecore afficitur.

*Cle. Alex.* Clemens Alexandr. venusta similitudine officium admonentis expressit, primo Pædagog. cap. 9. **C** *Quemadmodum speculum non est malum* (inquit) *deformi, eo quod ipsum ostendit, qualis sit: ita neque tu, qui reprehendit, ei male vult, qui laborat animo.* Hæc ille, quibus ad monitorem, & Doctorem cum speculo eleganter componit, qui suas culibet maculas, & nœuos obiicit. Clementi subiectus est Plutarchus apud Stobæum, qui ita ait, *Pertinacem in delicto monere perinde est, ac speculum cæco homini obiicere.* At nunc quæso, si speculum cæco homini

**176** proprius admoueat, quid fieri? Sanè cæcus maculas, quas non videt, minime expurgat, aut eluit: **D** speculum vero proprius admotum ex tetro illius halitu maculas trahit. Merito igitur ait Salomon, *& qui arguit impium, id est, pertinacem in suis delictis, maculam sibi generat.* Et quidem alia ratione optime quadrabit similitudo speculi, si non absolute quemlibet monitorem, sed solum eum, qui proternum hominem corripit, speculo similem esse alleareremus. Sicut enim speculum maculas, & nœuos in semetipso exprimit tunc, cum deformem faciem, & fortes suas alteri offert, atque obiicit: Ad eundem modum, qui sceletatum, & procacem hominem incusat, & carpit, eadem, quæ illi obiicit criminis sibi accersit, & in se quodammodo exprimit. Eiusmodi enim petulantes homines obiecta sibi criminis reciprocate, & in eosdem reiicare solent, à quibus commoniti, & insimulati sunt: Si enim verbi gratia illos avaritiae, luxuria, aut alterius fortis accuses, continuo te avarum magis, luxuriosum, & fortidum esse iactabunt. Vnde optimè D. Iuus Gregorius infra, *Correptione exasperatus protinus in contumelias surgit, & quæ mala exaggeret contra vitam correptoris dicit.* Demonstrare incomparabiliter magis reum suum reprehensorum desiderans, ut innocentem se non suis artibus, sed alienis criminibus ostendat. Et sanè hoc sensu donandus Plutarchus cum ait, *Pertinacem in delicto mone- re perinde est, ac speculum cæco obiicere.* Cæcus enim non videt maculas, labes, & nœuos suos, & tamen in speculo ipso exprimuntur, itaque quodammodo speculum maculatum: periculæ vero homo non corrigitur. Accommodatè igitur Salomon ait, *Et qui arguit improbum, sibi maculam generat: vel ut habent Septuaginta, Arguens impium maculabit se ipsum.*

**177** Verba autem, quæ adduntur in quibusdam codicibus, *Correptiones impij luores sibi, et spectasse vi- dentur, ut significant eos, qui impios, & periculaceos*

**A** homines corripiunt, plegas nonnunquam, & liuores reportare solitos. Sæpe enim tantam in rabiem correptionibus effertur, ut non probris solum, & contumeliosis verbis honesta monentibus, labem, & maculas aspergere soleant, sed etiam plagiæ eosdem onerent. Quod si ad animum referas illud *luores sibi*, sanè liuor animi appellatur magnus quidem mceror, qui ex penitentia facti, vel aliunde hæret animo, qui quoties memoria reficitur, non aliter dolet, quam liuor, ex plaga relietus. Et ob eam causam inuidia apud scriptores liuoris nomine sèpius censetur, quia quoties memoræ succurrat felicitas aliena, quasi ex quadam liuide plagiæ refractione dolor accidit. Itaque sensus est, *Correptiones impij luores sibi*, id est, qui impium arguit, vel incusat, tot animi liuores sibi accersit, quot in illum correptionibus inuectus est. Nam illo contumelias, & probra contrastante, efficitur, ut quoties hæc memoræ succidunt, quasi ex attricatione liuentis plagiæ dolor, & mceror animum angat. Quod si aliquis diceret illud, *luores sibi*, potius pertinere ad ipsum, qui corripitur, non reluctarer. Tunc enim sensus es, *Correptiones impij luores sibi*, id est, vitia illa, & errores, propter quos correptiones merentur impij, nihil dissident à liuoribus. Nam si vel leuiter attigeris, sœuiunt, atque effterantur. Ad id spectant verba Greg. 8. Moral. cap. 24. *Deprehensus est in sua Gregorii prauitate, corripitur, irascitur, & loqui sibi redarguentem prohibet, quia velut in occulo vulnere tactus doler.*

#### VIII. Noli arguere derisorum, ne oderit te: argue sapientem, & diligente.

**N**oli arguere derisorum, ne oderit te. Hebraica consonant Sept. Ne arguas malos, ne odio habeat te. **D. Cypr.** habet, *Qui corripit impium, odierit ab eo.* **Cyprian.** Argue sapientem, & diligente. Chaldaeus, ut diligente. In reliquis nullum est dissidium.

**E** Locum istum usurparunt Cyprianus lib. 3. testim. **Cyprian.** ad Quirinum. Gregor. 8. Moral. cap. 24. Hieronymus in cap. 7. Amos, & Patianus in Parænesi ad Hieron. penitentiam. D. autem Greg. adnotat sic accipienda esse ista verba, ut Salomonem à correptione impiorum nos deterruisse dicamus: non ex metu malorum, quæ ab ipsis nobis evenerit possunt: (sæpe enim nos discrimini obiicere charitas suaderet) sed ob ipsorum damnum, & noxam, ne scilicet conceptio odio stomachari, & debacchari incipiant, deteriores facti, quam prius. Ex Gregorio decerpit Beda, & ex utroque Glossa, & Iansenius, qui ea mente hæc à Salomone adscripta fuisse dicunt ista verba, ut priorem sententiam coérceret. Quamvis enim præmisserit contumeliam, & maculas sibi accersere omnem illum, qui seuerius corripit periculæ, & petulantem hominem: tamen illius correptionem ob eam solum causam omittendam esse docet, ne odij concepti effundendi, & emouendi occasionem ipsi immitiamus: ita ut nostra exhortatio non medelam afferat, sed vulnus infligat. Ergo-ne isti sine correptione abibunt? Occurrit: D. Paulinus in hunc locum, qui in Epistol. 24. ad Apium de illius conuersione habet hæc verba, *Talium odia, vel conuicta viuendo melius, quam loquendo arguimus.* Iansenius aliter respondet. Sed t mē hoc alterius est instituti. Ad singulaveniamus.

**D. Paul.** *Noli arguere derisorum, ne oderit te.* D. Patianus in præfata Parænesi ad penitentiam sic expendit tripli similitudine ista verba, *Vt cænum solit tunc maximè fætere, cū mœnas: & incendū tunc maximè*

Gregor.  
Iob cap. 8.  
num. 12.

Plutarch.  
183

184  
Basilius.

Plinius.  
185

ardere, si veritas: & rabi est tunc maximè senire, si prouoces. Ita illi obiurgationis necessariae stimulos con-

trario calce fregerunt, non sine suo quidem malo, & vulnera repugnantes. Nam a Domino dictum est: Ar-

gue subtili, & odio te habebit. Lege Greg. sup. 8. Mor-

al. c. 24. ad illa verba Iob 8. Cum adhuc sit in flore, ne

carpatur manu ante omnes herbas arescit, vbi ad eius-

modi derisores, & correptionis impatiens homines

pulchram hanc similitudinem carecti hirsuti, & manum eius, qui carpit, vel atrectat, incidentis,

& sauciantis deriuat, desinitque tandem in hac ver-

ba, Noli arguere derisorum, ne oderit te. Hic præterea

locum habet illa sententia: veritas odium parit, quam

supra expendimus cap. 8. vers. 7. & Augustini verbis

illustrauimus. Hi enim sunt, in quibus veritas, quam

audire detrectant, odium infelici aborsu edit. Sed

rursus aliquid in eandem coniunctionem, Plutarchus

in Moralibus veritatem contulit cum auis suis ouis

incubanti. Quasi ad eundem modum teatas, & oc-

cultas res tandem in lucem proferre: sicut auis qua

fouens, ex illis latentes pullos excludit. Si tamen

obserues, ea quidem est auis cuiusque natura, vt

quælibet oua libi subiecta, siue propria, & germana,

siue aliena, siue bona, siue mala conforta exclu-

dat. Ad eum modum veritas, quidquid illi supponit,

in lucem edit, si animus proterius, & perui-

cax illi subdatur, velut ex alieno, & malo ouo de-

generem prolem elicit, odium nimurum parit. Si

tamen animus simplex, & minime malus illi sup-

ponatur: velut ex proprio, & bono ouo generosam

sobolem, hoc est, dilectionem, & charitatem pro-

licit. Quapropter recte Salomon, Noli arguere, id

est, veritate obiecta obiurgare derisorum: ne oderit

te. Veritas enim ex bene comparato animo dilectionem

excludet. Ad hæc dissimilitudinem istam no-

uo exemplo declarandam duxi. Veritatem cum

grano tritici contulit D. Basilius, quod licet tellure

iniecta occultatur: tamensuccidente tempore pul-

lulat, & foras emergit, in cap. 6. Isaia. Placet sane

similitudo. Sed tamen sic adde: frumenti granum,

si in pingue tellurem incidat, turgentem multis

granis culmum, & spicam proferre solet. Si tamen

in gracile, & macrum solum forte cecidit, degeneri

comutatione sèpè in mentham abit, vel aliud igno-

bilius granum. Ad eundem modum veritas, & cor-

reptio, si procacem animum nascit à sua nobilitate

descens, odium parit. Si tamen generosam, &

synearam mentem, tanquam in pingue tellurem

decidit, dilectionem profert. Præterea Hugo Car-

inalis in hunc locum de his, qui incusati, & corre-

pti odium germinant, In talibus (inquit) medicina,

& fructus salutaris vertitur in venenum. Ad id per-

tinet similitudo, quam quidem alij ad id ipsum si-

gnificandum adlibuerunt, desumpta à malo Persi-

co, quæ quidem apud nostrates salubrem validè fru-

ctum fert. Adeo vt Plinius ita scriperit, Pomum

innocuum expeditur agris, lib. 15. cap. 12. & alibi sa-

lutare illud appellat. Hæc igitur tam salutaris ar-

bor in quibusdam terræ plagi sibi aduersis com-

mucata natura, venenata, & virulenta pomagermi-

nat, quæ edentibus præsentissimam necem afferre

solet. Ad eundem modum veritas, & correptio in

bonis, atque probis salubrem, & dulcissimam dilec-

tionem: in improbis, atque scelestis venenatum,

& amarum odium progerminat. Denique absolu-

uathanc materiem alia similitudo ducta ab unione,

& margarita, cui veritatem conferendam esse do-

cui alibi ex Clemente Alexandrino. Hæc ergo si

in acerum mittatur soluitur, quidem, & in acetum

abit. Cæterum si eadem in mel cadat, diluitur etiā,

& in mellis naturam migrat. Ad eum modum do-

ctrina, & veritas si in acetum amarulentu cordis de-

A cidat, soluitur, vertiturque in acetum odij & ama-

ritudinis. Vnde Iacobus cap. 3. ait, Quod si zelum Iacobus

amarum habet, & contentiones sint in cordibus ve-

c. 3. nn. 14. stris, nolite gloriar: & mendaces esse aduersa veri-

tatem, id est, nolite verbis veritatis, fidei, & doctrinæ

margaritum arrogare, quæ in vos tanquam in

acetum cadens, contentionum, & odij materiam

potius suppeditet, & subministrat. Quod si in dul-

cem, & melleum animū isthæc veritatis, & doctrinæ

vnio inciderit, in mel vertitur: in amorem scilicet,

& dilectionem, quæ nihil ducius, & iucundius.

Sic enim ait, Argue sapientem, & diligere te.

186

B Nomine sapientis hic sapientia amatorem capien-

dum esse docent Caietanus, Hugo, & alij. Putant

enim hic sapientem respondere parvulus, & insipientis,

qui supra derisoribus obiecti sunt. Itaque ait Hugo,

Sapientem hic vocat non perfecta sapientia ho-

minem, sed sapientia amatorem, quem supra dixit insipientem:

in hoc enim est quilibet sapiens, si cognoscit suam insipientiam. Vnde Bernardus ait, Deus tu sis Bernard,

insipientiam meam, nisi quia in hoc sapiens sum, quod

& ipse ego eam scio, &c. Non displiceret. Tamen il-

lud addo, Salomonem haud inepte hic sapientem derisor obiicere potuisse. Nam derisor, vt supra

docui, ille est, qui inanis sapientia fastu turget. Ne

quis autem putaret hunc præterea correptionibus

non aquiescere quod sapientia plurimum nactus

esset: subdit verum sapientem correptiones, & ani-

madueriones, adamare solitum, non refutare. Et

sane cum posteriori isto consilio melius concinit

sequens sententia, quæ sic habet;

187

C IX. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapien-

tia: doce iustum, & festinabit accipere.

D D sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.

Hebr. Da sapienti, & sapiens erit amplius, seu

sapiet amplius, vt conuertit Caiet. qui putat pro

occasione supplendæ esse doctrinam, seu consilium, Ca-

ietano hæret Rodolphus. Noster sequutus est Sep-

tuaginta interpretes, qui ita habent, Da sapienti

occasionem, & sapientior erit. Chaldæus haber, doce

sapientem, & sapientior erit adhuc.

E Doce iustum, &c. Hebr. Facere iustum, & addet

doctrinam. Sept. Notifica iusto, & addes ad recipien-

dum. Chald. Ostende iusto, & addet scientiam.

Hæc verba suadent de vero sapiente hic sermo-

nen esse: & hunc derisor opponi. Et quidem sa-

piens intelligentus est probitatis, & honestatis cul-

tor. Hic enim sapientis nomen passim fert in hoc

libro. Ergo ait, Da sapienti occasionem, & sapien-

tior erit. Luculentam magis venustamque senten-

tiam reddit nostra lectio, quam alia. Est autem

eiusmodi. Sapienti occasionem immitte aliquid

perdiscendi. Hic enim illam abire non sinet, sed

captabit, vt inde magis, ac magis proficiat. Ita ex-

F pendit locum istum D. Bonaventura in tractatu de

sex alis Seraphim, vbi sic ait, Da sapienti occasionem,

& addetur ei sapientia. Cum igitur ex leui sape oc-

casione sapiens materiam sumat altioris sapientiae ca-

pessimæ: qui etiam nonnunquam per alterius stulti-

am sit eruditior. Ideo, &c. Itaque mens Salomo-

nis est sapientes, & probos homines docere iucun-

dum, & gratum esse: nam hi quamlibet etiam le-

uem addiscendi occasionem, & ansam arripiunt.

G Sed Antonius Monachus in epist. 2. ad fratres Ar-

senitas aliū ad sensum vocavit ista verba: sic enim

absolutè loquitur, Erant & alia multa, quæ velim

docere, sed si dedero occasionem sapienti, sapientior erit,

id est, si opportunitatem expectauero: si bonam

nactus occasionem hæc dixerim, tunc quidem magis

Bonavent.

188

Antonius.

Gregor.  
189

proficiunt. Itaque dare occasionem sapienti ex mente Antonij, est opportunam occasionem ei offerre: id est opportune, & tempestive illum monere, ut salubris sit ad monitio. Et quidem nihil monenti antiquius esse debet, quam bonam occasionem, & opportunitatem ad monendum captare. Nam ut ait D. Gregor. in Pastoral. cap. 38. *Sapientia agros, quos fortis pigmentorum potio curare non valuit, ad salutem pristinam repens aqua opportunè dare uocauit.* Itaque opportunitas efficit, ut valde lenia medica nenta, & correptiones molliores maximis, & inueteratis vitiis in morbis sucurrant, quibus acriores, & fortiores animaduersiones opitulati non possunt. Sed tamen contextui accommodationis est prior interpretatio. Imò fortasse alia fuit mens Anton. ad hunc modum, *Erant alia multa, quæ dicere velim: sed si dederò occasionem sapienti, sapientior erit, id est, licet multa mihi hæc de re dicenda supererant: tamen satis dixisse me puto.* Nam si sapienti occasio offeratur: is velut ansam coryphae, de quib[us]dam eductus, ipse per se alia, atque alia assequi solet. Quia si dicat, quædoquidem mihi cum sapientibus res est, sat me fecisse puto, si quædam attigi, ex quibus illi alia, atque alia aucep[er]int. Cæterum de hac sententia accuratius egimus supra cap. i. vers. 5. ad illa verba, *Audiens sapientior erit. Consule eum locum.*

190

*Doce iustum, & festinabit accipere, id est, præpropere capiet ea, quæ dixeris, atque obuiis, ut aiunt, manibus doctrinā capesset.* Hæc verba accōmodatē coēunt cum superioribus. Cum enim pro illis verbis, *Da doctrinam aut monita, dixisset, Da occasionem,* apposite subdit, *Doce, & festinabit accipere, ad occasionem capessendā festinus veniet, ne isthæc (vt est instabilis, ac velox) elabatur, id est, occasionem craniū obuerat.* Pende nunc quantū intersit discriminis inter hominem sapientem, atque insipiētem, inter probū, & improbum. Ad corripiendū, edocendūque improbum, & insipientem hominem opportunitas, & occasio captāda est ab eo, qui monet, si velit correptionem suam proficiuam esse, ut supra docui. At verò probus, & sapiens ipsem occasiones venatur, & opportunitates querit, ut monita, & animaduersiones exaudiat. Itaq; in illis doctor auditori: in his verò auditori doctori se attemperat. Sapienti enim semper opportuna, nunquā importuna correptio est. *Et festinabit accipere.* Huc spectat illud Iacob. cap. i. *sit autem omnis homo velox ad audiendum, quem locum supra expendimus, capite primo vers. 5.*

Jacob. cap.  
1. num. 19.

#### X. Principium sapientiae timor Domini: & scientia sanctorum prudentia.

191

**P**rinципium sapientiae timor Domini. Priorem istam partem longa oratione illustrauimus supra cap. i. vers. 7. Id solum interest, quod in eo loco principio subest vox illa רָאשׁתְּ Reish, hic verò רַבֵּתְּ Thebilath, quod leuissimum diſsidium est. Est etiam aliquod leuius in lectione Septuaginta. Nam cum ibi pro timore sit רָאשׁתְּ hic est, רַבֵּתְּ sed tamen discrimina harum vocum ibi attigi: & de timore Domini multa etiam contuli in illa verba capit. 8. vers. 13. *Timor Domini odit malum.* Quapropter hanc missam faciens, ad posteriorem partem me recipio.

*Et scientia sanctorum prudentia.* Hebraicè, scientia sanctorum intelligentia. Septuaginta, *Et consilium sanctorum intelligentia.* Subiiciunt autem verba pauca, quibus nihil respondet in originibus, nec in vulgata, *Cognoscere enim legem mentis est bona.*

Tom. II.

**A** Prelibandi quedam hic sunt: nimur coniuersus conuenisse in cœnationem à sapientia compatriam, coniuito accubuisse, & fercula produci cœpisse. Hæc enim, quæ Salomon subticuit merito, ne prosopopœiam longiore daret, supplenda sunt à nobis: Tunc ergo inter epulas loqui, atque suos coniuinas erudire incepit sapientia iuxta ea, quæ supra docuimus vers. 1. Sermonem autem ordinatur ab his verbis, *Principium sapientiae timor Domini,* illi enim sepè alias solempne est moralium documentorum exordium à timore Dei repetere. Subdit.

**B** *Et scientia sanctorum prudentia.* Hæc verba duplē ad sensu allīci possunt. Efficit hoc ambiguitas illius vocis *sanctorum*, quæ significare potest sanctos, vel sancta: masculini videlicet, aut neutrius generis. Quam significationem incipitem capiunt etiā Primitiuā, ut adnotat Iansen. Ergo Hugo, Rodolphus, Lyra, & alii cōp̄l̄ires *sanctos* accipiunt masculini generis, ad hunc modū, *scientia sanctorum*, id est, piorum ho[n]iū est *prudentia*. Et quidem Lyra sic ait, est *prudentia*, scientia scilicet non speculativa ad mentem pertinens, sed practica, & operatrix, præstare suadens ea, quæ docet, ac præcipit. Et quidem recte. Id enim interest inter sapientes, qui cum doctrina pietatem morū copularunt: & inter alios, qui doctrinam absque pietate sectantur: in illis enim scientia practica est: in his mēre speculatrix, & contemplatrix. Et sane eorum scientiam speculativam, seu speculatricem merito dixerim, ab speculo ducto nomine. Nam ut ait D. Iacobus cap. 3. *Qui auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatū sue in speculo, consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.*

**D** Observa illud *considerauit se, & abiit.* Significat enim illum in ipsa cognitione, & contemplatione stetisse, nec ab speculatione vltius pertransisse. Sed tamen, ut huius loci genuinā sententiā calleas, animaduentum est veteri proverbio aliquid in speculo videre, aut intueri, dici de his, qui rerum externā faciem aspiciunt, & ad penitiora, & intimā cogitatione non perueniūt. Sic enim interpretor Platonem in Dialogo 10. de legibus. Agens enim de prouidentia Dei, quæ quodammodo humana occulis in sceleratissimorū hominum impunitate deficeret videtur sic ait, *Quoru[m] in operationibus, velut in speculo, Deoru[m] ad omnia diligentiam confexisti.* Quasi dicat, cum externum solum rerum aspectum considerares, videns improbos homines secunda saepius vti fortuna, putabas Deos humana negligere. Neque aliud sibi volunt verba Comici in Adelphis, *Denique inspicere tanquam in speculum vitas omnium in beo, id est, non penitus: sed solum, ut externe apparent, & foras se produnt.* Et sane accommodatus est iste loquendi modus. Nam in speculis extremas tantum superficies rerum videmus, & frontem solum, non latera, non terga, & refractio, seu repercussio imaginum in ipsa etiam, speculi superficie perficitur. Itaque tota est (ut ita dicā) superficialis quedam cognitio. Hunc sensum reddere existimo verba illa Pauli 1. Corinth. 13. *Vide Paul. I. mus nunc per speculum in enigmate, id est, externam Cor. 13. solum faciem, & imaginem, & superficiem rerum attingimus, non ipsas res, & in enigmate, id est, quod vulgo dicitur encifra.* Ergo Iacobi mens sic habet, *Qui auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatū sue in speculo.* Quia quemadmodum, qui vultum suum in speculo contemplatur, superficie tenuis, & valde externe se vider, nec penitus agnoscit: sic etiam qui audit verbum Dei, nec illud executioni commisit: is quidem testatur se illud non penitus caluisse:

195

**E** *Paul. I. num. 12a* *attingimus, non ipsas res, & in enigmate, id est, quod vulgo dicitur encifra.* Ergo Iacobi mens sic habet, *Qui auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatū sue in speculo.* Quia quemadmodum, qui vultum suum in speculo contemplatur, superficie tenuis, & valde externe se vider, nec penitus agnoscit: sic etiam qui audit verbum Dei, nec illud executioni commisit: is quidem testatur se illud non penitus caluisse: *E e iii*

192

193

194

sed solum ad superficiem, & externam faciem spe-  
ctasse. Ex his sunt, qui Concionatores cum au-  
diunt eloquentiam, nitorem, & elegantiam verbo-  
rum, & sententiarum obseruant, nec ad sensa ver-  
borum intima perquadunt, &c. Igitur Salomon ait,  
*Scientia sanctorum prudentia. Hebraicè בִּנָּה Binah*  
perfectam rei intelligentiam sonat. Quasi dicat,  
sancti, cum audiunt præceptorem suum, non ad  
externam doctrinæ superficiem adspectant, sed in-  
timos sensus, ut eam opere perficiant.

Hugo tamen, & alij prudentiam capiunt ut sonat  
pro virtute prudentiae: quæ sanè iure optimo dici-  
tur, *sanctorum scientia*: quia hæc virtus alias mode-

196  
Chrysoft.

B ratuit, ac regit, que sanctos, ac pios homines per-  
ficiunt. De qua Chrysoft, hom. in Psalm. 13. *Pru-  
dentia* (inquit) *lucernam animæ profert: regina est  
cogitationum, magistra eorum, quæ bona sunt, & ho-  
nesta: quibus verbis omnes prudentiae partes com-  
plexus est, ministram, magistram, atque reginam  
vocans. Ministra est virtutum in exercitio facem  
illis præferens, & lucernam, ne alicubi impingant.  
Regina eisdem gubernans, modum, metasque illis  
præscribens tunc, cum suscipiuntur. Magistra: an-  
tequam suscipiantur, de illarum conditione, ac par-  
tibus edocens, & vitia virtutibus opposita declarâs.*

197  
Iamblic.

Sed audiendum est Iamblicus Philosophus in epi-  
stola ad Amphalum, *Prudentia virtutum princeps  
est reli quisque omnibus utitur, atque ipsarum ordi-  
nem, modum, & occasionem in præsentia, tanquam  
oculus quidem mentis unde quaque lucidissimus ostendit.  
Et breui interstitio attextit, Huius beneficio bo-  
na, utilia, & honesta, & turpia discernimus, ac emen-  
damus: quin etiam ciuitates, & familiæ priuatam  
que singulorum ritam ad exemplar diuinum referens,  
qua potest optima similitudine depingit, hoc delet,  
illud inscribit, semper assimilationi studens. Merito  
ergo Deo similes facit sui possessores prudentia. Hæc  
Iamblicus. Quæ facile ostendunt modum, quo  
prudentia homines sanctos, & pios efficit, eorum  
mores informans, & Deo similes efficiens.*

198

Sed licet hæc omnino à textu nō abhorreāt, nihilo  
lominus tamen extrema expolitio est accommoda-  
tior, quæ vocem illam *sanctorum*, neutro generi ad-  
scribit, ad hunc modum. Cùm enim præmisset,  
principium sapientiae veræ esse timorem Domini,  
statim subdit, quænam sit ista sapientia, cui timor  
Domini initium præbet. Addit, *scientia sanctorum  
prudentia*: prudentia hæc ponitur pro sapientia.  
Quafidicat: Hæc sapientia, quæ à timore Dei aus-  
picium sumit, est *scientia sanctorum*, id est, cognitio  
eorum, quæ sancta sunt, & iusta, & honesta: alias  
enim disciplinæ, & facultates, quæ nos de aliis rebus  
elocent, vix sapientia nomen merentur. Itaque  
Salomon definitionem perbreuem tradit eius sa-  
pientia: de qua hoc in libro sermonem habet, dum  
eam esse dicit, *scientiam sanctorum*, id est, eoru, quæ  
sancta, & recta sunt, cognitionem. Vide quæ dixi-  
mus cap. 1. vers. 2. ad illa verba, *Ad sciendam sa-  
pientiam*. Non abit ab hac interpretatione appen-  
dix illa, quæ in quibusdam codicibus, ascripta est,  
*Cognoscere enim legem, mentis est bona* (quæ ab ali-  
quo, tanquam *Glossa addita* videtur, deinde textu  
inserta *vicio libratoru* n) si nimis alter verbo-  
rum seriem construamus, ad hunc modum, *scientia  
sanctorum prudentia*, *scientia inquam*, id est, *sapien-  
tia vera de qua hic agimus, est sanctorum prudentia*:  
scilicet perfecta cognitio rerum honestarū, & san-  
ctarum. Sicut enim *iuris prudentia* dicitur cognitio  
legum vsu negotiorū comparata (vt docuit Cicerο  
lib. 3. de finibus bonorū, & malorū, cuius sententi im-  
surat de libro cap. 1. vers. 3.) sic etiam prudētia san-  
ctorum, est cognitio eorum quæ honesta, & sancta

199  
Cicer.

A sunt vsu, & exercitatione virtutum parta. Itaque  
prudentia honesti, & recti maius aliquid significat,  
quam scientia rectitudinis, & honestatis: hanc enim  
sine vsu, & experientia assequi licet: illam vero  
non idem. Ergo, qui adscribit glossam illam, no-  
mine *sanctorum* legem, & iura diuina accepisse vi-  
detur, & rationem illius sententiae obtulit illis ver-  
bis, *Cognoscere enim legem, mentis est bona*, honestæ  
scilicet, atque piæ. Vel certe mentem bonam pe-  
ritissimam mentem appellauit: est enim hæc non  
insolens phrasis cum Græcis, tum Latinis. Virgil.  
Egloga. 4. *Pastorem quendam bonum inflare tibi*,  
dixit, id est, scientissimum. Sic etiam Christus se-  
metipsum *pastorem bonum*, id est, artis pastoritiae  
peritissimum: & vulgo etiam dicimus, *Es buen estu-  
diante, buen Theologo*, & alia eiusmodi. Ita etiam  
hic mentem bonam, id est, peritissimam dixit. Sen-  
sus ergo talis euadit, cognoscere legem, atque illam  
penitus calluisse, peritissimæ, atque sapientissimæ  
mentis est. Vulgo diceremus, *Es de buenos enten-  
dimientos*. Quasi dicat, nulla in re mentis alicuius  
eximia peritia melius proditur, quam in cognitione  
legis non speculativa, sed practica.

#### XI. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & ad- denter tibi anni vite.

P ER me, &c. Hebræa non dissonant, nisi quod  
habent in me, eodem sensu. Septuaginta, *Hoc  
enim modo multo viues tempore, & adiacentur tibi  
anni vite.*

200

D Hæc sanè ad timorem Dei referenda sunt. Quæ  
si dicat: Si timor Dei, qui est initium sapientiae &  
primordium, animum concusserit tuum: per me  
(loquitur ipsa Sapientia) plurimos dies, & vitæ an-  
nos fœliciter consequi licebit. Sed tamen qua ra-  
tione timor Dei valetudinem, salutem, incolumi-  
tatem, & vitæ longitudinem afferre soleat, iam in-  
dè supra cap. 3. vers. 8. multis docui ad illa verba,  
*Time Deum, & recede à malo: sanitas quippe erit  
umbilico tuo, & irrigatio oſium tuorum.*

#### XII. Si sapiens eris, tibi metipsi eris: si autem illu- sor, solus portabis malum.

E SI sapiens eris, temetipsi eris, Septuaginta, *Si sa-  
piens fueris, tibi eris, & proximus*. Fortasse ista  
lectio nititur in quadam repetitione illius vocis  
*sapiens*, quæ in Primitiis reperitur. Hebræa enim  
ad verbum sic efferenda sunt, *Si fueris sapiens, sa-  
piens tibi: bis enim sapiens quodammodo est, qui  
sibi, & proximo sapit.*

201

F si autem illusor, tu solus portabis. Hebraicè, *Si il-  
lusisti, solus tu portabis*. Pagninus, *lues panas*. Sep-  
tuaginta, *si autem malus euaseris, solus utique han-  
ties mala*. Symmachus, *Si autem pestilens fueris, por-  
tabis mala*. In quibusdam codicibus adduntur pau-  
ca verba ad hunc modum, *Filiu disciplinam natus,  
sapiens erit: imprudente autem ministro utetur*. Quæ  
verba correctiora Biblia vulgata exhibent capite  
sequentia: nec non etiam Complutensis. Et idem  
iudicium est de illis verbis, quæ etiā in Vaticanishic  
assuuntur, *Qui fidens est in falsis, hic pascit vētes, &c.*  
Nam pari ratione in sequenti capite nos habemus.

202

Ergo Iansenius existimat hæc verba à sapientia  
fuisse prolata ea mente, vt significaret nihil lucri,  
vel damni ad se peruenturum ex eo, quod homo  
sapientiam colat, vel prauitatem sequatur: sed to-  
tum emolumentū, vel detrimentum ad ipsum per-  
tinere. Cæterū verius est nihil hæc de se ipsa miscere

*Hieron.* sapientiam (id enim nō erat ad rem) solum spe præmij inducit ad virtutem: & metu super lici deterrit à vicio. In eo sensu vñi sunt hoc loco Diuus Hieronymus in cap. 1. Micheæ. Chrysost. homil. in Psal. 129. qui omnes sequuti sunt lectionem Septuaginta. Ait ergo. *Si sapiens es, tibi meti ipsi eris*, id est, si sapientiam colueris, emolumēta omnia, quæ exinde flue-re solent, maxima percipies. In quem licet coniicere illa verba Plauti in Mercatore, quibus Pater si-lum proprium agrum colentem sic affatus est, vt illum ad labore exacerbet (quæ verba alicubi vñspauit Augustinus.)

Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi idem metis,  
Tibi denique iste pariet latitiam labor.

*203* Sic Salomon, vt auditorem ad sapientiam colen-dam erigat, ait: *Si sapiens eris, tibi meti ipsi eris.*

*Antioch.* Hæc est germana expositio. Quamuis Diuus An-tiochus hom. 46. quæ inscribitur: *Apud temerip-sum, nequid de te magni concipiatur*: sic videtur acci-pere: *Si sapiens fueris tibi meti ipsi eris. Non dixit apud temeripsum per superbiam tuæ estimationem, sed tibi meti ipsi: ne sit locus venditationi, & ostensi-nivana.* Itaque illud *tibi meti ipsi*, perinde est, actibi soli, id est, ita vt aliis per ostentationem non signifi-caes, quantum sapientia valeas. Sed tamen ista expo-sitio cum reliquo textu non congruit.

Septuaginta addunt, *tibi meti ipsi*, & proximo, quod perinde est, ac si dicant tanta emolumenta ex sapientia, & honestatis studio tibi parties, vt postquā tu his affatim expletus omnino fueris, ex redundan-tia deriuentur in proximum. Efficitur autem sensus totius sententiae venustior. Nam hæc pars prior po-steriori melius opponitur: dum sapiens sibi atque aliis bona lucrari dicitur: derisor vero mala sibi soli cumulare affirmatur.

*204* *Ad Gal. 6* illud Pauli ad Galatas 6. Opus autem suum probet *vñsquisque*, & sic in semetipso tantum gloriam ha-bebit, & non in altero. *Vñsquisque enim onus suum portabit:* Id est, vñsquisque exploret suaiipsius fa-cta, & attentius contempletur. Si enim ita gesserit, haud eueniet illi quod quibusdam accidere solet: qui vt i sibi de honestate, & probitate placeant, cum prauissimis se componunt. Hi enim non de sua ipso-rum probitate, sed de aliorum malitia gloriantur, & efferuntur. Errorem autem istorum prodit Paulus extremis verbis: *Quia vñsquisque onus suum por-tabit*, id est, nemo existimet ex eo quod alij grauiora debent supplicia: propterea se exonerandum his, quæ soluere tenetur, etiam si leuiora sint. Quilibet enim onera sua, vel grauiora, vel leuiora pro quantitate delicti portaturus est. Sic interpres communi-ter. Sed tamen vide an aliter melius sensus horum verborum conformari possit. Præmisserat Paulus il-la verba: *Alior alterius onera portare*, & sic adim-plehit legem Christi. Nam si quis existimet se alie-quid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, id est, alter alterius inuicem opere ferre debet, & necessitatibus sub-uenire. Alij enim aliis indigetis (agit enim de eleemosyna facienda.) Si enim aliquis existimat sibi ipsi sufficere, atque adeo aliena ope non indigere, ipse se seducit. Quapropter vñsquisque exploret atte-nitus opus suum. Græcè οὐ τιπού, vbi vocem istam non operas, aut negotia, significare existimo, sed potius indigentiam, id est, id quo quilibet opus ha-bet. Sicut enim Latini vtuntur hac voce *opus* ad ne-cessitatem significandam: sic etiam Graci Sopho-cles in Aiace ἀνά τε της πόλεως ταῦτα θελεῖσθαι, id est, sed non est opus hæc flere. Et Aristophanes in Pluto οὐκ εἶπεν οὐδὲ σποφῶν, id est, nihil opus est stro-phis: & alij paucim. Itaque sensus est, vñsquisque suum opus probet, id est, suam indigentiam explo-

*A*ret: id nimurum, in quo deficit, atque alio opus ha-bet: *Et sic gloriationem habebit in semetipso, & non in altero.* Caïetanus putat hæc dicta per ironiam, sed non est audiendus. Progloriatione. Græcè est καυχυα, id est, exultatio. Sic ergo capienda sunt ista verba. Vnusquisque suam indigentiam atte-nitus exploret: & si quidem inuenierit (quod fieri nō poterit, se sibi ipsi sufficientem esse: tunc quidem li-cebit ei in semetipso tantum gloriar, & exultare, & alterum excludere: *Vnusquisque enim onus suum portabit*, id est, quilibet proprio oneri portando fa-tis erit, nec indigebit alterius ope. Sed quandoqui-

*B*dem exploratis suis necessitatibus nemo inueniet se sibi satis esse: *Communicet is, qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite er-rare*, id est, absit omnis error: omnes enim alij alios indigemus: atque adeo alij aliorum necessitatibus opitulari, & aliorum onera ferre debemus. Quapropter ille, qui docetur, & infor-matur ab alio, bo-his suis, & facultatibus subleuat necessitatem, & inopiam eius, qui se do-ctrina aliqua indigentem in-format. Hæc inseruit, vt locum difficultem obiter ex-plicarem. Redeo ad verba Salomonis.

*205* *Si autem illusor, solus portabis mala*, id est, tuo-rum delictorum pœnas lues. Chrysost. supra senten-tiam istam examini subiecit his verbis: *Et quomodo dicit quispiam, malis solis mala sua exanimat, at-qui mulies probris, & contumeliis afficit.* Occurrat autem sic: *Neminem laedit, qui non sit mollis, igna-cius, & iners.* Hoc responsum respicit eam do-ctrinam, quæ Chrysostomo valde familiaris erat, neminem scilicet laedi, nisi à se ipso, de qua integrum homiliam compleuit tomo quinto eo titulo. *Vtrūque autem verbum, sine portabes, quo vñi sunt*

*D*Chrysost. Septuaginta, magnitudinem pœnarum innuit, quæ sceleratus homo solis, id est, sine socio, sine confor-te, & sine consolatore sustinere oportet.

### XIIII. Mulier stulta, & clamosa, plena que ille-cebris, & nihil omnino sciens.

*M*ulier stulta, & clamosa. Hebraicè, *Mulier stultissimæ tumultans*, Septuaginta. *Mulier insipiens, & audax.* Chald. *stulta, & vaga.*

*E*Plena que illecebris, & nihil omnino sciens. Hebr. *Simplicitatis: & non nouit quicquam.* Septuaginta: *Indig a bucellæ fit, que non nouit pudore.* Chal-dæus: *Quæ non nouit bonum.* Quod si inquiras vnde fluxerit ita di Timilitudo, in promptu est. Vox He-braica quæ subest illi superiori *plena illecebris* est, פְּתַחְתָּה Phetaioth: quem quidem noster interpres petiuit à radice פַּתַּח Phathah, quæ teste Rabi Da-uid in libro radicum propriæ significat alluci, aut la-ctari blanditiis. Est autem Hebræis hoc verbū me-dium, quod actiua, & passiuæ significationi deser-tuit. Quapropter vox illa Phetaioth duo significat, scilicet simplicem, eam scilicet, quæ facile suad-e-tur, & allicit blanditiis: & eam, quæ alios allicit, & inducit suis illecebris. Hinc factus locus dupli-ci translationi, scilicet vulgata, quæ habet, *Plena ille-cebris*: & alteri, qitam sequuntur Pagninus, Caie-tanus, & alij, qui træstulerunt *simpliciatis*, aut sim-plex. Septuaginta verò illara vocem dedixerunt à radice פַּתַּח Phathah duplicante secundum, quæ significat in frusta concidere. Vnde פַּתַּח Phath, id est, frustum, & bucella. Itaque Phetaioth, quasi buc-cellariam, interpretandam censuerunt: nimiram bucellas panis ex indigentia quærentem: nam plerumque inopia compellit illas meretriciam artem exercere.

Rabi Da-uid.

*205* *Paulus.* Chald. *stulta, & vaga.*

*Sophoc.* *Aristoph.* Tom. I.

209.

Non una mens interpretum de sententia huius loci. Diuus Augustinus in Ioannem tractatu 97. Beda, Caetanus, Rodolphus, Hugo, Arboreus, Lyra, & alij minores existimant ad eudem modum, quo supra Salomon produxit sapientiam sub specie mulieris inuitantis ad cenam, & conuiuum laudissimum: sic etiam nunc ab eodem produci aliquid aliud sub meretricis, seu adulterae cuiusdam persona ad suas etiam epulas euocantis. Sed tamen non omnino in unam interpretationem conspirant illi Doctores. Nam Cajetan. existimat hic induci sub persona meretricis voluptatem, & delectationem carnis. Beda, Hugo, & Lyra Hæresim. Diuus Augustinus vanam huius mundi sapientiam. Et quidem ex his omnibus Diu Augustini sententia magis accommodata est. Nam iuxta illam melius, & aptius vera sapientia falsa, & inanis sapientia ex aduerso opponitur. Nisi dicamus nomine huius mulietis meretricis significari stultitiam, & insipientiam. Hæc enim sapientia magis ex aduerso contraposita est. Suadet hoc textus ipse, qui habet: *Mulier stulta*, seu *stulta*, quod perinde est, ac si dicat stultitia, & insipientia instar mulieris cuiusdam clamosæ, & *illecebris plena* sedet, &c. Et quidem quemadmodum nomine sapientia, honestatem, & probitatem in vniuersum, vel cognitionem recti & honesti præsticā hæc tenus intelleximus: sic etiam nomine insipientia omnem turpitudinem, & vitium, seu cognitionis defectum, ex quo omnis turpis, & vitiosa actio fluit, accipere debemus. Si autem ad hunc modum conformetur, sententia utriusque loci validè mihi probatur.

210.

Hic verò antequam verba expendam secundum præmissam interpretationem, adscribenda est mens Iansenij qui locum istum secundum litteram de meretricie exponendum esse docet, quam hic Salomō pulchre depingit, & accommodatissimis epithetis censet. Ante Iansenium vero id ipsum docuit Clemens Alexand. Pædag. lib. 3. cap. 21. & Beda, qui ad extrema verba huius capituli iuxta litteram de meretricie sermonem esse ingenuè fatetur. Hier. in cap. 1. Osee. Et sane hanc interpretationem ex eo solum superiori præferendam esse puto, ne cogar dicere, filium sermonis, quem sapientia ora fuerat, tam cito intercessum fuisse à Salomone subinducta insipientia, & stultitia. Nam ut supra docui, Salomon in hoc libro Sapientiam loquentem inducit, & omnes eius sententias ab ipsa proferri, & pronuntiari singit. Cui vero in conuiuio suos auditores affari voluerit, iam inde initio cap. 9. vers. 1. multis aperui. Quapropter verius puto: his quoque verbis sapientiam suos conuiuas alloqui, & sermonem coepit persequi, vt quam primum illos à turpitudine, & libidine deterreat, quæ maxime aduersatur veræ sapientia, mentemque perstringit, & sensus omnes hebetat. Itaque ait:

211.

*Mulier stulta.* Caetanus obseruat vocem originalem nuptam mulierē notare: est enim *nupta* Ester. Scio tamen eam vocem ad innuptam foeminae significandam sepius assumi: sed non curo, an hic sermo sit de adultera, an de meretricie. Primū ergo epitheton, quo meretricia censetur, est illud *stulta*. Id sibi voluit Plautus in Truculento vbi sic ait. *Blitea, & lutea est meretricix.* Dicitur autem *Blitea*, teste Nonio à bleto herba, stupidi saporis, vulgo *Bledos* hinc bliteus, id est, stultus, stupidus, nihil sapiens. Hoc epithetum ex Menandro sumpsit Plautus, vt constat ex Plinio lib. 20. c. 2. vbi sic habet. *Blitea iners videtur, & sine sapore ullo, aut acrimonia.* Vide conutium sciaminis apud Menandrum faciunt mariti. De libro autem sic Dioscorides l. 2. cap. 19. *Bliti nullus in medicina usus.* Itaque præ-

Cle. Alex.  
Beda.  
Hieron.

Plautus.

Plinius.  
Dioscor.

A ter stuporem, & fatuitatem saporis: blitus est profus inutilis ad medicinæ usus. Quapropter duæ meretrices bliteæ nominantur (vt quidam ad hanc vocem haud male commentus est, ) innuitur plane non satis solidam esse, ac robustam illorum rationem, qui existimant meretrices in republica tolerandas, tanquam publicam quandam medicinæ adulteriorum, & stuprorum, & libidinis contra naturam quæsi sublati meretricibus hæc omnia graffari solent. Et quidem eo nomine *medicamentum publicum*, à Solone, qui primus illis locum suis legibus fecit, appellatas testis est Cælius Calcagninus. Constat ergo illis immēritd nomen medicamenti tribui, cum bliteæ sint, cuius nullus est in medicina usus. Fortasse enim, (quod certius esse credo) ea ipsa, quæ per meretrices vitari putarunt quidam legislatores, earundem usus, & frequentia damna & nocumenta alit. Nam experientia libidinis in ipsis facta iuuenes ad adulteria, & supra magis, ac magis accenduntur. Nec modo bliteæ dicuntur meretrices ob stuporem, sumpita similitudine à saporis fatuitate, sed etiam ob eandem rationem Sycomoris, id est, fatuis ficiis similes esse docet Philo Iudæus infra nimis rufi ob sterilitatem. Sed tanten nos addere possumus, id nominis in eas accommodatissimè quadra-re propter fatuitatem, & stuporem. Et quidem cum libido, & Venus, (vt alias docuimus) stuporem, & recordiam afferre soleat viris. fœminis longe maiorem insaniam, & fatuitatem immitte: nam cum ipsæ per se mente, & confilio minus possint, quam viri, facilius dementantur, & stupescunt. Audi Chrysostom. in 4. Isaiae. *Mulier suæ naturæ, & leuior est viro, & minus quam vir habet rationis, quare leui ex causa vacillat, & in errorem inducitur, submergitur, ac patitur naufragium.* Si ergo in veneris usu viri ipsi naufragantur amissi rationis gubernaculo, infelicius mulieres naufragari necesse est.

Secundū meretricia dicitur *Clanosa*. De loquacitate scortorum iam inde sup. cap. 5. vers. 3. & 4. sed tamen hic *clanosa* nomen magis innuit, quam loquacem: præsertim si origines attendamus, vbi ad verbum est, *tumultuans*, id est, excitans tumultus, & tragedias, vulgo *vix ingloria*, possumus etiam interpretari *conuictosa*, à probris iactandis: hæc omnia illatum vitia sunt. Etiam hic mihi aduocandus videtur Plautus in Menæchmo: vbi ad amatorem, qui aliqua iam tunc probra, & conuictia à meretricie perculerat, sic Messenius. *Folia nunc cadunt præsta: si iridum hic erimus, tunc arbores in se cadent,* id est, probra, quibus haec tenuste onerauit, si conferantur cum his, que postmodum iaciet, si cuncta sunt cadentia collata cum ipsis met stiptibus arborum incidentibus.

Tertiū dicitur *plena illecebris*, id est, plurimis circumfusa rebus, quibus iuuenes dilinitos ad se allicerere possit. Sed quæ sunt istæ illecebrae? Philo Iudæus de mercede meretricis non inducenda in æarium illam ad inescandos iuuenes comparatam & excultam, atque omnes illius illecebras describit, hoc modo. *Impudentiam præse ferens in oculis, elata ceruice, supra naturam staturam assurgens, ridens, cachinnabundusque calanistrata, cincinnatula, fucata facie, pictis superciliis, recens lata, purpurissata, preciosis, floridoque amicti palliolo, gemmis, aureisque armillis superba, & murennis, mudoque muliebri cætero, spirans unguenta fragrantissima. Petulans, sue forme prodiga, aspera vero auida: & cum ea pedisse que domestica uafricia, iniustitia, nequitia, quibus stipata more principis sic allicit, si pertentat animum.*

Licet etiam alio modo interpretari. *Plena illece-*

*Cælius Cal-  
cagninus.*

*Philo Ind.*

*Chrysost.*

214

*Plautus.*

215

*Philo Ind.*

216

*bris, vt non tam id pertineat ad alliciendos animos inuenum, quād ad eorum exhauiendos thefau-ros. Audi praemissum Plautum, qui post iam inde adscripta verba sic assuit. Omnes hic meretrices sunt illecebrae argentariae, id est, argenti illecebrae, quæ nimis argenteum ad se illici quadam vi attrahunt, quo ad usque amatores suos penitus exhauiant. Vnde cum quidam mulierem magneti contulisset (qua similitudine Diu. Basiliū vsum fuisse supra meminimus.) Minime vero ( inquit ) MagneS enim ferrum, mererix vero aurum & argentum ad se trahit. Sic Dōcearchus apud Stobæum. Sed mirum est, quod cum meretrices amatores suos spoliare soleat, tamen nunquam, vel raro ipsa ditescit. Ad id pertinet lectio Septuaginta. Indiga buccelle fit, id est, paupertas, & egestas illam ad scortandum impulit, & in dies pauperior fit. Et quidem in his rebus locupletissimi testes sunt ipsi scortatores, ex quibus alter apud iam praemissum Plautum fluuium primum rapidissimo, deinde vero mari contulit meretrices: fluuiu scilicet rapido, quia rapiditate, vel potius rapacitate sua fortunas amatorum auferunt. Sic autem habet in Bacchide, vbi Pisto in meretricem incidens ait.*

*Rapidus flutius est hic: non hac temere transiri potest. Cui Bacchides.*

*Atque Ecastor apud hunc fluuium aliquid perde-dum est tibi: manum da, & sequere.*

217 Et quidem optime rapido fluuiu similis esse dicitur, quia sicut fluuius ea, quæ abstulit, deuoluit tamdiu, donec vel in littus eius dimittat, vel in alienum alueum transferat: sic apud meretricem nihil permanet: sed quæ ipsa merita est, in lenonem, vel in aliquem aliam deuoluuntur. Sed elegantior est maris similitudo, quam exhibent in Truculento, vbi Geta seruus, aliquid de mercede meretricis, quam per ipsum Pynarchus Dominus mittebat, decerpere volens: opes, quibus Dominus affuebat ritu fluminis, in mare aquas exonerantis in meretrices erogare sic primum expressit.

*Nam hoc assimile est, quasi ex fluuiu, qui aquam deriuat sibi,*

*Nisi deriuatur enim, omnis ea aqua abit in mare. Deinde meretricem cum mari componit elegan-ter.*

*Meretricem ergo item esse reor, mare ut est, quod res deuorat, nec unquam*

*Abundat: at hoc saltem seruatum tibi astuat: ecum appareat? huic des*

*Quantumvis, nusquam appetat, neque datori, nec acceptrici.*

Chrysost. Verba sunt illustria. Chrysostomus etiam alia similitudine dolij pertusi id ipsum tradit homil. 73. ad. populum. *qui meretricibus erogat, ridendum erit, ac turpis, dolium enim perforatum est aliena domus.* Rursus in hunc etiam locum conferre licet, quæ nos diximus suprà cap. 6. vers. 26. ad illa verba: *Premium enim scorti vix est unius panis, &c.* Vide ibi. Subdit.

218 *Et nihil omnino sciens. Antequam vulgatam lectionem expendam, libet translationem Septuaginta ad trutinam vocare, quæ sic habet: Que non nouit pudorem. Quam ne quis putet ab originibus abire, notandum est Hebraicè sic haberi מִתְּנַחַת מִתְּנַחַת וְבָל יָד אֲגָה מֵאָה. Et non sciens quidquam. Illud ergo מֵאָה Mah, quod alii conuertunt quidquam, aduerbum est, quod inter alia multa est interiectione, turbationem exprimens, ut admonet Paginus. Hinc fluit verbum quadrilateron מִתְּנַחַת Mah-mah, quod est titubare, & turbari: est autem verbum ductum ab ipsomet מֵאָה Mah, ex repetitione interiectionis, sicut ex pi pi auicula dicimus pipi-*

A re, & ex τινι campanæ tinnire & aliis. Itaque Septuaginta illud מֵאָה Mah, pro interiectione turbati, & titubantis accepisse videntur, & pro illo non sciens. Mah, id est, turbari nesciens transtulerunt? Que non nouit pudorem. Difficilis est lectionem Septuaginta cum nostra in concordiam adducere: sed tamen existimo utraque omnino tandem sententiam reddere. Nam nihil scire, hic non est nescire, aut insipientem esse (supra enim stultam vocavit, vel insipientem, cum ait *Mulier stulta, & clama-fosa*) dicitur ergo nihil sciens, id est, temeraria & interrita. Temeritas enim perturbationis expers ex defectu cognitionis accidere solet. Nam Aristotel. verecundiam definiens, Est, ( inquit ) *imaginatio ignominiae*, hæc igitur abest à meretrice, frustra hæc multa de impudentia, & temeritate scortorum. Illud in promptu est Hieremiam ad notandum eximiam impudentiam dixisse capite 3. *Frons mulieris mere-tricis facta est tibi, noluisse erubescere.* Et quidem nouis autor, sed locuples inter Medicos non inelegantem rationem obtulit, cur Veneris usu pudor, & verecundia exueretur. Est autem eiusmodi, quia verecundia euicit maxime in his, qui sanguine abundant. Fit enim sanguine ad faciem ascende.

C Cum ergo usus veneris ( vt iam alibi nos docuimus) exangues valde reddat libidosos (sperma enim ex subtilissimo sanguine coalescit) hinc est, vt hi difficilis erubescant. Rursus cum natura pudorem, vel custodem pudicitia praefecerit, vt docet Ambr. in lib. 1. de Virginitate, statim atque pudicitia prostituta est, pudor discedit; at postquam discessit, redire iterum nescit.

Sic autem priores illæ interpretationes placent, si quidem nomine meretricis voluptatem intelligas, Ambros. lege multa in hanc sententiam apud Ambrosium in lib. 1. de Cain & Abel, cap. 4. & 5. & apud Philo. Nem in lib. de Salario meretricis non inducendo in Beda. ærarium. Sin hæresim accipias, huius argumenti non Hugo. pauca legas apud Bedam, & Hugonem, in hoc li- Gregor. bro, & alibi: nec non apud Gregorium in Ezechielem, & apud alios. Si vanam sapientiam interpretris, consule Augustinum in eo tractatu 97. in Ioannem, vbi elegantissime integrum istum locum mun- Philo. danae, & prophanae sapientiae accommodat. Si de- Beda. nique stultitiam, & ignorationem, & sub his omni- Hugo. nem improbitatem accipere malis, haud difficultate erit tibi meretricis mores huic adscribere. Pergo Gregor. August. ad alia.

#### XIV. Sedit in foribus domus sue super sellam, in excelsa urbis loco.

S Edit in foribus domus sue super sellam, &c. 220 Hebraica non dissonant. Id solum dissidi inter interpres, quod quidam illud super sellam putant referendum ad sequentem orationem, & coloni- F gendum post vocem sue, hoc modo. Sedet in foribus domus sue, super sellam, in excelsa urbis loco. Caietanus autem habet. Super sellam excelsorum ciuitatis. Sed quorsum spectet ista diversitas, paullò post attingemus. Septuaginta posteriorem hanc partitionem sequitur. Sedet in foribus domus sue, super sellam palam in plateis. Sic dispungunt biblia Vaticana Chaldaeus. Habitat in porta domus sue super sellam eleuata, & firmam. Clemens Ale- xandr. vbi supra. Sedet in foribus domus aperta super sellam.

Caietanus cæptam de voluptate interpretationem vrget, cui propriè quadrat vita sedentaria, & secors. Quod autem addit super sellam excelsorum, sic expedit. Sapientia diuina super humeros excel-

219 Hierem. 3 num. 3.

220

221

forū vocat homines. Vide supra vers. 3. Delectatio A autem prophana super sedem excelsorum ciuitatis vocat homines, quia illa super labores hominum excelsorum: ista super quietem eorundem innititur. Nam proceres ciuitatis recusantes laborem, & otio diffuentes, fulciunt humanam delectationem in se, & alios exemplo suo inuitant. Sed tamen haec solidā non sunt. Beda, Hugo, & Lyra hæresi accommodant. Augustinus mundanæ sapientiæ, omnes locis citatis: ex quibus non inuenias accommodationes petere licet. Et vero ad sensum litteralem contendo, quem tradunt Iansenius, & Clemens Alexandrinus vbi suprà.

Sedet in foribus domus sue. Describitur statio mulieris meretricis, quæ se intra domesticos penates cohibere non potest, sed in limine domus assidet. Vide plura, quæ nos de hac sententia conieimus in illa verba: Non valens domi consistere pedibus cap. 7. vers. 11. Et quidem in liminibus stare solebant meretrices, vt nos etiam expendimus ad illa verba: Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, ibidem vers. 12. Ob eam causam Plautus intrâ prosedus meretrices appellat, id est, pro foribus sedentes: idè domus earum prostibulum dicitur.

Super sellam. Si haec verba superioribus affuantur, significant mulierem meretricem in prostibuliforibus sellam habere, & eidem assidere solitam. Meminit sellæ meretriciæ Plautus in Pœnulo, vbi sic ait.

Miseras cœno delibutas, seruili colas, sordidas,  
Quæ tibi olent stabulum: statumque, & sellam &  
sessibulum merum.

Lambinus ad hæc. Oalent statum, sellam, & sessionem meram: quia videlicet totum diem prostât, & sedent ante fores. Sed tamē hunc locum ita emendandum, & restituendum esse credo, statuque, & sella. sessibulum merum: id est, cum ipsamet stabulum oleant, id est, sordes: status earum sella, & sessibulum merum, id est, vinum subolet. At quid inquires intercedit discriminis sellam inter, statum, & sessibulum, in quibus meretrices acquiescere solebant. Non satis decerno. Sed tamen si coniectari licet: status editiorem sedem: sellam demissam: sessibulum vero demissiorem significare puto. Et quidem eo discrimine fides distribuit Cato cap. 10. scabilia tria, sellas quatuor, folia duo. Itaque sessibulum scabellum dici crediderim: statum vero solium, id est, elatiorem sedem, quo sedilium discriminis ipsarum meretricum disparem dissimilitudinem notauit, ostendens alias alii honore præstare: quia nimirum aliae in solio sedarent, aliae sellam occuparent, & aliae demum sessibulo, id est, humili scabello assiderent in prostibuli foribus. Illud ad rem nostram pertinet, scilicet sellam meretrici conuenire, cui in prostibuli limine ad euocandos amatores acquiesceret.

Quod si aliter dispungamus, & illa verba super sellam ad sequentia reuocentur hoc modo, Super sellam in excelsô urbis loco, vel ut habent Septuaginta, Super sellam in plateis: (hæc enim nomine excelsorum appellantur,) haud ineptè dici posset hic agi non de sella ad sedendum comparata, sed de gestatoria sella, ad vectationem, in qua meretrix per plateas vecta lasciuos iuuenes inuitarer. Nam meretrices in platea, & frequentissimo urbis loco sedilia sua constituisse nusquam inuenio: immo incredibile non est: at sellis adaptatis ad venditandam suam pulchritudinem, & inuitandum amorem per loca publica scorta deferrino a semel lego. Seneca lib. 1. de beneficiis: Rusticus, inhumanus, & malis moris est, si quis coniugem in sella prostare vetuit.

& admissis inspectioribus vehi undique perspicuum. Vbi obleruat Iustus verbū illud prostare: est enim perinde, ac si diceret, morosos atque difficiles valde eos maritos vxoribus videri, qui illas meretricum in morem è sella prostare, & spectatores admittere nos permittunt, sed magis sella operta vehi volunt. Idem alibi in eiusmodi uxorem inuestitus sic ait: Nō quam margarita suffocent, quam in patente sella circumlatam per urbem populus ab omni parte e- què maritus inspexerit. Lege Apuleium in 2. Apologia, apud quem meretrix sella vehitur ostophora, id est, ab octo viris gestata: ac de illa sic addit. Apuleius  
B Quam improba aliorum circumspetatrix, quam immoderata sui ostentatrix. Robut addit huic interpretationi vox Græca στροφή, quæ à gestando dicitur: siue quia à duobus gestaretur, siue quia duos caperet, ac ferret, ut alibi docuimus.

XV. Ut vocaret transeuntes per viam: & pergentes in itinere suo.

C XVI. Qui est parvulus, declinet ad me: & ve- cordi loquula est.

V T vocaret transeuntes, &c. Hebraicè, Ad clamandum, ad transeuntes viam dirigentes semitas suas. Septuaginta. Pronocans prætereuntes, & eos, qui recta pergunt in viis suis.

Qui est parvulus, veniat ad me, &c. Hebr. Quis quis est simplex, declinet huc, & carenter corde dixit ei. Septuaginta: Qui est vestrum insipientissimus, diuertat ad me, & indigentibus sapientia præcipio, dicens. Clemens Alexandrinus paulò aliter vtrumque versum extulit. Vocans eos, qui in via prætereunt: eos scilicet, qui vias suas dirigunt. (Vocat autem eos, per suam speciem & uniuersam viam dicens:) Quisquis est vestrum stultius ad me declinet, ei autem, qui egit prudentia, præcepit dicens. Hæc ille inserens aliqua de sua.

Accommodatios sensus vrgent præmissi Patres, & interpres de voluptate carnis, de hæresi, de sa- pientia mundana, & de insipientia. Si autem hæc verba secundum litteralem sensum de meretrice ca-

E piamus (ex sententia Clementis Alexandrinii, & Ian- senij) perspicua sunt. Ut vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo, id est, ut prouocaret, ac sui desiderium, & concupiscentiam inmitteret transeuntibus. Et quidem transeuntes per viam non eos vocat, qui suis distenti negotiis, aut functionibus per vias publicas ad suas res obeundas pergunt: sed eos, qui ex incuria, & otio, vias obambulant, & plateas otiosi, atque incuriosi visunt, ac reuisunt. Vnde translatio vetus Hispanica habet. Los passeantes, accommodatissime. Ad hos enim allectandos, & pertrahendos meretricum lenoci-

Fnia plus possunt: nā in otiosos Venus imperat. Vnde est illud Diui Chrysostomi in Matthæum. Vitium (inquit) libidinis facile ex otio nascitur, nam finitio amoris hæc est anima vocantis passio. Et sanè desidiosos ambulatores Venere imprimis tangi confirmat exemplum Dauid. 2. Regum 11. qui cum eo tempore, quo solebant Reges ad bella procedere, domi hæsisset, cumque desidiosus ambularet in solario domus sua, Bersabee uxorem Vriæ inde conspergit, & amore illius inarsit: Pergentes in itinere suo. Verbum originale τῷ Ιασάρ. Significat placeare, & dirigere. Itaque licet conuertere. Et placen- tes sibi in viis suis. Quod ad vanissimos illos obambulatores pompicos platearum referri potest. Vulgo dicemus, Los que se huelian y paunoncam.

Neq; alium sensum reddere existimo illam lectio-  
nem : *L'irigentes in viis suis. Quæ similitudo ad  
grauitatem incessus potest reuocari.*

<sup>227</sup> Septuaginta habent. *Eos, qui recte apergunt in viis suis, quæ lectione ad augendam scorti nequitiam per-*  
*tinere videtur: quod nimurum homines alia medi-  
tantes, & rebus suis vacantes impudicè prostando  
lascellant, & ab institutis reuocent suis.*

<sup>Hieron.</sup> *Qui est parvulus, veniat ad me. Quisnam hic  
parvulus?* Septuaginta exprimunt suæ lectione: *Qui  
est vestrum insipientissimus, diuertat ad me.* Nam  
qui vel modicissimè sapit, hic certè eiusmodi proca-  
cissimarum mulierum consortia, & commercia vi-  
tat. Longe autem diuerso instituto, & sensu sapien-  
tia suprà parvulos euocavit ab eo, quo mulier hæc  
impudicè accersit. Sapientia enim simplices compel-  
lavit, ut eos erudiret: hæc stultissimos vocat, ut eos  
magis ac magis dementet. Hieronymus in Eccle-  
siast. c. 8. *Meretrix si in mentem a natoris incide-  
rit, trahiteum præcepte, nec ante pedes suos respice-  
re patitur.* Quomodo autem Venus, & luxus men-  
ti hebetudinem afferant, supra non semel docui. *Et  
recordi loquuta est.* Hebraicè, & indigeni, vel ca-  
renti corde. Id est, ei, qui caret astu, & prudentia  
ad vitandos dolos: nam doli, ac technæ feminarum  
vecordes, & astutæ expertes deludunt, eos nimurū,  
in quibus sine serpentis astu adeat columbae amens,  
& sine corde dolis omnibus subiecta simplicitas.

<sup>Anonymi  
Glossema.</sup> *Quapropter Anonymus Hebreus in glossa Magna  
cum incidisset in hunc locum, sic addidit. Et caren-  
ti corde, id est, columba seductæ non habent cor ver-  
babæ fecit.* Et quidem aptè. Nam verba & lenoci-  
nia meretricium eos captare solent, qui moribus, &  
ingenio columbas excordes, atque amentissimas  
referunt, quæ aucupes facilius, quam reliquas aues  
irretire solent. Nam meretriciam artem aucupio si-  
milem docuit eleganter Lena apud Plautum in Af-  
faria his verbis.

*Non tu sis & hic noster questus aucupij simi-  
litum est.*  
*Aucups quando concinnauit aream, offendit ci-  
bum,*  
*Aues affuecent: neceſſe est facere sumptum, qui  
quarit lucrum.*  
*Sapè edunt semel si sunt capta, rem pendunt  
aucupi.*  
*Itidem & nos, aedes nobis aurea est, aucups  
sum ego,*  
*Esca est meretrix, leitus illix est, vel cassis, ama-  
tores aues. Hac ille.*

<sup>229</sup> <sup>Ambros.</sup> *Qua similitudine vslus est Ambrosius in lib. 1. de  
Cain, & Abel ca. 4. & 5. cuius verba alibi dedimus.  
Cæterum ex omnibus hisce aubis, quibus ca-  
ptandi scorta vacant: columbas sanè ante alias de-  
ludere, & in casses suos adducere solent: nimurum  
amentissimos, & corde carentes viros. Nec absit  
hoc à mente Comici. Nam Argyrippus inibi, qui in  
meretricis, & lena dolis ceciderat, sese columbae  
simplici conferendum esse dixit. Et sanè illud im-  
primis stultitia columbis verit *Ælianu*s, & *Pliniu*s  
libro 10. capite 34. quod cum bibunt aquam, colla  
non resupinant, more aliarum avium. Sed *large bi-  
bunt iumentorum modo.* Nam licet (discursus est  
Conradi) aues id est colla supinare soleant. cum bi-  
bunt aquam: quia vel angustior faux postulat, vt  
lentius, ac mollius instilletur: vel quia debilis attra-  
hendi vis non potest illam arripere, & sursum mo-  
uere. Tamen naturæ (inquit) consilium hac in re  
sunt, vt aues ad aquas percolandas venientes singu-  
lis haustibus colla erigerent, & omnes hinc inde*

<sup>230</sup> *partes oculis obirent. Nam cum ferè aucupes insi-  
dias suas circa fontes, in quos ad bibendum se de-  
ponunt, illi instruere soleant, natura prouida effe-  
cit, vt tunc maximè cautæ essent, cum maius illis  
periculum imminaret. Quapropter non partim re-  
prehendenda est vecordia, & cautela expers amen-  
tia columbae, quæ bibens collum non supinat, sed  
more iumentorum prona lymphas haurit, & tunc  
maximè incauta est, cum cauere maxime deberet.*

*Qua in re iuuenum insipientissimorum mores ad-  
umbrat, qui ad feminas incauti veniunt, qui proni  
omnino ad libidinum, & voluptatum aquas bellua-  
rum more feruntur. nec caput, & oculos attollunt  
sursum ad insidias præuidendas, quas illis Damon  
aucupis instar iuxta aquas parauit: scilicet propè  
aquas illas, de quibus Ecclesiast. cap. 26. in libidi-  
nosum: *Ab omni aqua proxima bibet*, hoc est, ab  
omni scorto, & pellice. Ad aquas statim meretrix  
ipsa inuitat, cum ait: *Aque furtive dulciores sunt.**

<sup>Eccl. 26:  
num. 15.</sup>

*Itaque iuuenem carentem corde, tanquam colum-  
bam cordis indigani, & dolis obuiam, inuitat ad  
aquas, id est, insipientissimum adolescentem, quia  
quam voluptatum & libidinum primum, & incau-  
tum omnino hausturum esse nouit, atque adeò in  
casses suos, & retia facilè venturum, quæ si vel su-  
pinaret caput, & altiora conspiceret: si in qua non  
nihil saperet, vitare posset, ac fugere: iuxta illud,*

*Qui placet Deo, effugiet illam.* Ecclesiast. 7. Libet au-  
tem hic subiicere, quod sicut hi insipientes, carna-  
les, & animales amentissima columbae similes sunt:

*ita spirituales, & pii viri cum aliis cauti finis com-  
ponendi. Hi enim si quando ad aquas, id est, ad vo-  
luptates etiam licitas accedendum est, singulis haus-  
tibus caput supinant, & ad sublimia erigunt men-  
tem, insidias vndeque speculantes. Nam cum no-  
uerint Dæmonem circa delestatibilia retia sua in-  
struere, & insidias parate solitum esse, tunc maxi-  
mè sibi cauent, cum delectationis aliquid capiunt.*

*Qui ipropter sicut natura eo consilio aubus fauces  
astrinxit supradicto modo, vt non haurirent prona,*

*sed supinæ lentius distillarent potum: Sic etiā Deus  
delectationis captandæ facultatem maximis angu-  
stiis coercuit, astringens præceptis plurimis, vt hæc*

*angustia ad supinandum, vt ita dicam, caput, &  
pericula circumspectanda cogerent spirituales ho-  
mines. Rursus hac de re Columella audiendus est,*

*Columellæ:* *qui lib. 8. vbi de columbariis sermonem habet, que-  
nam ad bibendum columbis vasa comparanda sunt,*

*aperit hisce verbis: *Vasa, quibus aqua præbatur,  
ita sint, vt colla bibendum admittant.* & cupien-  
tes lauari propter angustias non recipiant: nam id*

*facere eas non expedit. Ad eundem modum dixe-  
rim Deum his, qui sicut columbae prona ad volu-  
ptatem, & delectationem feruntur, tales capienda*

*delectationis potestatè fecisse suis legibus, ac præ-  
ceptis, vt isthac præcepta colla (si licet dicere) ad*

*bibendum extenta, id est, ad voluptates cum tem-  
perantia sumendas admittant: cupientes autem la-  
uari & mergi, hoc est, voluptatibus intemperanter*

*vti minimè recipiant. Ergo sicut rustici columba-  
rum recordia succurrunt vasibus quibusdam adstri-  
ctis ad bibendum comparatis: sic etiam Deus his,*

*qui vel it columbae ad aquas, sic ad delicias, & vo-  
luptates prona, & proclives feruntur, datis hac de re*

*angustissimis, vt ita dicam, atque strictissimis præ-  
ceptis, mederi voluit. Nam si attentius id contem-  
plemur, nulla angustiora præcepta sunt, quam illa,*

*quæ ad temperantiam & pudicitiam pertinent, quæ  
non opus modo, sed concupiscentiam, delectationem,*

*aspeclum, tactum, & alia etiam minora ve-  
tant: adeò vt in hac re nulla sit leuis materia, si deli-  
beratio non desit.*

XVII. Aqua furtiva dulciores sunt : & panis absconditus suauior.

234

**A**que furtiva dulciores sunt. Hebr. Aque furto subducte dulcescunt, & panis absconditorum incundus erit. Caiet. habet, Panem absconditionum. Septuaginta. Panes occultos libenter attingite, & aquam furti dulcem. (In quibusdam codicibus additur bibite.) Diuus Ambrosius cap. 4. lib. 1. de Abel, & Cain, paulo aliter extulit. Panibus absconditis suauier vtimini, & aquam furti dulciorum bibite. Hieronymus in cap. 13. Osee. Panes occultos libenter attingite, & aqua furtinam dulcedinem. Clemens Alexandr. loco citato: Absconsos. panes incundi tangite, & dulcem furti aquam.

Ex Patribus, qui locum istum attigerunt, plerique accommodatitiam intelligentiam sectati sunt, & aliter, atque aliter interpretantur, tum aquam, tum panem. Hieronymus in cap. 8. Ecclesiastes, pollutum Hæretorum baptismum, & falsum Sacramentum Eucharistiae intelligendum esse docet Gregorius Moral. 23. cap. 17. doctrinam Hæretorum in hoc pane, & aqua contemplatur, cui Beda coheret. Bernardus quamcumque vetitam viuendi rationem significari vult (quam animus nouarum rerum auidus deperire maxime solet.) in Epistola 82. Augustinus in tractatu 97. in Ioannem Hæretorum quædam dogmata, & mysteria magis arcana. Ambrosius in eo cap. 4. voluptatis lenocinia.

Cæterum præfati Patres, Clemens Alexandrinus, Hieronymus, & Beda, locis citatis, quibus hæret Iæsenius, de Meretrice ad litteram ista verba captada esse docent. Ex quibus Clemens Alexandrinus, sic habet: Dulcem furti aquam furtinam hanc dicit venerem. Hinc adiutus Boëtius, Pindar. (Dulce quid inquit furtiuacura veneris.) Accipe etiam alios, qui furti amori tradunt: Furtinam venerem dixit etiam Quidius in 2. de Arte, & furtivas artes cupidinis. 1. de Ponto Elegia 5. Virgil. etiam 4. Æneidos: Amorem furtium, dixit. Cur vero Venus furtiva prædulcior sit, rationem obtulit D. Hieronymus in cap. 13. Osee. Quidquid enim non licet magis desideratur: & quod raritate dulce est, affluitate in amaritudinem vertitur. Quibus verbis docet duobus nominibus illicitam venerem iucundiorum accidere lascivis hominibus, quam vsum legitimi coniugii. Primo, quia nitimur in vetita, & negata magis, ac magis percupimus. Secundo, quia raritas etiam excitat desiderium, & appetentiam acuit. Itaque vius coniugij ipso vnuilescit, & detipit: adulteria vero, & qui eis illicitæ libi lines nouitate, & raritate dulcescunt. Vnde Plutarchus in libro de curiositate, adulterium nihil aliud esse dixit, quam Curiositatem aliena voluptatis. Id est, cupiditas experimentum capiendi eius voluptatis, quam alias ex vnu proprio vxoris percipit. Sed elegantissime Quintilianus rationes istas complexus est declaratione 14. ex Commodi sententia: Diliguntur inmodice sola, que non licent. Ut in furorem charitas aliqua conualeat, opus est difficultatibus: breuis de concessis, & statim satietatis vicinus affectus est. Non fuet, non nutrit amorem concupiscenti. Vbi frui licet, & quecumque in membris circa permissa coalescant, non sunt desiderij, sed voluntatis. Quas rationes attigit etiam Quidius de Arte.

- Sed cum sit noua grata voluptas,  
Et capiant animos plus aliena suis.  
Fertilior seges est alienis semper in agris:

Vicinumque pecus grandius uber haberet.

Vnde familiare est admodum Poëtis adulterium nomine furti censere. Tibullus. Celare vult sua furti. Tibullus. ta Venus, Virgilius 4. Geor.

Vulcani Martisque dolos, & dulcia furtæ.

Et 6. Æneid. Suppostaque furtæ Pasiphæ. Et Ouid. Ouidius.

2. Metamorph. Hoc certè furtum coniux mea nesciit inquit, & alij passim. Sed tamen expendenda est sententia.

Caietanus, Hugo, & Iæsenius putant hic Salomonem conferre sapientiae epulas, quas initio capitulis descriperat cum scorti contiuitio. Nam cum sapientiam victimas mactare, vinum miscere, & mensam suam palam in arce urbis proponere suprà dixerit, meretricem nunc solam aquam, & panem non propalam, sed in laribus exhibere dicit. Itaque nomine panis, & aquæ, meretricis coniuium noctari volunt. Non duplicit omnino: dum tamen sub hoc integumento, & similitudine Venus illicita intelligatur, ad quam suos amatores prostituta mulier inuitat. Sed pende emphasis verborum. Aquæ furtina dulciores sunt, &c. Non enim immerito panem, & aquam res vilissimas usurpavit: est enim sensus. Vilissima, & parum iucunda, si furtiuæ, & clanculum capiantur, dulcissimis dulciora, & iucundiora sunt. Ait ergo: Aque furtiva dulciores sunt, id est, nihil aqua vilius ad potum, & tamen hæc furtim accepta prædulcior quid est: ita ut pretiosissima quæque vina exsuperet: Et panis absconditus suauior, id est, nihil pane vilius ad esum, & tamen hic clanculum sumptus iucundissimus, ita ut lautissimarum epularum suauitatem vincat. Itaque sub his similitudinibus ad illicitam libidinem pellicit hoc sensu. Cum ea, quæ vilissima, & parum iucunda sunt, scilicet aqua, & panis, furtim accepta, & clam assumpta dulcissimas quaslibet epulas suauitatem præcellant: cape nunc Veneris hanc furtinam dulcedinem, quæ cum ex se dulcis sit, clam, & per furtum accepta longe dulcior, atque suauior erit. Et quidem in amore furtæ tantopere placere solent, ut raptarum, ac furtuarum mulierum venerem, quasi dulciorem non semel extollat Plautus in Poenulo, ubi Melphio prostituens feminas, ut eas commendaret, & mæchos accenseret, clamat se furtiuas vēdere. Et in Persa, sic feminam collaudat. Forma expetenda liberalerem mulierem, furtinam, adiectam ex Arabia penitissima. Et post pauca:

Hec ne illa est furtina virgo, &c. 238

Aque furtiva dulciores sunt. Subiicio nouam aquæ furtivaæ acceptancem: vasa enim, quibus angustius est os, Aquas furtivas effundere dixit Plinius lib. 20. cap. 12. Quia nimirum paulatim, & per quædam interualla, velut suffuratas lymphas distillant. Hæc sunt, quæ vulgo dicimus, Vasis penados, è quibus potū haurire iucundius est: propterea Plinius. eiusmodi vasa adhiberi solent in delitiis. Sed licet volupe magis sit eiusmodi vasculis potionem sumere: non tamen salubre, quia simul cum potu ventus trahitur, qui inclusus in stomacho dolores ciet. Ita docet Celsus de Medicina libro 5. Ergo non inepte cum eiusmodi aquis furtivis furtinam Venerem à Salomone collatam fuisse dicemus, quæ nec scio qua ratione lascivis hominibus dulcior accidit, nimirum quia raptim accipitur. Sed tamen salubris non est: nedum enim quisquam illam exhaustus, cù statim dolores, atque torturas saeuissimas animo experitur suo. Rarsus furtivaæ appellantur, vel furtæ illæ, quæ per fistulas tenues è calicibus trahuntur, quod non infuetum olim in coniuiis. Confule Vrsum in Appendix de Triclinio Romano, ubi rationem istius vasis ascribit. Fortasse autem metatrix hoc symbolo aquæ per fistulam expressæ promittit

235

Cle. Alex.

Ouidius.  
Virgil.

Hieron.

236

Quint.

Ouidius.

239

240

**Hieron.** promittit futurum, ut res lateat: sicut quando quis calicem exhaustit per tubulum latenter. Sed enim experimento didicimus potum ea ratione per fistulas effusatum, non extinguere sitim: quia nec palatum humectat, nec labia perluit, sed haustus recta à fistulis infaucē influit. Ergo paritione non ineptè cum his etiā furtiuis venerei furtiuam cōpositam esse dicenus: cum his, inquam, quæ per fistulas, velut furtō trahuntur. Nam sicut ista aquæ quantumlibet iucundiores eueniant, tamen postquam ebibitæ sunt, sitim non extinguunt. Sic Venus illicita sitim, id est, concupiscentiam non temperat, sed magis acuit, & accedit. Hieronymus in Epistola ad matrem, & filiam, tunc hunc, tunc etiā præmissum illicitæ veneris affectum attingit: *Lividio (inquit) furtiuā transacta semper sui relinquit pœnitudinem, nunquam satiatur, & cum videtur extincta, reaccenditur: vix crescit, & deficit, nec ratione pareret, sed impetu fertur.* Sed tamen priori expositioni magis tribuo.

**Athen.** Et panis absconditus suauior. Pane oblatu inuitat Meretrix mæchos suos. Non ineptè hic assuitur carmen, quod Cynulus apud Alexim conspectis panibus pronuntiavit Athenæus lib. 3. Panibus quo pretendit laqueos miseram mortalitas. Panis quidem voluptatem meretriciam adumbrat. Sed illud imprimis notandum, meretricem non panem solum, id est, voluptatem, & delectationem offerre. Sed quæ admodum apud Plautum in Aulularia expertus quidam dicit: *Meretrix altera manu fert lapide, panem ostentat altera: vt quem blandè, & suauiter deliniuit, statim percutiat.* Proverbium autem videtur ab his sumptum, qui pane ostentato canem allectant, ut cominus lapide certius vulnerent. Certè meretrices sunt, quæ contra iura Euangelica panem experti, lapidem: & pisces postulanti, serpente: & ouim exquirenti, scorpionem, & basiliscum porrigunt. Et quidem supradictæ paræmiae meminit Hieronymus ac Ruffinum semel, & iterum Plautum euocans. Affinis autem illi sententia est altera, qua vritur Diuus Gregorius Nazianzenus in Epistola ad Eusebiū. Perinde, quasi quis eiusdem viri altera manu scabit caput, altera manu feriat. Vbi in quibusdam codicibus non est ὁ Κηπεῖται. Sed ὁ Κηπεῖται: id est, *Quem a modum si quæ. &c.* (vt obseruat Scholia. ) Ex quo colligitur proverbium istud ex meretricibus tractum fuisse, quarum est delinire, & adulari, & cominus iētū validè imprimere. Rursus sic habe, panis iste, cui delectatio carnalis confertur, non similagineus, aut candidus, sed ater est, & fuscus, quem Galenus Cynicon, id est, caminum appellavit apud Bruyerum de re cibaria, quia nimirum ad aleandos canes excoquitor. Hos enim, qui canes impudentia sua, & insana libidine imitantur, caninis pollentis ali necesse erat. Itaque meretrix ad furfureum, & caninum inuitat panem. Nam cum offerat absconditos, hoc est furtuos, aut furatos panes, haud immerito dicimus, furfures inuitati. Furfures enim à furando dictos non ambigo: quia nimirum illos excerniculum demissa farina retinet, atq; effuratur. Et quidem Terentius in Eunicho asserit meretrices. *Panem atrū vorare iure externo madeſaltum.* Vocat autem panem atrum, panem furfureum, teste Bruyero. Inuitant ergo ad panem, quo ipsam pascuntur. Adhæc carnis voluptatē, & delicias cum pane hordeaceo contulit Hieronymus in Ezechiel. c. 4. Hordeum enim belluarum pastus est: qui autem luxu, & libidinis delectationibus capit, belluino ingenio, ac moribus est. Et quidem huius panis hordeaci cōditiones attigit Petrus Abbas Cellensis in lib.

**Pet. Abt.** de panibus, qui habetur 9. tomo Biblioth. Patrum. Tom. I.

**Panis** (inquit) iste fauces excoriat, ventrem onerat, & arterias exasperat: duro namque contingit ur cor tice, & spiculata superficie occurrit comedentiū dentibus. Vnde accommodatissimè hunc armatum panem appellari dicit Bruyerus. Adde etiam ex Gale-

**Galen.**

no lib. 10. cap. 9. de alimentorum facultate, atque alius, malis succi esse hunc panem, & nutrimentum insalubre suppeditare. Quæ omnia in carnis delectationem apte cadūt. Sed & audiendus est Aristoteles in problem. sect. 23. vbi docet eorum, qui hordeaceam massam attrahant, & subigunt, corpora imbecilla reddi: cum contra, qui frumenta subi-

**Aristot.**

gunt, corpore sint benè habito. Quæ nocumenta libidini accommodare non est arduum. Denique delicias carnis cum subcinericio pane comparat D.

**244**

Gregorius. Moral. cap. 7. qui quidem externe coetus appetit, sed tamen deintus est crudus: cuius esum præ ceteris nocuum esse docet. Et sordidorum panem appellat Galenus supra, & alij medici

**Galen.**

corum proceres. Carnalis quippe delectatio exteriora speciem iucundam offert: cum tamē interiora illius cruda sint, & nullo animi calore excoqui,

aut secerni possint: quam seruorum agrestium panem merito dicemus, quibus cum libanus non suppetat, id est, feruor charitatis ad delectationem spiritualem excoquendam, adhibent cineres, & carbones concupiscentiæ ad carnalem voluptatem torrendam. Itaque ex his liquet meretricem istam sordidissimam, quæ sub panis similitudine ad venerei inuitat, non panem aliquem gratum, & honestum offerre: sed furfureum, caninum, hordeaceum, belluinum, subcinericum, seruem, & rusticum.

#### XVIII. Et ignorauit quod ibi sint Gigantes: & in profundis inferni conuinæ eius.

**E** T ignorauit quod ibi sint Gigantes. Heb. Et igno-

**רָפְאִים**

Rephaim, de qua multa conflant interpres, quæ fluit à radice רָפָא Rapha: quæ significat mederi, & curare, instaurare, & redificare. De pluribus autē huius vocis Rephaim significationibus cōsule Thesaurus, & Lexica, piget enim transcribere. Pagnin. & Caiet. habent: Et nesciuit, quod mortui ibi. Chald.

**E** Et nō nouis quod ibi deicuit Gigantes. Septuag. Ipse autem ignorat, quod terrigena apud ipsam pereunt. Aquila, & Symmach. retinuerunt vocem Hebraicā Rephaim, Schol. Ραφαὶ id est, pugnantes cum Deo. Theodotion: Gigantes: sicut nostra. Clem. Alexand. lib. 3. Pædag. cap. 11. Miser autem nescit, quod serpentes apud ipsam habitent.

**245**

Et in profundis inferni conuinæ illius. Hebr. Et in profundis sepulchri inuitari eius. Caiet. Et in valibus fone vocari ab ea. Chaldæus concinit cum nostra. Septuag. Et in profundum inferni occurrit:

**Bonavent.**

F Hieronymus supra in Olæam: Et in profundum inferni incurvant. Clemens Alexandr. Et quod vadat ad laqueum inferni.

**246**

Vt ergo missa faciam, quæ supra adscripti Patres, & interpres de hæresi, de idolatria, de voluptate, & luxu, atque aliis eiusmodi scribunt, quæ apud ipsos legi possunt: ad litteralem sententiā contendō, quam tradunt Hieronymus, Clemens Alex. & Beda locis citatis, vbi omnes de meretricie ista verba capienda esse docuerunt. Itaque ait: Et ignorauit quod ibi sint Gigantes. Beda, cui subscriptis Hugo nomine Gigantum dæmones interpretatur. (Et quidē vocem Rephaim noster interpres alibi non semel Dæmones conuertit.) Quasi dicat, vecors iste, & amantissimus iuuenis illā adit, ignorans in domo,

**F**

247  
Chrysoft.

atque cella ineretria Dæmones habitare atque la-  
teri illius hatere. Chrysoftomus in Matth. homil. 2.  
cellam meretriciam diaboli officinam appellat. Nec  
immerit. Nam ea est cuiuslibet artificis officina,  
vbi suæ artis instrumenta habet, quibus opera sua  
perficit, & vbi a fiduō incolit. At in scorti domo dia-  
bolus (qui nomen ab artificio suo traxit) illusor enim  
interpretatur omnia illudendi instrumenta habet,  
ibi dotos, versutias suas præcipue exercet, ibi affi-  
duus est. Quis vñquam domum illam ingressus  
est, qui diabolodolos euaserit? Rursus idem Chry-  
softomus in Epistolam primam ad Corinth. capite  
sextō. Meretrices (ait) ornatas ad libidinem non  
censes cum diabolo coire? Si quis autem contendat,  
& contradicat, exuat animam mulierum, que se  
aded indecorè gerunt, & videbit plane sceleratum  
illum Dæmonem vehementer cum eis coniungi, ac  
commisceri. Et post pauca: Dæmones mulieris me-  
retricis lenones esse dicit accommodatissimè. Quia  
sicut lenones meretricibus amatores conciliant, &  
mœchos vndique conducunt, & deinde cū his mer-  
cedes, salariaque patiūtūr: sic etiam diabolus, leno-  
nis instar, plurimos amatores, mœchosque, & libi-  
dinosos suggestionibus suis comparat, & ad scorta  
perducit. Cumque omnis meretrix non solum for-  
tunas sui amatoris, quibus illum spoliat: sed etiam  
animam mercedis nomine capiat, (iuxta illud,  
*Mulier autem viri pretiosan animam capi:*) vt i-  
que mercedes cum lenone suo sic partitur, vt ipsa  
fortunas, & facultates: diabolus autem animam  
auferat, ac in suam partem vendicet. Quid plura?  
Idem Chrysoftomus homilia in Psalm. 41. addit:  
*Quemadmodum vbi est cœnum, cō porci concur-  
runt: ita vbi sunt meretrices, & meretriciae anti-  
ca, illic congregantur Dæmones.* Ante hos porcos  
margaritas proiiciunt, qui suas ipsorum animas pro-  
viliissima delectatione dæmonibus proculandas,  
& luto immergendas præbent. Causam verò, pro-  
pter quam tanta copia Dæmonum lupanaria com-  
plet attigit D. Ephrem in tractatu aduersus impro-  
bas mulieres, vbi ita ait: *Quid est meretrix? Can-  
sa diaboli, diaboli consolatio, arma diaboli, trium-  
phus tenebrarum, dux delictorum.* Dicitur autē cau-  
sa diaboli iuxta acceptationem Iurisconsultorum,  
apud quos causa ex germana sua significatione non  
tam est res illa, de qua lis suscipitur, quām ius in ta-  
lē rem, vndē suam quemlibet causam tueri dici-  
mus, id est, suum ius. Ergo mulier causa diaboli ap-  
pellatur, id est, ius diaboli, ad animas obtinendas.  
Quod adeò verū est, vt siquidem improbae mulie-  
res de medio tolleretur, sperandum esset diabolum  
à litibus, quas affidio nobiscum gerit, discessurum,  
quia se iure omni priuatum agnoscerebat. Rursus di-  
citur *diaboli consolatio:* quia si fieri posset, vt diabo-  
lus aternis addictus pœnis inducias aliquas, seu fe-  
rias obtineret, eas quidem in lupanaribus inter me-  
retrices captaret, & nō alibi. Hæc vna causa est, pro-  
pter quam Dæmones in lupanaribus frequentes  
sunt. Sed expendo alia. Insuper dicitur meretrix *ar-  
ma diaboli:* quia cum milites contra hostes non uno  
armorum genere utantur, quibusdam enim emi-  
nus, aliis co minoris configunt: tamen scortum Dæ-  
moni pro omnibus armis est: hac co minoris pugnat:  
hac eminens ad iacula das suas tentationes, & lu-  
ggestiones vitit. Denique *triumphus est tenebrarū:*  
quia in ipsa diabolus triumphum agit. Quid enim  
aliud est turba amatorum, quos suis blanditiis in-  
nexos, illigatos, & deuinctos meretrix post se trahit,  
nisi captiuū triumphante diabolum sequuntur? &c.  
Cum ergo Dæmones tam sint meretricibus fami-  
liares, & tanta frequentia ad illas comeuent: me-  
rit quidem Salomon ait: *Et ignorans, quod ibi*

A sint Gigantes: id est, quod Dæmones apud ipsam  
habitent.

Secunda expositio nomine Gigantum mortuos,  
seu interfectos accipiendo esse docet: ad quā per-  
tinent præmissæ initio lectiones, quæ vel mortuos  
vel manes conuertunt. Hanc tradit Cajetanus, &  
Rodolphus. Neque insolens est sacris litteris Gigā-  
tes pro mortuis addere, Isaia 26. *Morientes non Isai. 26.*  
*vinant, Gigantes non resurgent.* Et infra cap. 21. In num. 14.  
cantu Gigantum commorabitur: & alia passim. Ita-  
que sensus est: *Et ignorauit, quod ibi sint Gigan-  
tes:* id est, non satis cognovit eos, qui ad meretri-  
cis domū penetrant, apud ipsam perire, atque emo-  
ri. Nam quot amatores illam circumstant, tot cada-  
ueribus hinc inde cingitur. Ita enim legendum æ-  
stimauit Rodolph. *Et ignorauit, quod ibi sint ca-  
dauera.* Et quidem iure optimo eiusmodi libidino-  
sos mœchos cadaueribus similes esse dicemus. Pri-  
mò, quia animus deficiēt gratia in ipsis interit. Se-  
cundò, quia amor, quo mulierculas illas miserè de-  
pereunt, animam è suo corpore in alienum migra-  
re facit: atque aded proprium corpus velut inani-  
me, & cadaueri simile relinquit. Tertiò, quia quem-  
admodum cadauerā, vbi animus dilicet, conta-  
bescunt, corruptionem, & sanie contrahunt: sic  
lasciuorum corpora, perinde ac si animus iam inde  
migravit, sanie, & folidibus replentur. Denique ab-  
eundi animo cadauer sensu expers iacet: similem ad  
modum libidinosus sensum omnē exuit. Chrysoft. D. Chrys.  
homil. in Psal. iii. *Qui meretricis amore captus est,*  
*etiam si afficiatur probro, ac consumelia, etiam si*  
*verberetur, etiam si turpiter & indecorè gerat, etiam si*  
*expellatur a patria, etiam si bonis paternis euertatur,*  
*etiam si parris benevolētia priuetur, etiam si que-  
libet grauiora patiatur, non dolet: non dolet, inquam,*  
*propter amorem impudicum.* Quid igitur iste diffi-  
det à cadauere? Profecto nihil.

Tertiā expositionem tradit Paraphastes Cal-  
daicus, quæ sane mihi præ cæteris probatur. Sic  
enim habet. *Et non nouit, quod ibi deiiciatur Gigantes:* id est, miser iste procus nō satis nouit fortissimos  
homines, qui robore Gigantibus parcs erant, à me-  
retricibus prostratos, & deuictos fuisse. Nam in Gi-  
gantibus eximios, sublimes sanctitate, ac meritis vi-  
ros contemplari non insuetum Patribus, vtpote qui  
sint quodammodo excelsiores, & humana conditio-

Ene maiores. Frustra plures hic numerem Sansones,  
Dauid, Salomon, & alios eiusmodi. Succedant me-  
morix verba Cypriani quæ nos alibi dedimus. Cyprian.  
*Quanti, & quales Episcopi, & clerici post confes-  
sionem, & victoriarum calcata certamina, post ma-  
gnalia, & signa mirabilia usqueque monstrata  
nosuntur cum his omnibus naufragasse, dum volunt  
in naufragiis navigare?* *Quantos leones domuit*  
*vnamuleros infirmitas delicata, que cum viliis, &*  
*miseris sit, de magnis efficit predam?* Vide, quæ  
suprà contulimus de hac sententia capit. 7. vers. 26.

F Eundem sensum reddit lectio Septuag. *Et igno-  
rant, quod terrigena ad ipsam pereunt: terra geni-  
tos appellant Gigantes.* Itaque illa verba: *Quod  
ibi sint Gigantes:* non ita accipienda, quasi apud  
ipsam tantum esse dicantur, sed quod ab illa rapti,  
& oppressi continantur. Sed cum Septuag. *Gigan-  
tes istos m̄nūtēs,* id est, terra genitos dixerint, liber  
hic verbis ludere, & aliquid attexere ex his, quæ de  
Gigantū ortu tradidit fabulosa antiquitas. D. Greg.  
Nazian.orat.de Laudibus Basil. fabulam attigit, &  
ad eos, qui repente, & sine scientia, & doctrina præ-  
fecturas, & supremas in Ecclesia dignitates ca-  
pessunt, veniente inflexit. Aiunt enim Lerneæ serpē-  
tis dentibus in terrā proiectis, repente ex his proce-  
ræ magnitudinis Gigantes armis omnibus instructos

erupisse, qui statim ipsi Ioui bellū inferre ausi sunt. Quibus sane non dissimiles esse dicemus eos, qui necdum virtuti, vita dicam, nati sunt, & prima honestatis præludia inchoarunt, recentes omnino, atque noui, semetipos velut Gigantes de repente natos, robore insignes, & armis omnibus instructos arbitrati ad prælia castitatis descendere audent, quos statim deiici, & post erui necesse est, non à Ioue cœlitus fulminante, sed à lasciuia fœmina, quæ fulminat oculis: sic loquitur Hieron. in quadam Epist. cum amoris significaciones ab oculis, seu fulmina iaculatur, quæ ad sternendos Gigates plus possunt, quam illa, quæ Iouem validā manu vibrasse fabulatur. Itaque hos Gigantes recens natos, hos inquam, qui in ipsis virtutis, & honestatis priuordiis se iam Giganteo robore præditos putant, & suis viribus confisi in prælia castitatis ruunt, meretrix facile vincit, ac subruit. Quapropter Salomon merito ad iuuenem novum, ac recentem. *Et ignorat, quod ibi sint Gigates:* vel ut habet Septuag. *Quod ibi terra geniti perierunt:* id est, illi, qui ceu Gigantes subito ex terra natu se subito adoleuisse, & robustos euasisse putantes cum tanto hoste congregari audent. Et quidem ex his sunt, qui nec dum frugis melioris cupidi peccata sua apud Confessarium deposuerunt, cum se Gigantes subito factos rati, ad priora certamina perituri ruunt.

Plato. in dialog. 3. de Republica Gigantum cōditionem & ortum memorat, vbi tradit terram Gigantum parentem quibusdam in sua conditione aurum admisuisse, aliis argentum, aliis ferrum inseruisse. Soluit ante Plato apologum hoc modo. Hæc Gigatum è terra dissimilis generatio tres hominum conditiones adumbrat. Illi enim, quorum corpora auro compacta fuerunt, homines notant sapientes, atque ad imperia natos. Qui vero ex argento coauerunt, viros honestos, & prædiuites adsignificant. Illi denique, quibus ferrum natura indidit, milites, agricultas, atque alios opifices innuant, quos ad labores tolerandos, ferreos esse oportet. Hæc Plato de ortu Gigantum. Sed proh Deum immortalem quātum est procacis fœminæ robur, apud quam pereunt Gigantes, terra prognati. Nulla enim est hominum conditio ex his, quos triplex Gigantum compositio, & conformatio notat, quæ meretrix non domit, ac labefactet. Aureos enim homines, scilicet sapientes, & ad imperia natos igne suo eliquat, & soluit. Aureus profecto homo fuit Salomon propter sapientiam, & imperium, cuius caput aureum optime dicitur Cant. 5. (Si verbis illis Salomonē describi, atque per ipsum Christū adumbrari fas est dicere) & quidem aureus ille homo mulierū ardore illaquefactus est. Rursus argento compactos homines, id est, prædiuites, & generosos è meretricibus etiam igniri, & eliquari satis prodit illius filii profusissima historia, qui acceptam à patre suo substantiam decoxit viuendo luxuriose: imò nullos facilius, quām istos libido soluit, ac diluit. Denique illos ferro conformatos homines, id est, fortissimos, ac robustissimos libido emollit, atque certa ipsa lentiores reddit. Ad id spestant verba Hierony. in Epistola ad Matrem, & Filiam: vbi ait: *Ferreas mentes libido domat.* Merito igitur Salomon ait. *Ipse autem ignorat, quod terra geniti apud ipsam pereunt:* hoc est, vel ferro, vel argento, vel auro compactos Gigantes nimirum sapientes, diuites, & fortes, qui ipsam de pereunte misere.

Can. ic. 5. Num. 11. 258. tur Cant. 5. (Si verbis illis Salomonē describi, atque per ipsum Christū adumbrari fas est dicere) & quidem aureus ille homo mulierū ardore illaquefactus est. Rursus argento compactos homines, id est, prædiuites, & generosos è meretricibus etiam igniri, & eliquari satis prodit illius filii profusissima historia, qui acceptam à patre suo substantiam decoxit viuendo luxuriose: imò nullos facilius, quām istos libido soluit, ac diluit. Denique illos ferro conformatos homines, id est, fortissimos, ac robustissimos libido emollit, atque certa ipsa lentiores reddit. Ad id spestant verba Hierony. in Epistola ad Matrem, & Filiam: vbi ait: *Ferreas mentes libido domat.* Merito igitur Salomon ait. *Ipse autem ignorat, quod terra geniti apud ipsam pereunt:* hoc est, vel ferro, vel argento, vel auro compactos Gigantes nimirum sapientes, diuites, & fortes, qui ipsam de pereunte misere.

D. Hier. Chrysost. 259. Absoluant hanc sententiam verba Chrysostom. qui quemadmodum libido, & luxus seueras mentes docet, & Giganteum robur elidat, venustè describit. *Quemadmodum (inquit) si quis leonem egregium, & ferum ceperit, deinde iuba detonsa dentes exemerit, & ungues circumciderit: deformem reddit ac ridiculum, ac vel pueris expugnabilem illum, qui tam*

Hieron.

255

Plato.

257

258

Car. ic. 5.  
Num. 11.

D. Hier.

Chrysost.

260

Tom. 1.

A terribilis & intolerabilis erat, quæ vel solo rugitur omnia quatibat: sic & iste quoscumque ceperint, quamlibet fortes, sub potestatem redigunt diabolus, molliores reddunt, importunos, ignavos, ingenio serili, illiberales, contumaces, loquaces, & omnino omnes muliebres affectus istorum animis imprimunt: ut si quid loquaniur, telas, & lanas meras loquantur, quod linguan, quasi colore quodam muliebrium verborum coloratam habent.

Clemens Alexandr. legit. *Miserantem nescit quod serpentes apud ipsam habitent:* quam lectionem per omnes superiores expositiones versare licet. Nam primo nomine serpentum existimo gigantes notari, quos veteres ita expingebat, vt superior pars hominis formam exhiberet: inferior vero in serpentum volumina desineret. D. Gregor. Nazian. oratione D. Nā.

261

2. contra Iulianum Anguipedes vocat. Itaque Clemens loco Gigantum serpentes addit satis accommodate. Nam cum hi, vt tradit Macrobius libro 1. Saturnal. cap. 20. homines notarent lasciuos, & saevos, saevitiam humano vultu, & forma innuere voluerunt antiqui, propterea illos arcum manu intendentes, & ob armatos fixerunt: libidinem autem anguinea cauda. Ergo cum de lasciuia sermo esset in hoc loco, Clemens illos ab anguinea parte censuit: ea propter serpentes appellauit. *Et nescit miser, quod serpentes apud ipsam habitent.*

Macrobius.

Et quidem licet per hosce serpentes Dæmones intelligere. Nam hi serpentum nomine sèpè censentur in sacris literis. Qui sub eo nomine reète apud meretricem habitare dicuntur: quia sicut per Euam Adamum sub ea specie serpentis diabolus decepit, ac deiecit: sic etiam per meretricem pari modo non vnum sed innumerabiles homines prosternit. Vnde eleganter Diuus

Cyprian.

262

Cyprianus in li. de singularitate Clericorum sic ait. *Fecit equidem viro Dominus mulierem adiutricem: sed serpentis inuidia personam sumpsi hostilem.* Et paulo ante, *Tempus ergo luctaminis adhuc geritur, & mors à serpente per feminam adhuc usque grassatur.* Quasi dicat, serpens per fœminam primum hominem stravit, & morti addxit, atque in astu suo perseverans ad id usque tempus mortem, quam per primam mulierem orsus est, per alias, & alias, hoc est, per meretrices vrget, ac promouet, semper sibi similis: Nam vt eruditus Hugo Athenerianus de hæresibus Diabolus serpentis speciem induit, quæ totam corporis oblongam compagem teretem, & à capite ad usque caudam non internodiis, aut imparibus vertebris disparem, sed omnino similem habet, vt constaret diaboli mores ab exordio ad usque finem temporis (quod serpens etiam suis voluminibus notat) eosdem plane, ac sibi similes futuros esse. Quapropter obseruādi (inquit) sunt priores illi congressus cum Adamo, atque Eva. Sic enim, & non aliter hodie nobis facit, & reliquo deinde tempore aliis imposturam facturus est. Sed acutissime

Hug. Ath.

D. Epiphanius tractatu de definitionibus sic habet Epiphanius. *Foie* serpens propterea dicitur, quasi τύριον οὐσία. Qui loquitur videlicet hodie, id ipsum, quod olim Euæ, loquitus est, id est, eadē omnino ratione hodie dolos suos archiectatur, qua olim architectus est. Sed illud obserua, primæ mulieri unus tantum serpens adhaesit, vt per illam dolos instrueret Adamo: at meretrici non unus, sed plures adiacent serpentes. *Quod serpentes apud ipsam habitent.* Nā vna quidem meretrix multis dæmonibus dolorum, atq; insidiarum parâdarum materiem copiosam præbet. Cum igitur tot serpentes apud meretricem habitent, hinc est, vt nemo ad ipsam ingrediatur, cui non continuo serpens aliquis adhæreat, ipsumque voluminibus suis implicet. Sic docet Diu. Ephrem in

263

Epiphanius.

tractatu de Cötinentia, vbi hunc arbori comparat, Ff ij

quem draco deformis, & ingens suis orbibus, atque gyris coerces.

Rursus haec verba. *Apud ipsam serpentes habitat:* possunt quidem ad amores meretricios referri, quasi anguinis, ac serpentis moribus, & ingenio praedita dicatur ad deludendos, & veneno suo inficiendos homines. Et quidem nescio an aliqua improba mulieris magis obvia similitudo sit, quam serpentis in

*Eccles. c. 25. scriptura, & Patribus. Eccles. 25. Non est caput nemum. 22.*

*& 23. qui super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Et illud. Commorari leoni, aut draconis, placet, &c. Quam sententiam sic expendit Gregor.*

Nazianz. in dystichis.

*Malares est dracones: maleficares & aspides:  
Duplex mulieris malitia inter feras.*

*264 Diog. Cy. apud Maximum Locorum Communium ser. 29. qui duas mulieres improbas conspicatus colloquenter, ait. Sumit venenum à viperā aspis mutuò. Acuta*

*D. Epiph. est etiam D. Epiphanius meditatio in lib. 3, de hæresibus, vt tradit Euæ nomine Hebraicè addita aspiratione serpentem sonare, vt constet serpentis, ac mulieris prauæ mores valde affines esse. Nam Euæ id est, mulier addita aspiratione migrat in *Heuam*: id est, in serpentem. Id est, statim atque diaboli aspiratione, & afflatus illam impellit, serpentem induit, & tota soluitur (sicut dicere) in dolos, vt astu suo plurimos*

*D. Anast. Synai. sternat. Quarit Anastasius Synai. cur Deus primæ mulierum atlando, & aspirando non formarit, sicut hominem efformarat. Aliter quidem ille respondet: tu tamen vide an timuerit, seu cauerit Deus suæ aspirationi in ea, quam nouerat serpentis afflatus infestissimo postea corrumpendam. Item Diu.*

*D. Ephræ. Ephrem aduersus improbas mulieres, inter alia nomina, quibus meretricem notat. *Experiens (inquit) rabies, viperæ vestita.* Ab Ephrem autem libauit *Anasthasius Nizenus quæst. 63. in scripturæ, vbi inter multa mulierum improbarum probra, hæc addit. Quies serpentis, diaboli solarium, officina demonum, viperæ vestita.* Denique D. Gaudentius Brixiensis Episcopus de Neophyt. serm. 9. sic ait. *Turpum feminarum colubrini gestus ad concupiscentiam mouent illicitam.* Quod sane ideo dixit, quia oculi serpentibus imprimis acres, & venusti. Tradit etiam aliqui libidinem aspectu suo inspirare, & ad venerem addere. At quis est homo, quem horum serpentum morsus non configant, vel saltem halitus pestifer non corrumpant? Si quis est ille, hic mihi haud similis videtur illis, quos Plinius l. 24. cap. Ophiogenes appellat, quod serpentibus adeo terrori essent, ut eos attingere non auderent: & par ceruis, quos anima sua, atq; halitu serpentes fugare docent Hierony. Ambros. & Basilius: & a quales Ophiomachis, quos serpentibus bellum inferre, atque eos fugare docet Philo Iudæus in libro de mundi opificio, atque inde nomen adeptos fuisse: vbi eosdem describit, & temperantia libidinem debellantis simulacrum gerere multis conficit. At qui sunt hi Ophiones, Cerui, & Ophiomachi: Profecto sanctissimi quidam, & meritis sublimes viri, qui in carne extra carnem agunt, rari, & vix pauci.*

*266 Extrema lectio huius prioris clausulæ est Schol. quæ pro *Gigantibus* habent *γίγαντος*, id est, pugnantes cum Deo. Videtur autem adspexisse ad Gigantomachiam illam, quam veteres scripturæ veritatem fabuloso integumento occultantes finxerunt. Nam Babylonica turris historiam insulso apologeto condire volentes, Gigantes quosdam fabulati sunt, qui montes montibus imponentes in cœlum intrumpere, ac Iouem depellere ausi sunt. En turris fabricam! Quos ite Iupiter tonitruis, atque ignitis fulminibus cuerit: linguarum scilicet perstreperi confusione,*

A quæ tonitruis adumbratur, & intestinis dissidiis, quæ ignis similitudine significantur. Hanc vero lectio ad eundem modum per superiores interpretationes versare licet. Primo ergo Theomachos dæmones appellare possumus, qui apud meretricem merito sub eo nomine degere dicuntur, quia tunc maxime cum homines ad turpitudinem provocat, se theomachos, hoc est cum Deo bellantes ostentant. Nam

vt eruditè docet Basilius. *Diabolus vbi vidit hominem ad Dei imaginem factum, cum non posset in au-*

*thorem ipsum, quem ante omnes ledere cupit, in eius imaginem suam exercuit malignitatem: veluti si*

*B quis homo quando Regem inimicum attingere non posse, eius imaginem caderet. Hæc ille homil. 21. in aliquot sacræ scripturæ loca. Cum igitur Dei imago nullibi expressior sit, quam in castis, atque ab omni turpitudinis labe expertibus (vt docet Gregor. Ni-*

*Gregor.  
Nisenus.*

*nenus in oratione de Virginitate, vbi longo sermo-*

*neprobare contendit id, quod homo ad imaginem Dei conditus dicitur, præcipue ad pudicitiam, & castitatem spectare. Et Diu. Ambrosius in Epistola*

*Ambros.*

*82. *Virginitas* (inquit) fons est, in quo maxime imago Dei lucet, ac splendet. Hinc est, vt diabolus*

*C tum maxime Dei aduersarium, & antagonistam se præbeat, cum castas, & pudicas mentes per libidinem deiicit: quia sic Dei, quem attingere ipse non potest, expressorem, & viuidiorem imaginem deturpat, ac lacerat. Merito ergo Salomon ait. *Et ignorat, quod apud ipsam sunt theomachi:* id est, non satis nouit miser adolescentulus meretrici dæmones aedisse, qui vti se theomachos, & Dei aduersarios præbeant, homines ad venerem proritant, vt viuam ipsius Dei ea ratione repræsentationem corrumpant.*

*D Possimus etiam aliter theomachos, id est, bellantes cum Deo, iustitia, & virtute insignes viros accipere: illos nempe, de quibus Christus Dominus ait.*

*Matt. c. II.  
num. 12.*

*Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hi enim sunt Gigantes fortissimi, atque theomachi cœlis vim, atqu. Deo manus afferentes. Salomo ergo ait. *Et ignorat, quod theomachi apud ipsam pereunt:* id est, non satis nouit iuuenis hic imbellis, & inualidus, quod plurimi fortissimi, ac robustissimi homines, sanctissimi scilicet viri, qui paulo ante Gigantum more cœlum ipsum debellare, atque irrupere audebant, meretriciis illecebris prostrati, & deturbatis sunt. Accipe verba Magni Basiliij in libro de*

*Basilius.*

*Virginitate: Fortissimos viros libido domuit: & violentos (cœli aggressores) unius femina congressus impulit in ruinam.*

*F Denique integrum est theomachos appellare improbos, & sceleratos homines, qui cū Deo bellum, & inimicitias, quasi ruptis foederibus gerunt: hi enim sunt, qui præcipue apud meretrices, & scorta depereunt. Exploratissimum enim est hæreticorum, schismaticorum, atque eiusmodi aliorū duces, qui bellum Deo palam indicunt, ex his esse, qui effrante, & petulanter libidinibus se addixerunt. Hinc est illud, quod grauissimum, ac sanctissimum martyre Rophensem dictasse tradunt. *Libidinem esse Hæreticos parentem, atque filiam.* Nā si memoria prisca hæreses, & earum exordia repetamus, omnes ab una luxuria aborsu infelici editas fuisse compremus: ac rursus nullam hactenus hæreticū stetisse constabit, quæ non statim, tanquam filiam sibi amantissem, impudentiam, atque turpitudinem ediderit, deliciose aluerit atque educarit. Ergo theomachi apud ipsam pereunt: qui sui interitus initia inde capiunt. Nimurum à via meretricia, & turpi libidine, cui se misere manciparunt.*

*E Et apud inferos conuinæ eius. Nomine inferorum orcum, & gehennam si accipiamus, sensus est.*

*269*

*270*

**Gregor.** Ex his, quos meretrix illecebris suis ad se allectos inuitauit, plures apud inferos iamjam suæ turpitudinis penas dant, vel ocyus daturi sunt. Quasi dicat, Ignorat miser iste adolescens quod proeas illa mulier suos coniuias interfectos ocyus ad orcum transmisit. Sic Rodolphus, Hugo, & alij. Quæ interpretatio perspicua est, & non eget libra:ni expédere velimus illam vocem, coniue eius, quæ sic accipi potest, vt non tam eos ad libidinem, & venerem, quam ad tartarum ipsum inuitare dicatur: Apud inferos scilicet coniue eius: supple cœnan, seu prandent. At quas epulas ibi sumunt? D. Greg. l. 9. Moral. conuiuum quoddam describit apud orcum exhibitum triplici B ferculo instructum, quod statim à principio deuolare coguntur. Horrendo (inquit) modo exhibetur misericors mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: Quia & mors semper vivit, & finis semper incipit, & defectus deficerere nescit: Ergo ad hoc conuiuum suos amatores meretrix in Orcum transmittit. Heu miseris! Sed aliter locum istum interpretari licet. Si videlicet nomine inferni, ipsammet meretricem, aut eius domum intelligamus, apud quam qui degunt, tanquam apud inferos agunt.

**Chrysost.** Chrysost. in Ioann. hom. 86. Mulierum genus temerarium est, & inferno simile, & inferno eius assimilatur cupiditas: tunc cessat, cum omnibus rebus amantem spoliavit: imo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur, & insultat iacenti, &c. Itaque in eo meretricem inferno similem esse dicit, quod quemadmodum infernus nunquam dicit, sufficit: sic etiam insatiabilis meretricis cupiditas nunquam expletur, quoad usque procorum facultates omnes exhauserit. August. serm. 107. de tempore hunc locum fortasse respexit, cum ait. Infernum, & amorem mulieris recte coiungit scriptura. Inferni ignem tenebit dominus meretricis. Pro inferis ponitur dominus meretricis, recte pro inferis ponitur, quia neminem repellit, omnem intrantem ad se trahit. Et sine accommodate loquitur Augustinus. Nam meretrix Orci ad instar cuiusdam neminem ad se venientem repudiatur, aut refutat, sed omnes admittit procos, & moechos. Hinc in illis æmulatio, & zelus oritur, quæ dum animum torrere, & medullas accende-re, & ignire incipit, seuvis, ac prædurus est, sicut infernus: iuxta illud. Dura sicut infernus æmulatio.

**August.** Ad hæc quemadmodum qui in gehennam decidit, inde emergere non potest, quia ibi iam non est resipiscientia locus, aut copia: Sic pariter eum, qui semel libidinibus, ac meretriciæ viræ fæse mancipauit, difficile est, (ne dicam impossibile) resipiscere, & ad bonam frugem redire. Nam simul atque vehemens ista passio animum cepit, omnes recuperande salutis aditus quodammodo præcludit. Quæspectare videtur lectio Clementis initio præmissa. Et quod vadat ad laqueum inferi: id est, ad laqueum, quo arctissime adstrictus perpetuè tenebitur.

**D. Ephre.** Quodcumque concupiscentia per res sensibiles in animum se insinuavit, mox ipsum cogitatione circundat, & obfeder, & salutis ingressum præcludit. Quemadmodum si quis spongiam acetum intingat, & deinde priusquam hanc exprimat, vino irrigare velit, non admittit, quia præoccupans acetum fluxus, ac liquor ingruentibus vini guttis impedimento sit. Ad eundem modum, & concupiscentie illecebris pleni, licet etiam admoniti non audiunt, quin, & de continentia verba facientes, & de ea merito legentes à turpi tamen passione non recedunt. Alia quidem vitia aditus, per quos animum penetrant, patulos relinquunt: at libido seras post se claudit, atque ferreis vestibus obstruit, obduratio-ne, & confirmatione perpetua. Nam delectatio, & vno-

A luptas Venerea, quæ cum serpente componitur à patribus, ex Ambro. Nileno, Cyrillo, Philone, & aliis nō est alius, nisi serpens ille vestis, quem Isaías describit c. 27. Nam cum more serpentis mulceat, tanquam vestes occludit, obseratque omnes animi fores, ac ianuas: ut aut nec ipius inferi porta fortioribus regulis obstructæ sint, adeò ut hoc vitium citius ad desperationem quandam hominem adducat ei similem, quæ damnatos miserandum in modum cruciat, & angit. Vnde Gregor. in Moral. Ex quo luxuria mente alicuius occupavit, vix eum bona cogitare permittit. Sunt enim desideria viscera, ex cōsensu operatio: ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio. Sed quia ad inferi fores oratio delapsa est, accipe verba Salonij in expositione mystica Parab. Qui verba meretricis libenter audit, & oscula eius delectabiliter suscipit, quasi ianuam pulsat inferi. Hæc enim omnia illam inferno similem esse conuincunt. Adde ipsum luxuria æstum, & ardore flammas illas igniuomas orci imitatione simulare. Sic enim Hieron. sup. O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintilla prava colloquia, cuius fumus infania, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna.

Denique si nomine inferorum sepulchrum accipiamus (vt alijs solempne est scriptura, atq; hoc loco aliquos accepisse constat) sententia erit. Et in profundis inferni coniue eius: id est, suos amatores, ac procos interfectos ad sepulchrum transmittit: tum quia luxus vitam perbreuem reddit, tum etiæ quia libidinosi viui, & inter viuos agentes iam cum mortuis numeratur. Hierony. enim in Epistolam ad matrem, & filiam sic ait. Qui luxuriatur viuens, mortuus est: & à cadaveribus nihil differre supra ostendimus. Illud nihil libra dignū videtur hic, quod ait. Coniuas suos in sepulchrum inferri. Nota res est oliri sepulchra mortuorum conditis escis, & lauifacilis epulis adornari solita. Ad id spectauit Ecclesiast. cap. 30. Quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Possumus ergo præmissa verba per similitudinem efferre ad hunc modum. Et in profundis sepulchri coniue eius. Quasi dicat, non satis calluit miser ille iuuenis omnes inuitatos à muliere meretrice haud similis esse cadaveribus defossis, quorum sepulchra plurimis epulis onerantur. Nam sicut ex his epulis mortui nihil libant, nihil degustant: E sic etiam delicias, & illecebras, quas impudica meretrix suis procis offert, ne primoribus quidem labii attingunt. Mitto alia.

Hic vero animaduertere oportet translatione Septuag. post præmissa verba alia subnecti ad hunc modum, Sed resili: ne moreris in loco: neque iniicias oculum tuum ad eam, ita enim transibis aqua alienam. Videtur similitudo dicta ab his, qui rapidissimum aliquem ac profundissimum fluuum tranat, qui oculos ab aqua amouere solent, ne decurrentis aquæ motus caput tentet, atque exturbet, & fluminis impetus abripiat. Ad eundem modum inquit, cù forte illa tibi pertransendum est, vbi meretrix fedet, oculos ab ea deflecte: sic enim tutissime perges. Si enim in illa oculos conieceris, ad instar rapidissimi fluminis te motibus suis, ac gestib. interturbatum abripiet, & fluentibus inuoluet suis. Et quidem meretricem cù flumine rapido componi paulò ante diximus ad illa verba. Plenaque illecebris. Hanc vero esse huius loci sententiam suadet alia lectio, quæ in quibusdam codicibus visitur, ad hunc modum: Neque iniicias oculum tuum ad eam transibis aqua alienam. Abest locus iste à Complutensi, & Regio codice: sed tamen habetur in Vaticano. Et Clemens Alexandrinus eam usurpauit li. 1. Stromatum, vbi de hereticorum baptismate verba hæc ac-

commodatissimè expendit, & vtriusq; lectionis mēminit. Sed resiliat (inquit) ne diu moreris in loco eius. Locum synagogam, non autem Ecclesiam equiuoce appellauit, deinde acclamat. Ita enim reiicies aquā alienam, baptisma hereticum non conuenientem neq; germanam aquam Vocans: & transneabis fluuium alienū, qui in mare defert, & detrahit, in quod emittitur, qui diuertit ab easabilitate, qua est in unitate, rursus confluens ad gentiles, & inordinatos vitæ suæ. Ceterū idē Clemens l., pædagog. c. i. de metrifice, seu adultera eundem locū expendit his verbis. Ne ad alienum autem fluuium accedamus, nobis suadet Pædagogus, per alienum fluuium alienā uxori libidini deditam allegorice significas. Ut quæ ad omnes dimanet, & per meretriciam intemperantiam omnium voluptatibus effundatur. Rursus in collectaneis, quas in Clementem Alexandrinum eruditus aliquis coniecit, citatur Didimus in commentario nondum in lucem edito, qui locum istum adducit, ac recenset.

Subiiciuntur præfatis verba alia in textu Septuag. Ab aqua autem aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longo viuas tempore, & adiiciantur tibi anni vitæ. Hæc humiliter verba ab originibus absunt,

A & à textu Complutensi, & Regio. Leguntur tamen in correctioni Vaticano, & etiam recensentur in Concilio Carthaginensi apud Cyprianum, vbi Nemesianus Episcopus à baptismate hereticorum abstinentendum suadet his verbis. Item Scholia Vaticani codicis adnotant eadem usurpata fuisse à Cypriano in Epistola ad Ianuarium & alios: sed in ea Epistola nihil horum verborum occurrit. Tamen ea legere licet apud Clementem libro tertio Pædag. cap. 2. vbfic afferit. Ab aliena abstine, & ex fonte alieno ne biberis, titillantis sensum delectationis fluentum nos vitare abnonens, ut viuamus longo tempore: adiucti autem nobis fuerint anni vita alienam voluptatem non venantibus. Et in Collectaneis Clementis sic additur. In veteri libro Reginæ hæc additio reperitur cum veterum Patrum interpretationibus, inter quas Didimus sic habet, ex Græco fideliter redditus. Abstine te ab aqua aliena, id est, doctrinam fraudulentam, & transuersum agentem fuge: nam apud Deum est fons vita, apud diabolum autem est fons mortis: ex fonte Dei manat virtus, & sapientia: ex fonte autem diaboli malitia, & immunditia. Ad illustrandam ista sententiæ multa peti possunt ex his, quæ diximus sup.c. 5.v.16.17.18.

Cœcilius  
Carthag.  
Nemesianus  
Episcop.  
Cyprian.

Cle. Alex.

Didimus.

## CAPUT DECIMVM.

**I**llius sapiens lætitiat patrem: filius vero stultus mæstria est matris suæ. 2. Nihil proderunt thesauri impietas: iustitia vero liberabit à morte. 3. Non affliget Dominus fame animam iusti: & insidias impiorum subvertet. 4. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. 5. Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem sterilitate, filius confusiois. 6. Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. 7. Memoria iustum laudibus: & nomen impiorum putreficit. 8. Sapiens corde præcepta suscipit: stultus cœditur labiis. 9. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias suas, manifestus erit. 10. Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis verberabitur. 11. Venia vitæ os iusti: & impiorum operit iniquitatem. 12. Odium suscitat rixas: & uniuersa delicta operit charitas. 13. In labiis sapientis inuenitur sapientia: & virginitas dorso eius, qui indiget corde. 14. Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusione proximum est. 15. Substantia diuitis, vrbs fori uudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. 16. Opus iusti ad vitam fructus autem impij ad peccatum. 17. Via vitæ, custodiens disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. 18. Abscondit odium labia mendacia, qui profert cœtum elianum insipiens est. 19. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. 20. Argentum electum, lingua iusti, cor autem impiorum pro nihilo. 21. Labia iusti erudiant plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. 22. Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio. 23. Quasi per risum stultus operatur scelus: sapië. 24. Autem est viro prudenter. 24. Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabatur. 25. Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. 26. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum. 27. Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur. 28. Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. 29. Fortitudo simplicis via Domini: & pauor his, qui operantur malum. 30. Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. 31. Os iusti parturit sapientiam: lingua prauorum peribit. 32. Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa.

## Parabola Salomonis.

**H**IC titulus extra sacrum textum aliqui esse voluerunt. Sed eorum iudicium supra in Ilagoge multis rationibus confutauimus. Vide ibi multa. Atque inde disces, quam apte hic Salomonis nomen iterum insertum fuerit: est enim in conuiuo sapientiae primus interpres, aut interlocutor.

**I.** *Filius sapiens latificat patrem: filius vero stultus mæstitia est matris sua.*

**F**ilius sapiens latificat patrem. Hebraicè, latificabit patrem eodem sensu. Iure optimo hæc sententia sibi vendicat inter alias priorem locum. Curo enim Salomonis mens sit, iuniores præterim informare, eosque suorum officiorum admonitos ad seftandam virtutem acuere, merito quidem à parentum gratia, & benevolentia, qua nihil adolescentibus antiquius esse solet, orsus est. Nam parentum gratiam pueros imprimis allicere testatur Socrates apud Platonem in Lyside, seu de Amicitia, vbi quædam præcepta tradens, quibus pueriles animi allestantur, à parentum benevolentia incipiendum esse docet. Et ab eadem ipse exorsus sit puerum Lysidem affatur, *Dic mihi, ô Lÿsos, ita te vehementer pater, ac mater ament!* Cætetum ut ad rem veniamus, *sapiens filius* hic appellatur honesti, rectique tenax, & hic lætitiam affert matris sua: *stultus* autem dicitur corruptis moribus puer. Et quidem verba, vt sonant, capienda sunt. Illud vero luce indiger, cur scilicet ad patrem lætitia de filiorum honestis moribus, ad matrem vero mæstitia & angor de eorundem corruptela peruenire dicatur: non autem ad utrumque lætitia pariter, & mætor. Nihil tibelle mysterij arbitratut Iansen. verum ad utrumque lætitiam, & angorem peruenire ex æquo, & in matre patrem, & rursus in patre matrem intelligi oportere.

Veruntamen rationem aliquam vestigare forfasse non pigebit. An fortasse propterea Salomon matris mætorem accommodavit, quia feminæ pro suo muliebri ingenio, dolore, ac mætore vehementius tanguntur, quam viri? Et rursus viri suopte ingenio alacres lætitia & gaudio magis eriguntur, quam feminæ? An potius quia maternus amor, & indulgentia erga filios maior est, quam paternus? Cuius rei optimam rationem obtulit Menander, ex ipso Arist. & alij. Cuius verba ex Græcis hausta originibus sic habent.

*Mater amat magis liberos quam pater,  
Suum enim filium ipsa cognovit, ille putat.*

Cum ergo patres non ita tenerè filios suos adament, eorundem malis minus sane tanguntur, quam matres. Lætitiam ergo ex filiorum bonis, quia magis grata: eam quidem vnde cumque possunt, homines captant, & libentius amplectuntur: tristitiam autem, & angorem, quia ex se ingrata accedit, vel refutant, vel quibus possunt rationibus, leuant. Hæc alij.

Sed omis his, alia occurrit ratio magis accommodata, quia illud valde contemptum est apud Physiognomos, filios matres suas forma, magnitudine, imo & indole referre solitos. Vnde Ioan. Taper. in Rubr. instit. de nuptiis, *Pueri* (inquit) *ut plurimum matrizzant*. Ob eam causam Lacedæmonij Nazianz. (vt tradit Diuus Gregor. Nazianz. ex Platone, & Plutarch. in vita Agesilai) Archidamum Regem

Tom. I.

**A** graui pecunia mulstarunt: quod pusilli corporis Galen. feminam vxorem duxisset: subinde dicentes sumi Auicen. rum, vt pusillos etiam, & imbelles Reges pareret: Aristot. vel (vt inquit Plutarch.) Reginas potius, quam Alb. Mag. Reges. Idipsum fatentur Galen. Auicen. Arist. Tiraquel. Magnus Albert. & alij, quos late recenset Tiraquel. ad 2.1. connub. no. 73. Adde etiam laudi verti filii, si matribus suis per omnia similes euadant, magis quam patribus. Statis lib. 1. Sylva bonam Statius. precatus puer indolem, sic ait.

*Mulsum de patre decoris;*

*Plus de matre feras.*

**B** Ex his fit, vt maius probrum, & contumelia ad matres perueniat ex filiorum prauis moribus, quæ ad patres, quasi nati ab ipsis degenerem indolem, & proclive ad scelera ingenium hauserint, & expresserint. Testatur id Salomon infra cap. 29. cum ait, *Puer qui dimittitur voluntati sua, confundit matrem suam.* Cuius ratio optima reddi potest, quia puer dimissus voluntati sua secundum indolem, & ingenij sui proclivitatem operatur, quod à matre imprimis accepit: atque adeò magnam matris suæ labem inurit. Ergo ob eam causam angor & tristitia matri iure optimo adscribitur de filij corruptela, & prauis moribus, atque adeò matrum imprimis interest filios probos educare, quod non parum eas mouere debet ad temperandam effusam illam in filios indulgentiam.

Sed tamen statim redit difficultas, quid causa sit, quod lætitia patri accommodetur. Non infior utrumque parentem tristari pariter, ac lætari propter filiorum probos, aut improbos mores, verum sicut matri ex præfatis capitibus mæstitia maior cotinet, it: sic etiam maior ad patrem lætitia venit. Altera ratio est Rodolphi: quia probitas filiorum patribus potius tribuitur quam matribus. Quia illi cum natis suis severius, & asperius agentes ipsis in officio continent: matres vero indulgentia iua filiorum mores sapienter corrumpere solent. Altera est, quia Pater in publicum progressus fit spectator honoris, & gloria, quam filius ob bene actionem vitam & probos mores obtinet: atque adeò necessum est maiori ipsum lætitia affici.

E Veruntamen si sacra Scripturæ phrasim captemus, alijs fortasse sensus accommodatior huic sententiae subest. Nam *latificare*, vel *lætitiam affere* in sacris sumi aliquando solet pro magnificare, seu magnum reddere. Item *mæstitia affere* idem sonat, quod vilem reddere, ac paruum, infra cap. 13. *Lux in filiorum latificat*. Hebr. latatur, id est, crescit. Septuag. *lux iusti perpetua*, eodem sensu. Est autem ibi verbū *שׁאַבָּה* Sachah, quod hic etiam occurrat, sed & Hebr. palmū *שׁוֹחֵךְ* Sochik, id est, lætu, & ridentem, magnū palmum appellant, paruum autem *שׁוֹבֵךְ* Gheceph, id est, mæstū. Ergo secundum hanc significationem perinde erit, *Filius sapiens latificat patrem suum*, ac si dicat, illū magnificat, & amplificat. Et *mæstitia est matris sua*, id est, illā de honestat, deturpat, & vilem reddit. Iuxta quā non erit difficile ex dictis venari, cur patri honor, & amplitudo: matri vero turpitude, & dedecus addicatur. In huc locum plurimas expositiones Morales, & mysticas conflat Hugo Cardinalis. Vide apud ipsum.

**II.** *Non proderunt thesauri impietas: iustitia autem liberabit à morte.*

**N**ON proderunt thesauri impietas. Septuag. Non proderunt thesauri iniqui, av. puer, id est, ex legibus. Hebr. *υπερβολὴ* Resagh, impietas, & impium

Ff iiiij

lonat. Licet autem conuictere, inquietum vel inquietum. Reperitur vox ista Matth. 27. in texu Hebraico, quam noster interpres Græcus transtulit ἐροτεατε δὲ, id est, reus est mortus.

*Iustitia autem liberabit à morte.* Hebræa similiter non dissont. Chaldaeus, Liberat à morte mala. Hispana Biblia habent, *La limosna libra de muerte.*

Duplicem ad sensum vocari possunt prima illa verba, *Non proderunt thesauri impietas.* Prior est Hugonis, qui thesauros impietas omnes diuitias, & fortunas appellari posse dicit, etiam iuste partas: quia scilicet diuitiae fere impietas administræ, & instrumenta sunt. Nam quamvis opes sint mediae

quædam, seu indifferentes res, quæ honestati, atque virtio inseruire possunt, tamen nescio qua ratione vitiis plerumque patrocinantur. Chrysost. hom. in illud Psalmi, *Frustra conturbatur omnis homo viuens, sic scribit, Diuitiae omnis sunt absurditas parentes, inuentrices malorum, corruptionis adiutrices, hostes continentiae, inimici temperantiae, oculisque omnia virtutis fures.* O miserum, ac stolidum genitum, quanta diligentia, & solicitudine claudit, obseruatque à furibus fores, qui dum ipsi domi assidentur, animum ipsum diripiunt, atque bonis omnibus spoliant, & alio demigrant! Sane Ecclesia decreuit, ne stiribus ad tēpla confugientibus illa patarent ad refugium: cuius rei optima ratio reddi solet: quia cum fures ingenio fere obsequuntur suo, verendum fuit, ne expilatis templi thesaurois aufugiant. Ergo cum diuitiae sint occulti omnis virtutis fures, stolidè agit, quicumque afferuat, & in templo cordis sui reponit, quas compertum est pro more suo expilatis onibus virtutum thesaurois ocyus abituras.

Vnde D. Basil. in hom. contra diuites auatos ad hanc sententiam allicit id, quod Christus Nūmulatiorum mensas in templo subuertisse, & pecunias estudiisse dicitur, *Vos ergo ( inquit Basilius ) templum Dei cum stirris, temere agit, si mensas, & pecuniarum aceruos in cordereponitis.* Tunc vero addit, *Cur fecisti templum Dei speluncam latronum ? Temere quidem agitis : quidquid enim virtutis, & probitatis adepti estis, furibus diripiendum offeratis, & templum Dei speluncam latrontum facitis.*

Sic expendo illa verba Chrysost. *Occultaque omnis virtutis fures.* Illud demum obserua, quod huic extremæ clausulae præmisit, *Hostes continentiae, inimici temperantiae.* Accipe modum, quo diuitiae templum Dei, quod nos sumus ( teste Paulo ) thesaurois suis spoliant. Imperantia certe, & continentia templi huius ædita est. Sic Tertullianus in libro de cultu feminarum, *Nam cum omnes ( inquit ) templum simus Dei, illato in nos, & consecrato spiritu sancto huius templi editua, & antistites pudicissima est.* Igitur diuitiae pudicitiam huius templi ædituam, & antistitem, ad quam tutela illarum spectat, primò expelli n. Si tamen, *Hostes continentiae, & inimici temperantiae.* Deinde thesaurois omnes, nullo defensare, auferunt, & diripiunt. Sed redeo ad priorem sententiam. Idem Chrysostomus diuitiis vitorum patrocinium s̄epe alijs tribuit, homilia 45. in Matthæum, *Boni mores ( inquit ) diuitias frequentes acquirunt.* *Diuitiae autem bonos mores nunquam fecerunt.* Mitto alia Chrysostomi testimonia. Pro omnibus autem sit illud Christi Domini proloquium, apud Lucam cap. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,* vbi opes non alia de causa iniquitatis mammonam appellavit, nisi quia plerumque iniquitati, & turpitudini obseruant, & vitiis patrocinantur. Lege Aug. serm. 35. de verbis Domini hæc acutissime versantem.

August. 10 Posterior acceptio illorum verborum, thesaurois

impieratis, est, opes contra ius, fasque impietate, atque iniustitia quæ sitæ. Sic Caietanus, Iasenius, Rodolphus, & alij. Sed quia angustior ea ratione redditur sententia, priori expositioni adhærens ex-

stimo omnes undeque siue iuste, siue iniuste quæ sitæ opes thesaurois impietas hæc appellari: nimis quia vel ex iniquitate, & impietate comparatae sunt, vel quia impietasibus administrant, & obseruant. Adeo etiam quosdam pro thesaurois impietas, conuertisse, thesaurois inquietudinis, quod vel ad ipsas diuitias referri potest: quibus nihil est instabilius ( ut dicemus ) vel ad opulentos homines, quos diuitiarum possessio plurimum iactat, & impellit, lege Chrysostomum ad illa verba homil. in Chrysost.

*Psalm. Sed & frusta conturbatur omnis homo, vbi inter alia sic habet, Commouentur aquæ, & iterum sedantur: monetur terra, & iterum subsidet: venti impellantur & tandem quiescent: flamma excitatur, & consumpta denique materia extinguitur. At vero homo cum semel pecuniæ cupiditate agitari cœpit, nunquam quiescit, nunquam definit: cum hoc accepit, ad illud cupiditate rapitur, & cum illud assequitur est, ad aliud impellitur: auro pallidior volitat, &c.* Hæc

Chrysost. qui motus istos, quibus diuitum animi quauntur, & impellantur, aquæ fluctuantis vadas, terræ impulsæ tremores, ventorum in se ruentium collisiones, & volumina, flamarum ex pyramicantium mobilitatem sua inconstantia superare docet. Nam aquæ detumescunt, terra resedit, ventus desævit, flamma sopitur: animus autem diuitiis semper agitur, & impellitur.

Sensus igitur verborum sic conformandus est. Non proderunt thesauri impietas. Verbum illud proderunt de futuro nos ad finem, & terminum vitæ transmittit: atque illud à morte, quod statim affuit, *Iustitia autem liberabit à morte,* ad priorem etiam clausulam aduocandum esse puto. Quasi dicat, Non proderunt thesauri impietas, ad liberandum scilicet hominem à morte: at iustitia hominem nec eripere potest. Sic autem prior pars cum posteriori optime concinit. Caiet. Ias. & Rodolph. hæc de temporali morte accipi posse suadent: alij ad æternam referunt. Illi non omnino displicant, sed tamen hi perplacent. Et quidem thesaurois, & diuitias nihil prodessere abeunti, & lucem hanc deserenti homini perspicuum est. Sicut enim euenire solet, vt pecunia, quæ in uno regno in usu est, vbi ad fines alterius regni venitur, non prospicit, nec valorem habeat. Sic etiam quamvis in hac vita diuitiae, atque pecuniarum cumuli magni habeantur: tamen vt ad fines, & extremas futuræ vitæ regiones ventum est, iam inde nec prospicunt, nec valent. Non enim hominem morti eripere, non judicem fletere, non Angelos, aut Diuos conciliare, non denique dæmones corrumpere poterunt, Non inquam, proderunt. Græci quidem pecunias appellant γένεσις, ab utilitate, id est, utilia, vel quæ prospicunt, & usi sunt. Sed tamen à Salomone refutantur, cum ait, Non proderunt thesauri. Quasi dicat, falsò utilia dicuntur, quæ nec prodessere poterunt, nec usi aliquo tunc futura sunt. Et quidem nulli usi tunc futuras esse pecunias suadet utilia definitio, quā tradunt iuris periti ad l. quod dicitur S. fin. ff. de impensis in reb. dotal. factis, vbi illud utile esse docent, quod rem meliorem facit, aut deteriorem esse non finit. Adduntque nomine utilis venire etiæ uitiationem damni, l. si quis hominem, S. fin. ff. ad exhibent. Cum ergo diuitiæ in eo articulo, nec meliorem reddat possessorem, nec deteriorum fieri sinant, nec ad damnū aliquod ex his, quæ illi impendér, propulsandū proficiant: planè il-

las inutiles esse, & nihil omnino prodessere fateri debemus. Huc spectant verba Pauli. 1. ad Timot. 6. num. 9.

Chrysost.

8

Basiliss.

Tertull.

Chrysost.

Luc. c. 16. num. 9.

August.

11

12

10

Nam quod volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & in multa desideria iniuria, id est, desideria inutilium, & minime profectarum ierum, Quid enim prodest homini, si uniuscum mundum lucretur, anima vero suae detrimentum patiatur? Eadem sententia occurrit infra cap. II. vers. 14. & Eccles. 5. vers. 1. & alibi.

13  
Isaiae 58.

Ioan. 6.  
num 63.  
Paul. ad  
Hebr. 13.  
num. 9.

Chrysost.

14

15

Caterum illud non proderunt, iuxta modum loquendit titum in scriptura idem est, quod Oberunt, aut nocebunt, Isaiae 58. si desideris extendere digitum, & loqui, quod non prodest, id est, quod aliis documento est. Septuaginta, Verbum murmurationis. Ioann. 6. Spiritus est, qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Quasi dicat, caro autem occidit, & Paulus ad Hebraeos 3. Optimum est gratia stabilitate cor non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis, id est, quae plurimum nocuerunt. Pari ergo ratione Salomon ait, Non proderunt thesauri impietas, quod perinde est, ac si dicat: obterunt valde, atque nocebunt, quia non modo hominem à morte non vendicabunt, sed ipsam illius mortem quodammodo augebunt. Profecto bene actum est cum diuitibus, si eorum opes tempore obitus inutiles solum redderentur, & nullius usus ad moriendum. Ulterior addo nocere plurimum, & diuitis salutem certissimo periculo exponere. Misericordia crimina, & peccata quae parandis pecuniis, & quae opibus deinde patrocinatibus admittit, quae illi animam agenti obseruari necesse est. Nam licet haec omnia decessent, sola diuitiarum copia, & affluentia hominem proxime moriturum angit, & salutem eius in certissimum discrimen adducit: quatenus mortem amaram magis, atque difficilem reddit. Diuitis, & opulentia hominis mortem duplē docuit: Chrysostom. apud Antonium in Melissa. Sic enim ait, Mors diuitia, & fortunati hominis duplex, quae verba, si, ut sonat, capiantur, frigidam sententiam claudere videntur. Erit enim sensus: diuitem duplex mors, id est, temporalis, & æterna inuidit. Frigidam autem sententiam ideò appellaui: quia idem de quo quis homine, qui in peccatis decessit, enunciari possit. Ergo verba Chrysostomi sic interpretor, Mors quidem nihil aliud est, quam animi separatio, & decessus. Cum ergo animus diuitis non modo à corpore, in quo est: sed etiam ab opibus, quibus tenacissime adhærebat, tunc denique separatur, bis quodammodo moritur, atque duplē mortem oppedit. Et sane eam ob causam ad diuitem illum opulentissimum, qui multa aggerauerat bona in annos plurimos, dictum fuit, Hac nocte animam tuam repetent, &c. id est, iterum, atque iterum petent: semel à corpore, cui ineſt: iterum à pecuniis, quibus affixa est: id enim sibi vult verbum repetent. Ad hanc aliter duplē mortem accipere possumus: naturalem quidem alteram: & alteram ciuilē. Nam ut habetur, I. i. §. ultimo, ff. de contract. tab. & leg. 4. ff. de bonis liber. & alibi. Deportati, seu extores, & aqua, & igni interdicti, & omnes, quorum bona proscribuntur, mortuorum loco habentur, quia nimur omnes hi mori ciuiliter dicuntur. Duplex ergo diuitis mors, naturalis, & ciuilis: naturalis quidem, quia animus à corpore decedit. Ciuilis, quia si talis bonorum spoliatio, & priuatio, exilium, & deportatio sine morte fieret, qualis morte intercedente contingit: per hanc sanè hominem ciuiliter emori diceremus, atque illum adjudicaremus vita functis. Igitur bis homo iste moritur, & mors morti conserta, & implicata est. Hinc autem sit, ut mors illi longe grauior, ac difficilior sit, quam pauperi, & nullius census homini. Merito igitur Salomon ait thesauros, & amplissimas

A opes non prodesse ad hominem morti eripendum: sed obesse plurimum, quia videlicet mortem conduplicant, & noua (ut ita dicam) morte cumulant.

Septuaginta habent, Non proderunt thesauri ex legibus, Græcè ἀριστος profecto nūmos plerique dictos putant, quasi rōpus, id est, regulas, seu leges: vel quia legitimi, & lege taxati sunt: vel quia estimationem, & pretium aliarum rerum per ipsos tanquam per constantem quandam regulam mensuramus. Addo nouam huius nominis rationem, quam obtulit nouus autor Petrus Greg. de Repub. Pet. Greg: scilicet nūmos, ἀπό της rōpus, id est, à lege, & regula originem trahere, quia secundum leges, & iustitiae regulas canones parandi sunt. Hanc verò Etymologiaz rationem petit ex veteri authore, qui dixit, Dinitem, si iniustus sit, nūmos: si autem iniustus, pecunias tantum habere. Innuens nimurum nomine nummorum censeri non posse, nisi tantum pecunias iuste, & legitimè partas. Ergo Salomon ait, Non proderunt thesauri ex legibus. Græcè ἀριστος. Et quidem apte, quia apud anomos nummi esse non possint quos ἀπό της rōpus, dictos fuisse constat: neque legitimi cum sint, apud exleges diu perseuerare possunt. Nam quemadmodum iudices, atque magistratus humani eius apud quem adulterinos, aut pondō suo imminutos nūmos inueniunt, ex legum decreto bona proscribunt, & publicant, ipsumque incendio adiudicant. Sic etiam supremus omnium Iudex Deus eos, apud quos pecunias inuenierit contra ius, fasque paratas (quae videlicet propterea nummorum nomen ferre non possunt) simili modo spoliatos bonis omnibus gehennæ ignibus contradet. Quod enim apud humanos magistratus sunt adulterini nūmi, hoc apud Deum iniuste parti: capropter eos, qui ex his ditescunt: similibus pœnis subiicit. Id quidem sibi voluit Diuus Ephrem contra diuites, cum ait, Si enim adulterantes pecunias contra leges, lex punit: Deus etiam eos, qui contra iura sua adulterinas opes sibi parant, merito spoliat. Addo etiam merito incendit, illosque æternis gehennæ ignibus tradit. Apte igitur Salomon cum ait, Non proderunt thesauri anomia: imò nocebunt maximè, quia nimur anomia nūmos habere non possunt, hoc est, legitimas & iuste partas pecunias. Illæ autem, quae per iniuriam quæsitæ sunt, pro adulterinis sunt apud Deum. Quapropter eos apud quos inuentæ fuerint, bonorum omnium proscriptione, & æterno simul incendio iustissime condemnat. Et quidem spolationem bonorum sepius præmittere solet ante obitum viri iniusti.

F Denique extrema illa lectio, Non proderunt thesauri rei mortis, apertam claudit sententiam, id est, his, in quos mortis sententia lata est, quosque tandem emori necesse est, haud prodesse possunt opes, & fortunæ, id est, inutiles sunt, & nullius emolumenti. Nihil sane hominum mentibus diuitiarum contemptum, & despiciuntiam facilius suaderet, quam mortis certissima expectatio, cuius se communi fato, ac lege reos esse cuncti noverunt. Contemplare hominem post latam sententiam neci deuotum, quam parum iste ad se de copiis suis, atque diuitiis pertinere existimabit, quam liberaliter ex illis expendet, donabit, profundet, quae citius dimisurus est? Si autem is, cui mors ineuitabilis, quae jam-iam impendet, pretio aliquo id emere, ac comparare posset, ut mors leuior & facilior esset, nonne libenter omnia sua bona in hanc vnam rem conferret? Ita sanè. Facile enim adduceretur, ut sibi iam minime profecturas opes pro tali, tam grato, &

tam iucundo compendio exhiberet. Non alia quidem conditio est hominis diuitis: lata sententia est, quæ illum neci addicit, ac deuouet. Cum igitur illum emori necessum sit si sapit, opes, velut ad se iam minimè pertinetes, parum curare debet: qui uero potius easdem in pauperes, atque alios honestos vius liberaliter erogare. Atque eo libenter id præstare oportet, quia hoc pretiosi non profuturo morte in quandam facilem, leuem, imò gratam, iucundam coëmtere potest. Ob eam rationem ait Salomon, *Non proderunt thesauri res mortis.* Quæ dicat, vosmetipso mortis reos, & pronunciata sententia neci adiudicatos cogitare, ac tunc diuitias, & fortunas, quas haec tenus cumulastris, vel cu[m] nulare optatis, nihil profuturas, inutiles prorsus, & nullius usus esse iudicabitis: atque adeò velut despectissimas, vilissimasque res contemneris, profundetis, dissipabitis. Addit.

*Instititia autem liberabit à morte.* Iustitiae quidem, atque mortis significatio anceps est in hoc loco. Nam *iustitiam* alij pro iustitia proprie dicta, quæ suum cuique defert: alij pro virtute in vniuersum, alij pro eleemosyna capiunt, quæ passim in scriptura nomine iustitiae censerunt. Psalm. III. *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet,* &c. & alibi. Mortem item alij ad temporalem, alij ad æternam referunt. Lyra ergo de iustitia illa interpretatus est, quæ reddit singulis, quæ sua sunt: hanc verò ab æterna morte hominem liberare dicit. Sed tamen Beda, Rodolphus, Iansenius, & Caietanus de virtute in vniuersum capere malunt. Itaque Salomon iuuensem ad honestatem capessendam magis quam ad diuitias, opesque cumulandas promptum reddere volens, sic eundem alloquitur, *Non proderunt thesauri impietatis:* nimurum ad liberandum hominem à morte: iustitia verò, id est, virtus, & honestas proderit plurimum ad hominem à morte vendicandum, & in vitam afferendum. Ac si dicat, dimisso studio, & solicitudine facultatum, virtuti parandæ stude, & incurbare. Et quidem Caietanus, & Iansenius, de morte temporali exponunt, alij de æterna: non valde curo. Idem Iansenius, cui fuit Hispanica translatio, de eleemosyna etiam interpretari posse docet. Quæ interpretatio optime etiam cum priori hemisticchio assuitur. Et quidem eleemosynæ hanc facultatem à morte liberandi passim tradit scriptura. Tobiae 12. *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis quam thesauros aurirecondere, quoniam eleemosyna à morte liberat,* &c.

Quod quemadmodum verum est de morte æterna, à qua vendicat impetrando gratiam, & iustificationem: sic etiam de naturali morte. Quia illi, qui liberaliter, & effuse pauperibus erogant, suis quidem facultatibus tuentur vitas illorum, atque illos alioqui perituros, neci eripiunt: propterea merentur, ut Deus vicissim eorum vitam tueatur, & afferuet, atque illos nonnunquam etiam alioqui interituros à morte liberet. Pergo ad alia.

III. *Non affiget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.*

**N**ON affiget Dominus fame animam iusti. Hebraicè, *Non esurire faciet Dominus animam iusti.* Est autem verbum originale **Raghab**, quod est famescere, & ut quidam curiosius obseruant, fame accendi, vel arescere. Nam verbum illud ex alio per literatum commutationem fluere existimat, scilicet ex **Bazbar**, quod est ardere, & arescere. Itaque licet conuertere, *Non arescere*

A faciet fame Deus animam iusti. Septuaginta, εἰ μόνον οὐδὲν εἴη, Νον ὀccidet fame Deus animam iusti. Sic legit Diuus Hieronymus in cap. 63. Isaæ. Inde fit **λιμονία**, quo nomine apud Galenum, & Hieron. pocratem censetur famæ illa, quam vulgo dicimus **canina**. Symmachus, & Theodotion habent & λιμονίου, id est, *Non sufficiabit fame, quasi angona.* Eit autem **λιμονία**, apud medicos famæ quedam, quæ ex diurna inedia accidere solet, quæ ob longam insolentiam cibi guttur astringit, & fauces præcludit: ita ut escis non sit aditus aliquid ad stomachum: quam quibusdam Sanctis post longa ieiunia quibus se confecerant, euensis constat: nimurum Sanctæ Catharinæ Senensi, & Diuino Petro Martyri, & aliis. Huius famis, quæ angina instar strangulat, meminit Basilius in cap. 8. Isaæ circa Basilius finem vbi sic ait, *Affixi vos, & fame quasi angina affeci, ut bene tibi facerem.* Quæ verba producere videtur ex aliquo authore sacro: sed vnde, ignoro. Elegantissime illam describit Egesippus lib. 5. de Egesipp. excidio Hierosolymitano cap. 24. *Interclusis iam faucium meatibus strangulabantur, obrigerant interiora viscerum, obstructi erant ductus ciborum, aruerant iecoris venæ, quæ cibos attrahunt, parierat usus, & auiditas cumulabatur, virtus defecerat, & appetitiam manebat.* Denique est alia etiam extrema, & lethalis famæ, quam medici **σύντονος** vocitant, vulgo **Bulimiam** quasi bouinam famem, seu bouis instar magnam, sicut alia multa Græci. Nisi forte Plutarch. tarto fides haberi debeat. Questionum conuiuialium lib. 6. cap. 8. vbi afferit περὶ literam iuxta Aeolicum idioma mutatum in ε, atque idem esse **γένεσιν** quod πάλιον, seu πόνιον, id est, plurima famæ, vel plurimarum rerum famæ. Hanc famem, si vere **Bulimia** est idem, quod bouina famæ, huic etiam loco accommodare licet. Nam vt iam obseruauit hic est verbum **Ραγβα**, ad quam radicem referunt aliqui vocem, **Ῥαγοθ**, quæ habetur Genes. 4. nesis quarto de vaccis illis macilentis, & famelicis, quas per somnum vidi Pharao, pro qua noster interpres transtulit, **ῥάδε**, alij **male aspectu**. Si verò id minus placeat, atque vocem illam fluere putas à **ῥαγ**, quod est **malus**: profecto cum statim additur, *Et esuriit tota terra Egypti: fame nimurum per hasce vaccas significata, adest ibi verbum Raghab.* Quis autem dubitet vaccas illas famelicas E bouinam esuiriem notare, quæ totam **Ægyptum** oppressura erat? Itaque in eo verbo est etiam aliquod vestigium bulimia: sic autem fit, vt locus iste secundum diuersas translationes omnes morbidæ, ac lethali fami species complectatur, scilicet, **Limociniam**, **Limonachin**, & **Bulimiam**.

E *Et insidias impiorum subuertet.* Hebraicè, *Et prauitatem impiorum expellit.* Sic Pagninus, Caietanus, & fractionem, alij vanitatem. Ceterum vocem Caietan. **Hauag**, vulgatus saepe alias **insidias** conuertit, Ps. 56. n. 2. Psalmo quinquagesimo septimo, Donec transeat Ps. n. 5.

F *iniquitas.* Hieronymus **insidia**. Et Psalmo quinto, *Cor meum vanum est.* Hieronymus, *Cor eorum insidias.* Septuaginta, *Viam autem impiorum euertet.* Ex Hebraicibus vero plurimi conuertunt, *Et opes impiorum expollet*, seu euertet. Nam vox illa **Hauah**, diuitias apud ipsos passim significat. Sed tamen quamvis translationes dissimiles esse videantur, omnes profecto in idem recidunt: nam nomine insidarum viæ malæ, vanitatis, & aliorum diuitias iniuste partas notari crediderim: sic enim antithesis huius posterioris partis ad priorem venustr euadit, vt postea dicemus.

Duplicem famem hic interpretes contemplantur: animi alteram, quam spiritualem appellant: aliam corporis, quam naturalem vocitant: diversu

**August.** autem diuersimodè, alij de alia interpretantur Salomonem, Diuus Augustinus sermone 161. de tempore, Diuus Cyprianus vbi supra de fame naturali exponunt: hic verò iusti nomine misericordem accipit. Sic enim habet, *Metus*, ne pauperium tuum deficiat, si operari largiter cæperis? Quando factum est, ut iusto posse deesse subsista vita: cum scriptum sit, non occidere Dominus fame animam iusti. Itaque apud Cyprianum perinde est, Non occidet Dominus fame animam iusti, ac si dicat, non patietur Deus iustum, & misericordem in egestatem, & angustias rei familiaris coniici. Hærent Cypriano Iansenius, Caeteranus, & Rodolphus: præterquam quod nomine iusti probum hominem, & virtute præditum in vniuersum accipiunt. Et quidam sententia in vtrumque aptissime cadit, siue in probum, siue in misericordem virum. Ad virum probum spectat illud Hesiодi in Ergis.

**Hesiодus.** Nunquam inter homines iustos fames versatur.

*Hu enim infert terra multum viatum.*

**Paul. I. ad Cor. II. num. 45. Ariſtoph.** At inquires, nonnunquam Deus famem immittere solet iustis hominibus: deos exercendos. Sic Paul. I. Cor. II. In fame, & siti, in frigore, & nuditate. Non infiōr. Imò addo Deum iustos homines fame exercitamenti, palestræ, & disciplinæ gratia vexare solitum. Nam ex Græcis Aristophanes apud Stobæum, Fames (inquit) morum est magistra: & alijs etiam ex Græcis Comicis.

*Fames docere multa mortales solet.*

**Luc. cap. 4. num. 2.** Deus ergo in homines pios famem inducit ad eruditionem, ut illa, tanquam optimo magistro ad virtutem, & honestatem vtantur. Et quidem magister hic non tantum ad prima elementa virtutis perdocenda tribuitur, non modò ad rudes, & heberes acuendos: sed etiam ad sp̄ientissimos Doctorē informandos. Doctor Gentium Paulus hoc magistro vsus est, & cum alios pietatem, & fidem edoceret, ipse à fame edocebat, *In fame, & siti, in frigore, & nuditate.* Sed & Christus Dominus famem sibi ipsi magistram aptauit ( didicit enim ex his, quæ passus est teste Apostolo ) famem autem non semel perpeti voluit: præsertim cum post quadraginta inediæ dies, vt scribitur Luc. 4. Postea esuriit. Deus autem fame peccatores corripere, accurate solet. Cæarem ferunt dixisse idem sibi consilium esse aduersus hostes, quod plerisque medicis aduersus morbos, fame potius, quam ferro superandi. Haud aliter Deus contra eos, quos vincere, ac sibi suisque legibus subiugare vult, famem adhibere solet, ferro, id est, gravioribus suppliciis parcens. Hac similitudine vsus est Basilius in homilia, Quod Deus non est author malorum. Sed luculentissimè in cap. 8. Isaiae ad illa verba, Et veniet super vos dura fames, & erit postquam esuriens, maledicet Principi & Patriæ institutis, & sufficient in cælum sursum: sic habetur in translatione Septuaginta. Subdit verò Basilius, *Qui omnia dispensat, ac moderatur Dominus, ad procurandam hominum salutem nonnunquam famem inducit, ut eorum consulat vilitati: præduram igitur famem dicit, quæ in eis maiore confessio operatur, haud penitendam salutem.* Cum autem mœrere intabuerint, seque gracerarint tristitia, quæ secundum Deum est: tunc maledicent principi, & patriis moribus. *Quis iste est princeps?* Princeps scilicet mundi huius, cui maledicunt, quos pœnit male alterum: maledicent moribus patriis, hoc est, operibus diurna consuetudine inolitis: & sufficient in cælum sursum, quia oculos erecturi sunt in cælum, qui prius eos terram versus deflectebant, nec poterant sublimitatem apprehendere diuinorum speculationum. Haec tenus Basilius.

**Basilius.**

**27** *Esuriens, & dedisti mihi manducare, &c. Quod enim vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* Huc ergo non limoctonia, non bulimia, non denique limonanchis vexavit: hæc enim sunt faras lethalis

**A** lius. Sicut enim auceps rapacem alitem fame temperat ad volatum, & prædam: sic Deus, quos ab infirmis, in quibus desident, ad supra sublimes ferri, & euolare vult, fame etiam disponit. Sic enim ait Isaías 8. Et erit postquam esuriens maledicet Principi, & patriis moribus. Ita nimis deſeretis, Et ſufficient in cælum ſurſum, id est, ſuſpiciens, aspirabitis ad ſuperiora, & tanquam coeli petat quædam aliæ ad cœleſtia contendetis.

**B** Ex his conſtat famem quandam eſſe bonam, & bona ſuadentem. Non ergo de iſta fame Salomon accipiens eſt: ſed de illa alia, de qua Poëta cecinit, *Et male ſuada fames, & turpis egeſtas.* Eapropter pro illis verbis, Non affliget Deus fame animam iusti, Septuaginta ſubſcripſerunt: *Non immittet limoctonia:* quam vulgo famem caninam vocant, vel caninam appetentiam. Dicitur autem fames canina, quia canes præſertim acri fame ſtimulantur propter nimium calorem. Vel certè ut alij curioſius perſcrutantes huius appellationis originem, caninam famem propter impudentiam dictam volunt, quemadmodum quoſdam Philosophos Cynicos, id eſt, caninos veteres dixerunt ob miram illorum libertatem, & impudentiam, ut tradit Diuus Augustinus inſtrā. Eſt *August.* enim canis animal impudentiſſimum ex censura ipſius Sacræ Scripturæ Isaiae capite 56. *Et canes Isaiae 56. impudentiſimi neſcierunt ſaturitatem.* Fames autem canina illa dicitur, quæ pudorem adimit, & frontem perfricat, & ad quidlibet audendum proicit. De hac fame loquitur Valentinianus Cæſar capite in Valentinianis nouellis titul. 2. De parentum bonis, quæ filij distraxerunt, *Nihil* (inquit) turpe, nihil vetitum esuries credit, ſola cura eſt, ut qualicumque forte inuenitur. Egesippus libro quinto de excidio Hierosolymitano capite 18. *Omnem* (inquit) affectum excludit fames, ſed maximè recundiam. Basilius homilia contra diuites auatos, *Basilius.* postquam hominem famelicum eleganter descripsit: ſubdit in hunc modum, *Quid fames non cogit?* Naturæ leges ſep̄e peruertere, ac transgredi multa ſuadet, & hominum corporibus, vel propinquorum vesci, Matrem, quem peperit natum, impulit, ut in venire male recondaret, quam tragediam Iudaica commemorat *Historia.* Adhuc etiam in oratione 15. de avaritia, famem cum pudore, & paterna pietate pugnantem inducit: ſed fami denique palmam adducit, *Et tandem* (inquit) *Pater ſep̄e incitat, ſep̄e retractus manus dat incredibili fame viatuſ.* Hanc ego famem caninam, impudentem ſcilicet, & maleſuadam ad flagitia cuncta impellentem nunquam iustis immisurum Deum docet Salomon, cum ait, Non affliget Deus fame animam iusti, & non portentori, id eſt, non iniicit illis caninam, hæc enim pugnat cum iustitia, & honestate. De hac meritò Basilius in ea homilia contra diuites auatos ait, *Humanarum calamitatum caput eſt fames,* quia Deus non eſt autor malorum, Fames (inquit) & ſic citas plaga ſunt hominum peccata immodica punitentes.

**F** Cæterū ſi nomine iusti misericordem, & liberalem erga pauperes accipiamus cum Cypriano, *Cyprien.* longè verior euadit ſententia, Non affliget Deus fame animam iusti. Quomodo enim Deus fame cruciari ſinat illum, qui ſuam ipſius esuriem toties leuauit, iuxta illud.

*Esuriui, & dedisti mihi manducare, &c. Quod enim vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* Huc ergo non limoctonia, non bulimia, non denique limonanchis vexavit: hæc enim ſunt faras lethalis

31

Galenus.

Aristot.

Plutarch.

Aristot.

32

Paul. ad Ephes. 4. num. 31.

33

Chrysost.

Genes. 41.

Abac. 3. num. 4.

diuersa genera, quæ supræ enumeraui, quorum omnium in hoc loco secundum varias lectiones mentio occurrit. Aberit igitur quam longissimè à viro misericorde canina famæ: nam ut author est Galenus libro tertio Aphorismorum capite 21. famæ canina ex dupli capite euenire solet, sic enim ait, *Cum canini appetitus fieri consueverint, vel propter temperaturam frigidorem, vel propter humores acidos, quos exorbuit os ventriculi.* Accedit Aristoteles problem. sectione octauo qu. 4. qui docet hanc esuriem, seu caninum appetitum, frigido hyberni tempore præfertim accedere. Ex frigore autem euenire eo argumento conficit Galenus, qui illam vini meti potio soluit. Plutarclius etiam infra docet caninam esuriem his præfertim accidere, qui per altam niuem iter faciunt. Quomodo autem famæ ista ex frigore eueniat, tradit Aristoteles his verbis, *Frigoris enim calorem nostro corpori intro compellens, & contrahens, insatiabilem illam edendi cupiditatem inicit, atque incendit.* Itaque caninam esuriem duo præstare solent: alterum est frigus externum calorem intro compellens, *Non ergo affliget Dominus canina fame animam iusti;* id est, misericordis. Hæc enim tunc spiritualiter contingit, cum charitas, & dilectio externa erga proximum refrigerescit, & totus calor, id est, amor ad interiora impellitur, hoc est, cum homo semetipsum impensis amat, nullam proximi rationem habens. Vir igitur misericors, qui sua bona liberaliter erogans, dilectionem proximi exterius, atque per sui amorem interius non ardet, caninam famem pati nullo modo potest. Posteriorem causam caninæ appetentiæ tribuit Galenus acidis humoribus, quos ventriculos exsorbet. Hoc autem spiritualiter accidit, cum in animo deficit, dilectio erga proximum, succeditque odium & amaritudo, quæ longissimè etiam abest à viro misericordi. Et quidem hanc caninæ famis radicem euellere voluit Paulus ad Ephes. 4. vbi ita ait, *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis. Estote autem benigni, & misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.* Non igitur affliget Dominus fame animam iusti, id est, pīj atque misericordis viri canina fame.

Rursus non eueniet viro liberali, & pīo bulimia, quæ est secunda famis species. Libet hīc adscribere ex Plutarcho quæst. coniugal-lib. 6. cap. 8. morēn, quo apud veteres in coniuiis siebat bulimia exterminatio, Alterum (inquit) ex seruis virgis cædeb. int, & severius flagellatum, pessundatum, cæsumque dehinc domo expellebant clamantes: *Foras bulimon, intro opes, & sanitatem.* Hæc ille. Sanè opes, & diuitiae curū liberaliter expenduntur, homini obseruant, & promancipiis sunt, (vt alibi docuimus ex Chrysostomo, Seneca & aliis.) Quo ergo mancipia isthīc flagellata, & pessundata, id est contempta, & despœcta domo eiicit, & in pauperes liberaliter expendit: hic verius pronunciare, & proclaimare potest, *Foras bulimon, & intro opes, & abundantia.* Atque in hunc optimè quadrat illud, *Non iniicit Dominus bulimiam in animam iusti,* hoc est misericordis viri. Rursus si nomine bulimia, bouina famem accipiamus, ut supræ animaduerti: succedat memoria historia, vel insomnium potius septem vaccatum famelicatum macie, & tabo confectorum Genes. 41. quæ totidem alias pingues deuorantes, & deglutientes nihil crassiores, aut pinguiores ipsæ factæ sunt: in quibus auarorum mores licet contemplari, qui cum plurimos alios deuorent (sic etiam de auaris Abachuc. 3. Exultatio

A eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito) non tamen propterea ad pinguiorem ipsi fortunam veniunt, quos Cræsos quidem fortasse videoas, non tamen Crassos. Nam quamvis diuitiarum infinitam vim aggerauerint, inter copias ipsas sorcent, & macri sunt. Aptè ergo Salomon, *Non affliget Deus bulimia animam iusti, & misericordis,* id est, nequaquam illi vaccinam, aut bouinam famem immitter, qui sua bona liberaliter expendit. Ad hæc si bulimon, idem sit, quod πονμα, id est, plurima, vel plurimarum rerum famæ, hæc etiam auarorum est propria, & germana famæ, multiplex scilicet: una enim extincta, denuo noua, & recens alia reaccenditur: auditas enim, & appetentia illorum insatiabilis est, finem & terminum ignorat. Hanc verò Deus à misericorde longius esse iubet.

Denique vir misericors limonachin perpeti non potest, nimis famem illam, quæ adinstar anginæ

34

Budæus.

guttur strangulat. Budæus expendens vim verbi, πονμαχοίς, est inquit fame, quasi angina suffocare, citatque Basiliūm, ubi supræ additque πονμαχού, appellari eam famem, qua Midas ille Phrygus enectus dicitur, qui cum à Baccho postulasset, vt quidquid corpore attractaret, in aurum commutata natura migraret, fame deum confectus est, alimentis, cibisque in aurum abeuntibus. Quid figmento innuerit voluit antiquitas auaros, quo plures diuitias naeti sunt, ed maiori earundem appetencia vexari. Et quidem (nī fallor) ad Phrygium illum Midam asperit Basilius, cum homilia in ditescentes auaros ex his alerum describit his verbis, *Quemadmodum per infantiam, & ebrietatem mente moti res probe non vident: sed pro morbi sui ratione quævis*

D *imaginantur: sic anima sua auaritia possessa cuncta aurum, cuncta argentum respicit. Libentius vides aurum, quam solem. Quicumque vides, in aurum verti cupis, dasque operam quoad possis, vt liceat. Frumentum tibi in aurum vertitur, vinum in aurum concrefit, lanæ transiunt in aurum. Quid plura? Scipsum denique generat aurum, dum per fæsus tantore redditur auctius: nec enim satietas, aut finis cupiditatis inuenitur.* Hæc Basilius, qui quidem Midæ illius vetus commentum & asperisse, & soluisse mihi videtur. Nam quod ille omnia, quæ attigisset, in aurum verti postulauit, auari mores innuit qui cuncta, quæ haber, frumentum, lanam, vinum, &c. vendere, & in aurum redigere desiderat, vt in thecas, thesaurosque coniiciant. *Quod autem cibus etiam in aurum illi vertebatur notat auari fôrdes,* qui vt pecunias, aurumque cumulet, cibo parcit, & semetipsum inedia necat. Id vero à Baccho postulasse dicitur, vt significetur auaritiam ebrietati, & temulentia ad similem esse, vt supræ docuimus cap.

35

Basilius.

*4. vers. 17. Quid spectuit Basilius supræ, cum ait, Quemadmodum per ebrietatem mente moti, &c. Ex his autem constat auaritiam merito, limonanchim, appellari. Nam hæc famis instar ad anginæ, quæ guttur astringit, & aditum escis præcludit. Auaritiae isthæ conditio est, quæ fauces adstringit, atque aurum comedere non finit. Et quidem hanc inter*

Eccles. 6. num. 1.

*deplorandas auari hominis miseras recenset Eccles. 6. Est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, vir, cui dedit Deus dignitas, & substantiam & honorem, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, &c. Quid plura? Virgil. Hæc famæ illa, de qua Poëta cecinit, *Auri sacra famæ, quæ auaros anginæ instar præfocat:* hæc etiam illa πονμαχού, id est, argenti angina, qua Græcus Poëta in Demostenem suæ orationis patrocinium vendentem lusit: & iam inde in quoсumque*

*Agellius.* quoscunque homines lucti audios iactari consuevit (authore Agellio libro II. cap. 9. & Plutarcho in Demosthenis vita.) Ab ista ergo fame virum iustum & misericordem, & pium, liberum, & immunem futurum esse docet Salomon, cum ait, *Non suffocabit Deus fame tanquam angina animam iusti.* Sic enim habet Symmachi translatio.

*Basilius.* Secunda expositio huius loci est Dini Basilij, in cap. I. Isaiae, Bedae, & Hugonis in hunc locum, qui haec verba non de corporis aliqua esurie, sed de animi fame interpretanda esse suaderi contendunt ex eo, quod animæ meminit, non corporis. Basilius sic habet: *Non interficiet Dominus animam iustam fame, non enim hic loquitur de fame corporis* (utique enim dixisset de corporibus iustorum) *sed de inedia animalium.* Hugo de fame verbi Dei, aut de fame iusti iæ, iuxta illud, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam:* vt sensus sit, *Non affliget Deus fame animam iusti.* I. famem afflagentem non illi immitet, sed consolantem, & delinientem: talis enim est famæ verbi Dei, & famæ iustitiae. Licit præterea (inquit Hugo) de fame vitorum interpretari: triplicemque famem enumerat his verbis: *Quid est luxuria, nisi famæ insatiabilis voluptatum? Quid superbia, nisi famæ insatiabilis dignitatum? Quid auaritia, nisi famæ insatiabilis facultatum?* Que quidem concinunt cum ys que Ioan. dixit: *Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia iæ.* Sed tamen licet ratio, qua Basilius conficit locum istum de spirituali fame capiendum esse, non sit valde robusta (nam in scriptura nomine animæ vita, non nunquam etiam ipsam personam significatur: quod quam sit compertum nemo ignorat. (Cæterum ut tanto Patri morem geram, addo triplicem illam famem lethalem, quam ex hoc loco aucupatis sumus (scilicet limoctionam, bulimiam, & limonanchim) cum triplici illa appetentia, quæ Ioannes recenset, accommodatissime congruere. Nam primo carnis concupiscentia, seu appetitio voluptatum, & luxus, limoctionia merito appellatur. Hanc enim caninam famem dici supra monimus, idque nomen ab impudentia canum tulisse: quemadmodum Philosophi quidam olim Cynici dicti sunt. Cuius nominis rationem obtulit Diuus Augustus in lib. de nuptijs, & concupiscentia, his verbis: *Cui verecundia naturali Cynicorum error reluctatus est, quandoquidem hoc, quoniam licetum esset honestumque, cum coniuge palam faciendum esse censebant.* Vnde merito immunditia huius impudicitia caninum nomen accepit: ex hoc quippe Cynici nuncupati sunt. Merito ergo luxuriam, & venereum appetentiam famem, ut invenimus, id est, cynicam, aut caninam appellabimus. Secundo famem illam, seu appetitionem, superbam honoris, & gloriæ bulimiam ut dicamus, author est nobis Diuus Chrysostomus hom. I. in primam ad Thessalonici. Qui (inquit) elatis sunt, quantumcumque fruuntur gloria, tanto maiorem expetunt: augetur enim in eis affectio: affectio autem non nouit modum, sed tunc demum sifitur, cum occiderit eum, qui ipsam habet. Nonne vides eos, quos Cœpiat, id est, bulimatos vocant, quodammodo semper esuriunt: est enim affectio & passio (ut dicunt Medici) sic superbi, &c. Quid illius? Et quidem Cornelius Celsus de medicina l. I. c. 2. bulimon describens: Tunc (inquit) contingit bulimon fames ingens, cum scilicet in ambientem aerem, plusquam stomachus comode sarcire possit, dissipatur. Quia nimurum alimentum ad apertis, laxatisque ab externo çstu corporis meatibus, soluitur in spiritus: vnde sit, ut stomachus defectum nutrimenti sarcire, ac redimere non possit. Nil profecto

*Ioan. 2.  
num. 16.*

*Basilius.*

37

*August.*

*Chrysost.*

*Corn. Cels.*

Tom. I.

A superbia, & elationi magis adsimile, quæ vbi aliquem occupauit, totum in spiritus dissoluit. ( Ita enim dicimus plurimos, seu magnos spiritus efflari à superbis: semper enim ad gloriam, honores, magistratusque celissimos aspirant) cumque tot spirituum materiam parti iam honores sarcire, & compensare non possint, hinc ambitio, hinc famæ, hinc bulimia, & gloriæ sine modo aliquo appetentia. Rursus si bulimos à bobus dicitur, & perinde est, atque bouina famæ, accommodata inde similitudo dicitur ad superbiam. Nam ferunt boues, tunc cum fame plurimum urguntur ob defectum pastus, montium cacumina ascendere, atque inde ventum frigidum assiduo trahere ad internum caloris æstum temperandum. Quod sylvestribus onagris simile admodum accidere docet Hierem. 14. Et onagri stererunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones: defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Merito igitur superbia bulimia, id est, bouina famæ nuncupatur: quid enim magis ad simile superbo in magistratum euecto, & inde ad maiores honores præ fame adspiranti, quam onager, aut bos fame confectus ab excelsa rupe, aut collis vertice ad solatium famis ventum assidue hauriens? Profecto nihil. Denique si bulimos, idem est, quod pullimos, aut pollimos, (vt ex Plutarcho supra adscriptissimus) id est, multiplex famæ, elati hominis famem esse multiplicem, aut plurimarum rerum exploratum est: necdum enim appetitum vnius honoris expleuit, cum noua inde, ac recens alterius honoris appetitio illum incœscit. Tertio avaritiam, diuitiarumque audiissimum desiderium limonanchis, id est, famæ illa, quæ anginæ instar suffocat, aptissime adumbrat, ut paullò ante probauimus. Aptissime igitur Salomon ait: *Non affliget, vel non occidet Dominus fame anima iusti,* id est, nullam illi famem vitiosam, aut lethalem immitet, non limoctionam, aut caninam famem, non bulimiam, non limonanchim (luculentius dixerim) non luxuriam, non superbiam, non avaritiam.

Plutarchus

D. Thom.

E

Et extreum addo locum istum à Diuo Thoma in opusculo de Sacramento altaris ad Eucharistia allici hoc modo: *Non affliget Dominus fame anima iusti.* Quia nimurum celesti conuiuio corporis, & sanguinis sui illum reficiens, omnem in illo famem afflagentem extinguet. Quam famem? Eam scilicet triplicem, quam haec tenus enumerauimus. Sed tamen hæc accommodatitiam sunt.

Psalm. 92. 82

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

8010

8011

8012

8013

8014

8015

8016

8017

8018

8019

8020

8021

8022

8023

8024

8025

8026

8027

8028

8029

8030

8031

8032

8033

8034

8035

8036

8037

8038

8039

8040

8041

8042

8043

8044

8045

8046

8047

8048

8049

8050

8051

8052

8053

8054

8055

8056

8057

8058

8059

8060

8061

8062

8063

8064

8065

8066

8067

8068

8069

8070

8071

8072

8073

8074

8075

8076

8077

8078

8079

8080

8081

8082

8083

8084

8085

8086

8087

8088

8089

8090

8091

8092

8093

8094

8095

8096

8097

8098

8099

80100

80101

80102

80103

80104

80105

80106

80107

80108

80109

80110

80111

80112

80113

80114

80115

80116

80117

80118

80119

80120

80121

80122

80123

80124

80125

80126

80127

80128

80129

80130

80131

80132

80133

80134

80135

80136

80137

80138

80139

80140

80141

80142

80143

80

propellet. Illud enim, tanquam leonem ex cauer- A na fæc versatæ fortunis hominis iusti insidian- tem, atque adhancem præfocabit, &c.

*IV. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat.*

42

**E**gestatem operata est manus remissa. Hebraicè: Pauperem facit manus, fraudis, seu fraudulen- ta. Chaldaeus, Paupertas attenac virum dolosum. Septuaginta, Paupertas virum humiliat. Illi autem voci remissa in Hebreo subest vox רִמְיָה Remiah, à radice רַמָּה Ramah, id est, defraudauit, seu proiecit. Hinc factum, ut alij, atque alij fraudulentam manum conuerterint: noster vero remissam, & pigrā, projectam scilicet: nam pendentes, atque proiecte manus locordiam præferunt. Cum nostro inter- prete concinit Rabi Hemanuel. Septuaginta vero aliter accepisse videntur voces originales. Credo autem ita ex originibus legendum censuisse. Ege- stas efficit manum remissam, quæ lectio cadit etiam in verba primitiva: dehinc verba missa facientes sensum eorum extulisse. hoc modo, Paupertas vi- rum humiliat, id est, affligit, prosternit. Nam ma- nuum remissio, & delectio consternati animi si- gnatum præbent.

43

*Manus autem fortium diuitias parat.* Hebraicè, Et manus sollicitorum ditabit. Observant autem Hebrei in verbo קְשָׁר Qhasar, id est, ditauit, translatò puncto à dextro cornuliteræ ו in sinistrum con- vertendum esse decimabit, vel decimas pendet. Itaque si puncta permutentur, conuerti etiam posse docent, & manus fortium decimauit, sensus vero haud dissimilis euadet, ut statim dicam. Chald. Et manus iusti diuitias sibi parat. Ex Rabinis autem Abrahamus sic transtulit. Pauper erit quisquis facit lancem bilancii fraudulentam. Ratio huius dissidij fuit vox כֵּפֶח Caph, quæ manum, & lacentem sonat. Se- ptuag. Manus autem fortium ditant.

Abrah.

44

Beda locum istum spiritualem ad sensum vocat, hoc modo: Egestatem operata est manus remissa, id est, quicumque dum vixit, disolutè, & negligenter egit, bonis omnibus in futuro sæculo carebit: Ma- nus autem fortium diuitias parat, id est, quicum- que gnaum se, ac fortè ad opera bona præbuit, is diuitias plurimas sibi aggerat in cœlo. Ergo ex his, qui literam sectentur, ut verba isthæc cum su- perioribus assuant, existimant Salomonem his ver- bis liberalitatem suadere, & sordes, seu auaritiam carpere. Itaque per manum remissam auaram, & te- nacem intelligunt: per manum autem fortium li- beralēm, & effusam. Ut sensus sit: Egestatem opera- ta est manus remissa, id est, qui tenax est suorum bo- norum, egestate, ac penuria premetur: Manus au- tem fortium, id est, liberalium, qui ex magnitudine animi sua dissipant bona, diuitias parat. Etsane si isthæc arridet interpretatio, subest hic ve- nista que- dam animaduersio. Nam cum in hoc loco manubis repetatur: tamen in textu Hebraico, non eadem v- trobique vox legitur: nam priori loco vbi dicitur, manus remissa, subest vox כֵּפֶח Caph, à verbo כָּפַח Capaph duplicante secundam, id est, curuavit, contra- xit. Itaque significat propriè volam, manum scili- cet in pugnum contractam, quæ solet esse nota, & symbolum sordium, & auaritiae. In posteriori au- tem loco, vbi dicitur: Manus autem fortium, &c. occurrit vox יְהָדָה, à verbo יְהָדָת, id est ex- tendere: atque adeo manum patulam, & exten- sam sonat, quæ profusionis, & liberalitatis simili- tudinem præbet. Itaque sensus est, Egestatem opera- ta est manus remissa, Id est, clausa manu, auata &

bonorum tenax egestatem, & penuriam adducit: contravero manus fortium, hoc est, ad aperta, libe- ralis, & effusa, diuitias, & fortunas cumulat. Quam sententiam saepe alijs Salomon repetit in hoc li- bro. Sed expendenda est vox illa operata est, quo non satis accommodata videtur: nam paupertas aliquid est incidens, non autem manibus opera- tum, aut elaboratum. Contemplare auarissimo- rum hominum sollicitam diligentiam, & operas assiduas. Quorsum hæc spectant? Ut nimis in his operis, ac diligentia paupertatem sibi proprijs manibus fabricent. Itaque alijs quidem incidit egestas: auari autem sibi ipsi eam moliuntur, atque proprijs manibus construunt, & veluti elaborant. Primo, quia quantumvis multis affluent fortunis, ac bonis, paupertatem sibi ipsis quodammodo in- dicunt, dum partis non vtuntur. Iuxta illud: Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet. Se- cundo, quia quo plura bona indepti sunt, eo plu- rium appetitus incessit, atque adeo pluribus egent. Nam tot bonis aliquis egere dicitur, quot affli- ctum desiderat: ex quo sit, ut auari hominis pauper- tas eadem prorsus incrementa capiat, quæ eiusdem fortunæ suscipiunt. Ad Chrysostomum homil. 13. Chrysost., in epistolam ad Romanos. Avarus (inquit) cū ma- gno pere ditescit, tunc maxime pauper est: est enim hic moribus talis, ut difficilis cognitus sit, & enig- mati potius similis. Tertio denique quia auarus bona contra fas cumulaus, eorundem iacturam, & dispendium sibi accersit. Merito igitur Salomon auarum suis ipsis manibus, atque operis pauper- tam sibi fabricare affirmat, cū ait: Egestatem operata est manus remissa, id est, manus tenax & con- tracta) nam cum alijs paupertas incidat, hi pauper- tam suis, ut ita dicam, sumptibus eleborant. Sub- dit, Manus autem fortium diuitias parat. Qui suabo- na liberaliter expendunt, nomen fortium merito quidem ferunt: nam animi sui robustissimam affe- ctionem, hoc est, cupiditatem subingant. Quam quidem Chrysostom. hom. 64. in Ioannem semel, iniuitum tyrannum, & iterum, feram insuperabilem vocat: & ho 81. in Mathæum: Terribilis certè ait, terribilis hec bellua. Merito ergo ille fortis nomen fert, q. i. talen tyrannum, insuperabilem feram, & belluam terribilem prosternit. Sed cur inquires ista hæc fortitudo, & robur manibus præcipue adscri- bitur? (& manus fortium. Aliqui transtulerunt, & manus fortes diuitias parant.) Vtique auaritia, & cupiditas teste Chrysostom. hom. in illud Psalmi: Cum diues factus fuerit homo noli timere, manus di- uitias alligat, & arctissimis vinculis adstringit, ne ad donandum liberæ, & expeditæ sint. Ergo ille, qui tam arcta vincula disruptit, ut ad largitiones ex- peditas, & solutas manus habeat, merito fortes, ac robustas manus habere dicitur. Liceat sic dicere, Sansonis manus, & lacertos habet, qui tam fortia vincula discindit: hic enim septem neruiceis vin- culis innexis manibus sic eadem rupisse dicitur, Quasi filum stupra tortum putamine, cuius odorem ignis acceperit. Liberalis autem homo neruicea etiam vincula disruptit. Diuiti enim opes ipsæ sunt pro vinculis: sic enim Chrysostomus homil. 13. in 1. ad Corinthios: Vincula (inquit) sunt dini- tie vincula graniabhis, qui eis vniuersiunt. Et qui- dem vincula non neruicea sunt, sed neruiceis for- tiora, scilicet aurea, argentea, ærea, his enim diuitiae constant. Hæc itaque sunt vincula, quæ divitem constringunt. Sed quem? Illum profecto, Qui di- uitias vti nescit, ut ait Chrysostomus. Nam qui vti- tur, & effusa, liberaliterque distribuit, is quidem Sansone fortior, hec validissima vincula abiupit, ut liberas, atque expeditas manus ad donandum habeat.

45

46

Chrysost.

47 Iure igitur optimo Salomon homini liberali manus fortis dedit, cum ait: *Manus autem fortium, vel fortis diuitias parat.*

Secunda vero expositio, que propius ad literam accedit, est Iansemij, Caietani, Rodolphi, & aliorum ad hunc modum: *Egestatem operata est manus remissa*, hoc est socors, & dissoluta. Quasi dicat vir ille, qui pigritiam suam, & socordiam solutis, atque otiosis manibus prese fert, paupertatem, & penitiam sibi accersit: *Manus autem fortium diuitias parat*, hoc est impigri ad labores quoslibet suscipiendos, fortis, & eructi diuitias & fortunas in dies cumulant. Illud vero, quod quidam transferri posse dicunt, *Manus autem fortium decimabit*, eundem omnino sensum reddit. Id est, quia labori non percipit, magnam propterea fructuum omnium copiam, & vim percipit, ex quibus amplas, & vberes decimas pendat. Itaque perinde est *decimabit*, atque vberes fructus demeter, ex quibus copiosas decimas soluat. Sed obserua, quam vicinæ sint diuitiae ei, qui exactè & ex fide decimas soluit: vniuerso tantum punctulo dirimuntur decimare, & ditescere, ut alibi me docuisse memini.

Sed redeo ad illa verba: *Egestatem operata est manus remissa*, quasi dicat, manus socors, & dissoluta, quandiu nihil agere videtur, aliquid tamen agit: & quid illud? Pauperiem sibi format, sibi adstruit. Nec omnino quidem socors est vir negligens, ali-

Hesiodus.

*Non enim piger vir implet domum,*

*Nequae differens studium sane opes auger.*

*Semper differens vir cum damnis luctatur.*

Hec ille ex Græcis fideliter expressa, ex quibus liquet manus hominis pigræ non omnino otiosas esse, sed assiduam cum suis damnis, atque detrimenis luctam gerere. Nam ex socordia, & pigritia quotidiana eveniunt damna, & detrimenta, cum quibus manus conserere oportet. Et quidem lucta, ista longe grauior est ea, quam sollicitus, & industrius homo cum labore assiduo gerit, ex hac enim sollicitus homo spolia refeit. (Nam quotidiana lucra, & felices, vberesque prouentus industria partileuissimam reddunt.) In altera vero socors, ac vecors homo spoliatur, atque diripiatur. Ille prædam, hic vero in prædam agitur. Quamvis ergo primum Græci *ἀρπάζουσιν*, id est, sine opera appellant, non tamen omnino ab opere immunis est. Atque adeo Salomon apposite dicit: *Egestatem operata est manus remissa*, id est, non sine opere, & labore paupertatem sibi ipsa molitur. Sed tamen illud obseruatione dignum hic paupertati in Hebreo subesse *υπερ Ρας*, quæ vox vnius puncti mutatione est *υπερ Ρας*, id est, venenum, & toxicum, & amaritudo: si vero puncto omnino adimas, & linguam sibi ipsi restituas, anceps prorsus manebit, ad paupertatem, amaritudinem, venenumque notandum. Hinc nata lectio, quam ex Rabinis aliqui amplexati sunt, *Virus operata est sibi manus otiosa*. Quod quidem non obscure innuit pigritiam homini pro veneno esse, aut certe venenatam quandam, & virulentam illi adducere paupertatem. Vtrumque autem verissimum est. Nam otium, & desidia lethale venenum est. Duplex enim veneni genus numeratur: aliud quod sumptum perbreui tempore interimit: aliud autem, quod paulatim per totum corpus spargit virus, & post aliquos dies mortem affert. Otium ergo atque pigritia otiosum venenum merito dici potest. Hoc ergo Græce *ἀρπάζουσιν*, id est, otiosum vocant: *Venenum operata manus est remissa*, quod licet remisse quodammodo, & pigre serpit: virum tandem aliquando perimit. Eiusmodi venenis pigre, & cunctanter vi-

A rus diffudentibus vti consueverunt, qui tuto, secreto, & ignorata omnino causa aliquem perire volunt. Haud aliter crediderim demonem astu suo facere, qui sepe venenum hoc iners, ac pigrum, otium scilicet iustis immittit: sic vero cutius, secretius, & causa morbi incompta illorum necenti machinatur. Et quidem eo astu præstigiūtūt aduersus eos, qui diu laborarunt, suadens illis venenatas quasdam, & torporiferas à præteritis laboribus ferias: *Virus operata est manus remissa*. Otium quidem cum torpedine venuste componi potest: sic enim otium appellari solet torpor, & torpedo. Est autem torpedo, piscis quidam, de quo Plinius lib. 32. cap. 1. ita scribit: *Torpedo etiam procul, & è longinquō, si hasta, virgane attingatur, quamvis prænatis lacertos à veneno illius torpescere compertum est, & quamlibet velocius ad cursum alligari pedes*. Idem scribit Aristoteles de historia animalium, li. 9. c. 37. *Torpedinem (inquit) hominibus inspirare torporem certum est*. Quid igitur otio magis ad simile? Hoc enim si torpedinis instar manibus, vel à longe venenum affluerit suum, easdem statim soluit, remittit, a torpescere omnino facit: è manibus autem ad reliquum corpus, imo ad animum ipsum venenum, torporque descendit, ac perireat: vt scilicet merito dici possit: *Virus operata est manus remissa*. Otium enim manu: hęc vero toti homini infundit venenum, & torporiferam qualitatem. Et quidem otium hac sua vi (vt verba Plinij resumam) validissimis lacertis, & velocissimis olim ad currendum pedibus torporem, & venenum inspirat suum, dum titulo, seu nomine induciarum, feriarumque à pristinis laboribus illi locus fit.

Rursus Salomon communem paupertati cum veneno vocem hic adscribens, satisinnuit eam, quæ pigris, & inertibus hominibus evenire solet paupertas, virulentam esse, ac mortiferam, quæ videlicet illos ad multa scelera perpetranda impellat. Hec enim est illa paupertas, quæ teste Aristotele problem. sect. 29. quest. 4. Cum se malis adiunxit, malum immedicable redditur, hoc est venenum, cui nullo medicamine succurrere licet. Nonnulli vero (vt initio prefatus sum) pro *manu remissa*, manum fraudulentam subrogant. Ut autem eos in concordiam adducat cum nostra lectione Iansenius, addit illos, qui desidia, & otio torpentes licita industria victum non querunt, fraudibus, & rapinis aliena per iniuriam corraderé solitos. Cui concinit illud Hesiodi ex Græcis exemplaribus expressum.

*Vir piger vanam spem alens, indigenis viatu Multa mala cogitauit animo.*

E Id est plurima meditatur scelera, vt suæ indigenitæ aliqua sorte subueniat Liceat sic dicere: Pigritia paupertatem (quæ ex semetipsa, vt verbis utar Chrysostomi in hom. de recipiendo Seueriano Chrysostomus *Virtutis magistra est, Philosophie Christiana pares, iustum asylum, tranquillus portus, perpetua securitas, & vita perturbationum nescia, delicia periculorum expertes, frānum intemperantie, radix modestie, &c.*) hanc inquam in venenum conuertit, atque mortiferam reddit. Veneni enim proprium est sanguinaria primum inficere: hic enim mollis cum sit, virulentas qualitates facilius excipit, & per venas suas ad cor vsque defert: paupertas autem homini pro sanguine est. Cuius rei autor mihi est prefatus Chrysostomus hom. in epistola ad Rom. ad illa verba: *Salutate mihi Priscam, & Aquilam, hom. i. vbi sic ait: Quanto autem auro omni pretiosior est sanguis: tanto paupertas, quam abundantia melior*. Ergo cum pigritia venenum sit, & toxicum, velocissime virus suum paupertati, id est,

sanguini affundit eam inficiens, & ex illa ad cor  
fraudes, rapinas, latrocinia, & alia innumera scele-  
ra deferens.

De lectione Septuaginta alia quidem ratio est:  
*Paupertas virum humiliat, manus autem virilium  
ditans.* Huius translationis causam alteram supra  
adscripti. Subjicio aliam. Vox enim *חָפַח*,  
quam noster manum transtulit, potest esse *Benon*, à  
verbo *חָפַח* *Chaph* duplicante secundam in con-  
iugatione *Kal*, sic autem idem est *Chaph*, quod *sur-*  
*natus*, aut, *inflexus*. Fieri ergo potuit, vt Septua-  
ginta ita accipientes pro *Benoni*, sic transferendum  
putauerint ad *veibum*, *Paupertas facit curum*,  
ideo hic à manu abstinuerunt. Nec te deterreat vox  
illa *Remi iah*, feminini generis, quæ statim attexi-  
tur: satis enim nouerant Septuaginta solemne esse  
Hebreis feminea pro masculine usurpare, tunc ma-  
xime cum aliquid effeminatum, & muliebre signi-  
ficatur, sicut hī accidit: *Socordia enim inertia,* &  
*sedentaria vita effeminatos decet.* Itaque si integrā  
clausulam reddamus, sic ad verbum efferenda est,  
*Paupertas curum facit, remissum, aut pigrum.* Hāc  
vero sententiam exprimere voluerunt. Septuaginta  
illis verbis: *Paupertas virum humiliat, virum,*  
*inquam, pigrum* (id enim supplendum esse suadet  
posterior pars huius sententie: *Manus autem viri-*  
*lum ditant*, aliter periret venustas antithesis, seu  
oppositionis posterioris hemistichij cum priori.)  
Sic autem accepta hāc lectio eundem omnino sen-  
sum præbet, quem nostra exhibet translatio.

IV. *Qui nititur mendacij, hic pascit ventos, &  
idem sequitur aues volantes.*

**L**ocus iste non reperitur in Primitiis. Ex Græ-  
cis autem in quibusdam codicibus occurrit, in  
alijs vero desideratur. A Complutensibus, & Re-  
gijs Biblijs expunctus est tam ex Græco, quam ex  
vulgato textu: hinc factum, vt quidam interpre-  
tes eidem parum tribuentes omnino prætermise-  
rint. Cæterū cum iam inde post Clementis, &  
Sixti correctionem in vtroque textu, vulgato scilicet,  
& Septuag. adscribatur, plurimi quidem ha-  
beri debet: cum præsertim illas meminerint D.  
August. l.3. contra Cresconium c.9. Clemens Ale-  
xand.lib. 1. Stromatum, Antonius Monachus in  
Melissærm. 22. Maximus locorum commun.cap.  
Ait ergo,

*Quin tititur mendacij. August. Qui fudit in falsis  
Græce εἰδεῖ τὴν φύσιν, id est, qui nititur supra  
mendacia: nisi malis illud τὸν non esse preposi-  
tionem, sed partem compositionis, ut ab ἡτοφύσι-  
μη. hoc est, supermentiri, si licet dicere, id est, men-  
dacio ipso falsius aliquid dicere, id est, ingens men-  
daciū.*

*Hic pascit ventos, Græcè ποιάνει, quod est pasto-  
ris munus exercere, vel ad pastum greges regere.  
Quapropter licet Latina editio triplicem ad sen-  
su nō vocari possit. Primus est, *pascit ventos*, id est,  
ventis se in cibum, pastumque præbet, vt interpre-  
titur etiam Aug. Secundus ventos ipsos haurit, ac  
deuorat, vt nonnulli etiā vulgo accipiunt. Tertius  
denique ventos ipsos ad pastumducit: tamen ex his  
omnibus tertiam tantum omnino recipit textus  
Græcus, primę non relugetatur, secundā vero om-  
nino repuit. Cæterū, quia video quosdam non  
ignobiles interpretes huic secundæ adhæsse, cen-  
seō non prorsus refutandam, & aspernandam esse.  
Quamuis enim ista sententia modo in exemplari-  
bus Hebraicis non extet, pro certo quidem haberi  
debet illam aliquando in his fuisse, & ab eo fonte à*

A Septuaginta interpretibus, & à vulgato haustam,  
& expressam, vt canonicam esse fateamur. Quod si  
aliquando fuit compertum mihi est non aliter He-  
br. descriptam fuisse, quam similis alia apud Oseam *Osea. c.11.*  
occurrit ad hunc modum c.12. *Ephraim pascit ven-*  
*tum, & sequitur aēstum, vbi verbo pascit subest ηγι.*  
Et quamvis ibi etiam Sept. reddiderint ποιάνει,  
tamen plures, in quibus est Pagninus, & ipse  
Kimhi perinde putant esse pascit ventos, ac illos  
deuorat, illis vescitur: imo & ipse Kimhi in libro  
radicum verbum illud *Raghah*, vtramque signifi-  
cationem sortiri affirmat. Ac denique hunc sensum  
omnino reddunt verba illa Hierem. 22. *Omnes pa-*  
*stores suos pascet ventus*, id est, vento vescuntur, & *num. 22.*  
B *pascuntur*, vbi subest etiam verbum *Raghah*. Se-  
ptuag. vero ad sensum Augustini præfatum retule-  
runt: sic enim habent. *Omnes pastores suos ventus  
depascet.* Sic enim Pagninus. Liquet ergo ex tribus  
illis significationibus verbi pascit, nullam omnino  
repudiandam esse.

His ergo præmissis adhuc in anticipi est, quid sit  
mendacij initii. D. Augu. loco citato, Iansenius, &  
alij mendacia intelligunt, vt sonant: scilicet com-  
menticias, falsaque narrationes, à quibus certè non  
dissentio. Verumtamen consequitio textus mihi  
suadet fortunas male partas, fluxas scilicet, atque  
mendaces, aut certe ipsas artes, & industrias contra-  
ius fasque diuitias conquirendi, aut potius corra-  
dendi, nomine mendaciorum fuisse significatas.  
Licit enim parabolas omnes inter se consuere, &  
innodare necessum non sit: tamen de vna, eadem  
que materia plures simul sententias conflare, &  
cumulate Salomonem solitum nemo inficiari po-  
test. Quapropter cum in superioribus parabolis, &  
in quibusdam etiam ex sequentibus Salomon iuste  
parandæ, atque liberaliter etiam expendendæ rei  
familiaris rationem præscribat: credibile admo-  
dum est hanc, quæ cæteris intercalatur, ad eadem  
themata pertinere. Deinde quia sæpen numero in  
sacris literis, qui iniusta lucria consequuntur, men-  
daces dicuntur, infra cap. 19. *Melior est pauper, &  
iustus, quam vir mendax:* nec non mendacium etiā  
sumi solēt pro iniustitia, infra capite 20. *Suanis est  
homini panis mendacij*, id est, per iniuriam compara-  
tus. Denique reliqua verba, quæ his assuit textus  
Græcus, huic expositioni adstipulantur: sunt autem  
eiusmodi. *Deseruit enim semitas agelli sui, &c.* De  
quibus non nihil postea dicemus.

Ex dictis igitur duæ fluunt expositiones, singulæ  
autem tripartitæ sunt, percurram singulas. Prima  
est: *Qui nititur mendacij, hic pascit ventos*, id est,  
qui opes iniuste partas consecutatur, aut in illis con-  
fidentiam locat suam, hic sane haud dissimilis est  
ei, qui ventos pecudum in morem, cœu pastor mo-  
derari, ac caulis includere vellet, id est, inanem om-  
nino, atque impossibilem curam suscipit. Æolus  
ille, quem Poëta ventorum Imperatorem, ac Re-  
gem comminicebat, apud Homerum, *ποιάνεις οὐρανοφόρος*, id est, ventorum pastor appellatur.  
Hunc ventos ingenti, & vastissimo antro con-  
cludere, id inde pro libito educere fingebant. Quid  
vanus, & inanius? Non minus autem inanem, at-  
que impossibilem curam suscipiunt illi, qui opes  
iniuste congestasse continere, atque coercere pos-  
se sperant, etiam *καὶ in thecas ferro armatas coni-*  
*cient, aut in terra penetralibus defodiāt*, sunt enim  
diuitiae contra fas quæ sitæ instabiles valde, & ven-  
tos fugacitate superant, inquietæ, & ventilatae, de  
quibus sic Nazianz. *Quidopus est multas opes repo-*  
*nere et rēporum mutationibus, quæ alias in alios venti-*  
*lant instabile opulentiam.* Pende vim huius senten-  
tiae: est enim peruenista Naturales quidē rēporum,

Cl. Alex.  
Anton.  
Monach.  
D. Max.  
August.

56  
D. Aug.

57

Homerus.

Nazian.

aut tempestatum mutationes, quæ ex conuersione A cœlorum accidunt, in ventos præcipue vim habent, qui tot fere varietates subeunt, quot cœli facies, & aspectus permutant. Sententia igitur Nazianz. talis est. *Frustra quis multas opes cumular, quæ non aliter mutationibus temporum, quæ ex fortunæ conuersione, & diuersis aspectibus eueniunt, obnoxiae sunt, & non secundue uariantur, & ab alijs in alios demigrant, quamventi, quos quecumque, vel leuis syderum, cœlorumque mutatio conuertit, ac permutat.* Aquilo enim dicto citius in Austrum vertitur. Auster in Zephirum, alij in alios. Sed & alibi in oratione scilicet habita ad Ciues Nazianz. timore percussos Potius (inquit) *venis, aut lineis B in aqua descriptis fidendum est, quam diuitiis.* Et in oratione ad Iulianum tributorum exequatorem. *Vt puluis (inquit) a turbine, sic opes ab alijs ad alios subinde ventilantur, atque iactantur; & sicut fumus dilabuntur, & insomni more homines deludunt: umbraque instar manibus teneri nequaquam possunt, nec desperata parentibus, nec satis certo possidentibus.* Merito igitur Salomon ait eos, qui diuitijs impendunt fidem, similes illis esse, qui ventos inconstates, rapidos, & fugaces pascere, id est, pastorum instar regere, & moderari, & includere vellent. Et quidem similitudo à pascendis pecudibus ducta apposita est ad hanc rem: nam pecuniam à pecude ductam esse nemo ignorat, siue quia, cum antea permutationes pecudibus fieri solent, pro his successit pecunia: siue quia numi alicuius pecoris forma excuderentur: adeo ut in sacris literis agni, vel agnæ pro numeris non semel occurrat. Iob. 32. vbi nos habemus, *Et dederunt ei unusquisque ouem unam, & inaurem unam.* Plurimi conuertunt, numum vnum. Sed imprimis hos euincit ex illo Actor. 17. vbi Stephanus in oratione, quam habuit ad Concil. Iudeorū, docet sepulchrum ab Abraham coemptum pre-  
cio argenti, cum tamen Genesis 33. legamus illud emissi, centum agnis. Itaque agni pro numis argenteis usurpati sunt, fortasse, quia agnorum formis percussi forent Salomon ergo ad id spectans acco-  
modate ait, qui incumbit, aut nititur mendacijs, id est, qui pecunias per iniuriam quælitas (quas à pe-  
cudibus nomen traxisse, imo agnos, & oves appellari constat, tanquam pastor asseruare, & continere se posse credit, hic pascit ventos: hic nimirum cre-  
dat ootius se ventosi instabiles, & fugaces asseruare, & custodire: non enim numos sed æreus tegit.

Rursus *moiudia* propriæ significat oves fatas pas- E cere, ut erudite notant Græcae linguae periti, quod sibi aucupari videntur ex Platone in Minoë, vbi querenti quis, & quo nomine proprie vocetur, qui oves fatas agit, & pascit, respondet *μηδεν.* Et quidē id quæsivit Plato, ut pastorem ouium ab alijs peco-  
rum custodibus secerneret. Itaque cum dicitur, *hic pascit ventos* perinde est, ac si dicat ventos, qua-  
si oves agit. Esta autem sensus: qui iniusta lucri con-  
fessatur, hic cum sibi videatur pecunias, tanquam oves agere, vberē prolem fœtusque, id est, scenora expectans, quæ à fœtu dicta sunt (ut tradit Basil. in F he. contra diuites auaros) fallitur tamen, ventos enim pascit steriles, à quibus frustra prolem expe-  
ctabit. Eodem sensu docet Zenodotus apud veteres ptouerbi, atque adagionis loco circumferri solitū. *Ventos colere, aut serere:* id est, ventis culturam ad-  
hibere sine spe aliqua fructus percipiendi. Itaque hec inter se concinunt. *Ventos seu oves regere.* &  
*ventos semine iacto colere.* Sicut enim ex hoc fructū: sicut iam ex illo fœtum, aut prolem sperare non li-  
cet. Salomon igitur sic ait: *Qui inititur mendacijs,* hic pascit ventos: id est, sicut ex ventis nullam prole, aut fœtum pastori: ita pariter ex iniuste partis nul-

lum lucrū, aut fœnus reportare licebit īmpio. Nam pecuniae fraudibus conquisitæ non minus steriles sunt, quam venti, post multam negotiationem, & operas nihil pariunt iuxta illud. *Non inueniet* fraudulentus lucrum suum, de quo infra.

Secunda prioris interpretationis acceptio est. *Qui inititur mendacijs, hic pascit ventos:* id est, ven-  
tis velicitur, ventos hauit, ac deuorat: quod venustā satis reddit sententiam. Quasi dicat, sicut is, qui au-  
ras ore captat, ac ventos ore ebibit, non potest diu  
continere, sed brevi haustos expirat, ac foras mittit:  
sic etiam qui ad opes alienas aspirant, anhelant, atque illas veluti auras, & ventos deuorant, reddant itidem ocyus, & expirent necessum est: ut nimirum iacturam ocyus faciant eorum, quæ sibi iniuste pe-  
pererunt. Aliter *ventos pascit:* venti quidem hausti inflant: ex diuitijs autem inflatio, superbia, & fastus accidit. Et quidem si diuitiæ ventos non essent, nec inani fastu hominem tumorem augerent, non omnino repudianda forent. Augustinus in Psalm. 48. *Nemo (inquit) vult esse diunes, nisi ut infletur inter eos, inter quos viuit, & superior illis videatur.* *August.*  
*Onde Paulus Timotheo. Diuitibus huius seculi præcipe non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum.* Ergo qui innituntur mendacijs, id est, in fallacibus, atque incertis diuitijs sperant, hi sunt, qui ventis pascuntur: qui scilicet inflantur, & superbe sapiunt. Et quidem hunc ad sensum allice-  
re licet sequentia verba. *Et idem sequitur aues vo- lantes: non inquam persequitur, sed sequitur (sequi in scriptura passim idem est quod imitari) imitatur scilicet earum volatum per superbiam in auras euctus.* Sic enim alibi Augustinus diuitias alas ap-  
pellat, quibus homines per elationem supra semet-  
ipsos euolant. *Quam vero affinis sit superbia diu- tijs, latè docet serm. 110. de tempore.* Vbi inter alia Zachæum diuitem, & eundem statuta parvulum, id est, superbia minime tumentem pro miraculo docet. Neque alium eum futurum, nisi qui dimidiā suarum facultatum sortem liberaliter in pauperes erogaret, & fraudes illatas quadruplo compensaret. *Et serm. 212. Grandis, inquit, animus est, qui in- ter diuitias non superbis, maior animus diuitiis suis,* qui eas vincit non concupiscendo, sed condemnando. *Magnus ergo diunes, quinō ideo se magnum putat, quia diunes est: qui autem ideo se magnum putat, superbis, & egenus pariter est.* In carne crepat, in corde mendi-  
cat, inflatus est, non plenus. *Vnde autem si duos vi- deas, unum plenum, alterum inflatum, in utroque ea- dem est magnitudo: sed non eadem plenitudo.* Si at- tendatis falleris. *Si appendis inuenies: qui plenus est, difficile mouetur: qui inflatus, facile anfertur.* Ergo optime Salomō. *Qui inititur diuitiis, hic pascit ve- tos: deuorat scilicet, inflatur, tumet, ac leuis est.*

Deuorat, inquam, ventos. Chameleontis in modum, quem sic describit Tertull. *Corpori nullus est succus, pectus vix à terra suspendit, gradum magis demonstrat quam explicat, ieiunus semper incedit, of- citans vescitur, follicanus ruminat, de vento cibus.* Quæ omnia, ne breuitati, & compendio studerem, facilis diuini commodatem. Illud tamen prætereū-  
dum non est, quod tradit Arist. l. i. *Magnorum Mo-  
ral. c. 3. qui ut diuites nec felices, nec beatos esse ar-  
gumento aliquo robusto comprobaret, sic addit. Si  
fortuna sequamur, sèpè numero eundem felicem, ac mi-  
serum dicemus.* Chameleontem ostendentes, eundem esse felicem, ac debiliter collocatum. Sententia au-  
tem Arist. est eiusmodi. *Vtique diuites beatus appelle-  
ari nequaquam debet, tum proptet innumeris mu-  
tationes, quæ illi ex fortunæ conuersionibus eu-  
eniunt: tum propter diuitiarū inanem, vel potius æ-  
ream substantiam: alioqui Chameleontem, qui in*

Nazian.

Iob. 42.  
num. II.  
Act. 17.Genes. 33. n.  
19.

59

Plato.

Basilius.

Zenodot.

60

August.

61

62

Aristot.

63

Arist.

plutes vertitutur colores, & qui ventos haurit pro eib[us] felicem esse absurde dicemus. Addit Arist. Chameleonti propter cibi, quo vescitur, inanitate, se ut tenuitatem sanguinis parum accidere. Itaque numerat inter Σαυγρ: id est, inter exangues vermes. Idem vero l. 4. de hist. animal. c. 11. ex eo colligit illum valde timidum esse. Nam cum sit, ait, animal exangue, vt pote quod paucissimus circa cordis fibras sanguinis guttas habeat, facile n[on] c[on]cuditur: imo illam colorum, in quos vertitur, dissimilitudinem ex metu accidere docet. **P**rennion namque meru (verba sunt Arist.) multiformis efficitur Chameleon, metus enim refrigeratio per inopiam sanguinis, calorisque est. Itaque si queras unde sit metus, & timor, qui diuites auaros assiduo exterrit: de quibus late Chrysostom. hom. in Psal. *Noli timere cum dives factus fuerit homo: quos attigit etiam Satyricus Poëta his verbis.*

*Tantus parta malis cura maiore, menique  
Seruantur, miseraeſt magni custodia censuſ.*

64

Profecto metus isti, atque terrores ex ipso eorum victu profiscuntur. Nam cum diuites vento tenuissimo alantur, sanguis deficit, hoc est exangues redduntur: ac timidi, & colorem illum, quem ne Chameleon ipse invitari nouit, scilicet album (tradit Nazianz orat. 2. contra Julianum) quotidie ipsi induunt passim timore exalbescentes. Chrysost. hom. 14. in 2. Epistolā ad Corinthios. *Diuītes id sūt, quod inter animalia cerui, & leporē, qui maxime ex omnibus capi possunt propter timiditatem. Quem non timet dīves? Non latrones? Non principes? Non invidos? Non calumniatores? Imo ad ipsos famulos exalbescent. Et quidem ceruorum, & leporum timiditatem sanguinis etiam defectum coniūcit Attīstōteles. Et fere timida animalia exangnia esse docet late de partibus lib. 2. cap. 4. *Metus* (inquit) *refrigerat: ideo que carent sanguine cuius est calcare, timida sunt: aqua enim facile congelat: Merito autem diuites exangues esse dicemus, cum enim paupertas pro sanguine sit* (vt supra dixi ex eodem Chrysostomo) ho. 1. ad illa verba. *Salutate Prisca, & Aquilam* (que sic habent.) *Quanto autem auro omni pretiosior est sanguis, tanto paupertas quam abundantia melior, hinc est, vt quo diuiti maior accrescit census, eo sanguinis minus habeat. Cum paupertate enim sanguis pariter deficit, exanguem vero facile tanquam Chameleontem, ceruum aut leporē metus inuidit. Nunc vero occurrit demum, cur paupertas cum sanguine composuerit**

65

D. Chrysostomus, nimirum quia metum omnem pellit. Sicut enim sanguinis inopia metum affert animali, ita etiam copia sanguinis interitum reddit, omni metu, atque terrore liberum. Paupertas ergo profangue est: nihil enim æque timorem accepit Hinc illud Poëtae.

Horat.

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Chrysost.

Adde etiam illud Chrysostomi supra adscriptum. *Paupertas securam asylum, portus tranquillus, & iusta timoris, & turbationum nescia.*

August.

Tertia prioris interpretationis acceptio: st Aug. *pascit ventos: id est spiritibus malignis escam præbet (hos enim ventorū nomine significari voluit.)*

Chrysost.

Sane diabolum cum auariseidem mense accumbe- re auctor est Chrysost. hom. 18. in priorem ad Corinthios. *An non existimatis (inquit) cum auaris diabolum simul accumbere? Liceat sic dicere. Auarus diabolum semper conuiuam habet, atque illi suis similibus mensam instruit. At inquires, tenuissima est mensa sordidi, atque auari hominis: Ita quidem auari vietus tenuis est, sed epulas illas quibus semetipsum fraudat, quibus parcit, diabolo impen- dit. Sicut enim, qui ideo iciunat, quidquid sibi de-*

A traxit ciborum, pauperibus elargiatur, is quidera Christum ipsum, vt conuiuam habet: secundum illud: *Eſurini, & dedisti mihi manducare. Sic enim ieunandum esse docuit Ambro. Vt quod ventri adi- Ambros.* misur, & admisericordie impendatur. Ita etiā qui for- dide victui parcit, & semetipsi fame enecat, vt lu- cris, & auaritia inseruat: is sane diabolum innutri- re, & lauto conuiuio excipere dicendus est. Cæterū modum, quo diabolus auaris victimum eripit elegan- tissime describit Chrys. ho. 53. ad populum T anquā canis (inquit) *ita diabolus dinitibus infilit, tan- quam bucellam, seu placentam tenet in puerulo eripere volens. Demus igitur, inquit ea Patri, et si diabolus hoc viderit, omnino recedet: cum vero recesserit, tunc ea Pater dabit in tuto omnia, cum ille non poterit infestare in futuro seculo: hæc ille suadens eleemosy- nam. Sed quamvis hoc verū sit, tamen alia est mens Augustini, qui illud pascit ventos, per inde esse exi- stimauit, ac si diceret, spiritibus malignis sese vo- randū, ac depascendum præbet. Et quidē itates ip- sa, atque equitas postulabat, vt auari pauperum in- satiabiles helluones dæmonibus ipsi in pacū cede- rent. Eccl. 13. *Venatio leonis onager in eremo, sic & Eccleſ. 13. pascua dinitum sunt pauperes. Mentem aduoca, si num. 22. placet, later enim nescio quid elegans in his verbis contra diuites Diabolus quidem leo est. T anquam leorugiens. Onager, qui ab onere traxit nōmen, di- uitēs ad significat, quos suarum fortunarū pondus onerat, opprimitque. Ita Greg. in Moral. Ergo in illa ipsa similitudine, qua Syradices pauperes à di- uitib[us] vocari, ac depasci notauit, est etiam quodā- modo expressus, adumbratusque modus quo dia- bolus diuites auaros depascit, vt constaret hæc in i[n]icem esse connexa: ita vt cum primū pauper di- uitii in pastum cesserit, statim diabolus diuitem leo- nis in morem discerpatur, atque ingrat. Ad id spectat etiam illa maledictionis pars, qua Deus serpenti an- nonam suam victimaque assignavit: cum ait Ge- nes. 3. *Terram comedes omnibus diebus vita tua, id est, terrenos homines, & terrenis rebus adhiantes,* D. *vt docet Chrysostomus in homilia de cruce, Au- gustinus in Genesim, & alij passi. n.***

66

Gregor.

Chrysost. August.

67

Posterior expositio mendacia accipit, vt sonant pro commentitij assertionibus: quæ etiam tripartita est secundum præmissas tres illius verbi pascit acceptancees Ergo si primo modo accipiamus pascit ventos: id est, ad pastum ducit, sensus euadit non inelegans. *Qui iniit[ur] mendacij s: id est, qui conce- pta semel mendacia tueri, & defendere vult, simili- sei, qui ventos regere, & coercere cupit. Sicut enim hi cohiberi non possunt, quominus erumpant magno impetu: ita, & mendacium nullayi conti- neti potest: est enim (vt ita dicam) æreum, & per subtilissimas etiam rimas abitur, & in lucem pro- dit. Si autem secundo modo accipiamus pascit ven- tos: id est, illos haurit, deuoratque, euader quidem mendacem Chameleonti adsimilem esse. Primo propter colorum varias formas, quas induit. Nam vt ait Greg. Naz. *Veritas una est, mendacium vero Gregor. mutifirme.* Nam à veritate multis hinc inde vijs Nazianz. re ce terelicet. Item quemadmodum Chameleon eius rei, cui insidet, colorem trahit, ita etiam mendacium veritati hæret, quam maxime potest, contendit, vt de illius colore tegatur. Subij. io verba Maximi Commun. locorum c. 5. *Mendacium, nisi Maximus. Speciem veritatis profundamente habeat, fidem non facit.* Itaque mendacium veritati incumbit, non modo, vt illam tegat, sed etiam, vt illius colore im- buatur: quemadmodum Chameleon subiecti sibi corporis colorem imitatur. Cæterum sicut Chame- leon, qui alios colores facile nientur, candidū tamen (teste Nazianz. no vbi supra) perfecte imitari Nazianz.*

68

*Serie 10.*  
minime nouit: Ita etiam mendacium quantumvis A  
vesitati sese agglutinet, illius colorem referre vo-  
lens, nihilominus tamen ad illius candorem per-  
fecte adumbrandū nunquam pertingit. Luculentius dixerim. Cum mendacium opinionibus adhe-  
ret, facile illarum obscuros colores trahit: cum  
vero veritati adiungitur, illam quidem offuscare  
potest: tamen illius candidum, lucidumque colo-  
rem induere, & omnino imitari nequaquam po-  
test. Nam ut optime Seneca in Epist. 8. Quæ deci-  
piunt, nihil habent solidi, tenue est mendacium, si di-  
ligenter inspiceris. Item Chameleontem supra ob-

*Aristot.*  
*Sophoc.*

B  
victus tenuitatē exanguem esse diximus ex Arist.  
Sophoc. etiam mendacium appellauit ἔξαγον, id

est, exangue. Chameleonti ob sanguinis inopiam  
metus accidit, & ex metu colores varij. Mendaciū  
igitur exangue cum sit metu etiam riget, ne detec-  
ta veritate euulgetur: ac propterea versicolores

induit formas, aliam, & aliam assiduo referens, hoc  
est alia, atque alia mendacia cumulans, vt vni pa-  
trocinia, & suffragia querat. Sed obserua quam

aptè mendacium exangue appellatum est à Sophocle. Quint. l. 8. c. 6. docet sanguinem, ac neruos

orationis esse argumenta, quibus suscepit causam  
tuetur orator. Tunc vero sanguinem mitti, aut

fundi ab oratoribus cum argumenta aduersariū  
ita dissoluuntur, vt causa illorum velut exanguis  
stare non possit illa (inquit) in agendis causis iam

deirita, pedem conferre, ingulum petere, sanguinem  
mittere, &c. Quasi; dicat iam illæ exoleuerunt di-  
cendi formulæ, quibus olim oratores vtebantur.

Iam intelligis quam accommodatè mendacium  
exangue dicatur, vt pote quod sanguine, id est, ar-  
gumentis robustis careat, ex quo fit, vt quasi ex

inopia sanguinis metuat, deficiat, & concidat:  
cum contra veritas sanguine, & succo plena sta-  
bilis sit, constans, intrepida, & robusta. Hæc ergo

inter se ordinanda sunt sic. Chameleon ob tenuē  
venti substantiam, qua aliter exangue est: ob ino-  
piam sanguinis timidus est, propter timiditatem D

versicolor. Est eadē omnino mendacij ratio, vento  
alitur, & nutritur: Qui enim fidit mendacij, hic

pascit ventos: alimenti huius tenuitas exanguem  
reddit, id est, sine rationibus, siue argumentis:

hæc sanguinis inopia timidum illud efficit: semper  
enim veretur, ne prodatur: timor autem, & for-  
mido versipelle facit, varias illi, ac dissimiles

foras inducens, quibus ad sese contegenda falsi-  
tas vtitur. Denique haud erritenda sunt verba Pe-  
trarchæ in l. de vita solitaria, vbi mendacium cum

natatore, seu virinatore componit his verbis. Simu-  
lata illico pascunt, fucus sudore diluitur. & argu-  
tum etiam mendacium vero erit, coramque presb'is

in uente diaphanum est. Nemo sub aqua diu viuit,  
erumpat necesse est, ac frontem, quam celabat, aperiat,

vt ventis, molli aura pascatur. Liceat ergo mihi Sa-  
lomon. verba ad huius eruditissimi viri sententia  
alicete. Qui nititur mendacij, hic pascit ventos.

Mendax scilicet ventis, atque aura pascitur, viuit-  
que. Qui propter licet aliquali spatio sese mergat,

atque ab oculis eripiat nostris, simulationem, ve-  
luti altissimum, profundissimumque gurgitem su-  
bintrans: tamen haud potest diutius contineri,

quominus emergat, & detecta veritate in lucem  
prodeat.

Rursus pascit ventos. Quædam esse auium gene- F  
vera testatur D. Basil. hom. 6. in Hexam. in his

gallos, vultures, & alia eiusmodi, quæ oua pariū  
subuentanea, & hypenemia. Nam in æreas in-

quit subiectæ plagas solo ventorum haustu, & af-  
flatu concipiunt oua: quæ quia ex ventosunt, ideo

subuentanea nuncupantur: euadunt tamen oua ista  
tom. I.

A irrita semper, atque inania. Imo etiam ab eiusmo-  
di ouis Basiliscos excludi plerique scribunt. Quid  
inde? Certe haud dissimiles his aibus mendaces  
ventos haurientes, ac depascentes, & ex ventis  
concepta parturientes, atque in lucem edentes oua  
hypenemia, id est mendacia: quæ quidem non  
ineptè ex ventis concepta dicuntur, nimirū vel ab  
spiritibus immundis, quos hic ventorum nomine  
accipit. Aug. quosque mendacij parentes esse con-  
stat, ex codem Aug. Chrysost. & alijs, qui dia-  
bolum mendacij partem passim appellant. Sed la-  
tissime Chrysostomus ad illa verba Ioann. 8. Ille  
homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia  
non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex  
proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.  
homil. 54. Sed audiendus est August. in eundem  
locum. Quomodo Pater (inquit) Filium genuit, qui  
est veritas, ita diabolus captus genuit mendacium.  
Vel etiam propter rationem, quam ibi assignat  
Ioan. Mendax enim ex proprijs loquitur: Ex his  
necepe, quæ ipse finxit, seu adiuuenit, non auté  
ex rebus: id enim quodammodo est ex ventis, vel  
ex nihilo concipere. Et quidem hæc oua hypo-  
nemia, id est, mendacia, oua inquam irrita, &  
inania, non omnino contemnda. Solet enim  
ex his aliquando Basiliscus excludi, qui solo aspe-  
ctu necem affert, iuxta illud Eccl. 1. Os quod men-  
ditur, occidit animam suam: quod sane tunc verum  
est, quando mendacio accedit iuramentum, aut  
damnum tertij ipsi permisceret.

His autem forum mendacium tanquam ouum su-  
buentaneum erumpit in regulum, culpam scilicet

lethalē parturit. Denique tertia huius posterioris Ecl. 1.  
interpretationis acceptio, pascit ventos: id est, ven-  
tis se in pastum præbet, in mendaces etiā quadrat,

qui malignis spiritibus conditissimum pulmentum  
præbent. Nullum sane cibū audius deuorat leo,

quam simia (ita fere docent historiæ naturalis au-  
thores Plin. Arist. & alij.) Quia nimirum hoc edu-  
lio febris, quæ illum quarto quoque die corripit,

leuat. Est autem simia simulatoris, mendacisque

symbolum elegans, nullum enim animal ad simu-  
landū, fingendumque eruditius. Diabolus ergo

leonis instar has simias, simulatores scilicet, atque  
mendaces, cupidissime & audissime deuorat. Sed

& gallus, qui teste Gregor. Magno in Moral. qui

horas noctis summa cū certitudine cantu suo an-  
nunciat, veraces homines adumbrat: præsertim

candidus, qui colore suo veritatis etiam candorem

præse fert. Hic inquam gallus candidus leoni ma-  
ximo terroris est, vt tradit Ambr. lib. 5. Hexame-  
ron. Diabolo enim, qui veraces sunt, terorem in-  
cutiunt, illos fugit, ac vitat.

Tertia huius sententiæ expositio est. Qui nititur Greg-  
mendacij, hic pascit ventos: quam tradit D. Aug. Magn.

his verbis. Porro si maledictus, qui spem suam posuit

in homine, quanto magis qui spem suam ponit in fal-  
sitate opinioris humana, vt in illud aliud incidat,

quod scriptum est. Qui fidit in falsis, hic pascit ven-  
tos, id est, fit esca spiritibus malignis. Ex quibus

constat Augustinum non de mendacio, sed de Augus-

fama, & rumore hominum, quo aliquis vel pro-  
batur ab hominibus, vel refutatur, ac reprobus

dicitur, interpretatum fuisse. Huic igitur, tan-  
quam mendaci, ac fallaci, haud fidendum esse

dicit, ne homo spiritibus malis in escam cedat.  
Itidem Hugo de adulacionibus, & detractioni-  
bus de alienis laudibus, quibus omnibus mendacijs non pauca admisceri solent, intelligi posse

docet. Nam quicumque hæc consecutatur, ven-  
tos pascit: id est, ventorum pastor, ac rector est. Ni-

mimum instabiles valde res moderari vult. Vel paf-

cit, id est, haurit deuoratque ventos, id est, inanes. Auras captat. Aut denique pascit: id est, ventis ipsis pastum exhibet. Et quidem ad extremas istas expositiones aliqua ex supradictis faciliter negotio allici possunt. Subdit Salomon.

75

*Et idem sequitur aures volantes: quæ verba ad superiores expositiones facile levocari possunt. Si enim de his, qui iniustis lucris inhiant, accipiamus priora verba, sic ista consuenda sunt, ut priora de iam partis, hæc de parandis bonis interpretetur. Itaq; quod spectat (inquit) ad bona, quæ contra fas obtinuit avarus, pascit ventos: qui cohiberi non possunt, aut coercentur. Quod attinet autem ad illa, B quæ contra ius querit, sequitur quidem aures volantes: quas assequi, & captare non poterit. Et quidem Salom. vt iam inde supra docui c. i. v. 17. sæpe in hoc lib. vtitur hac similitudine avium auolantium ad iniusta lucra significanda. De quare ne locum nimium oneremus, pluribus agam c. 12. ad illa verba. Non innueniet fraudulentus lucrum suum.*

76

*Ecclesi. c. 7. nro. 10. Si autem de simulatoribus, atque mendacibus priora verba capiamus, hæc etiam inseruent illi sententiae. Nam vt ait Eccl. c. 27. Volatilia ad sibi similia conueniunt, & veritas ad illos, qui operansur illam: Ex quo constat veritatem alatae volucti persimilem esse, quæ veracibus quidem sese adiungit: à simulatoribus autem euolat. Ergo qui nituntur seu fidunt mendaciæ, hi profecto euolantes aues frustra insequentur.*

Plato.

*Quasi dicat, mendaces veritatem quidem persequuntur, vt eam aucupio suo captent, atque opprimant: sed frustra. Nam veritas alata est, atque altius euecta omnia mendaciorum retia, viscera, laqueosque præterea olat. Sed tamen veritas quæ se feram, & immite simulatoribus præbet, eadē quidem veracibus mitet se, ac cicurem offert inq; illo-ruum animū, tanquam in auiariū quoddam inuolat: illi profecto nondissimile quod Plato in Theeteto, proscientiis, animo sapientis finxit. In qualibet D (inquit) anima auiarium omnis generis avium fabricemus, loco autem scientias intelligamus, & quisquis scientiam natus hoc coercurt ambitu, cumque in auiario inclusus sit, posse, quoties velit, capere, & habere qualibet ad votum, & rursus dimittere desimus.*

77

*Hæc ille. Quæ pari ratione nos ad institutam sententiam accersere possumus, si videlicet loco avium veritates intelligamus, quæ quidem veracibus tanquam sicures aues sese præbent, & ab ipsis includi se, teneri, & tractiri patiuntur: emissæ autem ad eosdem sese referunt. Veritas enim uis quædam est cicur, & mitis, quam propter simplicitatem, & doli expertem naturam columbam appellari liber. Si vero id non displaceat, optime veritati accommodari potest ars illa columbas aucupandi, quam Basil. in Epist. 175. ad Iulittam describit his verbis. Ars quædam est aucupandi columbas videlicet talis. Vbi unam ceperunt, qui capiendo illis student, cicurem illam reddunt, & ad humanum, coniunctum assuefaciunt. Deinde unguento alii illius perungunt, sinuntque coniugi agrestibus. Illa vero per unguenti fragrantiam agrestem illum, & liberi pastus gregem ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica. Bene olentem namque sequuntur & reliqua, itaque ita omnes in potestatem columbarij veniunt. Hæc tenus Basil. Similem sane admodum veritas una, ceu columba cicur ac mitis à verace emissâ ad aucupium plurimas alias veritates tanquam simplices columbas redux allicit, & in potestatem columbarij (sic enim veracem hominem appellare licet) propter unum multæ veniunt. Sicut enim mendacium unum plurima secum mendacia veluti cōserita trahit; sic item una*

veritas plures alias post alias in animam inducit, &c.

*Denique si illum falsis, aut mendaciis fidere dicamus, qui vulgi opinione, & rumores consecratur, cum Augustino: vel qui laudes humanas capiat, seu adulationibus gaudet cum Hugo: hic Augst.*

*etiam volantes aues in se qui apposite dicitur. Et quidem eos, qui humanas laudes auctorantur, eru- dite contulit Georgius Venetus cum quibusdam*

*necedum edictis canibus, qui post euolantes aues currunt, donec aut fatigati hærent, aut certe ad damna impingentes lacerantur: quia cum oculis elatis euolantes aues sectentur, gressibus parvū cauent. Sic inani gloria consecratores superuolantem gloriam persequunti gressibus suis, id est, vitæ non satis proprie tates impingunt, illiduntur, sa- ciantur. Aliter docti, & sagaces canes, qui desiden tem, & quiescentem auem aucupi demonstrant, vt illam arcu configat, volantem despiciunt. Ad es- dem modum viri iustus, atque humilis, quilaud em, gloriamque omnem Deo deferendam esse apud se statuens tanquam ipse Deo, tanquam aucupi glo- riā demonstrat, vt ipse configat, atque auferat: superuolantes autem illas gloriose, & hominum opinione, tanquam ad se minime pertinentes nunquam sectatur.*

78

*Georgius, Hugo.*  
*Venetus.*

#### V. Deseruit enim vias vineæ sua, in semitis vero agelli sui errauit.

#### VI. Ingreditur per loca auiaria, atque arida, & terram destinatam ad sitim, contrahit autem ma- nibus in fructuosa.

*Hæc verba sunt in vulgaris codicibus, & à textu etiam Septuaginta expuncta sunt tam in Regia, quam in Complutensi editione: sed ta- men in correctioribus Bibliis Clementis, ac Sixti leguntur capite superiori statim post præmissam sententiam, cum qua optime cohærent, vt statim dicemus. Clemens Alex. lib. 3. Stromatum, tum hæc tū superiora verba adversus hæreticos protulit ad hunc modum. Qui autem falsis innituntur, is pascit ventos, & insequitur aues pennatas. Non intelligit verbum hic Philosophiam, cum hac in multis probabi- liter argumentetur, & probabiliter loquatur: sed hæ- res, inquit, infectatur. Infert itaque. Reliquit enim vias vineæ sua, in semitis autem propriæ agriculturæ sua errauit. He autem sunt, quæ Ecclesiastem relin- quunt ab initio, Iam vero qui cecidit in heresim, trā- sit per solitudinem sine aqua, inhabitabilem, fitibun- dam terram peruidens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Hæc tenus Clemens, qui locum integrum exhibet, & versat. Tamen interpretatio illius accommodatitia est.*

79

*Ergo literam sic expendo. Deseruit vias vineæ sua, & semitas agelli sui errauit: Solemne admō- dū est his, qui fraudulentis lucris pariendis studet, honestas acquirendi rationes relinqueret: nullum autem est honestius, atque tutius ab omni dolo lucrum, quam quod ex vinearum, vel agrorum cultura captatur. Iuxta illud Poëta.*

*Beatus ille, qui procul negotijs*

*vt præca gens mortalium*

*Paternarura bobus exercet suis.*

*Ergo Salomon ostendit, vnde fere proficiscantur auditas iniustorum quæstuum: ex eo scilicet, quia homo vineam suam, & agrum, ex quibus satis*

amplum fructum colligere, ac messem demeteret A posset ad vitam tuendam, deserit, ut negotiacioni vacet, ac quæstibus aliis, qui fere sine iniuria transfigi, & tractari non possunt. Itaque id homini illi culpa, ac vitio vertendum esse dicit, quod, cum ex cultura proprij agelli, & vineæ censum augere posset, sectatur negotiaciones, & quæstus iniuriis plurimum obnoxios. Sic primus versus non inepte superioribus agglutinatur: sed tamen minus apte cum sequenti concinit. Quapropter crediderim potius sententiam istam per similitudinem effrendam esse, hoc modo. Homo qui iustas, & equas lucrandi rationes relinquens iniustos quæstus consecutatur, haud dissimilis est cuidam homini vecordi, & fatuo, qui deserit agrum suum, & vineam, quam si operis assiduis excolet, fructum vberem reportaret: Ingreditur autem loca aavia, atque arida, & terram destinatam in secessum: id est, omnes suas operas, & laborem confert in excolandis loca sicca non irriguis aquis, non coelestibus saturata, sed perpetua siccitate arentia, ex quibus nullam messem facere, nullum fructum decerpere poterit. Id sibi vult illud. Congregans manibus in fructuosa: vel ut cōuertit interpres Clementis. Colligens manibus sterilitatem fructuum: id est, fructus, ac messem loco nullum fructum, messemque reportans. Ea enim est mens Salomonis tum hic, tum alibi, docere illū, qui per iniuriam contra ius, fasq; ditari vult, minime profecturū, neq; id vñquā asequuturū esse: iuxta illud, quod infra ait c. 12. Non inueniet fraudulentum lucru suū. Id vero tribus similitudinibus, hactenus explicit: eius scilicet, qui ventos pascit: qui volantes aues insequitur: & qui derelictis fructiferis, & irriguis saltibus, arentes, & steriles serit, atque excolit. Ex quo elicetur inter eos qui bonis artibus, & iustis operis lucra captant, & eos, qui fraudibus ditati cupiunt, id interesse quod inter duos agricolas, quorum alter fœlicem, vberem, irrigua nquetellarem serit, & alter macro, arenti, & sterili solo semina committit sua. D

Interp.  
Clement.

V. Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro vtetur.

82 Augst.

**H**ec sententia, quemadmodum præcedentes, ab etiā ab Hebraicis, vel vulgatis codicibus, & ex Græcis non pauci exhibent illam in superiori capite, plerique tamen hic inserunt: sed magis fidendum est textui Vaticano. Meminit huius sententia August. lib. 16. de Ciuitate cap. 2. ubi sententiam illius prorsus enucleavit. Sic enim scribit. Solent impij pacem perturbare sanctorum, sed hæc in usum cedunt proficiuntiam iuxta illud Apostoli, oportet hæreses esse, ut probari manifestifiant in vobis: unde etiam scriptum est. Filius eruditus sapiens erit: imprudente autem ministro vtetur. Itaque ex mente Augustini talis sensus euadit. Filius eruditus sapiens erit: Græcius mātēdō ipso, id est, filius, corruptus, seu castigatus, quem nimicum Deus suis exerceret correptionibus, hiē sanè euadet sapiens. Nā vexatio intellectum conferre, & mente adducere solet. **I**mprudente autem ministro vtetur: id est, ex diuina dispensatione aderit illiad exercitationem, & probationem minister aut seruus imprudens, & vecors, quo nihil homini sapiēti, & gnauo granius esse solet. Nam vt optime Demodonus apud Stobæum. Fatuus homo sapiens vero cohærens perinde est, ac si vino homini cadaver alligeretur: cuius pondere, tabo, & tetro odore plurimum grauari necesse est. Et quidē nescio quo malo fatu

sapiens, & piorū hominū accidit, vt plerumq; prævis seruus tantur. Apud Herodotū quidā Regē af- fatus sic ait: Præterea o Rex, & istud considerabis; quod bonis hominibus malis serui obtingere solent: ma- lis verò boni. Ratio verbū in promptu est, quia serui- lis ingenij, atque conditionis est bonitate, & facili- tate Domini abuti (serui enim si timore vacent, illico insolecant) at difficiles, & prauī Domini seruos timore, ac metu percussos in officio coē- cent, & obtequentes ad nutum reddunt. Hinc est illud Seneca apud Petrarchā de malis seruis dialog.

Herodotus  
Seneca  
Petrarcha

29. Dominicam mansuetudinem duro pede calcantes, furdostorpentesque Imo aliquando domini facilitas, & mite contuberniū in causa est, vt seruus in domi- num commutata conditione ius imperij capessat. Apte igitur Salomon secundum hoc prius Augu- stini consilium ait: Filius eruditus sapiens erit: id est, pius, & iustus, ac moderatus: hic verò fatuo ministro vtetur: id est, improbo & contumaci seruo: quia he- ri bonitas, & facilitas seruum difficilem, & contu- macem reddere solet. Quantum vero negotijs, atq; laboris seruus contumax domino facessat suo, vt eo exerceri, & probari merito dicatur attigit Pe- trarcha præmisso in loco, vbi vno quærente, & altero respondentē sic instruitus sermo In domitis seruis premor. Resp. Tuæ acies contrate militant in suave negotiū. Q[uod] superbi seruus obfessus sum. R. Eos quæ obfident, pascere cogeri, In amena neceſſitas. Q[uod] Seruus obfide orpeſimus, voracibus, furibus, menacibus, impudicu. R. Quid seruorum Epithetis affluere est opus, seruos dīc, omnia dixeris.

84

Ceterum licet interpretatio D. Augustini mihi valde probetur, subest tamen aliis etiam sensus his verbis, ad hunc modum. Filius eruditus sapiens erit: hic verbū sapientia, & iudicio usque adeo pol- lens imprudente ministro vtetur: id est, quolibet alio homine imprudente, & insipienti pro ministro, & seruo vtetur. Sapientia enim tantam homini di- gunitatem, & ingenuitatem præstat, vt insipientes homines illius obsequio, & ministeriis quodammodo addicat, & subdat: iuxta illud. Seruo sensa- to liberi seruent. Ecclesiastic. 10 Sapientia enim Eccles. 10 tantopere extollit hominem vt quamlibet condi- tione seruus sit, veluti consumpta seruitute insipientes alios quantumvis liberos, & ingenuos illi tanquam vilia mancipia summittat. Cains rei ra- tionem venustam obtulit Seneca libro 3. de Bene- ficijs. si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere (fallitur scilicet) pars eius melior est exce- pta: corpora obnoxia sunt, & ad scripta dominis, mēs quidem sui iuris est. Hinc est, vt sapè seruus, cuius corpus domino mancipatum est, & obsequio illius addictum, animo & mente eidem imperet. Vnde Diogenes apud Laertium libro 6. cum ex liber- tate in seruitutem bello captus venderetur, & is, qui emerat, dixisset: vide, vt iussis meis obtemperes. Sic occurrit ἀνθεμών id est, Contra fluum, seu aduerso flamine. significans rem esse præpo- teranti, virum Philosophū & sapientem homini indo- cito inseruire. Nam sicut fluum à superioribus ad ima decurrit, sic etiā seruitus à sapientibus ad insi- pientes defluit: quapropter si vir insipiens, & fa- tuus homini perito & sapienti imperitare aliquan- do contingat, aduerso flamine res agitur: quia cō- tra istum, (licet sic dicere) seruitur ab his, qui natura ipsa inferiores sunt, ad superiores venitur. Addit deinde Laertius, quod cum Diogenes à præ- cone rogaretur, quo titulo licitari volet, respon- dit *Nous hominibus liberis imperare*. Q[uod]æ sententia parum abit ab illa. Seruo sensato liberi seruent. Putauit scilicet virū Philosophū quantumvis bello ca- piū, & seruituti addictū corpus haberet: animū ta-

Seneca

Laertius

85

mensolutum, & liberū gerere, atque ob illius præstantiam in liberos etiam homines imperium merito sortiti. O prime igitur Salomon. *Filius eruditus sapiens erit*: atque ob sapientiae præstantiam imprudentem et quam ministro utetur: id est, in illum iure dominij imperium exercebit.

*V. Qui congregat in messe, filius sapiens: qui autem sterit aestate, filius confusionis.*

**Q**ui congregat in messe, filius sapiens. Hebræa, n. aestate. Reliqua non dissident. Sept. Incolamus euadit ab æstu filius intelligens. Chaldaeus: *Qui operatur in aestate, filius sapiens est.* Symmachus concinit cum nostra lectione. Dissidium autem inter illam, atq; translationem Septuaginta peperit verbum οὐτὸς Ἀγρος, id est congregans, conseruans, quod licet etiam passiuē efferre, id est, congregatus aut conseruatus. Itaq; integrum est transferre, conservatus in æstu, vel ab æstu, &c.

*Qui auiem sterit aestate, filius confusionis.* Hebraicæ. Dormiens in messe filius confundens. Chaldaeus: *Qui dormit in messe.* Septuaginta: *Correptus autem à vento sis in messe filius iniquus.* Et quidem pari ratione vox נִרְדָּם Nirdam, à radice Radam: significat in coniugatione Kal dormire, at in Niphah int̄ditur significatio. Itaque Nirdam propriè est alto sopore mersus. Noster ergo ad socordiam retulit, nā socordes nimis soporindulgent. Septuaginta verò ad veterum seu lethargum, quod ex nimio cœstu, seu calore solet accidere. *Quo morbo laborasse fertur Manasses coniux Judith, de quo capite 8. sic habes.* Qui mortuus est in diebus meis: hordeace: instabat enim super alligantes manipulos, & venit æstus super caput eius & mortuus est. Id sibi voluerunt Septuaginta cum ait. *Correptus ab æstu filius iniquus.* Græcæ εποδοεσσà vento periens. Ad messes etiam transferritur, Osee 8. vbi enim nos legimus. *Qui ventum seminabunt, turbinem metent, &c.* Septuaginta conuertunt: *Quia corrupta vento seminaverunt subuersio eorum suscipit ea: manipulus non habens vires, ut faciat farinam.* Sic verò appellavit Oseeas frumentū, quod vulgo dicitur abochornado.

Ergo accommodatio est expositio Bedæ, à quo eandem libauit Hugo, & Dionysius ad hunc modum *Qui congregat Christo animas, tunc cū messe simul est in hoc mundo, operarij autem pauci, filius sapiens est: qui autem hoc tempore acceptabilis sua atque alienæ salutis querendæ incuria torpescit, filius est confusionis, id est in die tribulacionis reportabit confusionem.* Addit Hugo tribulationes, & labores, quibus homines assiduo afflstantur in hac vita, messe, atque æstus nomine compellari posse, in qua magnam virtutatum omnium segetem demetere licet, humilitatem, scilicet, patientiam, mansuetudinem, & alias. Quid ergo tempus hoc messe captat, sapiens est: qui vero illud labi permittit, & nullam bonam frugem facit, hic filius confusionis est. Sed hæc, atque alia eiusmodi prætergredior.

Interpretes illi, qui propius ad literam accedunt, non parum dissident. Quidam enim verba ipsa, ut sonant, exponenda esse docent, alij messe, atq; æstatis nomine ali quid aliud adumbrari volunt. Ex illis ergo, qui verborum sonum sectantur, alter est Hugo, qui putat iuxta literam suaderi homini labore in terra culturam: cui expositioni non parum defero. Existimo enim sapientem adhuc perstare in præceptis illis, ac documentis, quæ ad quæstum & lucra pertinent. Cum ergo haec tenus male partis copijs haud fidendum esse docuerit, nunc quidē

easdem, labore & industria querendas esse demōstrat. Itaque ait: *Qui congregat in messe, filius sapiens est: id est, ille profecto sapit, qui dimissis alijs rationibus opes augendi, quibus periculi plurimis subest, ex agello suo, quem suis operis excoluit, matutam, & decoctam segetem æstivo tempore demetit, inque penum, & cellaria sua infert annonā, unde viuat.* Ille inquam sapit: is autem omnino desipit, qui segnitiei se dedens, id temporis, quod in parandis industria sua opibus ponere debuisset, socordia, & somno impendit, æstuum scilicet. Nā cum ad victum querendum, & vitam tuendam industria aliqua opus sit, illam quidem in alios quæstus haud securos conferat necesse est. Id sibi vult illud, qui sterit aestate, filius confusionis. Itaque Salomonis agriculturam suadere videtur his verbis, quia nulla augendarum opum ars est decentior, & honestior, & ab omni fraude, & dolo immunior. *Seneca.* Cecinit hoc eleganter Seneca in Hipolyto.

*Non alia magis est libera, & virtio carens  
Ritusque melius vita, que priscos colat,  
Quam quæ relit is mænibus syllæ amat.  
Non illum auaræ mentis inflamat furor,  
Quis edicauit montium insontem iugis, &c.*

Vbi plures alias vita rustica laudes cumulat, ostēdens illam ab omni fraude, & virtio immunem esse. Sed Aristot. in Polit. libro sexto, capit. 3. agriculturam quam sit doli, & cupiditatis expers ingenium significauit. Sic enim scribit. *Multitudo, quæ ab agricultura viuit, vel pascu, negotiosa quidem est: ex quo sit, veraro concionem agant, id est, litem intendant alijs: cum enim laborandum sit illis circa necessaria ad victum operibus destinantur suis, & alterna non appetunt.* Et lib. 1. Oeconom. capit. 2. *Posse fuisse autem prima cura est, ea q; secundū naturā secundū naturā vere potissima est agricultura, secundo loco omnia, quæ sunt à terra, sed agricultura præcipua, quoniam iusta.* Iusta autē agriculturā appellat, quia nulla ab iniuria, & dolo magis remota est. Et in vniuersum eum populum beatissimum fore dicit, in quo omnes ex agricultura vixerint: nam in eo nulla legum corruptio, nullus vaſtæ mentis locus. Vide ibi. Sed Tullius. Tullius pro Roscio Vsta (inquit) *rustica quam nos agrestem vocamus, parsimonia, diligentia, iustitia, magistra est, quæ maximè disunita est, à cupiditate, & cum officio coniuncta.* Augustinus de hæresibus Auguft. ad Quod vult deum, cap. 46. *Agriculturam omnium artium innocentissimam appellat.* Propterea igitur Salomon cum præcepta augendæ rei tradit, agriculturam consulit, quæ nimis inter omnes alias attes tutior, & iestior est.

Secunda expositio est Caietani, Iansenij, & Lyra, qui existimant similitudine messis, & æstatis significari occasionem, & opportunitatem cuiuslibet rei peragendæ in vniuersum: hæc enim ocyus fugere, atque hominem deferre solet. Itaque sensus est. *Qui congregat in messe, filius sapiens:* id est, qui opportuno tempore resagreditur, is quidem sapit. Ille autem, qui socordia solitus opportunitatē abire finit, omnino desipit. Ceterum ista interpretatio non omnino mihi atridet. Licet enim præceptum hoc opportunitatis caprandæ in his verbis inclusum sit, tamen ipsa verba aliquid præterea bonæ sententiae includunt, si metaphoricum ad sensum vñenrur.

Tertia igitur interpretatio est Rodolphi, quæ Rodolphi. mihi cæteris præferenda videtur, quia vñenstor est, & cum translatione Septuaginta melius concinit. Nomine igitur æstus seu æstatis adolescentiam intelligo. Sicut enim hyems cum senectute componi consuevit, sic etiam æstas adolescentię

*adscribi solet. Maximus locorum communium capit. quadragesimo primo, ex Erasthenis sententia vitam hominis in veræ statem, autumnum, & hibernem paritur: adolescentia vero æstatem tradit, & alij passim. Sed tamen ex his, qui adolescentiam*

*August.*

*cum æstate conferunt, alij alias offerunt rationes.*

*Diuus Augustinus Confess. lib. 2. cap. 2, ideo estui similem esse dicit, quia proprium est illius ætatis,*

*& amare, & amari: cupiditas enim incalescit, & animum. Quid spectauit etiam Ambrosius de Vi-*

*dūis libro 1. cum ait. Vicina est lapsibus adolescen-*

*tia, quia variarum æstas cupiditatum fervore calen-*

*tis inflammatur ætatis. Itaque tum hi, tum etiam alij ex Patribus ea similitudine æstatis, aut æstu vtun-*

*tur ad significanda iuuentutis vitia, quæ calente, &*

*æstuante ætate plurimum vigent. Cuius pugnas*

*Augustinus sic exaggerat, de verbis Domini 43.*

*Accrima pugna calens iuuentus est: vidimus eam,*

*transfusimus per eam. Sed nascentes ex hoc ardore*

*motus in iuuenibus eleganter complexus est Di-*

*Basilius, 3. Isaiæ. Iuuentus (inquit) ardor*

*ille per quam leuis est, & ad flagitia quæque apprime*

*mobilis; cui ad sunt indomitæ, & effrenes concupi- scen-*

*tia; belluina, atq; immanes iræ: lingua in continentia,*

*contumelia, arrogancia, fastus ex animi elatione, reli-*

*qua item affectiones iuuentuti vernacula, & coacta.*

*na, examina enim innumerabilium vitorum se aggro-*

*merant, & adiungunt iuuentuti. Itaque in iuueni-*

*bus calorem illum, & ardorem, propter quem æsta-*

*ti comprobatur corum ætas, tanquam omnium vi-*

*tiorum originem fontemque notant sancti Patres.*

*Malum igitur iuuentus: ætas vita periculosa est.*

*Occurrit Salomon. Qui congregat in messe, filius*

*sapiens: quasi dicat, nemo iuuentutem, & vita*

*æstatem omnino damnet: est enim tempus messis*

*facienda, & fructus decerpendi; sicut enim ætas*

*metendis messibus, atque horreis cumulandis ad-*

*scripta est, sic etiam iuuentus carpens, conge-*

*rendisque virtutibus dat operam, is quidem sapit.*

*Obserua igitur naturam huius ardoris, quo æstuat,*

*caletque adolescentia. Nam si vitijs applicetur, ea-*

*dem inflamat, & veluti subiectis facibus adau-*

*get illorum ardores. Si autem virtutibus accom-*

*modetur, eas quidem decoquit, & quasi fruges*

*maturas reddit: ut illas demetere, atque in pe-*

*nun animi ad reliqua vita, annonam inclu-*

*dere liceat. Qui autem stertis ætate, filius con-*

*fusionis. Ille scilicet, qui in iuuenta, cum mes-*

*sem facere, & horrea sua cumulare oportebat, de-*

*sidiæ, socordiæ, & somno indulget: is quidem desi-*

*pit, ac in reliquum vitæ tempus pudorem sibi ac-*

*cerbit. Is est ille adolescentis, in quo ardor, ætasque*

*iunioris ætatis vitiorum flamas alit, & praua-*

*Erum affectionum ignes accendit scilicet otiosus, &*

*socors. Otium enim in adolescentibus spirat*

*amores, libidines, & cupiditates. Has enim ani-*

*me vacantes passiones merito vocavit Chrysosto-*

*mus (ut alibi diximus) quæ si ardor iuuenilis ac-*

*cedat, in quasdam si licet dicere, violentas & in-*

*sanas flamas euadunt. Contra verò studium, la-*

*bor, & industria in iuuenibus multas pullulat,*

*alitque virtutes, quas eiusdem adolescentia ardor,*

*calorique decoquit, iuuat, promonetque. Itaq; ado-*

*lescentia ætas non per se mala, sed anceps: inerti-*

*bus enim exitio: studiosis autem, & industriis ma-*

*gno emolumento est.*

*Cum ista expositione concors est translatio Se-*

*ptuaginta, quæ sibi habet. In columis cuasi ab æstu*

*filius intelligens, corruptus autem à vento fit in messe*

*filius iniquus, id est, cum ætas, ardorque adoles-*

*centia iuuenes corrumpere soleat, cum forte ad*

*socordiam accessit sapiens utique studiosus, atque*

*A industrios adolescentes ab hoc æstu sese in columem*

*præstat. Attamen iners, & desinuens in adoles-*

*centia æstatem eodem igne corruptus ardet pluri-*

*mum. Nam ea vitia, & affectiones, quas socordia*

*spicit, calor iuuenilis inflammat. Sed pendenda*

*est vis illius verbi à vento fit.*

*Nam vt supra ani-*

*maduerti, cum originibus Hebraicis collati pro-*

*prie significat eum, cuius caput solis ab æstu in ca-*

*luit, & propterea in veterum, lethargum, & febrē*

*incidit. Et quidem morbus iste optimè depravatæ*

*adolescentia corruptionem exprimit. Nam pari-*

*ratione in iuuenibus evenire solet, quorum capi-*

*ti, id est rationi atque menti æstus, ardorque iue-*

*nilis veterum immittit, & omni lethargo pericu-*

*losiorem soporem inducit, Proh Deum! quam*

*aperte in adolescentes cadunt illa verba. Venit æsus*

*super caput eius, & mortuum est. Febrem autem illam,*

*quæ æstuante libidine iuuenes corripit, & caput*

*tentat, attigit Diuus Chrysostomus homilia septi-*

*ma in Epistola ad Hebreos. Quod si vox illa*

*à vento fit in messe filius iniquus, id est,*

*ad eum modum, quo venti & auræ calidiores te-*

*neras adhuc segetes lädant, exuruntque. His-*

*panè: Las abochornam. Hos ventos Latini vredin-*

*nes appellant, qui segetestorrēt, excalefaciuntque,*

*& adstringunt frumenta, & tum ad farinam, tum*

*etiam ad sementem inutilia reddunt: adeo vt si*

*mola tradantur, in furfures abeant: si autem ter-*

*ræ committantur, non germinent. Vtrumque*

*atingit Oseas in illis verbis: Corrupta à vento semi-*

*nauerunt. Et deinde, Manipulus non habens vires, vt*

*faciat farinam. Hugo Victorinus duos Ecclesiæ*

*Oseas.*

*status continentium, & coniugatorum in frumen-*

*to contemplatus est non ineleganter. Nam sicut*

*agricola (inquit) frumenti collecti partem tradit in*

*semen, partem molit, & in farinam candidam vertit*

*ad cibos. Sic etiam Deus hominum partem coniugio ad-*

*dicit ad semen generis humani, partem autem conti-*

*nentia molit, & in candorem castitatis vertit ad men-*

*sem suam. Iam intelliges quanta male æstuante*

*iuuentutis sint nocimenta. Corruptus à vento filius ini-*

*quus, id est: Adolescentis qui in iuuentute morum*

*corruptelam contraxerit, nihil dissidet a frumen-*

*to vredine vitiato, quod neque ad seruandum, ne-*

*que ad molendum idoneum est. Luculentius di-*

*xerim, nullum ad statum idoneus habilisque est.*

*Nam si matrimonio tradatur in semen, vel non*

*germinat, nec filios procreat. (Ita enim evenire*

*solet iuuenibus, qui corpus iam libidinibus effe-*

*tum, & vitiatum ad coniugium afferunt,) vel*

*prauos, ac sibi similes filios suscipiunt. Si autem*

*mola committantur: id est, continentia, religio-*

*ni aut sacerdotio, non sanè in farinam, sed in fur-*

*fures tot abeant. Nam vita, quibus homines*

*adolescentiam impenderunt, ad senectam usque*

*transmittunt. Ea propter non Deo, sed canibus*

*idoneam escam præbent.*

95

Verum enim uero licet ex tribus præfatis inter-

pretationibus prior mihi valde probetur: tam-

en subiectio aliam, quæ nescio an reliquis præferen-

da sit, tu videris. Cum Salomon in premissis, im-

& sequentibus sententijs de lucris inste parandis

sermonem fecerit, idque potissimum contendere

ex iniustis quæstibus neminem copias suas augere

posse. Iuxta hanc mentem verba ista talem ad sensum

vocare licet. Qui congregat in messe, filius sapiens.

Sapientis quidem latissima est significatio: probū, iu-

stū, & studiosū ad significat. Itaq; ait, vir probus, &

iustus, qui nihil contra ius, fasq; admittit, is quidem

tempore messis uberrimos fructus percipit, & A horrea sua copiosissimis prouertibus cumulat. Qui autem sterit aestate, filius confusus, vel iniquus, ut habent Septuaginta: id est, qui iura violat, & aliorum iniuriis ditari vult, is sane sterit aestate. Hoc est ager illius nullos germinabit fructus, atque adeo tunc cum illis decerpens, atq; inferendis operas suas nauare oportebat, totius prouentus expersorors sedebit, atque indormiet. Neq; verò arduum est lectionem Septuaginta ad istam etiam sententiam allucere. Sæpè enim contingit vulgari loquendi modo, ut ea quæ ad nostras res pertinent, proxime nobis meti plisis accommodentur. Et ut missa faciam alia testimonia, quæ passim in scriptura occurunt: illud est appositissimum ad subiectam materiam, Matth. 5. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores,* id est, super fundos eorum: & vulgo dicimus aliquem sui ipsius iacturam fecisse, cum bonorum suorum detrimentum perpeccus est. Ergo Salomon ait: *In columnis eius ab æstu filius sapiens, corruptus à vento fit in messe filius iniquus,* id est, cum vredines & calida auræ segetes afflarent, homo iustus, & probus, eius scilicet fruges incolumes evaserunt. At iniustus, & improbus eius nimis segetes à vento, & vredine in messe, id est, cum proxime falci essent, corruptæ, & adusta sunt.

Matth. 5.  
num. 45.

V I. Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.

Hebo.  
96

Caiet.

Pagnin.  
Caiet.

Septuag.  
Aquil.  
Symmach.  
Theodor.

**B**enedictio Domini super caput iusti. Hebraicè: *Benedictiones Domini in caput iustorum.* Caietanus: *Benedictiones capiti iusti.*

*Et os impiorum operit iniquitas.* Ex antiquis codicibus ante Clementis correctionem multi habebant, operit iniquitatem. Pagninus ex Hebreo convertit. Operit iniuriam. Caietanus: *Os autem impiorum operietur iniquitate.* Chaldaeus: *In ore impiorum operiter rapina.* Septuaginta: *Os autem impiorum operiet luctum intempestivum.* Aquila, & Symmachus, iniquitatem. Theodotion, rapinam. Dissimilitudinem hanc peperit primo anceps sonus textus Hebraicæ, qui ex æquo patet utriusque lectioni, scilicet operit iniquitatem, autoperit iniquitas. Tum etiā vox νοῦ Chamas, quæ significat iniquitatem, rapinam, iniuriam, &c. Sumitur tamen frequentissimè in sacris literis pro pœna iniquitatis. Genes. 4. *Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Hebraicè: *Quam ut portare eam possum.* Sic Cain, Supplicium videlicet, quo Deus affecit me, excedit vires meas, & alia passim sunt eiusdem generis. Ea propter Septuaginta ad pœnam referentes luctum intempestivum transtulerunt, id est, supplicium præmaturum ante tempus immisum à Deo, & præter scelerati hominis spem.

97  
Caietan.

Caietanus exorbitat in hoc loco à vulgata lectione. Itaque cum legerit. *Benedictio Domini capiti iusti:* id est, in capite. Sic exponit: benedicere aliis iusti officium, & munus est, atque benedictiones, & bonorum precatio[n]es in capite illius, id est, in eius mente fabricantur, & inde ad os perforuntur. *At os impiorum operietur iniquitate,* id est, si quando impij benedicunt, & bona precantur, id quidem faciunt ad obtengendam impietatem suam. Aut certè operietur iniquitate, id est, maledictionibus, atque malorum precatio[n]ibus afflit os illum. Sed ô frigidam, ne dicā violentā expositionē!

Beda, cui cohæret Rodolphus, nomine iusti miseriordem hominem intelligit, in cuius caput Dei benedictiones large descendunt. Et sane in-

cordiam, & eleemosynam notandam assumuntur in scriptura. Potest etiam hæc sententia secundum hanc interpretationem cum superioribus innotescere. Cum enim Salomon hactenus modū præscripterit, quo lucra, & quaestus faciendi sunt ad opes auggendas: nunc quidem optimam augendarum facultatum artem tradit, scilicet eleemosynam, & misericordiam. Itaque sensus est: *Benedictio Domini super caput iusti,* id est, affluentia bonorum omnium homini iusto eveniet. Hanc enim sonat nomen benedictionis in sacris, infra in hoc ipso capite. *Benedictio Domini diuites facit,* & 2. ad Cor. 9. *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet,* 2. Corinth. & passim alibi: *Os autem impiorum operit iniquitas:* num. 6. id est, tunc cum impius, & auarus aliter secum agi viderit: tunc inquam, cum iusto, & pio homine fortunis affluente, ipse benedictionis expers egreditur suam asperxit, non audebit mutire, neque querelam aliquam aduersus Deum suscipere: quia iniquitas ipsius illi os omnino obturabit, atque suæ auaritiae iustas pœnas dare existimabit.

Suspecta mihi esset hæc interpretatio, nisi aliam ad similem legerem apud Dauid. in Psalmo 106. *Benedixite, & multiplicati sunt nimis,* id est, ditati admodum. Et post pauca. *Et adiunxit pauperem de inopia, & posuit sicut ours familias.* Id est, populum in terram promissionis induxit, & tot miserijs erexit locupletavit: & sicut vnius sylue spatia inter multos ouium greges dispergit solent pastores, vt alii alibi pascantur. Sic etiam Deus amplissimam illam regionem inter tribus duodecim distribuit. Attegit. *Videbunt recti, & latabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum,* id est, Iusti quidem lætitia effarentur, diuinam in se benevolentia experiunt: iniqui autem conticescent, atque silentio oppriment os suum, neque de Deo conqueri audebunt. Aliter etiam secundum hanc sententiam extrema illa verba interpretari licet: *Os autem impiorum operit iniquitas.* Sicut os apud Latinos sumitur pro facie: sic etiam in scriptura: imò aliquando ad totum virum significandum assumitur sumpta parte pro toto. Reg. 3. cap. 16. *Dereliqui mihi os,* 3. Reg. c. 18 quod non adorauit Baal osculans manum. Puta viros omnes quotquot non adorauerunt Baal. Et Threnorum 1. *Iustus Dominus, quia os eius ad iracundiā provocant,* id est, ipsum. Ergo secundum eam acceptiōnem Salomon ait: *Benedictio quidem super caput iusti,* id est, viro misericordi Deus bonorum affluentiam elargietur. Sicut ergo hic in priori heymstichio partem pro toto Synecdoche vñus accipit, scilicet caput pro toto homine: sic etiam eodem filo assuit. *Os autem impiorum operit iniquitas,* id est, ipsosmet impios (vt eidem tropo locus sit;) iniquitas, id est, supplicium, & pœna iniquitatis, (ita enim capiendam esse iniquitatem in hoc loco pro pœna, & supplicio suadet translatio Septuaginta, de qua supra, & ipsam sententia postulare videtur, vt antithesis venustior sit,) iniquitas inquam, id est, iniquitatis pœna, diuina scilicet maledictio operiet, teget scilicet, & circum amicit, seu vestiet. Ea enim est vis vocis originalis. Cui expositioni accidunt verba Dauid in Psalm. 108. *Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, & prosequitus est hominem inopem,* Psal. 108. & com- punctum corde mortificare. *Dilexit maledictionem,* num. 16. & veniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem, sicut vestimentum, & intrabit sicut aqua in interiora eius. Et quidem iure optimo Salomon inter artes lucrati, & opes adaugandi eleemosynam numerat. Accipe D. Chrysost. hom. 24. quā ita inscribit *Quod eleemosyna est ars omnium artium quæstuosissima.* Vbi multis rationibus excellentiam

cellentiam huius artis, quæstumque commendat. Nam primo illa res maximè quæstuosa est, quæ sine aliquibus impendiis ingentia acquirit compendia, seu lucra, talis est eleemosyna. Quia artium nulla proprium sibi munus exequi potest sine aliatum ope, & adminiculo, pluribus enim indiget instrumentis ad suum opificium, haec autem ab aliis artibus petit. Inde sumptus, & dispendia, si libet (inquit Chrysostom.) agriculturam examinemus primam, nam si cuseriam non adhibent, à qualigenem, & vomerem, falcem, & securim, & alia plurima mutuetur: & Carpenterium, ut aratrum pangat, & iugum paret, & plastrum: & Coriarium, ut lorum faciat: & adificatoriam, ut arantibus tauris stabula adficiat, & serenibus agricolis domum, & successoriam, & pistoriam, &c. non potest quidem ipsa quicquam agere. Artium denique qualibet alijs, atq; alijs artibus opus habet. Cum autem oporteat misericordi, nihil aliud nobis, sed sola voluntas est necessaria. Quod si dicas quod pecunias opus est ad erogandum, domo ad hospitem suscipiendum, vestimentis, & calceamentis ad nudos cōuestiendos: illa lege Christi verba, quæ vidua dixit, & ab angore isto desiste. Licet valde sis pauper, mendicā ibus pauperior, si duo minuta contuleris, rotum explesti: & si des patrem, quia aliud non habes, ad perfectionem artis venisti: & si nihil des, quia nihil habes, illud tamen dare desideres: ad artis culmen perigristi.

Præclara igitur, & quæstuosissima ars illa, quæ sublatis omnino expensis tot, tantaque nanciscitur. Ad præstantiam etiam, quæstum istius artis illud pertinet, quod non solum ipsa alijs artibus non indiget, sed etiam omnium aliarū opera exequitur. Quod quidem duplici sensu accipere licet. Prior est eiusdem Chrysostomi ibidē, vbi sic addit. Non enim est hec sola eius præcellentia, quod aliarū non indiget: verum & diuersarum artium est expeditior: immo multarum, & omni generum domos quidē adficit in cœlo semper māsuras &c. Hactenus Chrysost.

cuius prepositum thema porsequi non est arduum. Nam eleemosyna nauterum agit, qui nauem nostram in portum beatitudinis in columē regit. Sic idem Chrysostomus in Epistol. ad Hebreos, hom. 12.

Textoriam exercet, ac sartoriam, nam hominem vestit gratia. Sed & Chrysostomus hom. 84. in Ioannem. Eleemosyna (inquit) vestem dat, quæ cum homine resurget, his vestibus fulgebunt, qui tunc audiēt, esurientem me vidistis. &c. Cusoriam, & ferrariam nouit, quia hominē armatura, seu panoplia à se compacta induit, scuto munit, gladium, & hastam in manus dat. Lege Hieronymum in Oseam. Medi-

cē artis perita est; Chrysostomus ad Hebreos 9. modum tradit, quo eleemosyna succurrerit peccatis optima medicamenta cōfingens: vbi inter alia sic addit: Medicamentum validum, quod maxime ad paenitentiam operetur hoc est, & sicut in præceptis Medicina, & adiutorijs est medicamentum multis quidem herbas accipiens, unam autem dominantisimam: sic & in paenitentia ista herba dominatur, & potentior est, & uniuersum ipsa efficit. Date eleemosynam (ait Scriptura) & uniuersamunda sunt vobis. Audi Augustinum in serm. 48. de verbis Apostoli. Agri-

culturæ omnes partes explat Paul. 1. ad Corinth. 9. p. Qui seminat in benedictionibus, de bene dictiōnibus & metet. Et quidem pleraque per similitudinem ab agris colendis ad eleemosynam transferunt Pa-

tres. Basilus homilia contra ditescentes auaros. Chrysostomus homil. 55. in Genesim, & hom. 5. in Mathēum, Imperfe&tū hom. 12. in eundem, & ho. 34. ad Populum, & alibi. Militarem artem nouit, exercitum ducere, phalanges ordinare, & metari castra didicit. Chrysostomus in ea homil. 33. ad Populum. Si vero milites mihi dicas prote Bat-

tom. i.

100

Chrysost.

102

Chrysost.

Hieronym. Chrysost.

Paul. 1. ad Corinth. 9. num. 6.

102

A baris repugnantes sunt, & hic castra pauperum, & bellum, in quo pro te pauperes pugnant cum enim stipendium reperint, orantes tibi Deum faciunt propitium, propitium autem facientes pro Barbaris à te Demones repellunt. Hos itaque conspiciens milites quotidie praetecum diabolo pugnantes à temeris tributum istud exige illorum alimenta. Ad hunc modum licebit tibi reliquas artes percensendo illas eleemosynæ accommodare: suppeditabuntque tibi Patres appositissima testimonia ad id confirmandum. Nam ne longior esse, satis duxi viam aperire, & modum digito destinare. Sed quid inde inquires? Inde profecto fit artem illam quæstuosissimam esse, quæ vna cum sit, omnium artium absoluit opera. Nam si quælibet ars suo artificiatis lucri, & quæstus affert ad vitam transfigendam, in modo ad augendam rem familiarem (agricultura enim agricolam alit, Medicum medicina, militaris militem, &c.) Quid tādem quæstus, & lucris suppeditabit hæc ars, quæ omnium pariter artium operas expedit, & exequitur? Denique, ut quam amplius sit eleemosynæ quæstus, omnino constet, cum fœnora, & vñræ, quibus nihil est quæstuosius, aliis prohibitate, & interdictæ sint, soli misericordi æquum, & integrum est, fœnori sua bona dare, & pecuniae alias steriles apud ipsum fœnora copiosissima parturiunt. Iuxta illud, Fœneratur Deo, qui miseretur pauperi. Lege Basilius hom. in ditescentes auaros, *Basilius.* & in Psalm. 14. vbi pendens illa Christi verba: Mutuo date à quibus accipere minime sperati. Subdit. Et quale (inquit) hoc mutuum, cui non reddendi spes coniuncta est? Quando pauper das in Domini gratiā, id ipsum, & donum, & fœnus est: donum quidem, quod à paupere: fœnus, & mutuum ob domini munificam liberalitatem, qui parva per pauperem tum accepit, maxima pro ipsis retribuet: qui enim pauperis miseretur, Deo fœnerat. Non vis uniuersorum dominum tibi ad solutionem authoratum habere? Vbi plura subneccit in hanc sententiā, admonet q; eiusmodi vñras, non tantū ex bonis spiritualibus, & æternis pendi, sed etiam ex temporaliis, quibus Deus misericordes adauget, & cumulat. Et quidē ea omnia, quæ hactenus diximus de quæstu eleemosynæ, eo sensu capienda sunt, vt non modo ars quædam sit nullius artis indigēs, & ad instar omnium obtinens ad bona spiritualia lucranda: sed etiam ad temporalia, & externa paranda: ita vt merito Salomon de lucris istis verba faciens eleemosynam tanquā artē omniū quæstuosissimam induixerit. Posterior igitur sēsus, quo vera est illa Chrysostomi positio, nimirū eleemosynæ omniū artiū opera præire, petendus est ex illis verbis Christi Domini Matth. 10. *Matt. 10.* Quiri-  
*proprietate in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & quiri-accipit in istum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet.* Ex quibus colligit Chrysostomus ho-  
26. in præfatū caput Matthæi, eā esse potestatē, & vim eleemosynæ, vt eius, quē suis aluerit impensis, actionibus perinde illi adscribantur, ac si illa ipse suis operis perfecisset. Et quidē merito. Sienim suadens, & imperas ea quodāmodo gerere dicitur, quæ præstare suadet aut imperat: lōgē melius id ipsū de eo, qui alit, accibat: enūcia elicit. Alensigitur Prophetæ prophetat. Cōcionatore cibans cōcionatur: Religiosū alimētis donans, quodāmodo etiā religiosus est. Quid plura? Qui alit fabiū ex misericordia, apud Deū faber est, & qui textorē, textor, &c. Itaq; est eleemosynæ vis, & potestas, vt omniū artiū opera exequi possit nec tantū exequi, sed etiam mercedes ferre. Sic enim Christus mercedē Prophetæ accipiet: mercedē iusti accipiet. Necq; magnis impēsi opus est ad eiusmodi mercedes nāciscēdas, cū statim Christus assuāt. Amēdīcū vñbris quicq; potū dederit rni.

103

*Matt. 10.*  
*num. 14.*

104

105

H h

*ex minimis isti calicem aqua frigidae, tantum in nomine discipuli; non perdet mercedem suam. Cum vero Christus ait hominem misericordem eius mercedem reportaturum, quem suis elemosynis donauerit, non modo de spiritualium honorum pensione capiendus est: sed etiam de temporalium sorte. Ita enim Deus apud se statuit, ut qui fabrum (verbi gratia) qualicumque sorte leuauerit, is quidem fabri mercedem, & quantum referat. Similiter qui textorem, militem, aut alterius artis officiem aluerit. Author huius meditationismihi est D. Epiphanius ad illa verba Euangelij Lucae 14. Si facis conuinium, voca pauperes, debiles, ac cacos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retrahetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hos autem (inquit) vocari præcipit, scilicet debiles, claudos, & cacos: quia labore suo viatum querere non possunt quilibet in arte sua. Retraheretur enim tibi in resurrectione iustorum, Subdit vero. Tunc quidem vitam, & beatitudinem pro tali merito accipies: interim vero arrhabonis loco tandem prety capies, quantum illi, quos subleuas, quia laborare non possunt, recipierent, si laborarent. Et quidem hoc respondet superioritati. Si enim qui fabrum alit, hic fabria exerceat, fabri etiam mercedem reportare debet. Quapropter quicumque voluerit omnium artium quæstus sibi acquirere, facili negotio præstare poterit. Ex omnibus quibus artibus aliquos cogat qui ob debilitatem, vel senium, vel aliam ob causam laborare iam non possunt: hoc suis elemosynis iuuet, atque eam pensionem, & mercedem lucrabitur ex bonis temporalibus, quam illi propter operas suas recipierent, tunc cum maximam. Q' modo autem misericordessensibiles, & caducas opes capiant loco pignoris, elegantissime docuit Chrysostomus vbi supra. Hæc, qua hic ergas, ibi sunt, repetitio, mutuum, & fatus & debitum. Nam Chirographatibi Deus fecit. At enim qui miseretur in opere fenerat Deo. Arrhabonem tibi dedit, & vadem, quemarrhabone: Presentis vita sensibilita, & spiritualia etiam futurorum primordia. Quid itaque differs, & torpes, cum iam tanta acceperu, & tot spectes? Itaque bona caduca, & sensibilia huiusvitæ misericordibus liberaliter erogat Deus, tanquam arrhas & pignora futurorum. Hinc vero sit, ut qui aliquem suis bonis subleuant, militem verbi gratia, membris mutilum, ad arma tractanda inhabilem, mercatorem naufragum, artificem debilem, & eiusmodi alios, harum artium temporarij quæstum & luctum auferant. Nam cum secundum Christi Domini pollicitationem eorumdem spirituali mercedem accepturi sint. (iuxta illud. Quirecipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & cetera.) & temporalia bona quibus modo cumulatur, arrhas, & pignora sint futurorum: nihil equidem accommodatus loco pignoris Deo donante, recipere possunt, quam quæstum & luctum, tempore illius artis, aut munieris; cuius spiritualem mercedem tandem habituri sunt. Nam qui recipit à Deo quæstum temporalis alicuius muneris, aut operis bene gesti, eiusdem spiritualem mercedem pro certo sperare iubetur. Hæc scripti longius fortasse, quam par erat, ad probandum, elemosynam esse artium omnium quæstuosissimam: atque adeò merito inter alia lucrandi præcepta elemosynæ consilium à Salomo F ne insertū fuisse cū ait. Benedictio Domini super caput iusti, id est, affluentia honorum omnium misericordi continget. Subdit, Os autem impiorum operit iniquitas, id est, iniquitatipena, Dei scilicet maledictio in illos incidet, ut supra docui. Et quidem quæadmodum benedictio honorum affluentia, & vim so-*

nat: sic etiā maledictio eorundem penuria, & defecatum ad significat. Itaque sensus est. *Os impiorum*, id est, impios ipsos, & immisericordes, operit iniquitas, id est, penuria, & egestas ambiet, & amiciet vndiq;. Iuxta illud, & induit maledictionē, scilicet vestimentum. Vel certe os sumitur pro facie. vt iam inde supra adnotau: maledictio autem Dei, id est, penuria rerum os impiorum operire, aut regere dicatur, quia nimis egestas illos adigit cum rubore mendicare. Modus dicendi est valde frequens in scriptura sacra. Psalmi. 68. Operit confusio facie meā. Et Psal. 80. *Imple facies eorum ignominia*, & alibi. Et quidem quemadmodum eleemosyna est omniū artium quæstuosissima: sic etiam tenacitas, & impietas est præcipua omnium iacturarum origo, & radix. Quod quidem in illo alio recordi homine adumbratum est, qui talentum sibi traditum defossum abscondit, ac propterea merito desperdidit. Huic enim avaros similes esse docuit Chrysost. in eum locum. Quod si vocem illam *iniquitas*, non pro pœna sed pro ipso criminis accipias, sensus erit, *Os impiorum operit*, id est, vestit ipsos impios iniquitas: impietas scilicet, atque misericordiæ expers, tenacitas. Sicut enim teste Paulo, misericordia induit misericordes iuxta illud, *Induit viscera misericordiæ*. Sic impietas. Rursus de eleemosyna sic Chrysostomus supra. *Eleemosyna vestis est*, que cum homine resurget, his vestibus fulgebunt, quæ tunc audient: *resurcentem me vidistis*, &c. Haud aliter impiostenaces sua ipsorum tenacitas vestiet, & ea ueste amicti resurgent, ad quos item fiet terribilis illa Dei vox. *Ite maledicti in ignem aeternum*, Esarui enim, & non dedisti mihi manducare, &c. Hæc de secunda expositione.

107

*Psalm. 68.*  
*num. 8.* &  
*80. num. 17**Paul. 3. n. 12*

108

Tertia interpretatio est Iansenij, qui nomine benedictionis iuste parta bona innui cum velit, docet perinde esse illud, *Benedictio Domini super caput iusti*, id est, iustus ea bona & lucre, quæ sine iniuria, & vt ita dicam, cum benedictione Domini. (sic enim vulgo *Con la benediction de Dieu*,) reportauit, ostentat, & palam iactat. Non enim insolens scripturæ phrasis hæc est, *Super caput aliquid ferre*, aut gestare, id est, publice ostentare. *Isaiæ 35. Lætitia sempiterna super capita eorum*. & *Iob. 29. Lucerna eius super caput meum*. Et alibi. Sed tamen cum ad posteriorem partem venit Iansenius, manus dat, & antithesim vtriusque non satis se caluisse dicit, præsertim si antiquam illam lectionem retineamus. *Os autem impiorum operit iniquitatem*, quam quidem non omnino repudiandam esse arbitror: cum præsertim Septuaginta, & plerique alii interpres verbum illud extulerint. Septuaginta enim habent, *Operit luctum intempestivum*. Alij rapinam, alij iniustitiam, omnes quidem in accusandi casu. Ceterum sensum, & antithesim secundum eam lectionem conformare non est ita arduum, vt prorsus diffidendum sit: imò etiam cum superioribus aliud licet ad hunc modum. In superiori sententia suaserat Salomon solertiam, & industriam deposita societate, & inertia: hortatus vero fuerat ad labores pro victu, & quæstibus paradisi suscipiendos.

*Isaiæ 55.*  
*num. 10.*  
*1ob. 29.*  
*nūm. 3.*

109

Nunc vero ad confirmados auditores vtitur hac sententia, & ratione, quia scilicet de bonis industria partishomo effiri potest: de alijs vero, quæ iniuria, & fraudibus paratit non item. Hoc sibi vult illud. *Benedictio Domini super caput iusti*, id est, iustus quidem quæ iuste peperit, & honesta industria quæ sicut, ostentat, venditatque palam. Sic enim infra. *Bonorum laborum glorirosus est fructus*. Et Actorū vigesimo, numero trigesimo quarto, pro-

*Aitor. 20. pterea gloriabundus dicebat, Vos scitis quoniam mihi, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus num. 34. iste. Contra vero, Os impiorum operit iniquitatem, vel, rapinam, vel iniuriam, ) omnia in idem recidunt, id est, celat absconditque lucra, nec audet palam exponere artes, & fraudes, quibus datus est. Hinc autem emicat ratio propter quam plerumque hi, qui iniustalucra persequuntur, sor-didi sunt, & auari, pecunias, & opes suas abscon-dentes, & obseruantes: pauperiem, & egestatem vietu, vestitu, & reliquis domesticis rebus men-tiētes: quia nimis in iniuste quæsita quodam modo erubescunt, & lucem timent, tenebras, & la-tibula querunt. Vnde cum quis ex antiquis Phi-losophis rogasset, cur tanto aurum pallore infer-ctum esset, occurrit autore Maximo Locorum c ommunium cap. 12. Quia nimis multos habet insidatores: ideo velut ex metu pallet. Addamus præterea ex eodem metu latebras querere: cum enim in apud avaros, & fraudulentos plerumque sit, tales dominos erubescens timet prodi, & in lucem venire.*

*Sed tamen in lancea quoque mittenda est lectio Septuaginta, Os autem impiorum operiet luctum in-tempestiuum. Græcè οὐδες ἀνεγένεται. Significat autem ἀνεγένεται intempestiuum, sive id, cui nondum tempus sibi proprium accessit. Sapientia 4. vbi nos habemus. Et fructus illorum acerbi ad manducandum. Græcè est de singulari ἀνεγένεται βρῶν, id est, immaturus ad manducationem. Fructus nimis, cui nondum tempus illud aduenit, quo decoqui solet. Itaque luctus ἀνεγένεται seu intempestiuus hoc in libro propriè significat luctum anticipatum, vel ante sibi decretum tempus præmissum. Adhæc su-pra obseruavi Septuaginta vocem originalem ad pœnam retulisse, atque ob eam causam pro iniquitate planctum usurpare. Quapropter sensus eu-adit talis. Oi impiorum operiet luctum intempestiuum. Os, quidem profacie, id est: Facies illorum oppri-met, dissimulabit dolorem, & lachrymas, quæ il-lis ante tempus euenient: quia nimis iam inde in hac vita Deus supplicia pro fraudibus immittet, te nups prævertens, quo tunc demum apud infe-ros avarus puniendus est. Cæterum mallem lectio-nem Septuaginta ad nostram correctionem voca-re, & sic efferre: Os impiorum operiet luctus intem-pestiū. Que quidem lectio non abhorret à textu Græco, est enim anceps, sicut de originali supra*

*Sapient. 4. diximus si pœna de iustis karissimis a deo. Sic vero ann. 5. sensum elegantem reddit, id est, faciem eorum obtuent lacrymæ anticipatae, & planctus præmis-sus, tanquam præludium æterni luctus. Nam tem-pus luctui adscriptum est quidem illud, quod ho-minem post mortem manet. Cum ergo Deus ho-minis impiorum hac vita luctum immittit, quodammodo tempus prævertit. Et quidem quemad-modum bona sensibilia, & caduca Deus impen-di iusti tanquam pignora, & arrhas æternorum bonorum, ut paulo ante ex Chrysostomo obserua-uumus: sic etiam impiorum angores, & dolores, cruciatus, iacturas, & alias pœnas imponit in hac vi-ta, quæ pignora item, atque arrhæ sunt cruciatum æternorum.*

*VII. Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrefaces.*

*III. M emoria iusti cum laudibus. Hebrai è. Me-ptuaginta.: Memoria iustorum cū encomijs. Chald. Memoria iustorum benedictio.*

*Et nomen impiorum putrefaces: Septuaginta: No-men auctem impij extinguetur. Aquila tamen, & Symmachus habent, putrefaces. Chaldaeus heret Septuaginta. Vox originalis est, οὐδεὶς λύκαβ, ex Racab, quod est, putrefacere, & cariem contrahere. De lignis propriæ dicitur, vt obseruant radicum boni pensitatores: cum scilicet à tincis, & caumate perforantur.*

*Simplicissima sane est horum verborum sen-tentia, atque adeò facilis, vt interprete non indi-geat, Memoria (inquit) iuste celebratur ab omnibus. At nomen, id est, bona existimatio hominis impij, putrefaces, id est, corruptetur, & deficiet. Sed ex-pendendæ sunt quedam voces, Memoria iusti cū laudibus. Septuaginta μητρὸς λύκαβ, id est, cū en-comio. Cælius l.b. 4. lectionum cap. 5. id inter-esse existimauit inter illam vocem εὐαγγελίου, id est, laus, atque istam εὐαγγελίου, id est, encomium, Cælius quod illa ex una tantum virtute: hæc ve-ro ex omnium virtutum concentu oriatur: illa quibuslibet ē vulgo viris: hæc solis iustissimis, atque honestissimis tribui soleat: hæc inuidiæ sub-iecta, non autē illa. Ingente enim gloriā admirā-tur homines, & stupent, non autē inuidiæ aut zelat.*

*Memoria ergo iusti (inquit Salomon) cū encomio id est, cū iusti nomine ille tantum ferat, qui virtutis, & honestatis omnes partes continet, hunc sane de-cet encomiū, quod est laus ex virtutū omniū cōcentu fluens. Laus inquam ingens, quam non attingit liuor, aut inuidia. Contiā vero nomen impiorum putrefaces: nimis liuore inuidiæ, tanquam tabo, & sa-nic. Vel certe putrefaces ab infamia. Quid stercore*

*Mach. c. 28  
num. 62.*

*putridus? Huic ergo comparatur impiorum glo-ria. i. Machab. 2. A verbis peccatoris ne timueris, quia gloria eorum stercus, & vermis est: stercus inquam, & vermis. Ad inuidiam id refero. Sicut enim ster-cus vermes alit: sic ita gloria impiorum inuidiæ creat, quæ illam assiduo depascitur, & lacerat. Et quidem Diuus Chrysostomus detractores, & inuidos cum cantharis, seu scarabeis, qui stercore imprimis gaudent, & stercore semper immersi sunt comparata homilia 44. Matthæum. Itaque sicut encomia iustorum laudes sunt ab inuidientia, & detractione im-munes: sic etiā impiorum glorias, & vanas existima-tionestāquā putres, & corruptissimas res inuidi in-uadūt, & detractores. Audi Basil. inuidorū ingenii eleganter describentē, Homilia de inuidia. Vul-tures (inquit) ad malevolentia cadauera præteriti pra-tis, atq; amanis locis, & odoriferis salibus feruntur. Itemque musca, quæ sana sunt prætervolantes, ad ulce-ra festinans. Sic inuidi splendida, magna, & præclara facta nec intuenter quidē sed putrida inuidunt. Adde Gregor. Basilij fratrem Gregorij Nyssenum. Narrant ( in. Nyssen, quid) vultures cadas eribus delectari, vnguento necari, ad malevolentia aduolare; ita qui inuidia laborant. Et li-cet eiusmodi similitudines ea mente usurpauerint duo sanctissimi fratres, vt significant inuidos, & liuidos eiusdem hominis recta & splendida facta præterire solitos, & ad illius defectus, & vitia tan-quam ad ulceræ corrupta morsibus suis laceranda ferri. Tamen licet etiam ad nostrum institutū easdem alicere. Cum enim inuidi, & detractores, de more suo famam, & gloriam aliorum lucre suo mordere, & lacerare soleant: non equidem ad sana, & benevolentia, & viua feruntur: non inquam iu-storum hominum gloriam inuidunt, sed vulturum instar emortua: & muscarum in morem ulcerosa, & cantharis similes graue olentia petunt: sem-per enim ad putrida contendunt impiorum famam, & gloriam audius despascuntur quam potrem, & corruptam esse docet hic Salomon, cum ait. Et nomen impiorum putrefaces.*

*H h ij*

Huc spectauit Cassiodorus libro sexto Epistola A duodecima, cum ait. *Graneonus inuidus est splendore cinguli claritate, & morum lampaden non lucere.* Quali dicat, res valde inuidentia subiecta est, & huori obnoxia, gloria, & fama, quæ bonos, & honestos mores conjunctos non habet.

BCum vero initio animaduerterim verbum *Rakab*, de lignis germanis dici, quæ carie, & cau-  
mate perforantur, aperteissime sane de gloria impij dicitur. Et nomen impiorum putreficit, nō aliter atq; lignum carie pertusum. Cedrum, & alia imputibilia ligna collis, tinea, & caries non arrodit: tum quia eorum materies durior est: tum maxime, quia austera sapore exhibet arrodēti, ac mordenti: caries enim mollia tam, & dulciora ligna terebrat. Ergo fama illa, & gloria, quam virtus, & honestas parit, ab omni carie immunis est. Non putreficit, quia his qui famam tinearum instar terebrare, & perforare solent, scilicet detractoribus, & inuidis, dura est, & austera. Nam cum virtus per semetipsum durior sit, anterior, & seuerior, durā quādam austera, & seueram parit gloriam, quam dentes serrati detractorum, & inuidorum arrode-  
re, & mordere non audent. Contra vero impro-  
borum gloria mollior est, ac dulcior: atque adeo cariem, & tineas creat, à detractoribus, & liuidis perforatur, ac terebratur. Nam eo libentius den-  
tes suos ibi figunt, quo facilis illam corrumpere, & peruadere possint. Nomen igitur impiorum pu-  
treficit, à carie scilicet, & tineis. Quapropter quē admodum trabsilla, quam caries corrupti si forte oneretur, facile defringitur, & onus ad terram ruit: ita enim si quid oneris, vel potius honoris obpre-  
sumptam bonam famam homini improbo impo-  
natur: si videlicet magistratus, aut dignitas quilibet taurior demandetur; vtique fama illius, no-  
menque statim detractores, & inuidos tanquam cariem creans putreficit, atque ponderis impatiens defringitur, & quidquid illi incubuerat, ad solum fertur. Alium præterea vermem fama, & gloria D impiorum ex se gignit, à quo corruptitur: ni-  
mīrum conscientiam malam omni cautele dete-  
riorem. Laus enim, ac bona existimatio hominum, si adsit vermis, qui male sibi conscientiam arrodit, quamvis in oculis hominum splendeat, & fulgeat. ipsum tamen, qui bene apud homines au-  
dit, nequam delectat. Itaque sicut detrac-  
tores, & liudi viri famam corruptunt apud alios homines: ita etiam mala conscientia eandem cor-  
ruptit, & perforat apud illum ipsum, qui ipsa gaudet. Dicam luculentius. Fama quidem, & bona existimatio alicuius in his est, qui illum estimatio-  
ne, & honore dignum ducunt, secundum vetns illud effatum, (honor est in honorante.) Ab his autem ad illum redit quodammodo, qui honora-  
tur: nam eo, quod ab aliis magni habetur, magnus dicitur. Rursus in eodem est radix bona existimatio-  
nis, id est, virtus, aut bonum illud, propter quod laudem ab hominibus reportat. Bonam ergo fa-  
mam, prout est in estimante, detrac-  
cio, & liuor corruptit. Hoc autem quidquid est fama & bona existimatio-  
nis in illo, qui honore, & gloria insignis est, totum mala conscientia vermis pertun-  
dit, & arrodit. Autor est mihi huius meditatio-  
nis Diuus Augustinus libro duodecimo de Ciuitate Dei, capite octauo, vbi docet eum, qui laudari F appetit ab hominibus, p̄ preto testimonio conscientia nihil solidæ glorie in se obtinere. Et breui interstilio assuit. Quia mala (inquit) conscientia radicem bona existimatio-  
nis corruptit. Quam radicem virtutem quam homines estimant adesse: sed animus ma-  
le sibi conscientiam non habere, quod alij ignoran-

tes illi tribuunt. Malæ igitur conscientia vermis radicem boni nominis arrodit, & corruptit: imo etiam inde fit, vt que nadmodum corruptio radicis oxyus in ramos transit: sic etiam vbi quis ex il- lis, qui ab hominibus celebrantur, vermis interni ad morsus boni nominis radicem arrodentis serit, nouerit quidem radicis vitium citius in ra-  
mo transfundendum, hoc est, ex estimationem eius in aliorum mentibus breui interitutam. Ipse quidem caput de semetipso male sentire causa conscientiae: alij paulo post eodem modo sentient comparata sententia, & cogitatione eorum, quæ prius ignorabant: nihil est enim ita latens in ani-  
mo, quod non sese paulatim pluribus argumen-  
tis, & notis prodat.

117 Possimus etiam modum alium excogitare, quo fama, & nomen impiorum putreficit: quia nimirum eam in infimis rebus ponunt. Sicut enim trabs, seu lignum quodlibet terræ affixum, breui interallo ab humore penetratum tabescit, & corruptitur: aliud vero in fastigio ædificij con-  
stitutum post multos annos, imo post multa sa-  
cula integrum, & corruptionis omnis expers est:  
ita etiam iustorum hominum memoria, & no-  
men nunquam interit, quia in fastigio honestatis & altissimarum virtutum actionibus situm est.  
Attamen laus, & existimatio impiorum ligni in-  
star putreficit: quia caducis, infirmis, & terrenis re-  
bus affixa est, quibus velocissime cariem, & corrup-  
tionem trahit. Vel aliter, quia fama, & laudis  
humanae ea conditio est, vt nisi assiduo reficiatur,  
ocius tabescat, & putrefaciat. Audi Plutarchum in  
Moralibus, *Deliacum* (inquit) nauigium, dum su-  
binde sarcitur, & reconcinnatur, perpetuum in mul-  
ta secula redditur: sic fama semper aliquid adden-  
dum est, ne collabatur, & putrefaciat. Itaque famam cum nauigio composuit, quod quidem, cum aquæ semper innatet, humore illius ebibito oxyus pu-  
treficit, & cariem contahit: atque adeo opus est,  
vt cerebro reficiatur nouis tabulis, asseribus, trabi-  
bus, &c. alioqui oxyus cauitate confectum dissolu-  
atur necesse est. Idem autem de fama iudicium ferendum esse dicit, quæ cum hominum opinioni-  
bus omni aqua liquidioribus, & instabilioribus su-  
perferatur, citius corruptelam trahit: quapropter  
necessum est, vt assiduo illius iacturae nouis faci-  
noribus instarentur. Cum igitur improbi homi-  
nes non satis curæ in reficiendis fama, & bonæ existimationis corruptelis ponant, id est quæ ci-  
tissime nauigij instar cariem trahentis dehiscit, col-  
labitur, atque dissoluitur.

Sed expendenda est lectio Septuaginta, quæ sic habet: *Et nomen impiorum extinguetur.* Similitudo ducta est à luce vel flamma, qua usus est Poëta lib. 6. Æneidos.

Virgil. *Et famam extingui veterum sic posse malo-  
rum, &c.*

Profecto bonum nomen, atque existimatio flammæ ad instar obtinet, quia quis splendet emi-  
catque inter homines. Hanc ergo flammam, seu lucernam extinguit impetas. Diuus Ioannes Chrysostomus hom. ii. in primam epistolam ad Theſſalonici, ad illa verba, *Spiritum nolite extin-  
guere:* quatuor modos enumerat, quibus lucerna  
extingui solet: scilicet infusa aqua, ablato oleo,  
immisso flatu, & suffocatione. Totidem ob causas  
fama impiorum extinguitur. Primo iniecta aqua,  
exempto oleo: aqua autem (vt docet Glosſa super  
3. ca. Ezechielis) laudes humanas ad significat: oleum  
autem, quo fama innutritur, sunt opera cum  
virtute coniuncta. Porro qui lucernas componunt, aut lampades concinnant, solent eas ab

*Glosſa.*

inferiori parte aqua adimplere, superiore autem A oleo infundere: aqua oleum sustinet, oleum vero lumen alit, ac nutrit: quod si oleum flamma tandem absumperit, statim atque frigidam aquam attigit, restinguatur. Profecto humanae laudes non sunt inutiles, si tamen ad inferiorem animi partem per contemptum demittantur, si virtutes, & honestae actiones his laudibus olei ad instar supernatent, & superferantur. Sic enim non parum adiumenti virtutibus afferunt, eas enim sustinent atque eleuant, ne iaceant: haec autem famam, & bonam existimationem, tanquam splendidam flammatum nutrunt. Ceterum si oleo virtutum consumpto, & honestis actionibus deficien- tibus famam, & bonum nomen ad solas humanas laudes, & commendationes deductum sit, sicut lucerna consumpto nutrimento aqua attingens, statim interit atque extinguitur. Vel aliter aqua inuidia est, & liuor, de quo sic Augustinus in Psalm. 77.

*Inuidia suo frigore extinguit ardorem charitatis:* id vero, quod frigore suo ardente ignem extinguit, aqua est. Agnosce ergo naturam inuidientiae, & liuoris, qui aqua ad instar in ipso liuido charitatis & dilectionis erga proximum flammatum extingnit: deinde vero inde transiens splendidam C boni nominis lucem, qua proximus apud homines emicat, restinguere, & opprimere fatagit. Salomon ergo sit, *Nomen autem impiorum extinguetur.* nimirum aut inopia alimenti, id est, bonarum actio- rum, quibus fama nutritur, sola humanarum lau- dationum aqua pascitur, ad quam ubi primum redigitur, statim perit: vel quia inuidi, & detractores inuidientiae suae frigida eandem restinguunt, ut supra dixi. Addit Chrysostomus flammatum flatibus extingi, tunc videlicet cum parua est magnam enim flammatum flatius adaugent, potius, & extollunt. Neque caret hoc aduersario improbi hominis existimatio, & gloria. Haec enim exigua valde

est, deinde permulti in illam validique fatus incurunt: gloria enim improbi hominis non est vera gloria, sed elatio potius, & iactantia) teste August. lib. 13. de Civitate Dei c. 8. supra adscripto) nihil autem viuis hominis superbi gloria, ac nomi- ni magis aduersum est, quam aliorum elatio, & superbia. Ergo necdun superbus, & tumulus homo luce aliqua boni nominis, aut existimationis clare- re cœpit, cum statim omnes alij, quotquot similis superbia tenet, & fasti pleni sunt arrogantiæ sua typho, & flatibus recens ortam lucem impetunt, ac restinguunt, *Nomen autem impiorum extinguetur.* Et quidem Chrysostomus eo loci modum describens, quolux & flamma à vento extingui solet, sic scribit. *Nonne vides in edibus, quando ex aduerso, & di- rectè steterint due ianuæ, sitque ventus vehemens: si al- teram clauseris, nihil potest ventus, sed magna pars virium otiosus præcidetur: ita quoque nunc due sunt ia- nuæ, ostium, & eius quicunque nunc consumelys affixit, & con- uitus, &c.* Hanc igitur similitudinem ad nostram

F sententiam alicere integrum est. Cum enim superbia ventus ubique passum omnes afflare soleat: si quidem lux illa exigua, qua improbus homo splen- det, duas inter ianuas (liceat sic dicere) sibi respon- dentes, id est, inter duo detractorum ora sibi inuicem respondentia ponitur: id quidem satis est ad illam perbreui spatio restinguendam, & oppri- mendam. Cum ergo non modo inter duas ianuas, sed inter plures: inter innumera scilicet detractorum, ora sibi respondentia haec qualiscumq; flam- ma nomenque impiorum situm sit, facillime quidem extinguitur. Nomen igitur impiorum extin- getur. Tandem Chrysostomus docet flammatum suffocatione restinguere: tunc nimirum, cum in

perbreui, & perangusto aliquo spatio vindicatur, ita ut expirationis copia non sit. Profecto si alia decessent, id satis erat, ut fama & no- men impiorum extingueretur: scilicet per angu- stum spatium, quo inclusum tenetur, id est, vita ista præsens, quanihil breuius, atque angustius ex- cogitari potest: ab hac enim erumpere, & ad aliam vitam velut respirando peruenire non potest. Quapropter dum in eas angustias cogitur, velut flammabreuiissimo aliquo spatio interclusa suffo- catur, & extinguitur. Audi Psalmistam. *Quo- niam impius cum interiorit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius: atque adeo. Ne timue- ris, cum dimes fastus fuerit homo, & cum multipli- cata fuerit gloria domus eius. Intrubit usque in pro- gentes patrum suorum, & usque in eternum non vide- bit lumen.* Nam lumen tam exiguos spatio coërci- tum, siue inclusum, dum non erumpit, atque in aliam vitam, velut expirando transit, extingua- tur necesse est. Ideo ergo fama iusti hominis perennat, atque æterna est, quia gloria, quæ ex illius operibus dimanat, ac fluit, non cohabetur huius vitæ terminis, & angustijs, sed eos transi- liens futuram etiam vitam illustrat.

VIII. sapiens corde præcepta suscipiet: stultus au- tem ceditur labijs.

*S*apiens corde præcepta suscipiet. Hebraïca non dissonant, & Septuaginta concinunt. Obser- uat Iansenius vocem illam *corde*, non esse re- ferendam ad verbum *suscipiet*, quasi dicat: *susci- piet corde*: sed ad illam vocem *sapiens*, quæ con- stat esse in regimine: atque adeo conuertendum esse *sapiens cordis*, id est, qui vere, & animo sa- pit.

*Stultus autem ceditur labijs.* Hebraïcè: *Labijs precipitabitur.* Pagninus: *Propter labia punietur.* Caietanus: *stultus labiorum impingit.* Rodolphus, *labijs corrueit, vel vapulabit.* Chaldæus, *capietur.* Septuaginta: *Qui autem non est rectus labijs obli- quans supplantabitur.* Vatablus, Tigurina, & Rabi Ioseph, *festinabit labijs.* Theodotion *cupnatur*, id est, fermentabitur, aut subigetur labijs. Hanc dissimilitudinem peperit vox *לִבְבָשׁ* *tilabet*, à radice *לִבְבָה* *libat*, quæ significat, *accelerare, impingere, claudicare.* Extremam istam significationem sequutus est etiam in hoc loco Rabi Ioseph. Itaque sic extulit: *Labijs claudicabit.* Rabi Salomon in commentariis transfert. *Labijs fatigabitur.* Adnotat etiam Iansenius vocem illam *labijs*, præire in originibus verbum *ceditur*: atque adeo ancipitem senum reddere. Potest enim & verbo, & nomini accommodari, ita ut *stultus labijs* sit stulti loquus, aut labijs cœdi dicitur stultus, id est, labijs pu- niri.

Præmittam aliorum expositionem. Præfatus *Rabi He- manuel*, cum legerit: *Festinabit labijs, ta-*

*lem ad sensum vocat, Sapiens corde, id est, qui vere sapit, præcepta suscipiet: ad audienda scili- cet aliorum præcepta animum adjicet, nec prius ad docēdos alios ipse accedit, quā satis ab alijs edo- cetus sit. Cōtra vero, *stultus festinabit labijs, id est, tē- pus antevertēs, priusquā ipse doctrina imbutus sit,* ad docendum immaturus venit: id enim est, *labijs festinare*, id est, tempus loquendi præuertere. Eius- modi homines, qui ad hunc modum labijs festi- nāt, elegāter describit Greg. Nazianenus oratione *Nazianz* funebri in laudē Basilij. Nec pictor est, qui non prius colores temperat multos & delineat figuræ: cathedra*

verosine vulo adquiritur labore non secus , accumfa- A  
bula gigantes singunt, unus dees sanctos efficiunt, ac  
sapientes esse iubemus eos, qui nullam didicerunt sa-  
peentiam, & qui nihil ad gradum prater velle afferunt.  
Utique ad gigantum fabulam alludit, quos uno  
die satis, atque editos memorant Poëtae. Nam cū  
Iupiter Lernæos dentes in terram seminis in mo-  
rem sparsisset, eadem die Gigantes, proceros, &  
omnibus armis instructos erupisse tradunt. Appo-  
sitissimum sane exemplum eorum, qui cum nihil  
didicerint, labiis tamen ad docendum festinant.  
Aduersus eiusmodi producenda est illa sententia  
Iacobii. *Omnis homo sit velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Cuius præceptum omnes B  
plane transgrediuntur, quotquot labiis festinant,  
& antequam didicerint, ad docendum præcipites  
ruunt. Sed audiendus iterum Nazianzenus in ora-  
tione prima. *Nam ecce (inquit) alios docere aggredi prius quam ipsi edocet simus, atque (ut dicit solet) in dolio discere, id est pietatem in aliorum animis meditari stultorum est.*

Iactatur autem prouerbiū istud in dolio discere, ut tradit Scholiares Elias, in eos, qui facilioribus neglectis, à quibus orditi debuissent, maxima & difficillima inuerso ordine conantur. Figuli enim non statim ab initio in dolis conformandis se se exercent, quibus nihil est in figlina difficilius: sed in exiguis vasculis aut vñulis facilioribus suæ artis primordia meditantur: ac tunc demum postquam in his compingendis diu morati sunt, & artem per- fectè tenent, runc ad dolia elaboranda veniunt. Profecto Doctor spiritualis quidam sigulusest, qui velut ad rotam sedens animos imperitos, tanquam vastum, & informe lutum bonam in formam adducit. Animi vero hominum vascula aliqua, aut vñulae exiguae sunt: sed quicumque incredibilem humanæ mentis amplitudinem, & capacitatem fuerit contemplatus cum ingentibus potius dolis componendos esse affirmabit.

Ergo qui antequam satis doctrinæ compataue- D  
rint, ad docendos, informandoque aliorum animos, quod difficillimū est, temere profiliunt, haud dissimiles sunt figulo, qui in dolis addiscete vellet artem suam. Sed iterum redit Nazianzenus in ora-  
tione habita ad patrem suum præsente Basilio, ubi sic affatur Basilium. *Tu inquam appello, qui huam- nior eras inter oves, cū pascui bruti participes essemus, quam nunc inter pastores, &c.* Quæ verba sic expen-  
dit Nicetas, brutum pascuum prophanarum disciplinarum, & Philosophiæ humanæ studiū appellat. Alij vero codices habent (cum muti pascui partici-  
pes essemus) sic verba interpretantur. Mutum pas- E  
cuum dixit doctrinam, quam vñque Basilius, &  
Gregoriū excipiebat à suis Doctoribus tunc, cum illis docentibus ipsi tanquam oves muta ta-  
cebant, quasi illud vulgate meditantes. *Onus que vala bocado pierde.* Interim enim, dum doctrinæ pabulo alendus est discipulus, quia tempus, & im-  
perita ita postulat, balare, vt ita dicam, aut elo-  
qui, hoc est, os ad docendum alios aperire, nihil aliud est, quam doctrinæ facere iacturam, quia in-  
terim aliquid dicendo trahere opportune possent, dum importunè docent. Expectanda ergo est ad  
vocendum maturitas. Aliter immaturis, & non-  
dum decoctis (si licet dicere) Doctoribus id eue-  
nit, quod de salicis semine iactant Plinius lib. 16. F  
capite 10. & nescio quis ad hanc sententiam tran-  
stulit, vt adnotat in suis similitudinibus Etasius.  
*vt salicis (inquit) semen ante maturitatem abiectum.* ( Semper enim salix ante maturitatem semen ab-  
iicit, vt tradit Plinius inibi, & ob eam causam ab  
Homero frugiperdam vocatam esse dicit,) non

solum ipsum nihil gignit, sed feminis sterilitatis est medicamentum. Ita sermones illorum, qui prius do- cent, quam vere sapient, non solum ipsos non red-  
dunt meliores: verum etiam audibres suos inficiunt, & indociles reddunt. Hæc ille. Quidquid autem de his, qui antequam discant, ipli ad docendum o-  
ccurrunt, haec tenus diximus: id ipsum de his, qui priusquam mores excoluerint suos ad alios édo-  
cendos veniunt, pari ratione enunciare licet: hi  
enim optimè labijs festinare dicuntur. Nam cum  
doctrina bonam vitam expectare debeat: ipsi qui-  
dem doctrinam vitæ anteueruntur.

Secunda expositio huius loci est Caietani, qui cum legerit, *Et stultus labijs impinget*, sic expendit: Caiet.  
Sapiens libenter auscultat omnia præcepta Do-  
ctoris sui, quibus ad honestatem illum adhortatur: at vero insipiens, atque stultus impingit la-  
bijs, id est, non omnia documenta recipit, sed in quibusdam offendit, & recedit. Sicut de illo præ-  
diuite adolescenti tradit Matthæus capite 19. eti  
cum Christus suaderet ad hunc modum. *Si vñ perfectus esse, unde, & vnde que habes, & da pa-  
peribus, &c.* Abiit tristis: erat enim habens multas posseſſiones. Offendit quippe, impegitque in Chri-  
sti Domini labia, atque doctrinam & veluti ex of-  
fensione recurrit. Quod factum à Christo Domi-  
no sententiam illam extortis. *Facilius est camelum per foramen aenæ transire, quā diuitem intrare in re-  
gnum cœlorum.* Id sibi volunt verba Petri in P̄p. 1. c. 11  
prima Epistola cap. 2. *Et lapis offensionis, & hum. 8.*  
petra scandali his, qui offendunt verbo, nec tre-  
dunt, in quo, & positi sunt, id est, his, qui ad verbum impingentes velut effensi recedunt:  
Quod quidem s̄epissimè accidit Pharisæis, qui in verba Christi Domini tapiro offenderunt. Adducit autem Diuus Petrus testimonium Isaiz 28. Ecce ego mittam in Sion lapidem summum, num. 16.  
angularem, eleatum, pretiosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.

Sic habent Septuaginta. Vulgatus autem ex Hebreo convertit. *Et qui crediderit, non festinet,* id est, sic sine mentis gressu moueat, ac libret, vt in aliquot dogma fidei non impingat: sumi-  
psit videlicet causam pro effectu, festinare pro-  
impingere: nam qui festinant plurimum, offendunt s̄epius, ac ruunt. Ex quo fit, vt præmis-  
sam etiam lectionem, *Stultus autem festinat la-  
bijs*, hunc ad sensum vocare possimus, qui mea quidem sententia germanus est: *festinat*, inquit, id est, illiditur, offendit. Et quidem ei, qui ad verba sui Doctoris honesta suadentis impingit, of-  
fensio ex nimia festinatione accidit: hæc autem ex ignorantia procedit, infra cap. 5. *Vbi non est scientia animæ, non est bonum, & qui festinus est pedibus, offendet.* Posterior quidem clausula con-  
tinet similitudinem prioris. Itaque sensus est. Ex ignorantia oritur præcepis quedam festinatio in rebus agendis: quapropter sicut, qui nimis festi-  
nat, impingere solet, sic ignorans s̄epè s̄epius illis corruit. Aptè ergo S̄. domon in hoc loco: *Stultus labijs offendit, aut festinat, id est, festi-  
nando, in labia, in verba scilicet sui Doctoris incurrit.* Stultitia enim festinationem, festinatio offensionem, hæc ruinam afferre solet.

Tertiam expositionem peperit lectio Chaldei:  
*Stultus labijs capietur*, id est, irretietur. Quasi dicat, id interest sapientiam inter ac stultum, quod sapiens præcepta, & doctrinam sui Doctoris cœpit: stultus autem labijs eiusdem, atque monitis capietur, & illaqueatur: ille promptus, & expeditus est ad perficienda documenta, quæ accepit, his eidem compeditus, & constitutus.

124  
Iacobi 1.  
num. 19.

Nazianz.  
orat. 1.

Elias.

125  
Nazianz.

Nicetas.

116

Caiet.

Esaï. 28.  
num. 16.

117

128 Quartam expositionem offert nobis altera lectio illa Hebreis familiaris. *Stultus labijs claudicabit*, nimirum suis ipsius labijs. Profecto ille claudicat, qui impares gressus mouet. Inde per translationem claudicatio ad notandam imparem quamlibet, & sibi non similem agendi formam allumi solet.

*3. Reg. c. 18. nn. 12.* *Visquequo* (inquit Helias) *claudicatis in duas partes: si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum, & alibi.*

Ergo labijs claudicare nihil aliud est, quam modo hoc, modo illud afferere, nec sibi constare. Hoc sensu, *claudicantem amicis iam* Tullius dixit illam quæ non est perpetua, & sibi constans, sed interrupta, & infirma. Erit ergo sensus. *Sapiens corde precepta sui Doctoris audit libenter, aut tacet Stultus autem claudicabit labijs*, id est, eloqui mauult, quæ audire: cum autem fatur, modo ait, modo negat, semper sibi dissimilis, imo aduersus. Rursus alia ratione claudicationem orationi tradidit Tullius de claris oratoribus, vbi sic sit. *Actionis illius* (id est, oratio, quam habebat) *tum vittio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat.* Itaque illius sermo secundum Tullium claudicare dicitur, qui inter alia bene & apte dicta, ineptias multas admisceret. Apposite igitur in stultum Salomon. *Stultus claudicat labijs*, id est, illius sermo, & oratio pluribus scatet ineptijs, quibus, si quid aperte, & bene dicit, intercipitur, & claudum omnino redditur. Ad hec Diuus Ioannes Chrysostomus homilia 20. ad populum. *Orationem & doctrinam duobus veluti pedibus constare, & affirmari* dicit: scilicet veritate sententia, atque moribus, seu vita dicentis: hæc enim si honesta sit, maximam orationi firmitatem conciliat. Eius ergo, qui aut veritatem detrahit doctrinæ, aut vitæ probitatem eidem non adiungit, labia, atque sermonem claudicare, ac vacillare necesse est. *Stultus igitur claudicat labijs*, quia illius oratio semper altero pede, scilicet vitæ honestate: aliquando, imo saepissime etiā utroque claudicat: quia nimirum vita, veritasque deficiunt. Quid plura? Tullius etiam de oratore. *Orationem claudicantem*, dixit imparitem, & minime æqualem, cuius scilicet stultusmodo grauius incedit, modo abiicit se, & ad ima depouit. Hac etiam ratione pedibus nutare dixerim boltorum sermones. Nam si quid aliquando graue protulerint, subiectis statim multis fatuè, & inepte dictis claudum reddunt.

130 *Quinto denique omittenda non est Theodotio-* nis interpretatio. *stultus labijs fermentabitur.* Utique fermentatio, & fermentum in bonam non nunquam, aliquando in malam rapitur partem, vt constat ex plerisque Sacrae Scripturæ locis. Illud in bono est Matthæi. 13. *Simile est regnum cœlorum fermento, &c.* Illud item in malo capit. 16. *Caveat à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis*, & i. ad Cor. 5. n. 6. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Etrursus, *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ.* Deinde notandum fermentationem fieri acescente quodammodo conspersione. Quapropter apud Hebreos 7. 11 *Chamaest*, est fermentare: proprie autem in acore, & amaritudinem vertetere, Psalmo 70. *Liberame Domine de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui, Hebrei-*

*cæ, & fermentantis*, id est, irati, & amarulenti. Tum F etiam ex fermentatione conspersio incalescit, & concepto calore subinflatur, & intumescit. Unde Grammatici fermentum dictum fuisse volunt, quasi ferre re auctum. Huc pertinent verba Psal. 73. *Quoniam inflatum est cor meum, Hebr. Fermentum est cor meum.* Sed cum fermentationis triplex sit effectus, scilicet amaritudo conspersionis inflatio, & calcificatio eiusdem. Septuaginta quidem ad calorē

Tom. I.

A retulerunt. *Quoniam inflatum est cor meum.* Alij ad tumorem, qui sic legendum putant. *Quoniam inflatum est cor meum.* Alij demum ad amaritudinem: constat enim plures legisse. *Quoniam acescit cor meum.* Denique Diuus Hieronymus transtulit:

*Quoniam contractum est cor meum.* Alibi etiam Isaï

*1. legit, Subuenire oppreso.* Pro oppressō autem He

braicè est ψων Chamoſt, id est, fermentatum. Quæ

lectionem, vt arbitror, Hieronymus à similitudine

fermentationis trahit. Nam sicut fermentum tunc,

cum reliqua conspersioni permiscetur, pugnis sub-

igitur, & maceratur massa: ideo pro fermentato

reddidit oppressum, & contractum, id est, cælum,

subiectum, maceratum. Sed tamen ex Hebreis Rabi

Dauid in libro radicum, & alij non pauci conuer-

tunt locum Isaï ad hunc modum. *Beatum facite*

*fermentantem.* Intelligunt autem iudicem, qui mox

temere non fert sententiam: sed post longam, &

accuratam rei meditationem, ducta similitudine à

muliere panifica, quæ pridie antequatū panem co-

ctura sit, fermentum expedit. Deinde vero, ante-

quam panes in cibarium inferat, diu spectat, do-

nece fermentum totam conspersione perueraserit,

& sapore suo condierit. Ergo secundum varios ef-

fectus, qui massa ex fermentatione accidentit, fer-

mentum in bonum, vel in malum vertitur. Quia

inflat massam, assumitur ad significandum super-

biam. Matth. 16. *Caveat à fermento Pharisæorum,*

*quod est hypocrisis.* Quia calefacit, & inflamat, ad

libidinem notandam asciscitur. Psalmo 72. *Quo-*

*niam inflatum est cor meum, & renes mei com-*

*mutari sunt.* Hebr. fermentatum est cor meum. Quo-

niā acidam reddit conspersione, ad iram etiam

notandum usurpat, Psalmo 70. *Demani contra*

*legem agentis, & iniqui, alias fermentati, id est, irati,*

& amarulenti. Quoniam fermentum paulatim

massam peruvadit, & ad panem conficiendum con-

dit, assumptum est ad significandam Euangelij do-

ctrinam, quæ totum late mundum paulatim in se

transtulit, atque in suum (licet sic dicere) saporem

abite fecit: per illam enim homines, qui olim ter-

renatantum odore sapiebant, cœlestia post modum

sapere cœperunt. Quoniam vero fermentans con-

persione subigit, cœditque pugnis, & iustibus mul-

titis macerat, propterea fermentatus sumitur aliquā-

do pro macerato, atque opppresso, & percusso. Isa.

63. *Subuenire oppreso.* Denique quia fermentum

misces pridie ante decoctionem illud expedit, &

deinde tamdiu expectat, donec fermentum sit to-

tum: inde ad significandam prudentiam iudicis

ascitum est, ad quem spectat, nihil temere, &

extempore, sed omnia considerate, & maturè ag-

redi.

Cum ergo tam dissimilis sit fermentationis si-

gnificatio, inde fit, vt dissimilis etiam huic loco

sensus aptari possit, *Stultus labijs fermentatur.* Vel

enim labia ipsius stulti accipimus cum quibusdam,

vel cum plerisque labia Doctoris stultum admone-

ntis. Si labia monētis capiantur, in bonum atque

in malum licet interpretari. Si in bonum vertere

malis, sensus erit ciuiusmodi. Sapiens corde libenter

si igitur præcepta monētis: is autem, qui stultus

est, labijs fermentatur, id est, doctrina etiam, & do-

cumentis fatuæ instar conspersio paulatim con-

ditur, & bonum in saporem vocatur. Vbi interim

modus præscribitur Doctori & præceptori, quod

stulti hominis fatuitatem condire debeat; scilicet

paulatim scemina in morem fermentum ad-

miscentis, quæ pridie fermentum expedit, & diu-

tius deinde expectat, donec totam conspersio-

nen perueraserit: sic etiam stultus paulatim erudi-

dus, & diu expectandus, donec sapere incipiat, &

Quod si malam in partem voces, sensu euadet primo, *Stultus labijs fermentatur*, id est, in acorem vertitur, & amaritudinem. Quasi dicat, sapiens libenter auscultat monita docentis: *stultus autem irascitur*, & fuit contra Doctorem suum. *Labijs inquam fermentatur*, id est, doctrina ipsa, & præceptis in furorem agitur. Vel aliter, *Fermentatur*, labijs innocato sensu ad sententiam vulgatae lectio- nis, id est, ceditur, maceratur, & percutiuntur. Nā vt paulo ante dixi, fermentum macerata, atque subacta conspersione admiscetur. Vim autem hu- ius sententiae statim subijcam, cum lectionem vul- gatam expendero.

<sup>134</sup> Quod si aliter labia ipsius stulti accipiamus, tunc B quidem sententia erit eiusmodi. *Sapiens quidem præcepta suscipiet*. Sapiens inquam humili, & deie- cto animo Doctorem audiet, præcepta, & docu- menta honestatis sibi instillantem. *Stultus vero la- bijs fermentatur*, id est, præ fastu suo eligit potius eloqui, ac docere alios. *Labijs inquam fermentatur*, id est, suis met verbis, & oratione, tanquam fer- mento intumescit, & inflatur, nec doceri se sinit. Nam fermentatio inflatione sit, vt supra dixi. Hinc est illud Beati Nili Abbatis in Bibliothec. Patrum. *Dif- fuscile (inquit) est apud semanere demissum & azi- mum*, id est, humilem omnino aliquem esse, ita vt omni elationis fermento careat, quæ naturæ hu- manæ conspersionem & massam inflare, & tumidam reddere solet, per quam difficile est. Demum, quia fermentationem ad libidinis calorem notandum aliquando assumi supra docui, præfata verba aduersus eos, qui impudica, & turpia loquuntur usurpare licet. *Stultus scilicet suis ipsius labijs fer- mentatur*. Lasciuos nimirum sermones, & turpes confabulationes miscens, velut ex fermento calo- rem, ardoremque libidinis concipit animo: ita vt cum Davide illi pronunciare liceat. *Quoniam in- flammatum, aut fermentatum est cor meum, & ego ad nihilum redactus sum, & nescui*. Quæ verba de calore libidinis, qui renes imprimis vrit, accipit Augustinus. & alii.

<sup>135</sup> Sed omissis alijs lectionibus ad nostram denique veniamus, quæ sic habet. *Sapiens corde præcepta suscipiet, stultus autem ceditur labijs*. Beda, Lyra, Ianuenius, Baynus, & alij sic exponunt. Sapiens do-ctrinam libenter excipit, doceri, ac moneri se sinit. Stultus vero labijs ceditur, id est, graue est illi docentem auscultare perinde, ac si labijs illius verberaretur, ac percelleretur. Quam expositione libenter amplecterer, nisi existimarem vocem illam labijs, referendam eise ad stultum. Nam sicut prior illa vox corde, cum sapiente coniungitur, quia sapiens in originibus est in regimine genitiui (vt innotauit Ianuenius, ita vt ad verbum hic efferenda sit prior clausula). *Sapiens cordis suscipiet præcepta* sic etiam vox stultus, in regimine posita est, ita vt verbum ex verbo exprimentes posterius hemistichium sic conuertere debeamus. *Stultus autem labiorum ceditur, aut verberatur*. Agnouit hoc Caietanus, qui sic legit. *Stultus labiorum impinge*. Et quod caput est, ita visum est Septuaginta, qui licet in stule. Qui autem non est rectus labijs obliquans supplanta- bitur. Itaque *stultum labiorum dici putatur loqua- cem*, qui labia sua non tegit: non inquam premit, & claudit. Ex quibusliquet Antithesim hic versari inter Sapientem corde, qui scilicet vere, & ex animo sapit, & stultum labiorum, eum nimirum, qui stulti- tam verbis, & sermonibus prodit suis. Sensus au- tem conformandus est ad hunc modum. *Sapiens corde præcepta suscipiet*, id est, tacitus audiet, & aus- cultabit, & sine vi, & coactione perficiet auditu. At *stultus labijs*, id est, qui nimirum aduersus monita,

& præcepta Doctoris sui submittitur, is quidem verberabitur, aut vapulabit: verberibus scilicet ad exequenda, perficiendaque mandata cum adigi oportet: aut certè propter immites, indocilesque responsiones, & obiectiones, quibus mandatis ob- sistit, vapulabit. At inquieres, hæc expositio non ca- dit in verba vulgata, quæ non ita ordinata sunt, *Stultus labijs ceditur*: sed aliter nimirum, *stultus ceditur labijs*. Non infi- cior, tamen existimo non de labijs præceptoris, sed de ipsiusmet stulti labijs esse capienda, atque ita interpretanda. *stultus ceditur labijs*, suis nimirum, quibus dum præcep- tis, ac monitis obligatur, verbera, & ictus sibi accersit. Itaque labijs suis percelli dicitur, quia labia in causa sunt, vt percellatur, & feriatur propter immittia responsa, & obiectiones contra præcepta sui Doctoris.

<sup>136</sup> Subest demum lectio Septuaginta, quæ alium, huic tamen valde vicinum sensum reddit. *Sapiens corde suscipit mandata*. Qui nimirum tacitus audit præcepta, qui scilicet audire mauult, quam eloqui, hic quantumlibet imperitus sit, vere, & ex animo sapit. Nam tacendo contegit, celatque suam impe- ritiam, & sapiens ab omnibus habetur: iuxta com- mune illud proloquium, *Elloco callando es cuerdo*: *Quod quidem Maximus locorum communium* <sup>Maximus.</sup> *ca. 20.* & Anthonius in Melista sermone *70.* acce- ptum referunt. Anaxarchus, qui sic sapientiue aiebat. *Stultus, si taces, sapiis*. Qui vero non est rectus labijs, id est, qui os non comprimit, & claudit, hic detegit, aperitque stultitiam suam, *Obliquans enim sup- plantabitur*, id est, sapientiue aberrans impinget verbis suis Græce quidem ἀστρος, id est, sine testo aut domo. Nam ἀστρος, testum ad significat, sumitur autem illa vox teste Hesychio, pro peregrino ho- mine, & aduena, qui ædibus deslitutus est. Item apud Suidam is ἀστρος dicitur, qui arcana com- missa non continet, sed reuelat: demum homo lo- quax eo nomine censemur. Hic vero loquacem hominem significat, cuius labia sine testo esse dicun- tur, id est, sine ostio, ac seris (juxta illud. *Pone Domi- ne custodiam ori meo, & ostium circumstantia labijs meis.*) Ostium quidem, & circa ostium custodiam, id est, custodem, seu ianitorem sibi optat facer Va- tes, ne verbum aliquod malum ex ore effluat. Item Plutarchus in Moralibus. *Vt ædium (inquit) ostio* <sup>Plutarch.</sup> *carenium nulla est utilitas, ita multo magis oris* <sup>138</sup> *claustro carentis nullus est usus*. Dicitur ergo lo- quax ἀστρος, id est, sine testo, quia cum homo te- sto sicut illic sit, os autem ostij locum habeat: quem- admodum domus illa, que foribus, ac seris caret, nomen domus non meretur: sic etiam homo, qui os suum foribus, ac seris non obfirmavit, nomen domus haud ferre debet.

Neque vero leue est hominem priuari e nomine domus: nam inter præstantissima eius elogia id Pauli numeratur. Paul. 1. ad Corinthios 3. Dei (inquit) Cor. 3. n. 9. *edificatio estis*, & I. Petri 2. *Superadificamini do-* <sup>1. Pet. 2.</sup> *mus spiritu alis & sacerdotum Sanctorum*. Sed quo- <sup>num. 5.</sup> sum domus appellatur iustus homo? Nimirum quia 1. Ad Cor. Paulus dicit. *Spiritus Sanctus habitat in vobis*, & 3. num. 16. rursus. Et verbum Christi habitat in vobis, & ite- <sup>Ad Col. 3.</sup> rum. *Christi habitat per fidem in cordibus vestris*. num. 16. Et Petrus. *Instituta qua habitat in vobis*. Et de tota <sup>Ad Ephes.</sup> Trinitate sic Christus Dominus apud Ioannem. 3. num. 17. *Adeum veniemus, & mansione apud eum faciemus*. 2. Pet. 3. Ecce quot, & quanti incolæ, ten habitatores occu- <sup>num. 13.</sup> panthominem, *Spiritus Sanctus*, Christus Domi- <sup>Ioan. 14.</sup> nus, Verbum Christi, iustitia, ac tota demum Tri- <sup>num. 23.</sup> nitas hominem sibi ad inhabitandum tanquam do- dum sibi gratam vendicant. *Quicumque ergo ex eo, quod oī suo foīes, atque seras non adhibuit,*

domus nomen amisit, & *etymos* dicitur, id est, sine domo, ac tecto: is quidem omnes illos incolas perdet, nec Spiritus sanctus, nec Christus, nec Christi verbum, nec iustitia, nec Trinitas in ipso inhabitat.

139 Significat etiam *etymos* hominem peregrinum, & aduenam, qui domum propriam non habet, & ad alienas diuertit. Ergo si vocem illam *labijs*, conjugamus cum posterioribus verbis hoc modo *etymos*, id est, vir aduena, & peregrinus. *Labij* obliquans supplantabitur, id est, oberrans *labijs* suis tandem impingeat, ac corrueat. Itaque sensus erit, qui audit aliorum præcepta, antequam ipse loquatur, ac doceat alios, hic vere sapit.

140 Qui vero priusquam ab alijs accepit doctrinam eloqui, ac docere agreditur: quemadmodum peregrinus & aduena per incognitas regiones viam regens deerrat sapientius, atque per ania fertur in præcipitia: sic etiam ille in materijs, de quibus sermonem init, tanquam peregrinus *labijs* oberrans impingit, ac corrueat. Neque vero insolens est hospites, ac peregrinos dicere illos, qui in aliqua materia noui sunt, & tyrones. Tullius. Academicarum questionum *Nam nos* (inquit) in urbe nostra peregrinantes errantesque tanquam hospites tui libri quasi domum reduxerunt, id est, nos qui in Philosophia peregrini eramus, atque hospites, per tuos libros id assiquati sumus, ut veluti domum in ipsa natu incolæ simus, & habitatores. Alibi etiam in lib. 3. de Finibus honorum, &c. ipsam Philosophiam è conuerso Romæ peregrinantem inducit. Itaque ait, *Mihi videris Latine docere Philosophiam, & ei ciuitatem dare, quæ quidem adhuc peregrinari Roma videbatur.* Ergo ad rem nostram *etymos*, id est, peregrinus sine domo, atque adeò tanquam aduena, & hospes, ubique aberrans, & impingens *labijs* suis in doctrina sapientiæ vere ille dicitur, qui Doctores, ac præceptores prius non audiuit. Hi enim sunt, qui (ut verba Tullij sursum) quasi domum reducunt imperitos: efficiunt scilicet, ut in veræ sapientiæ doctrina domum natæ, non amplius hospites, & peregrini, sed ciues, & incolæ sint. Aut certè in his, qui alias audiunt docentes ipsa doctrina ciuitatem, & domum natæ amplius peregrinatur, ut de philosophia loquitur Tullius.

*I. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.*

141 **Q**ui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. *Hebraicè: Ambulans in integritate.* Pagnin.

*Ambulans perfectè. Caietanus: in puritate.* Chald. E *Qui ambulat in perfectione, ambulat in spe.* D. Cyprian. *Ambulat fidenter.* Septuaginta, fidens.

*Ez qui deprauat vias suas, manifestus erit Hebraicè, qui peruerterit, eodem sensu Septuaginta, Qui autem detorquet vias suas, cognoscetur.* Caietanus, cui fere non placet vulgata lectio, hic potius vertendum putat, *Qui autem deprauat vias suas, conterritur, aut frangetur.* Hebraicè γιναδεανγή à verbo γινάνγη, quod significat etiam frangere, & conterere. Hæret Caietan. Iude, & Ionç antiquioribus Rabinis, imo & Pagnino, qui in suo thesauro huic lectioni non parum tribuit. Sed pro nobis, & pro nostra lectione pugnat Kimhi, Chaldeus, & Septuaginta, imo & Mercerius, alioqui nonarum lectionum auctor.

142 Prima expositio est Bedæ, *Qui ambulat simpliciter*, id est, qui simpliciter, & secundū virtutem se vivere nouit, & nullius sibi mali conscius est, is ambulat confidenter. Facile (inquit) spernit aduersa,

quia se per istuc ad gaudia eterna venturum sperat, dicens cum Prophetâ. Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo, &c.

Secunda est Lyrae ad hunc modum ambulat confidenter, id est, audacter agit, quia non vetetur alicuius correptionem, aut reprobationem.

Tertio est Hugonis. Qui ambulat simpliciter, hoc est, humiliter per animi deiectionem, & sui ipsius contemptum, hic confidenter ambulat, quia non timet depressionem, & honoris iacturas, quæ maximè ignauos, & timidos reddunt superbos, & arrogantes. Simpliciter (inquit) ambulat, qui una tantum via, quæ Christus est, pergit.

Ceterum si priorem istam pattem cum posteriore componamus, aliud euadit sensus facilis & eluculentus, qui Ianzenio, Rodolpho, mihi que admodum probatur. Qui ambulat simpliciter, id est, qui conuersatur candide sine dolo, atque astu, hic ambulat confidenter, id est, tutissimus inedit, audacter omnia facit: non enim metuit in simulatione, aut fraude deprehendi. Qui vero deprauat vias suas, id est, qui astute & callide agit, fraudes ac dolos simulans, manifestus erit, hic scilicet veritus, ne tandem aliquando in astu suo deprehendatur, & fraudibus detectis scelera illius euulgentur, nunquam se tutum, ac securum ducit, atque adeo assiduo metu concutitur. Quomodo autem candor & simplicitas audaciam quandam metus expertem patiat, docuit eleganter Diuus Gregorius Magnus lib. 12. *Gregor.* Moralium his verbis. *Nihil est, quod pati ab alijs Magnus.* simplex formiderat: habet enim quasi artem quandam suam simplicitatem, nec suspectus est pati, quod fecisse non meminit. At contra mens prava semper in laboribus est, quia aut molitur mala, quæ inferat, aut neutravit, ne sibi haec ab alijs inserantur. Accedit Magno Gregorius Theologus oratione quarta contra Julianum. *Incauta est* (inquit) *simplicitas, & minime male quidaquam suspicatur, quia à malo libera est.* Subest etiam aliud venustum testimonium Hieronymi super Oream. *Simplicitas* (inquit) *sua puritate contenta non querit alienum, neque abrodit, nec se in artes vanas sepe commutat, sicut astutia, quæ ut quomodo sit cauta, timet omnia, nec suis fidis consilijs, versatque ipsa suas sententias: simplicitas autem timere non nouit.* Pende sententiam Hieronimi, qui maxime proprium astutie esse dicit, ut ex metu in varias ac dissimiles formas, & artes se commutet, ac transferat: dum enim detegi timet, varias hinc inde figuratas, & colores querit, quas fraudibus suis ac dolis obtendat. Succedit igitur memoria, quod supra diximus vers. 4. ex Arist. lib. 5. de historia animalium cap. II. totam illam colorum, ac pigmentorum varietatem, quam per interualla Chameleon permittat, ex metu illi accidere, quo facile concutitur. Nam sanguis, cuius paucas guttas habet, per metum ad eorū se recipiens, membrum deserit, ac diaphana dimittit. Unde fit, ut de vicino, aut sibi subiecto colore statim imbuantur. Similes ergo Chameleontibus astuti, & callidi, quos metus in tam dissimiles formas abire facit. Sic enim Hieronymus: *Simplicitas non se in varias artes commutat, sicut astutia, quæ ut quoque modo sit cauta, timet omnia.* Itaque timor illi varias inducit formas, variisque colores: sed tamen non omnes D. Gregor. Nazian. contra Julianum oratione 1. yt *Nazian.* illius astum, & veterotorum ingenium exprimit, sic habet: *Quemadmodum Chameleontem facile ferunt variari, & omnes assumere colores preter candidum (ut interim fabulosum illum Protheum Ægyptium sophistam omittam) ita ille omnia, preterquam mansuetus, erat.* Quæ sententia ad nostrum institutum translata sic est conformanda. Astutus,

143

144 Aristoteles

Hieron.

Nazian.

& callidus homo artificio sue simulationis omnem colorem Chameleontis ad instar induit, vel potius mentitur (nam colores, quos permixt Chameleon, non sunt veri, sed apparentes, & falsi) facilem quidem fementitur, humilem, amicum, temperantem, & alios id genus virtutum colores sibi inducit: candorem autem imitari non potest, id est, simplicitatem. Sic enim simplices appellamus candidos. Itaque vafro, & veteratori homini alias omnes virtutes mentiri fortasse licebit. Simplicitatem vero imitatione simulare, neutiquam illi integrum est. Semper enim astus se prodit, vbi cumque est.

146

*Qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.* Callidus homo dicitur deprauare, aut peruertere vias suas: quod quidem parum ab definitione astutie, quam nobis offert D. Thomas 2. 2. quæst. 55. art. 3. his verbis: *Astutia est cogitatio non vera via, sed false, & simulata ad assequendum aliquem finem.* Ceterum id maxime proprium est veteratoris calliditatis, ut non perpetuo illius astus arcanus sit. Accipe Cypriani verba ex epistola 3. lib. 1. *Hæc est (inquit) frater vera dementia non cognoscere, & nescire, quod fallacie non dum fallunt. Nox est tandem, quandiu eluceat dies: clarificato autem die, & sole oborto, lucis tenebras, & caligine ncedere, & quæ grætabantur latrocinia, cessare necesse est.* Chrysost. hom. 67. in Ioan. alia similitudine id ipsum expressit: *Quemadnodum, qui ruinam minantes parietes alto teatro linunt: non tamen eos possunt dirigere: ita astutia facile deprehenduntur.* Ergo qui deprauat vias suas, manifestus erit. Nam vel lux veritatis diei similis caliginem astutie discutit, vel indirecta rerum cōpōlitiō ruinosam reddit simulationem: atque adeo illam citius everti necesse est.

147

*Athan.* *Leetio autem illa, qua initio præmisimus, licet mihi non omnino placeat: tamen bonum ad sensum vocare licet: *Qui autem deprauat vias suas, conteretur, aut, frangetur.* Hoc est callidus, & impostor sua ipsius astutia contritionem, & dolorem si biacceret. Dinus quidem Athanasius in serm. de Passione, de astutia differit ad hunc modum: *Quemadnodum si quis serpentem apprehendat manu, dumque conatur in alterum proiecere, prius ipse mordatur: sic astutia militat aduersus eos, qui ipsa viuntur, magis que ledit eos, à quibus habetur, quæ eos, in quos intendiuntur.* Serpens vtique ille antiquus callidior dicitur omni bestia agri Genes. 3. sed tamen veteratoria illa astutia, qua aduersus hominem vesus est, illi contritionem attulit: sic enim Deus ad ipsum: *Ipsa conteret caput tuum.* Et sane non abest ab hoc loco serpentis similitude. Nam illud. *Qui deprauat vias suas,* Septuaginta sic Græcè extulerunt *σι κρίπτης θεοδότιον σπέζαν,* id est, obliquans, seu oblique regens vias: quod verbum germe, ac proprie significat tortuosum, ac sinuum serpentis incessum.*

Genes. II. num. 15.

*X. Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labijs verberabitur.*

148

*Q*ui annuit oculo, dabit dolorem. Hebr. secans oculo. De qua lectione iam diximus, ubi docuimus secare oculis sumptum pro innuere, quia nictatio fit citata, & frequenti diductione, & contractione palpebrarum, velut interrupta, intercisa que visione. Vel certè nictator oculis secare dicitur, quia irrisione, vel si quis alius eo gestu affectus significatur, dolorem infert alijs. Septuaginta: *Qui annuit oculo cum dolo, congregat viris tristias.*

*Et stultus labijs verberabitur.* Ongulalia verba

A omnino eadem sunt in hoc loco: & in superiori, vbi noster habet: *Stultus ceditur labijs:* atque adeo omnes illas capiunt interpretationes, quas ibi enumerauimus. Sed tamen illud mirum est, Septuag. ex similibus verbis tam dissimiles lectiones hauisse. Cum enim ibi conuerterint: *Et non rectus labii obliquans supplantabitur,* hoc in loco transstulerunt: *Redarguens cum audacia pacificat.* Cuius translationis causa non facile occurrit, nisi forte dicamus vocem **לִבְנֵי עַיִל**, que hic reperiatur pro stulto, fluere à radice **לִבְנֵי אָאָל**, quæ significat andere. Ita enim aliquibus visum est ex Hebreis: sic vero **וְלֹא־לִבְנֵי עַיִל** sephathaiim, perinde erit, ac **אָאָל** labiorum, seu audens labiis. Itaque in superiori loco audentem labiis, pro loquace usurpatunt. Hic vero pro illo, qui audacter primit ea, quæ animo concepit exprobrans culibet sua vitia. Sed quid quod hic habent pacificat: ibi autem *supplantabitur?* Fateor me id non esse qui omnino. Si tamen licet conjectari, fortasse pro **וְלֹא־לִבְנֵי עַיִל** legerunt ipsi **וְלֹא־לִבְנֵי יְהוָה**. Non enim distat plurimum hoc ab illo, cum præsentim Men clausum, & Thehi literæ numerentur inter consimiles.

*Que annuit oculis, &c.* Oculi profecto sunt interiorum affectionum externi indices, & quasi gnomones. Quod quidem (vt alia dimittam testi August. nia, Augustini de vita Clericorum, Basilij de Virginitate, Chrysostomi eodem titul.) elegantissime Chrysost. describit Philo Iudeus in lib. de Vita Abraham Phil. Ind. versus medium ubi sic ait: *Hunc visum Regem categorum constituit omnium editissimum, & tanquam in arce collocatum, per quam familiarem facit anime.* Mærorum illius mestitia suffusi oculi non dissimilant. Ediuero gaudente illa subrident, meru inualecenter turbantur. Si occupetur animus, ira exasperatur, & nubescit oculus. In cogitatione, accura quiescit eodem obtutu herens, & quasi cum mente simul intentus. In animi deliquio simul, & laxatur, & remittitur: & idem accidente animo benevolum affectum enunciat: quories autem in inimicum incidit, statim offenditionem praefert. In audacia profluent oculi, in reverentia quieti stant. Et ut compendio dicam, ad effigiem animi factus est visus ostendens eius imaginem expressissimam, tanquam in speculo naturam eius alias inuisibilis referens. Hactenus Philo, qui in libro etiam de specialibus legibus, hanc sententiā latissime prosequitur. Ergo cum in oculis cernere licet varios, atque dissimiles animi affectus, vestigandum est nunc, quid innuant oculi annuentes, seu inquietantes. De quare supra c. 6. non paucæ dixi, ad illa verba. *Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculo, &c.*

Imprimis igitur Plinius lib. 11. cap. 37. timiditas signum esse autumat, quando à natura, & non Plinius. de industria accedit nictatio. *Plerisque* (inquit) naturale est, ut nictare oculis non cessant, quos pauidiores accepimus. Secundo Philo de specialibus legibus, oculos nictantes stultitiam, & vecordiam prodere docet: *Stultorum* (inquit) *pupilla oberrant,* Græcè *κρίπται* id est, nictant: *quorum nec oculi quidem possunt quiescere pro stultitia.* Tertio significat oculorum nutus lasciviam, supra. c. 6. *Ne capiaris nutibus illius.* Quarto superbiæ, & elationis indices sunt, Isa. 3. *In nutibus oculorum ibant.* Quinto *ψαίε 3.* connuentes oculi dissimulationem praeferebunt, num. 16. veluti non videntes, quod vident. Tullius pro Cœlio: *Prob Di immortales! Cur inter dum in sceleribus hominum in aximis conniuetis?* Etsane ob eam causam connuentes, aut annuentes oculi ad notandam astutiam, & calliditatem assumuntur: hæc enim tota in simulatione, ac dissimulatione posita est, Eccles. 17. Ecclesiastici 27. *Annuens oculo fabricat iniqua, in num. 25.*

*Terent.*  
*Theopb.*

conspicu oculorum suorum concilcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: nouissime autem peruerteret os suum, & verbis tuis dabit scandalū. De-

nique annuentes oculi assentationem notant: an-

nūere enim sāpius sumitur pro assentiri. Inde vero assentatores pro adulatoribus: horum enim estom-  
nibus assentiri, atque omnia probare. Hinc Para-

situs quidam apud Terentium adulatoris officium in temetipso venuste expressit, his verbis: *Ait quis?*

*Aio. Negat quis? Nego.* Theophrastus præterea as-

sentatorem describit sic: *Cum ille aliquid loquitur ceteris silentium imperat, orationem finienti annuit,*

*& salibus vienii vehementer arridet: vestemque in-*

*nos adigit: quippe, qui risum nō queat continere, &c.*

*B* man quis egestatem commemorauerit, & morbum in-  
sanabilem, si ignem, si ferrum, nihil illi par attulerit,  
atque id tantum hi, qui sunt experti bene noverunt.

Quibus verbis Chrysostomus significare voluit  
mala reliqua, quantumvis maxima per se singula,  
zelotypiæ, ac suspicionum malum non attingere:  
atque adeo cum conuentu, & congregatione om-  
nium malorum melius conferti. Merito igitur Sa-  
lomon ait: *Congregat viris tristitias, id est, malum*  
*quoddam maritis asportat, quod ad instar est om-*  
*nium. Sed tamen expositio hæc de lasciuo aspectu*  
*ex eo mihi displicet, quia prior pars cum posterio-*  
*ri in concordiam sic adduci non potest, nec secun-*  
*dum vulgatam, nec secundum Septuaginta inter-*  
*pretum translationem, ut expendi facile consta-*  
*bit.*

*C* Secunda expositio est Bedæ, & Caietani, qui lo-  
cum istum de irrisione capiendum esse putant, hoc  
modo: *Qui annuit oculis, dabit dolorem, id est, qui*  
*nutibus oculorū illudit alijs, id est, Guinna de otros,*  
*hic dolorem inferet. Et quidem si ista esset germa-*  
*na expositio huius loci, crederem Salomonem ex-*  
*tremis illis verbis dabit dolorem, priorum vim de-*  
*clarasse: quia ut supra adnotavi, pro illis verbis:*  
*Qui annuit oculis, in originibus est: Qui scat oculo.*  
Itaque sensus sic conformandus est: *Qui nutibus*  
*irtidet, aut illudit alijs, perinde facit, ac si oculis suis*  
*secaret, ac scinderet. Quasi dicat; Non solum gladio*  
*vulnus infligitur, sed etiam nictatione oculorum,*  
*atque adeo illusor dabit dolorem equalē ei, quem*  
*luculenta plaga afferte solet, aut maiorem: gladius*  
*enim corpus vulnerat, ac perfodit: oculus vero il-*  
*lusoris animum transuerberat.*

*D* Tertia interpretatio est Rodolphi, qui hos ocu-  
lorum nutus, ad ea signa retulit, quibus impij se in-  
uicem ad malum aliquod perpetrandum prouocant, & laceſſunt. Sed tamen hæc tercia interpretatio,  
quam secunda communi cum prima vitio labo-  
rant: difficile enim priorem partem cum posterio-  
ri sarcire possunt. Possimus duas item alias expo-  
ſiones petere ex duabus rebus, quas oculorum  
nictatione, & nutibus notari supra obſeruauimus,  
ſcilicet superbiam, & ſuſtitiam ad hunc modum.  
Elatus vir, qui ſuperclilio ſuo, & nutibus oculorum  
aliorum contemptum p̄fere fert, dolorem inſeret  
illis: animos enim illorum, quos contemnit, mi-  
rum in modum fauciabit. Et quidem hæc non ma-  
le inter ſe coherent. Nam verbum contemno, ut alias  
docui, fluit à verbo Græco *τίθειν*, quod est, ſcinda  
aut ſeco. Rationem autem huius etymi obtulit Varro  
de lingua Latina, quia illa, quam despiciamus,  
amputare, & exſecta abijcere ſolemus. Aptè igitur,  
qui aliorum deſpectum oculis teſtatur, ſuis oculis  
ſcindere, aut ſecare dicitur. Qui ergo ad eum modū  
ſecat oculis, dabit dolorem: illis nimittū, quos despi-  
cit, ac contemnit, vulnus inſeret magnum. Ceterū  
huius etiam expositioſis commune vitium eſt, ſci-  
licet incohærentia cum altero hemistychio. Poſte-  
rior autem duabus ad ſtultitiam pertinet hoc modo.  
Ille, cui nutant, vel potius natant oculi preſtul-  
titia, dolorem afferet: dolorem, inquam, dabit, id eſt,  
comiſerationem ſui excitabit in omnibus. Hæc  
autem expositio ex eo reliquas vincit, quod cum  
ſubiectis verbis potest concordia redi hoc modo.

*E* Qui ſtultitiam ſuam, & fatuitatem oculis tantum  
prodit, non minimam ſui comiſerationem exci-  
tat in omnibus: qui autem ſtultus eſt labijs, ille ſci-  
licet, cuius fatuitas eđ peruenit, vt ſtulta, abſona, &  
absurda loquatur, hic verberatur, id eſt, verberibus  
coēretur eius insania. Si vero hæc interpretatio  
non omnino displiceat, ad hunc modum per simili-  
tudinem effertenda eſt. Sicut ex his, qui insaniaq;

*Psalm. 34.*  
*num. 19.*

*T* Septimo irrisio oculis innuētibus declaratur. Psal-

*34. Quidoderunt me gratis, & annunt oculis. Nunc*

*tandem vestigandum ex his orinibus rebus, quas*

*nictantes, annuentes, & coniuentes oculi adum-*

*brant, quænam huic loco maximè accōmodata ſit.*

Prima expositio eſt Clementis Alexand. lib. 3.

*Cle. Alex.* Pædag. & Lyræ, à quibus non abhorret mens Ca-

ietañi, qui locum istum ad lasciuiam, & libidinem  
referendum putant. Et quidem Clemens ſic habet:

*Lascini autem aspectus, & versatilibus, & tanquam*

*coniuentibus oculis intueri, nihil eſt aliud, quam*

*oculis mechari, cū per oculos cupiditas ineat prima*

*pugna p̄cludia. Annuens enim oculo cum dolo virtus*

*congregat merores. Talem utique effemīatum ſar-*

*danapalum Regem Assyriorum in lecto pedibus ſur-*

*sum ſublati, purpuram carpentem, & albuginem*

*oculorum verſantem pingunt. Quia haec exercent mu-*

*lieres, ſuo intuitu ſui ipsarum lena junt. Hactenus*

*ille: qui ita quidem locum istum interpretari vide-*

*tur. Annuens oculo cum dolo, id eſt, qui lasciuo aspe-*

*ctu intuetur alienas vxores, atque illas nictantibus*

*oculis affatur, vel lumen ſignificationibus illis*

*innuit: viris quidem earum, ſeu māritis congregat*

*merores, & tristitias: quia videlicet in illis zeloty-*

*piam excitat, & cum ipsa innumeratas doloris atque*

*moeroris causas immittit. Et quidem aptè ſecondum*

*eam expositiōem: tristitias viro congregare*

*dicitur laſciuus ille ſpectator alienæ vxoris, quia*

*ſuo illo turpi aspectu efficit, vt maritus ſuspicioni-*

*bus locum faciēt omnes hinc inde cogat, colligat-*

*querationes, causas, & principia, quibus & con-*

*ceptam ſuspicionem aleſe, & merores cumulare*

*poſſit: ita ut animus illius conuentus quidam, at-*

*que congregatio tristitiarum merito dici queat.*

*E* Chrysostomus libro de Virginitate longe à prin-  
cipio: *Cedo enim si quis propenſior fit adeam agitudo-*

*rem, quod alterum quoque uxore ſua potiri ſuſpicie-*

*tur etiam ſi falſa aliqua ſpecie eo morbo correptus fit.*

*Quid eū ſimodi homine mīſerabilius eſſe potheſt? Quā*

*tempeſtatem, cum eiusmodi ſuſpicio, vel furore*

*comparantes eius imaginem perfecte conſequi poteri-*

*mus. Omnia doloribus, omnia ſeditionibus, ac per-*

*titurbationibus referta ſunt angorum, moleſtarum,*

*lacrymarumque plena ſunt omnia, etiam ſi domi ſe*

*cōtineat: ſi in publicum prodeat, ſi peregrinetur, ubi-*

*que malis tentatur, &c. Lege ibi plura. Iam vides*

*quām conſertas, & coaceruatas tristitias, & dolo-*

*res congerat in māritum ille, qui zelotypiæ, & ſuſ-*

*picionum illi auctor fuit. Vel aliter congregare*

*tristitias in illo dicitur: quia nimirum zelotypiæ*

*illi immittit, quæ omnes in vnu ſimul coactas*

*tristitias, & merores facile ſuperat, Itaque vna cū*

*ſit, promultis, imd pro omnibus plagiis, ac dolori-*

*bus eſt. Audi Chrysostomum: Mala quidem per ſe*

*ſingula hominem perdere queunt: cum vero concur-*

*runt omnia ad hominem a ſiduo affigendum, & op-*

*primendum, neque ei minimum dant respirandi locū:*

*quoniam id mortis genere calamitosius? Nā vel ſi ſlim-*

*F* Chrysost. 153

*man quis egestatem commemorauerit, & morbum in-*

*ſanabilem, ſi ignem, ſi ferrum, nihil illi par attulerit,*

*atque id tantum hi, qui ſunt experti bene noverunt\**

154

155

Varr.

156

aut fatuitate laborant, illorum, qui tacentes<sup>1</sup>, & innocisunt, atque alios ne verbo quidem lœdunt, sed solam infaniam suam nutantibus oculis produnt, nosquidem miseret valde; eos vero qui absurdalocquantur, qui probra, & contumelias iaciunt, multis verberibus coērcemus. Eadem ratio est insipietum, & ignorantium. Si quis enim insipientia sua conscius taceat, nemo illi indignatur, imo potius omnes miseratione dignum putant: si vero stultus cum sit, non tacet, sed stulta, fatua, & absonta passim pronunciat, verberibus sane, & plagiis emendādus est. Ceterum ex præmissis expositionibus nulla mihi omnino probatur. Subijcam duas, quæ accommodationes visæ sunt: optio autem lectoris erit.

157

Primam, quæ ordine sexta est, nobis offert translatio Septuaginta, quæ pro optimo commentario hice esse debet: *Qui annuit oculis cum dolo, congregat viris tristitias, redargens cum fiducia pacificat.* Inter alia, quæ annuentibus oculis notari supra dixi, alterum est assentatio, & adulatio: hæc enim annuendo, & assentiendo perficitur, ut iam inde docui. Ad id spectat illud Plutarchi in Moralibus. *Vt pictura est tacita poësis, ita silentio sapè laudat adulator, scilicet vultu, nutu, & obsequijs.* Et Aristoteles 1. 3. Ethicor. adulationem duo complecti docet, gestum, scilicet, ac vocem. Vtrumque vero complexus est Salomon in hoc loco, ut statim patebit, Ait ergo Salomon: *Congregat viris tristitias.* Nam etsi ad tempus indulget, & placeat, & dolorem, mætoremque, qui ex male actis euenire solet, adulando leniat: non tamen aufert, sed differt tristitias: quæ quidem tandem cognita fraude, & detecta veritate, veluti congregat, & conglobatae inuadunt hominem: *Congregat (inquam) tristitias,* quia multas tristitiae, & mætoris causas veluti cogit, & conglomerat. Nam dum alijs, & alijs differt, fit tandem, ut multæ coactæ, & conglobatae simul occuruant. Contra vero *redargens cum fiducia pacificat:* Ille scilicet, qui magna cum libertate arguit, carpitque delicta alterius, etsi is, qui carpitur, dolere, imo stomachari videatur in eum, qui arguit: tamen deposito tandem stomacho, & dolore, stabiliorem pacem cum ipso init. In has enim rixas, quas libera delictorum correctio patere solet, præcipue cadit illud vulgare: *Rixas de por San Juan son paz para todo el anno.* Infra capite 28. *Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quam ille, qui per blandimenta decipit.* Vel aliter pacificat, id est, cum, quem redarguit, pace donat, hoc est, quadam tristitiae, atque mætoris experie tranquillitate. Hæc sane fuit mens Septuaginta interpretum, cum qua vulgatam lectionem coagmata non est arduum: *Qui annuit oculo, dabit dolorem,* id est, qui per adulacionem illis annuit, & assentatur, quorum gratiam inire cupit, dabit dolorem, non sibi (ut quidam interpretes voluerunt) sed his, quibus lenocinatur: *Dabit ( inquam ) dolorem,* nimis de futuro: quia etsi ad præsens mollire, & lenire videatur: sed tunc demum dolorem, & molestiam immittit. Quantus vero sit dolor iste, quem adulator affere solet his, quibus assentatur, & annuit, describit Chrysostomus in Polycrato, de vestigijs Philosophorum lib. 3. *Adulator ( inquit ) omnis virtutis inimicus est, quasi clavum figit in oculo eius, cum quo sermonem conferit:* eo que magis cauendus est, quo sub amicitiæ specie notere non desinit, donec rationis obtundat acumen, & modicum illud luminis, quod ad-

A se videbatur, extinguat. Alludit Chrysostomus ad illud Numerorum 33. *Si autem nolueritis interficere Num. 33. habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis sicut num. 35. clavi in oculis.* Quo exemplo præcipuum adulacionis documentum significauit, quod est visum hebetare, vel omnino obtundere, ne sua ipsorum via intueri possint, hi qui assentatione gaudent. Id vero effusione oculorum adumbrauit, quæ fieret adactis, & confixis clavis, ut innueret maximo cum dolore, & cruciatu perfici. Ob eandem causam cum coruis in oculos inuolantibus adulatores saepius conferri consueverunt. Maximus Monachus *Maxim.* locorum communium serm. II. *Ut corvis (ait) inuolantes cadanerum oculos effodiunt: sic adulatores suis adulacionibus oculos, rationem scilicet, & mentem humam corrumpunt.* Est autem Græcis admodum familiaris hæc corvi, & adulatoris collatio propter nominum inter se maximam cognitionem, quia corvus Græcè κοράς, adulator vero κόλας, nuncupatur. Eius meminit Diogenes, Demosthenes, *Diogen.* & Epictetus, quorum sententias adscribit Maximus loco citato. Quantum præterea dolorem inferat adulator his, quos suis assentationibus delinit, pulchra similitudine declarauit Diuus Gregorius Magnus in Ezech. lib. 1. cap. 9. *Adulator ( inquit ) scorpio est, qui palpando incedit, sed canda ferit, nec mirdet a facie, sed a posterioribus nocet.* C Scorpiones ergo sunt, qui blandi, & innoxii in facie videntur: sed post dorsum portant, unde venenum fundant. Notum est, quantum doloris ictus, aut punctura scorpionis causare soleat. Merito ergo Salomon ait: *Qui annuit oculo, dabit dolorem.* Dabit, inquam, non dat: quia scorpionis instar faciem, id est, præsentia habet lenia, atque mollia: dorsum autem, id est, posteriora, acuta, & obliquata ad pungendum. Sed quia Gregor. assentatorem cum scorpione composuit, iuuat hinc assuere eius histriam ex Aristotele, quem Plinius commemorauit lib. 9. cap. 59. vbi et idit: *In Lathomo Caria monte ab scorponibus hospites non ledi: incolas autem, & indigenas interimi.* His enim similes adulatores quidam esse scriperunt, qui alienigenis, his scilicet, à quibus animo alieni sunt, parcunt: familiares vero, & benevolentia sibi coniunctos pungunt, & arroducti. Subdit Salomon: *Et stultus labijs verberatur.* Si vocem illam labijs, ad posterius verbum reuoces, facilis quidem euadit sensus: *Stultus, inquam ( talis enim est, qui palpari, & assentationibus delinit) se finit.* Ecclesiast. 7. *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi;* eanimirum adulatione, qua stulti capi consueverunt: nam stultorum nomine censetur hinc, non ipsi adulatores: sed qui adulacionibus delectantur.) *Stultus ergo labijs assentatorum verberatur, cæditur, & percutitur: iuxta illud Proverb. 18. Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa Proverb. 18. perueniunt usque ad interiora ventris.* Quem locū nūm. 8. Septuaginta sic extulerunt. *Sermones adulatorum molles: isti autem verberant intima viscerum.* Ad eum vero modum adulacionibus verberari, & consutu stultorum est, & insipientur: vel quia adulacionis, & rationis aciem hebetat, atque stultitiam, & insipientiam adducit ( ut supra dixi) vel potius quia stulti solum adulatores libenter audiunt. Noverunt id ipsi adulatores, qui cum ipsis, quasi cum stultissimis agunt. Hieronymus ad Rusti. *Non credas laudatoribus tuis, smo irrisoribus aurem ne libenter accommodes: qui cū te adulacionibus fuerint, & cum te impotentem mentis efficerint: si subito res pexeris, deprehendes postea colla incuruari, aut manus auriculas agitari asini, aut astuantis canis protendit linguam.* Hic ergo stultissimus adulacionum captator

Platarc.

Aristot.

158

159

Chrysost.

160

161

Ecclesiast. 7.

num. 6.

162

Hieron.

captator labiis assentatorum vapulat, & verberatur. Nam et si à fronte mulcetur: tamen à tergo, & dorso percellitur. Et quidem iactus à tergo illati aptè verbera appellantur. Rursus labiis verberatur, quia ipsamet, quæ verba mollia videntur, verbera sunt, quibus non corpus, sed animus tunditur. Iuxta illud, *Isti autem verberant intima viscerum.* Et quidem apte: sicut enim verbera, & flagella, ubi carnem paucis iectibus macerarunt, stuporem quendam illi aferunt, & quodammodo insensibilem reddunt, adeò ut reliquos iactus iam inde ne persentiscat quidem, & palpanti, ac percutienti æqualem se se præbeat. Sic adulaciones cum verberibus componuntur: non quia cruciant, vel dolorem inferat, dum audiuntur, mulcent enim maximè, ac delinquent: sed quia animum euerberatæ carni similem reddunt: scilicet stupidum, & insensibilem: sensus enim omnes hebetant, & ad bona æque, ac mala in differentes quodammodo efficiunt. Aut denique verberare suis labiis dicuntur adulatores, qui a graviore plaga mulcendo infligunt, quam si verberarent: sic enim sæpe loquuti sunt Patres. August. in Psalm. 59. Plus persequitur lingua adulatoris, quam gladius persecutoris. Et Hieronymus, *Plus (inquit) nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris.* Et alia paßim.

163  
Eccles. 21. ba describens Ecclesiastici 7. ait, *sapientum verba sicut stimuli, & sicut clavi in album desixi. Sed quid inde?* Hieronymus ad hæc verba, *Cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit auditori suo, iste sermo insipiens, ac stulti est:* Nam contrariorum eadem omnino lex, & ratio est. Addenda est etiam illa sententia supra adscripta, *Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulazione decipi.* Vbi plerique nomine stultorum ipso metu adulatores censi putant. Ergo adulator stultus labiis, stultilinquus scilicet, ac bardus homo verberatur, id est, tunc demum, cum fraudes illius detectæ sunt, & veritas cognita, suæ adulacionis poenas refert cæsus ab illo, quem suis ipse assentationibus demulxit. Sic aiunt Principes quosdam in adulatores suos tandem deserviisse, postquam se ab illo diu delulos cognoverunt. Inter quos numerantur Alexander Magnus, Seleucus, & atij. Et quidem ea ratione hæc posterior pars cum priori optimè coagamentatur, *Qui annuit oculo, dabit dolorem, & stultus labiis verberatur.* Quasi dicat, adulator infert dolorem ei, quem mulcet, & vicissim reportat ab eo plagas, & verbera. D. Basil. hom. deleg. lib. gen. adulatorem cum Polypode contulit his verbis, *Sic etiam animo verius ostenditur adulator.* Nunc, quod iustū est apud eos qui iusti rationem habent, laudat, apud iniquos statim vituperat more Polypodi, qui colorem terræ, quem attingeret, reddit. Desumpsit verò ex Plutarcho, Basilius eam similitudinem in Moralibus, ubi ita ait, *Non ut Polypus quibusvis locis: ita etiam & nos quorumvis moribus accommodari debemus.* Praclarum sanè adulatori symbolum Polypus præbet. Sed accipe nescio cuius appendicem, quam in Basilius verba coniecit. Polypodem si quādo pescator cœpit, actutum viuum pluribus iectibus macerat, & verberat. Nam nisi euerberatus, & maceratus eius proorsus iners est. Itaque captus Polypus verberibus subigitur. Haud aliter sanè adulator deprehensus à Principe vapulat atrociter,

164  
Basilius.  
*Tom. 1.*

168  
Aristot.  
Tullius.  
Anton.  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741<br

Suidas.

**A**utem autem ( Suida teste ) dicitur ille , qui nihil arcum seruat, sed omnia sua consilia prodit. Salomon ergo ait, *Qui annuit oculo, dabit dolorem*, id est, vir veterator, & callidus amicitiam simulans, infert tandem dolorem, & captans opportunitatem, plagam infligit, & stultus labis verberatur, scilicet a praefato simulatore. Qui enim prae nimia stultitia astuto homini committit consilia sua, & animi sui sensa eidem aperit, is fraudulentas plaga illius sustinet, & dolores ab eo illatos experitur. Quasi dicat, astuto, & veteratori prudenter consilia sua celare debet, quicumque plaga illius vitare vult : nam qui arcana, & mysteria sua illi temere, & stulte prodit, fraudibus illius capietur. Id sibi voluit lectio Chaldaei, quæ ait, *stultus labis capietur, aut captabitur*. Hi enim maximè dolis, & captionibus veteratorum patent, qui fatuè animi sui sensa eisdem manifestant. Qui enim celant, & abscondunt arcana sua, & consilia, fraudes illorum facile euadunt.

168

Sed redeo ad lectionem Septuaginta, qui extrema ista verbasic extulerunt, *Redargutiones cum fiducia pacificat*. Vbi obseruanda est vox Græca, quæ subest illi, *cū fiducia scilicet, quæ māphnōas*: significat enim insignem quandā loquendi licentia, & ( si Budæo fides haberet) est in media cōcione: aut in media Ecclesia facta correptio. Quod quidem innuit tantam in redarguente futurā esse ad corripiendum licentiā, vt si ita oportuerit, vbi nō profuit singularis, & arcana monitio publica adhibetur animaduer-

Budæo.

**C**atio: iuxta Euāgelij doctrinam, Mat. 15. Præterea eo nomine significatur effusior quædā ad dicendum, & admonendum audacia, & licentia, ad excludendū inermem quandā, & debilem monēdi libertatem, qua solent nonnunquam vti adulatores, vt adul-

Plutarch.

**D**ationes suas condiant: de qua multa multis in locis Plutarchus. Subiicio tres perelegantes similitudines, quibus satis declaravit, qualis sit debilis ista libertas, quam adulatores adhibere solent. Primò inermem quidem esse sic docuit, *In Menandri comedie inducitur falsus Hercules, claram gestans, non robustam sed inanem, ac leuem: sic adulatores libertas molles est, ac blanda*. Alibi etiam docet, quo spectat adulatores, cum mollem illam libertatem, seu licentiā monendi ostentant, hisce verbis, *Obsoniorum egregij artifices condimenta nonnihil austeri admiscent, quo dulcedinis tollant satietatem: sic adulatores fictam quandam libertatem, ac severitatem admiscent, venunquam magis adulentur, quam cum videntur obzurgare, & libere loqui*. Rursus alio in loco assentationem huic fictæ, & molli libertati admixtam non centissimam esse tradit hisce verbis, *si quis merum aliqui conferens aduersus circum, immiscat illi venenum, reddit immedicable, quod calore vim venenideuhat ad cor: ita adulator intelligens libertatem esse remedium aduersus adulattionem, eam ipsam adulattionis immiscat, ut magis sit noxia*. Haec tenus Plutarchus.

169

Salomon ergo, vt omnino hanc mollem, & inermem libertatem excluderet, quam adulatio nonnunquam sibi adiungit, afferit redarguendo homines *veni māphnōas*, id est, cum summa licentia, cum severa quadam, & audaci libertate, quæ ad compescenda vicia vim habeat.

**XI. Vena vita os iusti: os auem impiorum operit iniquitatem.**

170

**V**ena vita os iusti. Hebraicè, Fons vitarum os iusti. Septuaginta, Fons vita in manu iusti. Aquila, & Symmachus, Fons vita os iusti.

**A** Os autem impiorum operit iniquitatem. Hebraicè, Et os impiorum operet rapinam. Septuaginta, os impij operet perditio: sic etiam ex antiquis codicibus vulgatis aliqui habeat, Os impiorum operit iniqutias.

**V**ena vita os iusti. Os in scriptura nonnunquam sumitur pro precepto, & imperio. Deuteronomij ultimo, Mortuus est Moses iubente num. 5. Domino. Hebraicè, in ore Domini, ut sacerdoti alias. Rursus familiariter etiam scriptura phrasit idem est, aliquid in alicuius manu esse: aut poni, atque illius potestati, & imperio subiici. Quid certius? Iob capite primo, Ecce in manu tua est. Iob 1. n. 1. Ecclesiastici capite 18. Mors, & vita in manibus Eccles. lingue, id est, in illius potestate. Crediderim 18. n. 2. ergo Septuaginta in hoc loco os, pro imperio, & potestate accepisse: ac propterea conuertisse, Fons vita in manu iusti: in illius scilicet potestate est vita aquas fontis adinstar effundere. Et quidem vena vita, idem est, quod vena viua, seu fons viuus. Fons autem viuus appellatur perennis, & semper manans: quia nimurum perennitate sua, & motu assiduo viuentia quodammodo imitatur. Si-  
171 cut etiam dicitur argentum viuum ob irquietem illius metalli naturam. Hoc vero sensu aquas viuas, & fontes viuos passim leges apud authores prophanos, scilicet contra iners, & stagnantes. Vnde Hieronymus capite secundo ait, Mederelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, vbi fons aquæ viuæ opponitur cisternæ; aqua videlicet manans, & fluens pluiali, atque stagnanti, qualis est cisternarum aqua. Alij vero venam vita intelligunt, id est, vitiferam, salubrem scilicet, & dulcem contra sal-sam, & amaranthum. Itaque fontem vitæ salutaris, atque dulcis aquæ fontem dictum existimant. Denique aliis placet fontem viuum, & aquam viuam appellari contra mortuam. Nam tam in scriptura, quam etiam apud prophanos aquæ mortuæ dicuntur, quæ propter amaritudinem, & falsedinem ingenitem nihil viuum intra se alunt, non pisces, non gramen, &c. Ob eam causam lacus Asphaltidis appellatur in scriptura mare mortuum, teste Hieronymo. Aliorum authorum testimonia alibi deditur. Ergo secundum eam acceptiōem fons, aut vena viua dicitur illa, cuius aqua alit, seu alere potest viua animantia, vel gramina: sicut etiam fons, aut vena mortua illa propriè, & germane appellatur, quæ nihil viui, aut animati intra se retinere potest.

His præmissis prima expositio est Hugonis, qui priora verba de Christo Domino, sic exponit, *Vena vita os iusti. Os ( inquit) iusti dicitur os Christi, cuius verbo multi vitam recuperunt a mortuis excitati. Sed tamen hæc per accommodationem excogitauit.*

Secunda interpretatio, quam perspicuè tradiderrunt Lyra, & Hugo, & insinuat quodammodo Beda, ad confessionem delictorum pertinet. Hanc ferè surpant in concionibus suis Ecclesiæ, ac propterea libet expendere, ne quid in hoc commentario desideretur, *Vena vita os iusti*. Os nimurum, quod sua non celat, sed aperit, effunditque delicta, simile est fonti perennibus aquis mananti: quippe quod clarissimæ instar aquæ suorum peccatorum confessionem manat, *Os autem impiorum operit iniqutatem*, ne scilicet per confessionem foras erumpat, atque affluat. Et quidem haud elegans est fontis collatio cum ore, quod clare, & integre peccata sua apud Sacerdotem deponit. Primò, quia sicut fons aquam, quæ in ipsis terræ penetralibus, & montium cavernis ex vaporibus, atque halitibus humentibus gignitur, per suas venas, atq;

172

elices foras emittit, ac reddit; sic etiam os verè, atque integre confitentis delicta sua, culpas quaflibet, etiam eas, quæ in arcanis, ac secretissimis locis perpetrauit, & quas in ipsius cordis penitissimis laribus per solam consensionem admisit, emittit, ac palam facit. Cæterum non fons tantum appellatur, sed fons vita. percurram tres acceptiones fontis, aut aquæ viuæ. Primo fons viuus dicitur perennis, iugis, & semper manans. Id sanè interest iuges inter, & non iuges fontes, quod iuges omni tempore fluunt: æstate scilicet, hyeme, & reliquis anni temporibus. Qui verò iuges non sunt, hyeme quidem cum pluviæ frequentiores terram infundunt, vberim manant: æstate autem siccantur, & exhauriuntur. Non aliter quosdam videre licet, quorum ex ore confessionis aqua, ex oculis item doloris lachrymæ hyeme solum perstillant, & bruma urgente, cum scilicet ingentes labores, & graviores morbi ( liceat sic dicere ) compluunt, & inundant, aut cum mors instat, vrgetque. Cum verò salus, fortuna, & robur tanquam placida veris tempestas redit, statim exsiccantur, & exhauriuntur: & nec semel quidem vnius anni curriculo peccata sua Sacerdoti aperiunt, nec lachrymis eadem prosequuntur. Aliter iustus, & pius homo, cuius os vena vita, id est, per omne scilicet anni tempus manat iugiter, fusis lachrymis, atque iteratis, repetitisque confessionibus non modo per singulas anni tempestates: sed etiam singulis mensibus, hebdomadibus singulis, imò frequentius. Id enim sat est, ut confessio iugis, & perennis appelletur. Secundò fons vita, aut viuus dicitur, qui dulci, ac salubri aqua fluit contra salsam, & insalubrem: confessionis autem vena dulces admodum effundit aquas: per oculos enim lachrymas dulces manat.

*August. Chrysost.* Nam lachrymæ illæ, quas dolor ciet, ac pœnitentia, prædulces sunt, ac salubres iudice Augustino Psalm. 128. & Chrysostomo homilia 65. ad populum: sicut contra lachrymæ propter iacturas temporales fusæ amaræ sunt, & salsæ. Per os, item dulces admodum lymphas pœnitens reddit. Imò potius, inquies, ore suo peccata effundit, quibus nihil amari, & salsius? Minime verò. Peccata in peccatore clausa amara sunt: at postquam ad os venerunt, vt per confessionem promantur, inter ipsos oris meatus dulcescunt, vt passim experiri solemus. Vera ergo, & absoluta peccatorum confessio dulcis ad instar aquæ obtinet ex ore iusti manantis. Sanè a quarum dulced nem, ac tenuem naturam medici libra examinandam, & explorandam esse docent. An verò confessionis aqua omnino dulcis sit, & salubris, conscientiæ examen, & amissis explorat. Tertiò vena vita, seu viua dicitur in extrema acceptione contra mortuam: quæ videlicet nihil viui, aut animati in se cōtinet. Itaque viua aqua, vt sic, dicitur ea, quæ viua alit, & animata nutrit. Sanè lethalis culpa, vbi in animalium incidit, omnes quidem illius vires, & potentias ( liceat sic dicere ) in venas emortuas abire facit. Nam quæ ab ipsis emanant opera, & actiones nihil viui, & animati, nihil inquam gratiae, aut meriti æternæ vitæ parere possunt: sed amore emortuarum aquarum steriles sunt, & infæcundæ, Os igitur iusti, vena vita, os scilicet eius, qui confitetur peccata sua, fons viuus contra mortuum: fons, inquam, vitarum. Sic enim habent Origines: quia nimirum, quod ante confessionem erat vena emorta, & aquas emortuas nihil vitale cohibentes effundebat, cum primum confessionem suorum scelerum emisit, transit in venam viuam, viua scilicet, atque animata iam inde germinans. Sed quæ sunt istæ hæc? Gratia, & infusa virtutes, hæ sunt animata illæ, & viuæ res,

Tom. I.

A quæ veræ confessionis emanatio cræta, atque alii: Cuius tanta vis est, atque potestas, vt omnes alios hominis fontes, & venas: omnes inquam alias potentias, atque vires sanet, & viuas reddat, vt iam inde earum actiones viuæ sint: gratiam videlicet, atque merita in se alentes. Vnde aptè admodum Septuaginta ab ore ad manum transierunt, cum aiunt, *Vena vita in manu iusti*, quia statim, atque os per confessionem viua aqua scaturire cœpit, manus etiam viuas actiones effundit. Ex dictis haec nus id vnum elicio: eos scilicet sacerdotes, qui confessiones excipiunt, cum illis, qui fontibus regendis præsident, conferendos esse, vulgo *Fontaneros*: Quapropter sibi venam aliquam interruptâ viuderint (*Vena enim corrupta iustus cadens*,) nec omnem peccatorum, & culparum latice ad os perferre: sicut hi, qui publicis aquæ ductibus reficiens præsunt, vt corruptas venas instaurent, omnem, vt aiunt, mouent lapidem: & siquidem ita opus est, longo spatio tellurem effodiunt, & sic effodiennes ad caput usque fontis perueniunt: vt si quid aquarum meatus obstruit, aut cursum retardat, id auferant: si quid autem pertusum est, id reficiant. Non aliter hi, qui confessiones audiunt, conscientia euoluere, perscrutari, & explorare debet. Quod si vel pudor delicti grauioris promendi venam obstruit, vel peccatorum latices per tenuem, & quasi pertusam memoriam diffundunt, pudor pellendus, delicti grauitas eleuanda, & recentis peccatorum capitibus memoria confirmanda. Demum tota conscientia euoluenda, & veluti effodienda. Non nunquam ad vitæ ipsius caput redeundum est, vt omnis culparum aquæ ad os denique perforatur, siquaque *Os iusti vena vita*.

*Infrā cap.*

25. nn. 26.

D Hic verò carpendi sunt aliqui Concionatores, non vulgares, qui cum in hoc loco venam legant, de vena sanguinaria interpretantur hoc modo, *Os iusti vena vita*. Vena inquam est, quæ dolores, ac pœnitentiæ internæ acie, & spiculo icta, peccata, ( quæ sanguinibus contulit vates, cum ait, *Libera me de sanguinibus, &c.* ) libenter emittit, atque effundit. Inde verò multa de pœnitente meditantur: illum cum eo, qui venam aperit, hunc verò cum illo, cuius vena scinditur, conferentes. Ille enim, qui venam aperit, partim mulcendo, partim adstringendo sanguinem euocat, deinde vulnus obligat. Enim unus Confessarij, mulcere, adstringere ad peccata elicienda: deinde verò santi pœnitentia salubri, & ad dolorem, propositumque conceptum ulterius non peccandi animo excitato, & confirmato, vulnus obligare, & obtegere. Is verò, cuius vena operitur, non brachium tetrahere, non exanimari debet, vt vena profundius scindatur, & sanguis sponte, atque copiosè effluat. Hæc sunt pœnitentis officia: atque id genus alia coniuncta in hunc locum, cuius nihil sanè ad hanc sententiam facit, præter verborum sonum. Nam vox illa vena anceps est, & vtrumque sonat: fontem scilicet, atque varicem. Cæterum vox מַקָּר Makor, quæ vena subest in primitiis, aqueductum propriè significat, & non aliud. Non ignoro Bernardum, Gregorium, & alios Patres in suis allegoriis plura loca eo modo secundum solum verborum sonum interpretari solitos. Quapropter nec omnino refutandæ sunt eius generis interpretationes, nec plurimum illis tribuendum. Ut verò huic aliiquid adiiciam, in eorum gratiam, quibus hæc placuit expositio, subnecto carmina Basili in Anthologia sacra, cui propter lucubrationes suas in Patres non parum debemus. Vbi similitudinem hanc à missione

177

178

li ij

sanguinis peritem ad confessionem eleganter tran-  
stulit.

*Cum quedam immodicum fundit pars erga  
crux, et  
Vt medeare malo, vena secundarib[us] est.  
Sic tibi cum celerem minitantur criminis  
mortem,  
Numinis inque cum iam cedit in caput.  
Te ferias, tnaque in te ipsum defensat ira,  
Sic enim magni concidet ira Dei.  
Nam se excausat, quicunque accusat, incul-  
cum  
Et finit hanc, qui si non finit, esse Deum.*

172

Secundam expositionem huius loci offert nobis translatio Septuaginta, quæ sic habet, *Vena vita in  
manu iusti, et autem impiorum operis perdicit, quæ  
verba ad misericordiam, & eleemosynam pertinere  
videntur. Itaque ait, Fons vita, id est perennis, at-  
que iugis in manu viri misericordia, (hunc enim  
iusti nomine notari iam inde super animaduerti.)* Nam cum omnes inde egeni, & inopes hauriant copiosissimas eleemosynas: non tamen propterea exhaustur, quin potius magis, ac magis in dies perennat. Basilius homilia in dilectantes auatos à puteali scaturigine venustam comparationem ad eleemosynam traduxit hoc modo, *Nam ut pates* (inquit) *continuus exhausti, & copioso, & ducio-  
readmodum aqua fluunt: dimisi verò, & quieti fa-  
cile patent: sic & opes condita, quiescentes ve inaci-  
les: moxa verò, & translata copiosus affluunt, publi-  
cumque commodum, & fructum pariunt. Eandem*

Basilius.

Clemens  
Alexand.

Chrysost.

180

similitudinem usurpauit Clemens Alexandrinus libro tertio pædagog. capite nono, *Quemadmodum* (ait) *cum pates scaturient, exhausti ad pristinam  
mensuram ocyus reverteruntur. Ita etiam largitio,  
quæ est bonus fons benignitatis potum sit, tibus com-  
municans, rursus augetur, & repletur. Sed elegan-  
tissime Diuus Ioannes Chrysostomus eleemosyna-  
nam cum fonte contulit, *Fontes* (inquit) *in solita-  
dinibus sunt magna ex parte, & nos animam à tur-  
bulentia educamus, & scaturiet apud nos eleemosyna.**

*Fontes quo magis purgantur, clariores sunt, sic  
sane & nos quo magis insimimus, tanto magis bona  
scaturient: qui fontem habet, non timeat: si igitur, &  
nos habuerimus eleemosynam fontem, non timebimus.  
Etenim ad potum, ad irrigationem, ad edificium,  
ad omnia utilis est nobis hic fons. Nihil fonte hoc  
melius, non solet ille ebrietatem inducere. Melius  
talem habere fontem, quam atri fontes fluentes an-  
ren glebis: ex hoc fonte lapides promanant pretiosi,  
qui ad caput regis assumuntur. Sed adnota illa ver-  
ba, *Etenim ad potum, ad irrigationem, ad edificium,*  
*ad omnia utili iste fons.* Fontis quidem utilitates  
innumeræ sunt. Ideo Plato in sua republica fon-  
tem in urbis foro, & meditullio collocari precepit,  
vt scilicet omnibus in promptu sit, & communes  
fontis utilitates ad omnes perueniant: nimis ad  
potum, ad irrigationem, ad edificia, &c. vtque si  
quando ignis exarserit in urbe, facilis, & proximi-  
mè incendiis occurri possit. Hoc verò nullo alio  
modo accommodatus præstari posse putauit, quam  
si fons in medio urbis poneretur. Sed tamen ea  
ratione assequi non potuit, vt æque omnibus in  
promptu, & ad manum, vt aiunt, esset fons. Nam  
in suburbis remotiorem et ratione fontem eueni-  
re necesse est, quam aliis interioribus urbis locis.  
Agnoscet eleemosynæ præstantiam, quæ cum ad  
hæc omnia utilis sit: nimis ad potum, quia si  
tim extinguit: ad irrigationem, quia virtutes alig.  
(statim ex eodem Chrysostomo subnectam, ad  
edificationem, quia per illam in celo perpetua*

A domus extruitur. Chrysostomus homilia 35. ad  
Populum, *Qui præstant (inquit) eleemosynam, in  
celo edificant domos, & tabernacula, &c. & ho-  
milia octaua de penitentia multæ confitit in hanc  
sententiam. Sed illud peculiare postulat hic lo-  
cas, vt felicet in structa huius æternæ domus  
eleemosyna pro aqua sit: vt constet, quemadmo-  
dum in magnis ædificiis aquæ vis maxima consu-  
mitur (sine aqua enim calx, gypsum, & alia ce-  
menta non prosunt,) ita etiam ad æternæ illius  
domus fabricam erigendam magna eleemosyna-  
rum copia necessaria est. Nam sicut lapides, calx,  
gypsum, & cætera cæmentorum genera sine aqua  
permisceri, & agglutinati non possunt, sic etiam  
audeo dicere: aliarum virtutum merita, ex quin-  
ibus domus illa cœlestis constructa, sine eleemo-  
syna non coalescant, & in unam fabricam coemunt.  
Propteræ cum merita recensentur à Christo Do-  
mino, propter quæ iusti ad regnum euocandi  
sunt in extrema iudicij die, misericordie opera  
numerantur, Esuris enim, & dedisti mihi man-  
datare. Hanc ergo in structam (ait Chrysostomus)  
pecuniam expendamus, non architectorum, sed  
operatorum nobis magna fuerit cura, panperam ma-  
nus eius modis domes construant, clandi, & esurientes  
illes adficiant, eleemosyna artifex est, ipsa aqua est.  
Denique ad incendia extingueda opportunus est  
fons eleemosynæ. Iuxta illud, Ignem ardentes  
extingue aqua: eleemosyna vero extingnit pecca-  
tum. Ecclesiastici tertio. Haec omnia illud im-  
primis postulare, vt fons vicinior sit, & vt aiunt,  
ad manum. Nam nisi aqua è proximo suppetat  
ad ædificandum, sumptus ædificiorum valde atten-  
genter: si non sit vicinior ad restinguendam*

C Cœsus flammam ignis invaleat, & grastatur: si  
non sit propius ad rigandum, ipsimet aluei, pet  
quos decurrunt, illam cibunt, & consumunt.  
Denique omnia fontis emolumenta vicinitate  
augentur: distantia verò plurimum extenuantur.  
Ergo cum eleemosyna fons sit, vicinitate celi-  
quos fontes vincit: nullus profectus magis ad ma-  
num, ut potè, qui in ipsa manu fluit, ac scatu-  
rit. Sic enim Salomon, *Vena vita in manu iusti.*  
Quid opportunius, ac promptius? Secundus fons  
vita ex aliorum mente idem est, quod fons dul-  
cis, ac salubris ad potum. Quid vero dulcis,  
ac suavis potui sumendo sit vena ista eleemosynæ,  
docuit Chrysostomus super in capite deci-  
mo Actorum homilia 23. tunc videlicet, cum  
ex iuste partis intenditur, *Igitur nihil eleemosynæ*  
par est: imò tam magna illius virtus est, quan-  
do ex penuaris puris profundetur, ut ea, quæ ex  
ininstis promuntur, comparentur luto immisso in  
fontem: quæ autem ex iusto lucro, fluendo compa-  
rante, quod perlicidum, & purum in horto, dul-  
ce quidem aspectus, ac etiam contactu dans dulce,  
lene, ac frigidum in meridie. En qua ratione

F Chrysostomus omnes saluberrimæ aquæ condi-  
tiones complexus est, dulcis, lenis, frigida. Ne-  
mine autem meridie, tempore temptationis intel-  
lexit, cuius ardor dulci, leni, ac frigido ele-  
mosynæ potu refrigeratur, & sedatur. Optimum  
ergo consilium invenit quicunque incalecente  
libidine, fervente ira, aut quolibet alio vitio  
animum vrate, eleemosynam largam, tanquam  
largam frigidæ potionem adhibent. Quid plura?  
Eleemosyna est fons vita in manu iusti, contra  
mortuam in superiori sensu: quia nimis illios  
fluenta animata, acque vina alunt, & cohibent:  
alunt enim, & nutrit pauperum greges, qui  
aquatilium animalium more, in liberalium, ac  
potuum hominum habiguntate, & misericordie

184

185

viuunt, ac ludunt: morituri statim, si ab illo ele- A mento extrahantur. Rursus tanquam fons viuus, viua germina alit. Chrysostomus igitur cum præfa- tis alluit alia præclara verba ad hunc modum, *Hic fons non sterlus, in terra illum non pini, non querens, non exparisti, sed plantabis his multo proceriores: scilicet amor Dei, laus hominum, gloria, que in Deo, benevolentia ab hominibus, peccatorum abditio, multa fiducia, opum contemptus. Eleemosyna est, per quam charitatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatem fouere solet, sicut dum quis se misericordem exhibet. Hic fons ramos eius in sublime erigit facit: hic fons melior eo, qui est in paradyso, non in qua uor diuisus capita, sed in cœlum ipsum surgit. Hic enim parit flumen illud, quod salit in vitam eternam, in hunc si mors inciderit, tanquam flamma à fonte consumitur. Hic ignis flammæ extinguit, ut scintillam, hic uermem mersum ita suffocat, ut nihil fiat. Qui illum bibit, non fridet dentibus. Aqua ista si irrora in vincula soluit ea: si in caminos incide- ret, totos extinguat.* Quid plura? Redeo ad priorem acceptancem fontis *vici*, pro fonte scilicet perenni, & iugi. Nam qua ratione benignitatis, & misericordia uera iugiter fluere debeat, eodem filo subscritbit Chrysostomus. Itaque ait, *Quemadmodum in C horta fons, non nunc quidem profundit flumina, nunc verò arescit (aliogu no est iam fons) sed semper scaturit: ita & noster semper largius profundit flumen in eos, qui maxime indigent misericordia, ut maneat fons. Hoc flumen, quod ab illo fonte deriuatur, hilarem facit eum, qui excipit. Hoc eleemosyna est non solum emittere flumen rapidum, sed etiam limpидum, si vis quasi ex fontibusti impleri Dei oleum, (id est misericordiam) & tu fontem habe: nihil illi par, si tu huius fontis aperueris ora, fontis Dei talia erunt ora, ut om- nem abyssum incant: Occasionem solam querit à vo- bis accipere Deus, & profundit ex penuaris suis bona.*

185 *Quando insumit, quando sumptus facit, tunc ditescit, tunc abundat. Magnus illius fontis os, purum eius flu- men, ac limpidum, si hunc scilicet eleemosynæ fontem non obturaueris, neque illū. Itaque duos misericordiae fontes perennes miro modo inter se cohæretes des- critbit Chrysostomus, quorum meatus inuicem sibi respondent: humanæ scilicet erga pauperes, & di- uinæ erga eum, qui in pauperes liberalis existit: cum illius fontis fluuenta large manant, huius vber- rima sunt: cum obturantur illius ora, huius etiam meatus obstruuntur. Sed vnde hæc tam mira con- cordia? Quia misericordes misericordiam conse- quentur. Sed postquam hæc inseruit Chrysostomus, redit statim ad priorem illam sententiā, qua statue- rat huius fontis aqua non esse emortuas, sed alere, & innutrire viua germina, Nulla (inquit) sterlus stat apud istum fontem arbor, ut ne humorem illius ab- sumat, habes diuinitas, ne planta salices illuc: talis est enī volupras, multa absunt, & nullum in se ostendit fructum, sed perdit. (Alludit Chrys. ad naturam sa- licis, quam supra adscriptissimus ex Plinio, quæ ante maturitatem semen abiicit: semen vero ea ratione intempestive abiecit non modo sterile, & infœcundum est, sed potum, sterilitatem foeminas affert, & eam terræ portionem, in quam incidit, infœcundā, & infrigiferam reddit.) Addit, *Nec plantes populū, aut tiliam, atque aliam tam quilibet, qua sum- ptum quidem postulant: fructum vero negant. Tales sunt vestium delicia pulchra aspectu, ceterum inutiles. Imple arboribus utilibus omnia, planta pauperum greges, quos cum alueris, fructum reseres, &c. Ha- Etenus Chrysostomus, qui nescio an alibi mihi vi- fus sit eleganter. Quibus constat eleemosynam fontem esse vberissimum, salubrem, atque vitaliem in manu iusti, ac misericordis hominis. Subdit Sa- lomon.**

Tom. I.

*Os autem impiorum operit perditio. Perso in le- ctione Septuaginta, quæ ad sensum superioris clausula vocanda est hoc modo, ut nomen illud *os* sic in propria significatione pro naturali ore, quo lo- quimur, ac verba facimus: sed in translata, & me- taphorica pro meatu scilicet, ac orificio, ex quo aqua fluit, imo pro ipso fonte. Sic habes Isaïe 19. vers. 7. Non dabatur alneus rini à fonte suo. Hebrai- ce, ab ore suo, & passim in scripturis *Os* à sua propria significatione migrat: dicitur enim *os* sacci, *os* spe- luncæ, *os* putei, *os* terræ, & eiusdem generis alia innumera. Ergo iuxta acceptiōē sensus huius extremæ clausula sic extendens est cum superiori, *Vena vita*, id est, iugis, ac perenni fluit ex manu iusti per liberales largitiones, *Os autem impiorum*, id est, fontem illorum, seu fontis initium operit, obstruitque ipsorum perditio: avaritia scilicet, & ditescendi cupiditas. Hanc enim nomine perdi- tionis sèpè alias notant Septuaginta, *obstruit*, in- quam, ne aliquid ex bonis illorum in pauperes re- dundet, atque effluat. Concinitque cum ea signifi- catione vox originalis חמא Chamas de cuius vi, ac potestate supra diximus. Addo etiam secundum præmissam coniecturam vulgatam nostram lectionem cum translatione Septuaginta concordari posse: si nimur tam in priori, quam in posteriori parte nomine oris, fontis foramen, initium, & caput accipiamus hoc modo, *Os iusti vena vita*: iusti inquam, id est, misericordis hominis fons perennis quadam *vena* est, larga admodum beneficia, & li- berales largitiones manans, *Os autem impiorum ope- rit iniquitas*, id est, fontem eorum, qui carent mi- sericordia, ac pietate occludit, obturatque ipsorum impietas, & cupiditas maxima habendi, ne aliquod ab ipsis in egenos bonum profiscatur. Hi sunt, qui claudunt viscera: secundum illud 1. Ioann. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & videris fratrem suum necessitatem habere, & clauserit vis- cera sua ab eo. Quomodo charitas Dei manet in eo?*

Isa. 19.  
vers. 7.

*I. Ioann. 3. num. 17.*  
Claudere viscera est misericordia, & benignitatis venam occludere atque obturare, ne manent inde beneficia, & dona in pauperes. Accerse huc illa verba Chrysostomi supra adscripta, quibus docet utrumque fontem diuinæ, & humanæ misericordia pariter aut aperiri, aut obstrui.

E *Tertia expositiōē huius loci communis, familia- risque interpretibus verba ista in vniuersum acci- pit de doctrina ad hunc modum, *Os iusti vena vita*, id est, ex ore iusti verba vita flunt: quibus scilicet auditores ad bene viuendum excitantur, & ad æter- nam comparantur vitam, *Os autem impiorum operit iniquitatem*, id est, in semetipso veluti stagnat suam iniquitatem, ut capta deinde oportunitate, in alios effundat. Sic Iansenius. Caïetanus legit, *operit ini- quitas*, atque sic exponit: os impiorum propria im- pierate obstruitur, ne aliis iusta, & honesta suadere ausit. Rodolphus, *operit iniquitatem*: per hypocri- sim scilicet simulando iustitiam, iuxta illud, *Linguis suis dolose agebant*. Itaque id interesse dicit iu- stum inter & improbum, quod licet vterque ali- quando recta, & honesta loquatur: ille quidem ex animo dicit: hic vero ficte, & simulat.*

*Quarta demum, & (mea sententia) germani- nor interpretatio, quam non parum insinuat Hugo Cardinalis, sic habet. Postquam su- perior versus contra astutos, & adulatores pronun- tiatus fuit, (vt iam inde probauit) iam nunc quid inter callidi, & veteratoris hominis sermones, & inter iusti, & candidi viri verba discriminis ver- setur, aperit Salomon dicens, *Os iusti vena, vel fons vita*. Quia sicut fons non cohibet, aut con- tinet, sed emittit, & effundit suscepit aquam;*

188

Li iii



189

sic os iusti animi sensa, & consilia promit, os autem impiorum operit, id est, premit, ac cohibet, vel stagnat conceptam iniquitatem: at cum opportuna occasio sele obtulit, illam euomit in aliorum perniciem. Vel aliter integra sententia ad remouendam adulacionem pertinet hoc modo, *Os iusti vena vita*, id est, nihil celat: id enim effluit ex illo, quod animus sentit, & mens concipit fontis ad instar iugis, qui conceptos latices emitit, ac reddit, *Os autem impiorum operit iniquitatem*. Subiicio verba Hugonis, *Alienam scilicet malitiam adulando regit*. Igitu*Vena vita os iusti*. Contemplare in his verbis conditiones consulentis & admonentis, ea quæ recta sunt. Primo, *Vena vita*, id est, iugis, manasque affatim ad irrigandas audientium mentes: fontes enim eius, qui recte consulit, nunquam exhaustur, vel obturatur. Ambros. officior. lib. 3. *Pecunia* (inquit) minuitur, & cito deficit: *consilium autem collatum*, quo in plures diffunditur, eo redundantius manat, & in suum recurrit fontem. Similes ergo hi, qui alios monitis iuvant, quibusdam miro artificio constructis fontibus, qui ex eadem aqua tum refusa, tum resumpta perenniter fluere solent: quidquid enim in alios effundunt, id totum ad ipsos remeat, teste Ambroso. Sed quomodo inquires ad suum caput aqua redit? Primo, quia meritum, fructusque doctrinæ reuertitur ad docentem: id enim

*Matth. c. 2. sibi voluit Christus Dominus, cum ait. Matth. 10. num. 11.*

*Intrantes autem domum salutate dicentes: Pax huius domini, & si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos*. Vel aliter. Tunc sermo exhortatorius ad suum redit fontem, cum monens in semetipso operando exprimit id, ad quod alios monendo adhortatur, & impellit: cum scilicet eam, quam ore suo doctrinam in alios effundit per ipsa opera, veluti haustum iterum recuperat. Secundum, *Vena vita os iusti*, id est, dulcis, & salubris, & vitifera. Hæc enim est secunda acceptio illius sententiae, in quo innuitur corruptionem non amari, & falsam, sed dulcem, & suauem esse futuram: dulcis enim, & suavis admonitio, prædulcis in morem aquæ incunde hauritur, & hausta iuvat, proficitque plurimum. Qui verò amara, vel salsa verba corruptioni sua immiscet, totam illius gratiam corrumpit, & quasi aquas amaras, & insalubres propinat.

*Quapropter sicut aquæ dulcedo, & tenuitas libra, & pondere à medicis examinatur: & quæ leuior est, dulcior, atque leuior, & saluti conducibilior ab eisdem iudicatur*. Sic etiam admonens, & consulens verba sua examinare, & penitare debet, & ex omnibus ea ad correptionem diligere, quæ leuiora sunt, & minus severa, & austera: hæc enim tum dulciora, tum etiam magis proficia esse consueverunt. Tertiè, denique *os iusti vena vita*, id est, fons aquæ viuæ contra mortuam: quæ nimirum viuæ, atque animata alit. Hæc sane altera conditio verborum: quæ iusti ab ore scaturiunt. Nam corda eorum, quæ ipsorum flumine irrigantur, virtutum omnium, atque gratiarum graninibus vernant. Diuus Gregorius Nazianzenus adhortatoriæ quandam ad populum orationem habens, verba, quæ suo ex ore velut ex fonte effundi debat, cum flumine conponit, ac subdit, *In meo flumine more piscium lasciuimus, nutriti potius vos vellem, atque ali*. Optabat scilicet santissimus Pater, ne solum orationis eloquentia, & flumine piscium in morem lasciuientium ludibundi exultarent, & oblectarentur: sed ut magis sententiis, ac documentis, quæ inter verborum perennes vndas fluebant, nutrirentur ad profectum. Sed tamen inde constat adhortationem, & orationem virtuti iusti cum viuis quis merito cōferri,

A cum ex mente Gregorij animata, & viua multa cohibeat: cum inquam auditores non secus in ipsa lascuant, ludant, & nutriantur, quam in flumine pisces. Et quidem obiter id accipe, ignorantes, & insipientes homines doctorum suorum ab oratione, & consiliis sic pendere, vt pisces à flumine; non enim secus ab illis extracti intereunt, quæ pisces ab vnda in aërem educti. Aptè igitur Salomon de iusti monentis, & consulentis oratione ait, *Vena vita, os iusti*: fons inquam viuus, quia iugis, & perennis: viuus, quia vitifer, & salubris: viuus denique contra mortuum, quia irrigat virtutum germina, & auditores tanquam pisces alueo suo cohibet, & alit. Desermonibus autem impij sic assuit.

B *Os autem impiorum operit iniquitas*. (Hæc est altera lectio,) id est, tanquam fontis meatū obstruit, ne liberè loquatur. Nam prautas, & iniquitas dicens loquendi libertatem, & licentiam illi penitus adimit, atque os illius intercludit. Hieronymus in illud ad Ephes. 1. *Magis autem arguite, sic addit. Inter cetera mandata peccantes posse arguere maximalibetatem est: sed ille tantum potest facere, qui non meretur audire*. Et in Epistolam ad Titum multa confert in hanc sententiam, *Qua (inquit) libertate poterit corripere peccantem, quia tacitus sibi ipsi responderet eadem se admisit, qua corripit*. Propria ergo iniquitas doctoris bonis consiliis, ac monitis in aliis libere effundendis, exitum velut obturat. Ceterum obserua cōtraria omnia & aduersa in sermones impiorum quadratæ his, quæ de iustorum oratione præmisimus: illius enim ab ore perennis vena fluit, huius os propria iniquitate obturatus stagnat: illius fons dulcis, & amoenus, huius contrasalitus, & ceno oblitus. Ambros. lib. 3. officior. *Quis (inquit) in caseo fontem querat? Quis ex aqua turbida, & salsa potum querat? Quis urinem aliena causa iudicet, quem videt inutilem esse suæ? Quasi dicat, nemo quidem ab iniquo homine exquirit consilium: sicut nemo ex fonte amaro, & salso potum petit*. Subiicio his similia verba Hugonis ad illa, *Fons turbatus pede, &c. Sicut nullus limosam bibit, cum inuenerit aquam claram: ita nulla libenter audit horum monita, & consilia*. Denique viri iusti fons viuus viua germinans, & continens: impij vero fons emortuus nihil viui creans, imo viua, & animata enecans. Nam si quem impius suis sermonibus irrorauerit, ocyus exsiccatis omnibus virtutum germinibus nudatur. Nullus in illius orationis alueo pisces narat: vel si quis illum adit, statim interit. Quia vel nullum habet auditorem, vel si certè auditores nactus est, inter sermones illius, quasi inter aquas emotuas citius exanimatur.

C *Communis lectio habet, Os impiorum operit iniquitatem*, quod supra docuimus ad assentationem referendum esse, vt sensus sit; Cooperit aliena crimina, ne illa effundat: ne scilicet manifestet, atque obiiciat illi, qui perpetravit. *Operit (inquit) iniquitatem*, quia nomine virtutis tegit. Aduersus eiusmodi assentatores optima publici fontis similitudine vsus est Plutarchus, *Adulatores (at) dum virtutis vocabula vitiis tribuunt, inficiunt affectum seminarium, & habituum animi: unde eeu ex fonte omnia virtus officia proficiuntur*. Hoc sane adulorum ingenium est, eorum, quorum gratiam iniiciunt, vitiis virtutum speciem obtendere: iram animi magnitudinem esse dicunt, parcitatem temperantem vocabulo insigniunt, effusionem liberalitatis nomine condecorant, ac demum omnium virtutum ornamentis ascitis, vicia omnia expoliunt, & exornant. Hi ergo (inquit Plutarchus) haud dissimiles sunt illis, qui publicos fontes veneno inficiunt. Nam cum virtutum habitus instar fontium obtineant,

192

193

194